CLAVIS
NOVI TESTAMENTI
PHILOLOGICA

USIBUS SCHOLARUM ET IUVENUM
THEOLOGIAE STUDIOSORUM
ACCOMMODATA.


AUCTORE

CHRISTIANO GOTTLOB WILKE.

TOMUS I.

DRESDAE ET LIPSIAE,
IN LIBRARIA ARNOLDIANA.

MDCCCXLI.


THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARIES
CHICAGO, ILL.

VIRO

ILLUSTRI, GENEROSISSIMO, EXCELLENTISSIMO

CAROLO AUGUSTO GUILIELMO EDUARDO
DE WIETERSHEIM

RERUM AD CULTUM DEI ET INSTITUTIONEM PUBLICAM SPECTANTIUM PER SAXONIAM MODERATORI ETC. ETC. ETC.

HANCCE CLAVEM N. T. PHILOLOGICAM

VENERABUNDUS CONSECRAT

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Solent ii, qui scriptum a se librum lectoribus offerunt, his primum praefando aperire, quid consilii in libro exarando sequuti sint et quasnam, ante quam operi manus admovissent, leges sibi scripsissent, ut iam absoluto opere idoneis aequisque arbitris videri possint omnia ad propositum perfecisse. Qui lexicon N. T. condidit, is, si quae de libri conscripti ratione praefaturus est, vix aptiora praefari poterit, quam quibus se declaret artis praecepta et cognovisse et in iis, quae imitando exprimenda erant, tenuisse. Ergo, quidquid est fuitve, quod me ad conscribendum hunc, quem sacrarum litterarum studiosis offero, de vocibus N. T. librum impulit, id mihi certe profiteri liceat, me lexicographi partes non solum, id quod a me post aliorum studia praeter necessitatem factum videri possit, suscepisse, sed etiam ita agere studuisse, ut ne temere ab iis, quae ars et disciplina dictant, deficerem. Haec vero quaenam et qualia sint, num me quis vetabit oratione prolixiore exponere? At potius multorum eruditorum et audivi et legi voces cuilibet lexicon N. T. edituro suadentium, ut, si possit, in primis libri paginis et ante quam vocum in ordinem collectarum copiam suppeditet, de conscribendi lexici ratione, argumento, dispositione praecepta ex artis notione repetita tradat, seu, quod idem est, ut praecepta illa, quae in adornando lexico N. T. ars teneri iubeat, quoad possit, e principiis repetat evolvatque. His ergo monitis ante omnia obsequar, atque de eo, quod agere debuerim, sic disputabo, ut quae ipse egerim, me non sine ratione et consilio egisse pateat. Tria vero sunt, quantum equidem possum iudicare, quae in lexico N. T. requiruntur, primum apparatus ad illustranda

dicta N. T. plenus ac sufficiens (Vollständigkeit), deinde subtilitas, denique brevitas. Ordiar ab eo, quod inde laudem petit, ut existimetur sufficere. Sufficiunt omnium opinione ea tantum, quae id praestant, ad quod praestandum nata vel facta sunt. Lexicon N. T. quid praestare debeat, non est ad iudicandum difficile. Nimirum, quae in N. T. variis modis usurpatae atque orationi interiectae voces occurrunt, non ideo colliguntur, collectae disponuntur et cum orationis partibus iis, quas adsociatas sibi habere solent, accurate notantur, ut sciamus, quonam scribendi vel dicendi genere sacri auctores sint usi, sed idcirco non colliguntur modo, verum et enarrantur explicanturque, ut ei, qui sensum sacrorum auctorum intelligere ac perscrutari velit, e sermonis opibus subsidia parentur idonea. Sufficiet igitur lexicon N. T. officio suo partesque suas absolvet tum demum, si omnia ea suppeditat, quibus vel difficillimarum phrasium illustrationi provisum est. Nullus ergo N. T. locus vere difficilis in lexico N. T. omittatur aut negligatur. Deinde vero si lexicographus id agit, ut qui velint suis subsidiis uti, mentem sacrorum auctorum percipiant, profecto non sufficiet notasse, aliquod vocabulum in hac illave phrasi subiecti tenere aut obiecti locum, aut verbum aliquod constructum reperiri cum hac vel illa praepositione, sed requiretur ab eo, ut persequatur etiam vocis cum variis orationis partibus coniunctae atque variis sententiis immixtae varias notiones. Reperiuntur in N. T. vocabula, quibus integras sententias auctores sacri comprehenderunt, ut Joannes v. c. vocabulo λόγου, verba, phrases, quibus variatis varie expressa una eademque sententia, et sententia fortasse ea, quam vario modo exornare, illustrare, applicare, verborum involucris modo induere, modo exuere auctores sacri studuerunt, v. c. τὴν δικαιοσύνην nemini per legem, omnibus vero per fidem contingere, Christum esse auctorem τῆς ζωῆς αἰωνίου, in eius cum morte tum resurrectione fundandam esse spem salutis et veniae peccatorum etc., — quae nisi variis orationis angulis inclusa aliarumque formularum umbris obsita clavis N. T. veluti thesauros obseratos recludat, quomodo suis partibus rite fungi censebitur? Quid v. c. iuvat notasse, vocabulo λόγου Joannem appellasse id, quod divinum in Jesu animadvertisset et quod cum Jesu coniunctum esse ipsi persuasum fuerit, nisi simul

doceatur, quomodo et cur Joannes id, quod in Jesu divinum ipsi uno vocabulo appellandum esset, vocabulo λόγου comprehenderit, et quomodo tanto animi ardore ab aliis, ut idem, quod ipse, in Christo agnoscant, flagitare potuerit? Quid iuvat, ad verba, quae pro grammatica ratione in varium sensum detorqueri possunt, notasse, v. c. Paulum haec, quae ambigue dicta videntur, clarius dixisse existimandum esse, si eius verba cum iis conferantur, quae similiter dicta in testamento duodecim Patriarcharum reperiantur; quid, inquam, haec iuvat annotasse, si ex aliis scriptorum Paulinorum locis satis elucet, apostolum docuisse, defendisse, inculcasse, quae cum illis opinionum commentorumque monstris in unam sententiam coalescere non possint? Possemus aliis exemplis uti. Allatis vero usi sumus, ut pateat, lexicon N. T. quod tantum verba, non notiones et sententias curet, si sit in verborum quidem discriminibus recensendis diligentissimum, in sententiis vero discernendis negligens, non abundare copiis, sed laborare inopia censendum esse. Venimus ad subtilitatem. Haec quamvis et ipsa vel maxime curet, ut omnia, quae tradenda sunt, plene tradantur, tamen potissimum in notionum accurata distinctione ac dispositione cernitur. Lexicographo ea in primis opus est. Et ille quaenam subtilitatis a se in discernendis notionibus adhibitae signa faciet? Primum haud dubie distinctam cuiusque vocis, sub quam varii scriptorum loci colliguntur, enarrationem. Distinctam enim enarrationem eam vocamus, quae ubi graecas voces latinis exprimit, ambiguitatem tollit, atque sic comparata est, ut in audiente vel legente eius ipsius graecae vocis, cuius enarratio est, non alius aut cognatae aut diversae, etsi vulgo eodem latino vocabulo exprimi solitae, memoriam excitet. Providebit igitur subtilis lexicographus maxima cura, ut quae speciem synonymorum habent, accurate dignoscantur; cavebit, ne omissis vel neglectis notis notionum distinctivis in explicando sit facilior, in comparando liberalior, ad adhibendam tritam illam formulam: hoc est idem quod etc. promtior. Et hoc non maiore sollertia cavebit, ubi verbis auctorum sacrorum tropicis substituenda sunt verba propria. Etenim si usquam, prae ceteris in tropis et metaphoris in verba propria convertendis periculum est, ne interpres pondera verborum minuat. Sed ad hanc rem quum venerim, dicto aliquid addam. Saepius enim lexicorum N. T.

auctores in eo peccasse animadverti, quod ubi vocum usum tropicum e locis N. T. notaverint, tropum, qui totam sententiam loci excitati comprehendit, ad unam tantum vocem sententiae retulerint, eamque vocem tropice vel metaphorice de hac illave re usurpari dixerint, nihil inter metaphoricas et parabolicas locutiones distinguentes. Proferam huius rei unum exemplum. Γάλα docent metaphorice dici de elementis doctrinae Christianae 1 Cor. 3, 2. Quod qui legit, in opinionem duci potest, vocem illam pro elementis doctrinae poni posse in qualibet phrasi, qua illorum elementorum mentio fiat. At fugit illos vocis enarratores, tropum non subesse uni illi voci, sed toti sententiae, nec tam esse vocabulum γάλα, quod de elementis doctrinae dicatur, quam doctorem, qui dum leviora hominibus imperitis tradat, cum eo, qui infantibus lac, non cibum solidiorem, praebeat, conferatur. Sunt ergo in illo loco ab una parte: ποτίζειν γάλα, ab altera parte: leviora tradere, quae secum invicem comparentur. In alio istius generis libro de eadem voce annotatum legi: „In epistola Petri priori c. 2, 2. tota doctrina dicitur lac, propter sinceritatem et salubritatem.“ Itane vero? Scilicet si hoc sibi videbatur lexici auctor in Petri loco observasse, debebat etiam addere, Christianos in eodem loco appellari recens natos (ἀρτιγέννητα βρέφη). Propter hos enim facta est doctrinae cum lacte comparatio. Praeterea verum quidem est, doctrinam h. l. dici incorruptam, sed non omnino verum est, eam propter sinceritatem et salubritatem lac dici. Auctor collationem instituit, ipsiusque sensus circumscribendus est verbis his: quemadmodum recens nati lac sincerum haurire avent, ita et vos, eorum instar, avidi sitis lactis sinceri illius, quod nunc respectu ad rationem facto (λογικόν) dico, i. e. doctrinae (incorruptae). — Sed pergam ad alia subtilitatis signa. Subiunguntur in lexico voci cuique definita eius potestate loci, in quibus hanc potestatem habeat. Notantur phrases in certam formam constructae. Apponuntur, ut pateat, has phrases accurate inspectas esse, loci similes e scriptoribus profanis; provocatur, ut fides augeatur, ad libros philologorum celeberrimorum, bene quidem; sed quid si lexici auctor locum scripturae, cui tantum tamque splendidum apparatum adiunxit, falso interpretatus est? Hoc si accidit, is, qui apparatum doctum iterum abiicit locum-

que in recto ordine nudum collocat, speciem quidem prae se feret minus docti hominis, attamen a subtilitate magis commendabilis erit. Ergo, ut statim dicamus, quid sentiamus, altera subtilitatis nota inest in interpretationis veritate. De hac demum si constiterit, adstruatur ad comprobandam sententiam apparatus ille doctus, quo videatur lexicographi de loci sensu opinio et usu loquendi et rationibus grammaticis satis munita esse. Et subtilitatis in hac parte erit etiam videre, quid de vocum potestate iam ipsarum formis et originibus definitum sit. Verum ut, cum de interpretatione loquar, id simul commemorem, quod silentio plane nequit praeteriri; quis ferat lexici ad N. T. interpretandum conscripti auctorem, qui verbis, quae peperit atque peculiari vi instruxit ingenium Orientalium, interpretationis artibus vel potius fraudibus accommodatum eat sermoni Graecorum, et qui quae graeca sunt et graeco sermoni accommodate dicta, ita in hebraica transferat, quasi ob oculos haberet verba, quae perinde sit, quomodo iterum in graeca convertantur? At ut fuerunt, qui in N. T. scriptis nihil nisi hebraica et aramaica legere sibi viderentur; ita iterum nostra aetas portendit alios, qui, si fieri possit, eadem scripta vestitu orientali plane exuere floribusque ex attico solo collectis ornare quaelibet eorum dicta et effata sint conaturi. Neutros sequitur, qui subtiliter de vocibus N. T. earumque potestate expositurus est, sed suum cuique, Hebraeis hebraica, graeca Graecis, tribuet. Sed quoniam hoc per se clarum est, ad aliud transeo subtilitatis signum, illud videlicet, quod in discernendis disponendisque vocis cuiusque ab auctoribus sacris in varios usus versae notionibus conspicuum est. Constat, quid discriminis intersit inter sensum vocis et significationem. Hoc discrimen qui neglexerunt lexicorum conditores et e multiplici vocis usu plures significatus extricarunt, ii merito in reprehensionem incurrerunt. Aliud enim est vis et potestas, qua verbum per se pollet, quam significationem eius dicimus, aliud sensus, quem recipit ex adiuncto. Sed etsi cavebit subtilis vocum enarrator, ne significatus vocabulorum multiplicet, si in vario eius usu vim eius nativam non mutari viderit, tamen religioni sibi ducet, omnes illos locos notare, qui cum voci diversa verba diversasque orationis partes adiungant, etiam vim eius vel augere, vel minuere, vel arctius com-

primere videntur. Etiam ubi plures loci unam eandemque vocem metaphoris immixtam obtendunt, usus eius metaphoricus in sententiarum similitudine varius esse potest, ut loci propter hanc varietatem cum commemorandi, tum discernendi sint. Eos autem si, ut par est, enumerat discernitque lexici scriptor; id diligentiae adhibebit, ut quae propius absunt a vocis proprietate, anteponat iis, quae ab ea sunt, cum vocem additamentis implicarint, remotiora. Omnino videbit, quinam inter locos sub unam vocem a se collectos sint, qui eius aut primam et nativam, aut derivatam notionem teneant; illos, qui primam tenent, agmen ducere iubebit, hos, qui derivatam, serius inducet, additis iis, e quibus tum pateat, quantum derivata notio a prima distet, tum quid in oratione contexta vocis sententiam immutaverit. Interdum verbo, ut in plures notiones dissolvatur, accidit e constructione seu e casibus nominum et praepositionibus, cum quibus coniunctum est. Hoc si factum deprehenditur, lexici conditor inde petet fundamentum dividendi. Non primum numeris dividet verbi notiones, quasi illae valeant etiam extra constructionem, sed indicabit numeris, verbum vel dici absolute, vel constructum reperiri, eoque discrimine observato numeris discriminantibus adscribet, quae sit verbi absolute dicti, et quae cum casibus aut praepositionibus constructi potestas. Quod significatuum, quos a sensu distinguendos esse diximus, discrimina attinet, lexici auctor, quamvis caveat, ne significatus multiplicet, tamen nec negliget nec supprimet ea, quae non solum verbi notionem variis limitibus circumscribunt, sed ei sententiam tribuunt ab ea, quae iam notata est, vere diversam, nec tamen voci verbove minus illa propriam. Nam si differentia eiusmodi est, dignoscendi sunt plures significatus. Ita, ut exemplo utamur, in verbo *διαφέρειν* cum in eo praepositio *διά* diversam vim habeat, prouti significat vel differendi vel proferendi rationem, duo inesse significatus dicendi sunt. Hoc ergo nobis volumus, non licere subtili verborum enarratori nec multiplicare nec minuere significatuum numerum pro arbitrio. Et iam notamus ultimum. Nimirum sive sint unius sensus variae formae sive plures verbi significationes distinguendae; si plures habet lexici scriptor, quas de verbo quodam expositurus enumeret, eas ita disponet, ut narratio de verbo a simplicioribus ad complicatiora proce-

dens paullatim crescere videatur, eaque ad finem perducta tandem unum corpus e membris compositum lectori repraesentetur. Atque de subtilitate haec dicta sufficiunt. Restat enim ostendere, qua ratione in conscribendo lexico N. T. cum subtilitate sit coniungenda brevitas. Brevitati vero studendum esse ei, qui subtiliter de vocibus N. T. disputationes cum litterarum sacrarum studiosis communicaturus sit, vix quemquam futurum esse credo, qui neget; quamvis in hoc scribendi genere nihil facilius fieri soleat, quam ut is, qui in singulis diligentiam atque in omnibus amplam eruditionem ac linguae peritiam ostendere constituerit, obliviscatur suum non esse multa dare, sed multum. Mea sententia lexicon N. T., quod auctor usibus theologiae studiosorum adornavit, ita comparatum esse debet, ut his, qui de loco aliquo N. T. interpretando vel faciliori vel difficiliori ipsum consulant, sine mora respondeat, seu ut ii, qui edoceri cupiunt, sine molestia aut temporis iactura et quaerere, quod scire cupiunt, et quod quaerunt, possint invenire. Iam si tot ac tanta sub unam voculam, v. c. praepositionem, coniunctionem aut verbum, congessit lexici editor locorum et observationum agmina, ut integris diebus opus sit hunc profusum apparatum perlustraturo, priusquam in locum quaesitum incidat; num rationibus eorum, in quorum usum scripsit, vere consuluisse putandus est? Crediderim ego, liberalitatem illam, quae nimia det, praesertim, si, quae dat, sine ordine effundat, minus prodesse petentibus, quam parcitatem, quae non quidem omnia det, at neque fastidium excitet. Sed fac omnia, quae proponantur, iusto ordine proponi, tamen studium de omnibus vocibus quam accuratissime fieri possit disputandi temperandnm erit lexici conditori, ne quod oblaturus ad usum est opus, in ingentiorem et difficulter tractabilem molem excrescat. Quaeres, quomodo efficiendum sit, ut subtilitas cum brevitate concilietur? Facilis responsio est, abstinendum esse ab omni apparatu minus necessario. Sed cum id ipsum quaeratur, qui sit apparatus pro minus necessario habendus, sententia accuratius definienda erit. Primum ergo hoc mihi volo, ne praeter necessitatem exaggerentur vocum exempla vel e versione Alexandrina V. T. vel e scriptis profanorum petita. Memini Krebsium lexicon Schottgenii emendantem inter alia id in emendandi a se libri auctore reprehendere, quod loca

scriptorum profanorum allegandi potestate abusus sit. Utitur Krebsius his verbis: „Neque vero id nobis placuit, quod vir doctus (Schottgenius) ad voces graecas nihil neque insolentis neque obscuri habentes loca scriptorum profanorum allevit, v. c. ad μετοικίζω multasque alias, in quibus saepe illud πολυθρύλλητον Graecorum: μῦρον ἐπὶ φακῇ deprehendi.“ Hisque addit haec: „Sed in hac quidem re vir optimus ab Elsnero, Albertio aliisque in errorem induci se passus est, qui saepissime in locis profanorum scriptorum ad illustranda N. T. congerendis luxuriantur.“ Videlicet Elsnerus, Albertius caeterique nihil antiquius habuerunt, quam N. T. verbis pure atticis compositum esse demonstrare. Sed hos ille si recte reprehendit, quod in locis congerendis luxuriati sint; nec nobis laudandi a temperantia videbuntur ii, qui ad unamquamque N. T. vocem in enarrationis initio annotant, cui ea hebraicae voci respondeat, et quas vel quot per eam voces hebraicas septuaginta seniores expresserint, quippe quod demonstrandum ducunt vel quoniam ipsis persuasum est vel quoniam aliis persuaderi volunt, N. T. scripta tota esse expressa ex hebraicis. Scimus, multas esse in N. T. voces, de quibus non accurate exponi possit, nisi respiciantur hebraica. At nisi plures, certe non pauciores esse, quae sibi ex hebraicis nihil lucis petant, aeque constat. His vero (e quorum genere v. c. est verbum ἄρχω, ἄρχομαι) cur adiungantur vocabula hebraica cum locis pluribus, in quibus leguntur? Immo si quid videmus, ad verborum hebraicorum usum et septuaginta seniorum auctoritatem ei, qui verba graeca N. T. illustraturus est, tum demum licet confugere, si occurrerint, quae a Graecorum loquendi consuetudine abhorreant, Hebraeorum vero sermonem imitentur, aut si intersit scire, quem sensum voci ab auctoribus sacris modo Graecis insolito dictae Alexandrini V. T. interpretes subiecerint. Ita vero etiam inter ea, quae indolem graeci sermonis sive antiquioris et melioris sive recentioris deteriorisque referre, nemo non animadvertit, distinguimus. Sedulo notentur verborum formae, quas ab Atticorum sermone alienas sacrorum auctorum sermo cum dialecto aevi macedonici communes habet; item accurate, quae in N. T. sermone vel formae vocum vel formularum constructiones speciem atticismorum referunt, ex Atticorum ratione loquendi illustrentur. Verum si verborum

significatus constituendi sunt, licebit primum distinguere inter ea, quae sacrorum scriptorum usu certa ac definita sunt, et ea, quae comprobanda sunt auctoritate ac testimonio Graecorum; deinde videre, quid cum Graecorum usu numquam mutato congruat, et quid seriori tantum graecitati accommodatum sit. Quae vocis verbive potestas usu scriptorum N. T. satis definita ac stabilita est, eam si cum Graecorum usu numquam immutato congruit, non confirmari opus erit testimonio Graecorum, nisi verbum hac potestate instructum docere velis graecum esse, ad quod comprobandum unus vel alter locus e veterum Graecorum scriptis, recentiora enim mitti poterunt, sufficiet. Secus erit, si, quid scriptores sacri ad ingenium graecitatis serioris dixerint, docendum est. Haec de locis e Graecorum scriptis et e vetere testamento adscribendis satis dixisse videmur. Deinde vero brevitati consuli poterit etiam in locis ex ipso N. T. afferendis et sub unamquamque verbi significationem colligendis. Omnes locos, qui eundem vocis sensum invariatum tenent, afferre non attinet. Hoc enim non semper fieri posse, cum saepius sit eiusmodi locorum infinita multitudo, id vel ii lexicographi concedunt, qui solent quam largissimam possunt locorum copiam ad unamquamque vocem afferre. Nam etsi nonnullorum vocabulorum significatui omnes apposuerunt, quos congerere potuerunt locos, tamen saepius ubi ventum ad alia vocabula earumque significationem est, locis aliquot ad eam confirmandam allatis addunt: et sic passim, fatentes vel chartae parcendum esse, vel ab opere taedii pleno et infructuoso abstinendum. Sed si modus tenetur in enumerandis locis sub aliquot vocibus; nonne teneri potest sub omnibus? Ne autem quis perperam interpretetur nostram sententiam, monere liceat, modum servandum nobis videri in enumerandis iis locis, qui vocis sensum non varient, et qui ei voci nihil memorabile ad eius vim immutandam addunt. Nam si hoc fit, poscimus et nos in enumerando diligentiam. Deinde horum locorum aliquod genus excipi volumus, cuius inventio N. T. lectori non ipsi relinquenda sit, sed ad quos iam ante lectionem monitus per lexicon attendat; dicimus eos locos, qui formulam aliquam dicendi repraesentant, scriptori peculiarem et ad dignoscendum id, quod ex ipsius ingenio profluxit, aptam. Hos locos nosse ad crisin opus est et utilitatem praestat. Ita studiose existimamus enumerandos esse locos, ubi expressa est Matthaei vel

Marci vel Lucae, Pauli, auctoris epistolae ad Hebr. scriptae etc. dicendi ratio, ut quid cuique proprium sit ex ipsiusque ingenio profectum, certo iudicio possimus aestimare. Atque sic satis videmur disputasse de locis e N. T. ipso congerendis. Transimus ad locorum interpretationem et explicationem. Nam et in hac modus certus teneri potest et brevitas commendanda est. Si Fischerum audimus de vitiis lexicor. N. T. disputantem, ii, qui ante eius aetatem exstiterunt lexicorum N. T. conditores, argumentum non copiosa et erudita tractatione auxerunt, sed vitiosa brevitate laborarunt. Heu, quibus, quam abditis dialectorum fontibus interpretationem, ut vera videatur, repetendam; quibus grammaticorum observationibus, ut vere stabilita videatur, eam muniendam esse dicit! Profecto, si lexicographus de verborum potestatibus tanta uteretur, quanta fecerit in libro laudato Fischerus ipse, ubertate, ad tantam molem accresceret libri corpus, ut vix possit iuvenum manibus volvi. Sed num hac nostra aetate tanta amplitudine opus erit, postquam Winerus omnes leges et rationes serioris graecitatis grammaticas scientia comprehenderit atque in indice ad calcem libri adiuncto locos N. T. ipse notaverit, quibus inde aliquantum lucis affundi voluerit? Sufficiat igitur ad Wineri librum lectores semel allegasse, ut sciatur, ad quas philologorum rationes loci illius interpretatio exigenda sit. Deinde si N. T. editor difficilem aliquem locum interpretatur, caveat, ne hanc interpretationem sub aliis eiusdem loci vocibus repetat, sed sub eadem voce loci sensum memoret, a qua interpretatio maxime pendet. At haec iam de brevitate satis videmur dixisse. Iam ex hactenus dictis, atque ex his, quae hactenus praefatus sum, perspici volo, quid in fabricanda hac clavi philologica prae ceteris spectaverim. Librum condere decreveram, qui iuvenibus lectione N. T. occupatis omnia, quae in eo quaerant, ad reserandum sensum scriptorum sacrorum apta, ac necessaria recte in partes distributa atque commodo ac facili ordine disposita suppeditaret, qui non eos obrueret observationum farragine, sed apparatum vocum proponeret facili negotio perlustrandum. Id enim maxime mihi curandum videbatur. Quare sic disputare de vocibus N. T. studui, ut quae ad eas definiendas ex constructione accesserint, sedulo et accurate notarem atque totam de verbo tractationem ex initiis repetivisse et in unam narrationem composuisse viderer. Etsi modum tenui in locis pro-

fanorum et V. T. allegandis, item in locis scriptorum N. T. ad quamcumque vocis potestatem vel ad quodque constructionis genus colligendis, tamen nihil desiderabit studiosus N. T. lector, quod ad plenam cuiusque vocis cognitionem et intelligentiam necessarium sit. Non vero solas verborum formas respexi, sed etiam notiones vocibus expressas, praesertim sub iis vocabulis verbisque, quae essent arces sententiarum et doctrinae Christianae principia ac primaria capita continerent, expedire studui, v. βασιλεία τ. θεοῦ, δικαιοσύνη, πνεῦμα, al. Ad auctoritates philologorum rarius confugi, nec in aliorum interpretum opinionibus refellendis uberior fui. Ad Wineri, viri S. R., grammaticam saepe quidem, tamen non toties, quoties fieri potuisset, provocavi. At sufficiebat mihi, ad hunc librum, quo nemo sacrarum litterarum studiosus carere poterit, et qui in omnium manibus est, lectores saepius ablegasse; ipse enim auctor per indicem libro adiunctum lectores satis instituit, ut si quem locum in clavi notatum invenerint, hunc facile in grammatica quaerere eiusque interpretationem ad grammaticas rationes revocatam videre possent. Winerum exscribere nolui. In primis notavi, quomodo quisque locus ad vocem illustrandam per opposita et orationis parallelismum conferret. Quod ad rem criticam N. T. attinet, textum Griesbachii secutus sum, ita tamen, ut eum et cum textu vulgato et cum lectionibus ab aliis viris doctis, qui criticorum provinciam administrarunt, commendatis conferrem. Quantum caeteroquin assiduitatis atque industriae impenderim labori taedii pleno, id manifestabit verbi εἰμί, praepositionum διά, ἐν, εἰς, ἐπί aliarumque tractatio. Nomina hominum, numinum angelorumque propria, ne grammaticarum disquisitionum turbaretur ordo, in appendicem relegavi. Adiunxi vero appendicem alterum, qui quae de omni verborum apparatu, de graecitate N. T., de hebraismis, de synonymis verbis scitu necessaria essent, sub locis communibus posita et ad notiones universas revocata contineret. Ad manus mihi fuerunt, cum hanc clavim pararem, clavis N. T. philologica a S. V. Wahlio adornata et lexicon N. T. a S. V. Bretschneidero editum, quod tamen ut quarta editione evulgatum est, non prius mihi conferre licuit, quam littera K. et quae ei subsunt, iam typis excusa essent. Ab utroque viro docto in tractatione vocum et in distribuendo significationum apparatu discessi, multa in brevius contraxi, alia auxi, alia plane omisi, inter quae per-

tinent, quae S. V. Bretschneiderus vocum enarrationi ex hebraicis praemisit, et quae e libris apocryphis, v. c. testamento duodecim patriarcharum et id genus aliis attulit. His enim, cum a N. T. pendeant, nec ad voces N. T. nec ad notiones auctorum sacrorum illustrandas quicquam effici, mihi certe persuasum est. Quod Fischerus olim dixit, vix quemquam exstiturum esse, qui lexicon N. T. edat omnibus numeris absolutum, id multo magis nostrae aetati videtur accommodate dici, cum nostra aetas exactius et accuratius grammatices studium in interpretibus N. T. requirat, quam aetate Fischeri. Et tamen in rebus grammaticis vel linguae peritissimos labi posse, ipse Winerus se interea dum librum grammaticum suum perpolire pergeret, usu expertum esse professus est. Quare opto, ut liber meus eiusmodi censores nanciscatur, qui non suum esse putent, ubique si fieri possit, vitia indagare, omnia carpere, sed qui etiam, quae laudabilia sint, sua laude condecorent, et quae excusari possint, facile excusent. Caeterum gratias ago Arnoldo, viro honestissimo, quod hunc librum suis sumtibus edendum curaverit, atque opto, ut quae viri honestissimi sumtibus parata et mea opera qualicumque elaborata sint, litterarum sacrarum studiosis in N. T. lectione vere prosint. Curam schedulas typographicas a mendis purgandi, quoniam oculi mei ad menda notanda non satis essent perspicaces, Arnoldus tradidit doctissimo Lindemanno, qui hic Dresdae in schola Cruciana praeceptoris munere fungitur. Cui viro eruditissimo pro eo, quod mihi utilitatis attulit eius doctrina ac diligentia, lubenter gratias debitas ago.

Scripsi Dresdae d. 20. Febr. 1841.

C. G. Wilke.

INDEX VOCUM ET PARTICULARUM, QUAE ETIAM IN APPENDICE II. ILLUSTRATAE SUNT.

CORRIGENDA.

P. VII. lin. 34. „non maiore“ leg. non minore. — p. IX. lin. 13. „verbis“ l. verba. — lin 36. „eius usu vim eius“ l. eorum usu vim. — p. X. lin. 32. „proferendi“ l. perferendi. — p. XI. lin. 6. „subtiliter“ l. subtiles. — p. XIII. lin. 32. „addunt“ l. addant. — lin. 35. „quos“ l. quod. — p. XIV. lin. 14. „fecerit“ l. usus est. — lin. 22. „allegasse“ l. ablegasse. — p. XVI. lin. 10. post: „quam“ adde: quod requirebant.

Ἀγαθός, lin. 21. l. Hebr. 13, 21. — *Ἀγαπητός*, lin. 4. l. Act. 15. — *Ἀγενεαλόγητος*, l. Hebr. 7, 3. — *Ἀγκάλη*, lin. 3. l. *ἐναγκαλίζομαι*. — *Ἁγνίζω*, lin. 7. l. 1 Petr. 1, 22. — *Ἄγνωτος*, l. *Ἄγνωστος*. — *Ἀγοράζω*, lin. 9. l. Apoc. 3, 18. — *Ἀγρυπνέω*, lin. 3. l. Marc. 13, 33. — *Ἀγρυπνία*, l. 2 Cor. 6, 5. 11, 27. — *Ἀγωγή*, lin. 5. l. 2 Tim. 3, 10. — *Ἀγωνία*, lin. 1. pro 4. l. 44. — *Ἀδιαφθορία*, lin. 2. l. perf. 2. — *Αἷμα*, lin. 24. l. Act. 18, 6. — lin. 26. post Jos. 2, 19. ponas, sed post v. 26. tollas uncinam. — *Αἰνέω*, lin. 3. l. Rom. 15, 11. — *Αἰτέω*, lin. 2. l. Jac. 1, 6. — *Αἰτία*, lin. 4. leg. Hebr. 2. — p. 24. lin. 5. „*ἄρχων*“ l. *θεός*. — *Ακοή*, lin. 3. pro 7. l. 17. — *Ἀκρίβεια*, lin. 4. l. *κατὰ* (*τὴν*). — *Ἄλογος*, lin. 4. pro 17. l. 27. — *Ἀλυσιτελής*, lin. 6. l. Hebr. 13, 17. — *Ἀμέριμνος*, lin. 2. l. Matth. 28. — *Ἄμωμον*, lin. 3. l. Apoc. 18. — *Ἀναγγέλλω*, lin. 8. l. Joh. 16, 13. — p. 47. lin. 2. pro 8. l. 80. — *Ἀνάγκη*, lin. 4. l. 37. — *Ἀναθεματίζω*, lin. 1. „*γναμμα-*“ l. *γραμμα-*. — *Ἀναθεωρέω*, lin. 1. l. Act. 17. — *Ἀνακαλύπτω*, lin. 1. dele: 1., — p. 63. lin. 2. l. *πρεσβεύται*. — *Ἀνεξίκακος*, lin. 4. l. patiens. — *Ἀνήρ*, lin. 8. l. Matth. 1, 19. — *Ἄξιος*, lin. 14. l. §. 45. — *Ἀπαντάω*, lin. 10. l. §. 45. — p. 80. *aa*. lin. 2. *κυρίου* l. *οὐρανοῦ*. — p. 89. lin. 13. post „non“ inseras: nisi rarissime. — *Ἀπολείπω*, lin. 2. l. 2 Tim. 4. — p. 91. lin. 4. l. tradar. — p. 91. n. 2. lin. 9. l. Pass. et Med. — *Ἀποσκίασμα*, lin. 3. l. Jac. 1, 17. — *Ἄρτι*, lin. 11. l. 1 Cor. — *Ἄρωμα*, lin. 2. pro 1 Joh. l. Joh. 19, 40. — *Ἄσσον*, lin. 7. pro 3. l. 13. — *Ἀστήρ*, lin. 1. pro 7, l. 2, 7. — *Αὐτοκατάκριτος*, lin. 2. dele: non. — *Βάπτω*, lin. 4. „§. 22.“ l. p. 180. — *Βελτίων*, lin. 3. „§. 28.“ l. 36, 3. — p. 152. lin. 11. l. Rom. 3. — *Γινώσκω*, lin. 4. l. p. 72. 2. — *Γνώστης*, lin. 4. „23.“ l. 32. — p. 187. lin. 24. dele: quam, l. nisi. — *Δέχομαι*, lin. 24. verba: *b.*, accipio i. e. disco, colloces post loc. Phil. 4, 20. — *Διαφθείρω*, lin. 11. l. p. 206. — *Εἰκών*, lin. 13. l. p. 231, 3. — p. 338. *ee*. lin. 3. l. Rom. 4, 14. — p. 349. lin. 2. l. p. 251. — p. 351. „*Ἐκμυκτερίζω*“ l. *Ἐκμυκτηρίζω*. — *Ἐκφύω*, lin. 8. „positum“ l. posito. — p. 416. lin. 1. l. iacendi. — *Ἐπίτροπος*, lin. 5. „22.“ l. 21. — p. 445. lin. 15. „est“ l. sit. — *Ἐσθίω*, l. 7. l. Matth. 26, 21. 26. — p. 485. lin. 24. l. cum suo. — lin. 28. „mutata“ l. mactata. — *Ζάω*, lin. 19. p. 482. pro Rom. 6, 10. l. Gal. 2, 20. — *Ἥκω*, lin. 5. l. Luc. 13, 35. 12, 46. — *Ἡμέρα*, lin. 7. „bini denarii etc.“ l. unus den. solv. fuisset. — p. 509. lin. 21. l. Act. 13, 22. — p. 516. lin. 15. „est“ l. sit. — p. 586. lin. 3. l. 1 Cor. 4. — *Κλίβανος*, lin. 7. „exarduerunt“ l. exarserunt. — *Κολαφίζω*, lin. 1. post *τινα* inseras intra uncinam: differt *ῥαπίζω*. — *Λοιπός*, lin. 21. nota εε., et voc. „abhinc“ cum suis locis collocetur in linea 24, post Act. 27, 20. — *Ὁ, ἡ, τό*, p. 85. lin. 26. „adiect.

ἵνα" l. adiectiva. — p. 89. *f.* l. *g.* — *Οἰκονομέω*, lin. 3. „sequens" l. frequens. — *Παραινέω*, f. ήσω, l. έσω. — *Πνεῦμα*, p. 216. lin. 9. post 3. adde: 14, 2. — *Συμπαθής*, lin. 1. pro πάσχω l. πάθος. — *Τέκνον*, lin. 4. delenda sunt Apoc. 2, 22. 3, 7. — *Ὑπόστασις*, lin. 17. l. Hebr. 11, 1. — *Ὕσσωπος*, lin. 6. l. fasciculus. — *Ὡς*, n. 2. lin. 3. deleatur: „edit. 3." — p. 480. lin. 1. *Ἑρμῆς*, ου l. οῦ. — p. 510. *Τιμαῖος*, lin. 2. l. sanati. — p. 572. lin. 35. ὑπὲρ οὗ l. ὑπὲρ ὅν. — p. 606. lin. 13. pro τηρέω l. φυλάσσω. — p. 645. *Ὑπόδειγμα*, lin. 2. τόπος l. τύπος. — p. 649. ὅλως, lin. 2. „ubique" l. utique. — Quae praeterea irrepserunt vitia, ut δίδαχα pro δεδίδαχα sub voc. διδαχή lin. 1., lectoris aequitas facile et excusabit et emendabit.

ADDENDA.

P. 4. inter *Ἀγανακτ.* et *Ἀγαπάω* pon. *Ἀγανάκτησις*, indignatio, 2 Cor. 7, 11. — p. 6. inter *Ἀγγεῖον* et *Ἄγγελ.* pon. *Ἀγγελία*, nuntius, praeceptum annuntiatum, 1 Joh. 1, 5. 3, 11. — *Ἅγιος*, lin. 41. post signum add.: v. κλῆσις et φίλημα. — *Αἰτέω*, lin. ult. ad verba: „non occurrit" adde: nisi addatur τί (acc. obi.) ut Joh. 11, 22. — αἰτεῖσθαί τι. Matth. 27, 20. Marc. 16, 16. Luc. 23, 25. Act. 13, 21. — *Ἀλήθεια*, p. 32. lin. 11. post θεοῦ adde: Rom. 1, 25. deus, qui vere est. Oppon. ψεῦδος, i. e. inania simulacra. — *Ἀλοή*, ad calcem adde: Joh. 19, 39. — p. 43. inter *Ἀνά* et *Ἀναβαίνω* pon. *Ἀναβαθμός* (ab ἀναβαίνω) gradus, Act. 21, 35. 40. — p. 57. inter *Ἀνάψυξις* et *Ἀνδραποδ.* pon. *Ἀναψύχω*, f. ξω (ex ἀνά et ψύχω), recreo, τινά, 2 Tim. 1, 16. — p. 62. *Ἄνθρωπος*, ad calcem adde: ἄνθρ. τοῦ θεοῦ, deo devotus, 1 Tim. 6, 11. 2 Petr. 1, 21. 2 Tim. 3, 17. — p. 68. inter *Ἀντιόχεια* et *Ἀντιπαρέρχ.* interseras: *Ἀντιοχεύς*, Antiochenus, Act. 6, 5. — *Ἀσία*, lin. 1. post „commemoratur" add. 1 Cor. 16, 19. 1 Petr. 1, 1. Apoc. 1, 4. et saepissime. — *Ἄψινθος*, post nomen adde: — ου, ἡ, absinthium, Wermuth, Apoc. 8, 11. — p. 107. *Γεννάω*, lin. 5. post uncinas adde: de feminis: Luc. 1, 13. 57. 23, 29. Joh. 16, 21. (Palaeph. 4, 2.) — *Διαμερίζω*, lin. 10. add.: κατά τινος, Matth. 12, 25. — *Ἐκλύω*, lin. 12. add. post uncinam: Hebr. 12, 3. — *Ἐκνέω*, lin. 4. add.: alii tamen rectius derivant ab ἐκνεύω, in latus deflecto. Cf. graec. διανεύω, et v. Passov. sub h. v. — p. 604. inter *Κλάσμα* et *Κλαυθμ.* inseras: *Κλαύδη*, ης, ἡ, insula parva (etiam *Κλαύδιον*, *Γαῦλος* et *Γαῦδος* dicta), Act. 27, 16. (Ptolem. 3, 7.) — *Λυδία*, lin. 5. post 14. add.: 40. (leg. πρός.) — *Μήτε*, lin. 10. Verba „sed puto" nunc velim deleantur atque legatur: putarem retinendum — efficit nisi sequeretur aliud duplex μήτε. — *Ξηρός*, ad calcem adde: Hebr. 11, 29. — *Οἰκοδομή*, lin. 20. add. Rom. 14, 19. 15, 2. — *Πιστεύω*, p. 203. lin. 3. add. 1 Cor. 9, 17. — *Πιστικός*, lin. 15. post: „formas" adde: nisi reduplicatio per omnia verbi tempora servetur. — *Πρός*, p. 249. n. 3. lin. 10. post: „tempus" add.: 1 Thess. 2, 17. — p. 365. τέκνον, lin. 10. post 13. add. Apoc. 2, 23. — App. p. 530. *b.* verba: „Obs.: nullae — simplices." deleantur. — p. 535. *cc.* lin. 4. post: πειρασμός adde: ἄθεσμος. — p. 536. lin. 8. post uncinam adde: et Act. 21, 16. — p. 539. lin. 8. adde: ἀναντιῤῥήτως. — p. 540. n. 4. lin. 3. post: „ἔλασσον" adde: ἀναγκαιότερον, βέλτιον. — p. 544. obs. 1. lin. 4. post: „aucta" adde: praesertim si syllaba τος ante se habet consonam. — Ibid. lin. 19. „parasynthetae pro synth." scribe: παρασύνθετοι pro συνθέτοις. — Denique sub εἶπον lin. 9. add. post ἐῤῥήθεν: et e forma ionica ἐῤῥέθεν, Matth. 5, 21—43. Gal. 3, 16. (de qua Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 46. Lob. ad Phryn. p. 447.)

CLAVIS
NOVI TESTAMENTI
PHILOLOGICA.

VOLUMEN I. A — Λ.

A.

Nota: Nomina hominum et angelorum propria suppeditabit appendix.

A. Alphabeti graeci littera prima, agmen aperiens, quod claudit littera ω. Hinc vox illa, Apoc. 1, 8. ἐγώ εἰμι τὸ ἀ καὶ τὸ ὠ, quae verbis explicatur adiectis, 1, 8. 21, 6. ἀρχὴ καὶ τέλος, et insuper additis: ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, 22, 13. Ad sententiam τῆς ῥήσεως cf. 11, 17. Jes. 41, 4. Rom. 11, 36. *b.*, α in verbis compositis vel est copulativum (v. ἀδελφός) vel privativum; α priv. nec cum verbis nec cum nom. substantivis componitur simplicibus, sed si quae verborum formae illud α sibi praefixum habent (desinunt maximam partem in έω, όω, ίζω), eae originem ab adiectivis ducunt cum α priv. compositis, v. c. ἀβουλέω (ἄβουλος), ἀγνοέω (ἄγνους), ἀπειθέω (ἀπειθής), ἀδημονέω (ἀδήμων), ἀτιμόω (ἄτιμος), ἀφανίζω, ἀσφαλίζομαι (ἀφανής, ἀσφαλής) etc.; substantiva cum α priv. composita, quae maximam partem desinunt in ία (nunquam in ή), εια, σις, μα, μος, vel flexione horum adiectivorum, unde illa verba originem ducunt, oriuntur, v. c. ἀβουλία, ἄγνοια, ἀπείθεια, ἀκαθαρσία (ἀκάθαρτος), ἀδημονία, ἀσφάλεια etc. vel fontem habent verba, ab adiectivis cum α privat. compositis deducta, v. c. ἀγνόημα, ἀθέτησις, ἀφανισμός (ἀγνοέω, ἀθετέω, ἀφανίζω).

Ἀβαρής, έος, ὁ, ἡ, (α priv. et τὸ βάρος, onus. Cf. ἀγενής al.) non onerosus, 2 Cor. 11, 9. ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, i. e. cavi, ne sumtuum in me faciendorum onus vobis imponerem. (Cf. 1 Thefs. 2, 9. coll. v. 6.)

Ἀββᾶ, pater. Vox originis hebraicae, אָב pater, Chaldaice ad eam nominum formam effecta, quae statum emphaticum indicat. אַבָּא i. e. ὁ πατήρ, compellatio dei in precibus sollennis. Quoties in N. T. occurrit, adiunctam habet interpretationem graecam, Marc. 14, 36. Rom. 8, 15. Gal. 4, 6.

Ἀβιληνή, ῆς, ἡ, (scil. χώρα, regio ad Abilam urbem pertinens) Abilene, nomen regionis Decapolitanae in Syria, Libanum inter et Hermonem versus Phoeniciam sitae, distantis milliaribus XVIII. ab urbibus Damasco et Heliopoli. Cui regioni ut olim regis nomine praefuerat Lysanias quidam, nepos Mennaei, filius Ptolemaei, ao. 36. a. Chr. n. insidiis Cleopatrae interfectus, ita eidem Augustus alium praefecit Lysaniam, haud dubie genus ab illo ducentem, qui tetrarchae nomen gereret, Luc. 3, 1. Vid. Joseph. Archaeol. 14, 7. et 13. 15, 10. 19, 4. Cf. Wineri bibl. Realwörterb. sub h. v.

Ἄβυσσος, ου, ὁ (sic passim in Apoc.), ἡ (sic in Apoc. et in reliquis N. T. libris) (ex α priv. et ὁ βυσσός, s. ἡ βυσσά, Ion. ὁ βυθός, fundus) pr. fundi expers, profunditas infinita, das Bodenlose. Intellig. *a.*, orcus, Rom. 10, 7. *b.*, tartarus (domicilium malorum geniorum), Luc. 8, 31. Apoc. 9, 11. 11, 7. 17, 8. 20, 2. (animarumque impiarum) Apoc. 21, 8. coll. Luc. 16, 43. Dicitur φρέαρ, Apoc. 9, 1. λίμνη, 21, 8. Cf. voc. ᾅδης.

Ἀγαθοεργέω (ῶ), f. ήσω (i. e. sum ἀγαθοεργός), beneficum me praesto erga alios (pauperes, egenos), 1 Tim. 6, 18. Cf. voc ἀγαθός.

Ἀγαθοποιέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἀγαθοποιός) *a.*, ago quidquam, quod aliis prosit, Marc. 3, 4. (Matth. 12, 12. καλῶς ποιεῖν, oppon. κακῶς ποιεῖν) beneficum se exhibere, Act. 14, 17. — τινά, beneficiis aliquem afficio, Luc. 6, 33. 35. (i. q. εὐποιεῖν τινα, Marc. 14, 7. καλῶς ποιεῖν τινα, Matth. 5, 44.) *b.*, recte ago, 1 Petr. 2, 15. (coll. v. 14.) 20. (oppon. ἁμαρτάνω) 3, 6. 17. Oppon. κακοποιῶ, ut 3 Joh. v. 11.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, recte agendi ratio; — ἐν ἀγαθοπ., 1 Petr. 4, 19. i. q. ἀγαθοποιοῦντες, id, quod honestum est, sectantes.

Ἀγαθοποιός, οῦ, ὁ, ἡ, qui bene agere solet, 1 Petr. 2, 14.

Ἀγαθός, ή, όν, bonus. Videndum erit **1.**, quid dicatur τὸ ἀγαθόν. Hoc significatur *a.*, concretum aliquod bonum, quo fruimur, das Gut, Luc. 1, 53. (πεινῶντας ἐνέπλησε ἀγαθῶν) Hebr. 10, 1. (τὰ μέλλοντα ἀγαθά) 9, 11. — c. genit. τὸ ἀγαθὸν ὑμῶν, vestrum, quo fruimini, bonum, Rom. 14, 16. (intellig. libertas Christiana) — τὰ ἀγαθά μου, Luc. 12, 18. 19. (fructus et proventus agrorum meorum) μνήσθητι, ὅτι τὰ ἀγαθά σου ἀπέλαβες, Luc. 16, 25. (h. l. oppon. τὰ κακά, mala, ergo: commoda, utilitates). Deinde *b.*, haec vox exprimit notionem communem, a singulis abstractam; id, quod bonum est; das Gute, in formulis: τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν, Rom. 13, 3. ἐργάζεσθαι, Rom. 2, 20. 7, 14. πράσσειν, Rom. 9, 11. μιμεῖσθαι, 3 Joh. v. 11. Dicitur vero ab effectu, et nihil intelligitur aliud, quam quod utile ac salutare (frugi) est, id, quo consulitur rebus humanis et quod aptum est rerum humanarum ordini, Rom. 13, 4. διάκονος εἰς τὸ ἀγαθόν. Rom. 7, 13. τὸ οὖν ἀγαθὸν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; 16, 19. — Oppon.: τὸ κακόν, nocivum, perniciosum, 1 Cor. 5, 13. — Rom. 3, 8. ποιεῖν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά. — Joh. 1, 47. ἀγαθόν τι (Nazaretho num bonae frugis quidquam prodire potest?). Hinc praedicatur **2.**, adi. ἀγαθός, ή, όν *a.*, de hominum factis: ἔργον ἀγαθόν et ἔργα ἀγαθά (oppon.: ἔργα κακά), Rom. 13, 3. Phil. 1, 6. Hebr. 13, 20. 2 Tim. 3, 17. 2 Thess. 2, 17. Tit. 3, 1. Eph. 2, 10. Col. 1, 10. ut innuantur omnino facta, e quibus ad genus hominum redundat utilitas, quae ordini rerum humanarum apta sunt. *b.*, sigillatim intelliguntur etiam beneficia in singulos homines collata, Act. 9, 36. Philem. v. 14. — Matth. 12, 34. ἀγαθὰ λαλεῖν, verba proloqui, quae animum de aliis bene sentientem, erga alios bene-

volum, testantur. Jam vero nomen illud c., transfertur ad alias res, e quibus utilitas percipitur, et quae afferunt commoda, v. c. α., ἡ ἐντολή ἐστιν ἀγαθή, Rom. 7, 12. i. e. εἰς τὸ συμφέρον εἰςηγουμένη, ut explicat vetus Scholiasta (v. Matthaei edit. N. T. maior. Rigae 1782), — quae hominum prospicit saluti. — ἀγαθὴ ἀναστροφή, vivendi ratio, quae ordini hominum convenit, et nihil in se habet vituperii, 1 Petr. 3, 16. β., ἀγαθὴ γῆ, ἀγαθὸν δένδρον, quod progignit ea, quae utilia sunt, fructuosus, Luc. 8, 15. Matth. 7, 18. (Confertur cum τῇ γῇ τῇ ἀγαθῇ, Luc. 8, 8. ἡ καρδία, ἀγαθή dicta inde, quod bonos fructus progignit) — Matth. 7, 18. arbori ἀγαθῇ oppon. δένδρον σαπρόν, arbor corrupta, quae fructus bonos i. e. vere utiles proferre nequit. γ., quod rem utilem continet, v. c. δόσις ἀγαθή, Jac. 1, 17. i. e. donum, quo vere aliquid datur, quod bonum, h. e. utile est; δόματα ἀγαθά, Matth. 7, 11. ἡ μέρις ἡ ἀγαθή, Luc. 10, 42. i. e. portio, quacum vere boni quidquam accipitur, unde ad eum, qui accipit, utilitas redundat; θησαυρὸς ἀγαθός, Matth. 12, 35. Luc. 6, 45. qui ἀγαθά continet. δ., additur nominibus, aut sensum et perceptionem aut spem alicuius boni notantibus, ut notio praevaleat iucunditatis, v. c. ἡμέρα ἀγαθή, 1 Petr. 3, 10. (cf. ἡμ. πονηρά, Eph. 6, 13.) ἐλπίς, 2 Thess. 2, 16. συνείδησις, Act. 23, 7. 1 Tim. 1, 15. 19. 1 Petr. 3, 16. — *d.*, de hominibus dic., *aa.*, sensu eminentiori: α., qui aliis bene vult, ab iniuria se abstinet, et quantum potest, hominum rationibus consulit, Matth. 12, 35. Act. 11, 24. Luc. 23, 50. Joh. 7, 12. cf. Xenoph. Mem. 1, 2, 57., ubi ἀγαθός idem esse dic. qui ὠφέλιμος, κακός i. q. βλαβερός et πονηρόν i. q. ἐπιζήμιον. Huc ref. 1 Thess. 7, 5. ἔχειν τινὸς μνείαν ἀγαθήν. — πονηροί τε καὶ ἀγαθοί (homines nequam et qui bonae frugis sunt), Matth. 5, 44. 22, 10. Speciatim β., lenis, mitis, v. c. δεσπότης (opp. σκολιός), 1 Petr. 2, 28. γ., beneficus, Matth. 20, 15. (opp. πονηρός, invidus). Rom. 5, 7. ἀγαθός et δίκαιος distinguuntur. Sens.: aegre enim aliquis pro insonte mortem suscipit. Nam si incunctanter vel audet periculo mortis pro alio se obiicere, id pro homine facit benefico. — ἀγαθέ, Matth. 19, 16. Sens.: si boni me nomine ornas, memento Dei, omnium bonorum datoris et auctoris. Huius quae sint mandata, nosti. (Quare Justin. M. et Clem. Alex. textui addunt: ὁ ποιήσας τὰ πάντα). *bb.*, Sensu relativo: qui pro munere, quod gerit, utilem se praestat (v. c. bonus imperator). Sic δοῦλος ἀγαθός, Matth. 25, 22. 23. Luc. 19, 11. brauchbar. Cf. Tit. 2, 10. πίστις ἀγαθή, fidelitas, quae hero prodest.

Ἀγαθουργέω (ῶ), fut. ήσω, Act. 14, 17. pro ἀγαθοποιῶ e lectione nonnullor. codd. Rarior contractio, v. supra ἀγαθοεργέω, cf. tamen infra κακοῦργος, ἱερουργέω.

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ. (Similes formae ab adiectivis in ων desinentibus v. ἀσχημοσύνη, ἀφροσύνη, ἐλεημοσύνη al. et δικαιοσύνη.) Hoc voc. apud Atticos elegantiores non occurrit. — 2 Thess. 1, 11. πληρῶσαι πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, h. e. ut ratum

faciat quodvis consilium studio benefaciendi captum, Rom. 15, 14. Gal. 5, 22. Eph. 5, 9. distinguitur a τῇ δικαιοσύνῃ.

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, (ab ἀγαλλιάω) exsultatio prae gaudio, Luc. 1, 14. 44. ἐν ἀγαλλιάσει, Act. 2, 46. Jud. v. 24. i. e. exsultanter, hilari animo. — Hebr. 1, 9. cf. Ps. 45, 8. oleum laetitiae (quo epulis accumbentes ungi solebant. Ps. 23, 5.).

Ἀγαλλιάω (ῶ) et άομαι, fut. σομαι (cf. κορυβαντιάω), exsulto prae gaudio, vehementer laetor, *a.*, absol., Matth. 5, 12. Act. 16, 34. 1 Petr. 1, 8. 4, 13. — τῷ πνεύματι, Luc. 10, 21. — ἡ γλῶσσα, Act. 2, 26. *b.*, constr. ἔν τινι, 1 Petr. 1, 6. (de quo); sed Joh. 5, 35. s.: splendente eius luce laetitiae indulgere vestrum esse putabatis. — ἐπί τινι de, Luc. 1, 47. ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου (nisi legendum ἠγαλλιάσατο τὸ) — sequente ἵνα, Joh. 8, 56. Verti non potest: dass er — sollte. Nam quid hoc esset? sed inferas notionem: laetabundus optavit, ut videret, er hüpfte dem entgegen. Alluditur ad Gen. 17, 17. καὶ ἐγέλασε, quod iam Philo (Allegor. edit. Turnebi p. 68.) ad laetitiam in Abraamo excitatam retulerat: οὗτος μὲν δὴ φαίνεται γεγηθὼς καὶ γελῶν, ὅτε μέλλει γεννᾷν τὸ εὐδαιμονεῖν Ἰσαάκ.

Ἄγαμος ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et γάμος, nuptiae) coelebs, 1 Cor. 7, 8. 11. 32. 33. 34.

Ἀγανακτέω (ῶ), f. ήσω, (cf. πλεονεκτέω, quod descendit a πλεονέκτης, hoc vero a πλέον et ἔχω. Ita suppone: ἀγανάκτης, ab ἄγαν et ἄχομαι, doleo, tristis sum) indignor; *a.*, absol., Matth. 21, 15. 26, 8. (Marc. 14, 4.) Marc. 10, 14. *b.*, constr. περί τινος, Matth. 20, 24. (Marc. 10, 41.), ut Graeci. — Seq. ὅτι, Luc. 13, 14.

Ἀγαπάω (ῶ), f. ήσω, (a subst. ἀγάπη et hoc ab ἄγαν et ἅπτω, ἅπτομαι, cf. nostr. heften) **1.**, amo. Innuit animi cum alio coniunctionem sic factam, ut ab eo quasi pendeas eoque aegre careas. Hinc ἀγάπη et ἀγαπᾷν (sensu formali) denotat animi in hominem vel rem eam propensionem, propter quam aut coniunctio, ut fiat, cum homine vel re appetitur, aut si facta iam est, eius divulsio aegre sentitur (die Entschiedenheit der Neigung für eine Person oder Sache, entweder als Seelenstimmung oder als Aeusserung gedacht). Ita v. c. de personis, Marc. 10, 21. S.: Jesus noluit eum dimittere a se, sed secum habere cupiit; — de rebus: rem posthabitis aliis sectari, eam dimittere, abiicere nolle, v. c. δικαιοσύνην, Hebr. 1, 9. (constanter ei inhaerere), τὴν δόξαν, Joh. 12, 43. τὴν πρωτοκαθεδρίαν, Luc. 11, 43. (20, 46. legitur φιλεῖν) τὸ σκότος et τὸ φῶς, Joh. 3, 19. τὸν κόσμον, 1 Joh. 2, 15. (deliciis vitae inhiare.) τὸν νῦν αἰῶνα, 2 Tim. 4, 10. — τὴν αὐτοῦ ἐπιφάνειαν, 2 Tim. 4, 8., ἀγαπῆσαι dicuntur, qui spem de futuro Domini adventu conceptam ita fovent, ut toti quasi ab hac spe pendeant. — Quare subinde praegnanter dic. prae caeteris diligere, Joh. 13, 24. 2 Cor. 13, 7. Rom. 9, 13. **2**, Sensu materiali: *a.*, facere, quod alteri placet, ei prodesse et votis eius satisfacere studere, Luc. 7, 5. 16, 13. Matth.

6, 24. Joh. 15, 19. Eph. 5, 25. Col. 3, 19. *b.*, Sed doctrina Christiana cum amorem ipsa praecipiat, eoque ut omnes homines, vel inimicos amplectamur, postulet, benevolentiam erga alios eam intelligit, qua, quae aliis vere prosint, spectemus, eorumque rationibus, quantum fieri possit, consulamus, Matth. 5, 44. (Luc. 6, 27.) (ἀγαπῶν κατ' ἐξοχήν, 1 Joh. 2, 18.) Rom. 13, 8. (das Wohlwollen, das Andern das wahre Beste wünscht). — Ita Deus dic. amasse homines, i. e. ipsis documentum amoris edidisse, Joh. 3, 16. — Homines Deum amare dicuntur, si studio Deo placendi ducuntur. — Additur: μᾶλλον, ἤ, Joh. 3, 19. 12, 43. πλεῖον, Joh. 21, 15.

Ἀγάπη, ης, ἡ, 1., amor, Joh. 15, 13. Rom. 13, 10. 1 Joh. 4, 18. Hoc voc. in N. T. fere non occurrit nisi sensu materiali dictum: *a.*, de amore hominum in homines, vel *α.*, animis inhaerenti, Matth. 24. 12. 1 Cor. 13, 1—4. 8. 14, 1. 16, 14. 2 Petr. 1, 7. Matth. 24, 12. 1 Joh. 4, 7. 16. vel *β.*, signis declarato, 1 Thess. 1, 3. Philem. v. 7. Hebr. 6, 10. 10, 24. Joh. 13, 35. *b.*, de amore hominum in Deum: ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ, Luc. 11, 42. Joh. 5, 42. 1 Joh. 2, 15. 17. 4, 12. Dei in homines, Rom. 5, 8. 8, 38. 39. 2 Cor. 10, 14. 13, 13. *c.*, Christi in Deum, Joh. 15, 10. Dei in Christum, Joh. 17, 26. Christi in homines, 1 Joh. 2, 46. 2 Cor. 5, 14. Eph. 3, 19. Christianorum in Christum, Rom. 8, 35. Joh. 15, 9. 2 Cor. 5, 13. — ἡ ἀγάπη τοῦ πνεύματος, amor a Spiritu S. excitatus, Rom. 15, 30. 2., studium rei: ἡ ἀγάπη τῆς ἀληθείας, 2 Thess. 2, 10. v. supra ἀγαπάω. — 3., formulae: *a.*, de amoris significatione aut conservatione: τὴν ἀγάπην δέξασθαι, 2 Thess. 2, 10. ἀγάπην ἔχειν, Joh. 13, 35. ἔν τινι, 1 Joh. 4, 16. Phil. 2, 2. περιπατεῖν ἐν τῇ ἀγάπῃ (ex hebraismo), Eph. 5, 1. ἀφιέναι τὴν ἀγ., Apoc. 2, 4. μένειν ἐν τῇ ἀγ., 1 Joh. 4, 16. *b.*, de documentis amoris, Joh. 17, 26. ἡ ἀγάπη, ἣν ἠγάπησάς με (cf. Marc. 3, 28.), Hebr. 6, 10. ἀγάπην δεικνύναι, 1 Joh. 3, 1. διδόναι. *c.*, de vi amoris, 2 Cor. 5, 14. συνέχει με, Matth. 24, 12. ἡ ἀγάπη ψογήσεται. *d.*, de studio amoris speeimina edendi, διώκειν τὴν ἀγάπ., 1 Cor. 13, 1. *e.*, κατ' ἀγάπην, Rom. 14, 15. — ἀγάπη εἴς τινα, 1 Thess. 1, 3. — ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί, 1 Joh. 4, 8. 16. i. e. ad essentiam Dei pertinet amor. — Phil. 1, 17. ἐξ ἀγάπης (scil. in me.) — ἡ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπη, 2 Cor. 8, 7.

Ἀγάπαι, ῶν, Agapae, Christianorum convivia post coenam Domini concelebratam institui solita, quibus pauperes Christianorum simul cum ditioribus interessent ad cibum, ditiorum sumtu apparatum, promiscue cum reliquis capiendum, Jud. v. 12. 1 Cor. 10, 16 — 34. (Tertull. Apol. c. 33. et ad Martyr. c. 3. Cyprian. ad Quirin. c. 3, 3.)

Ἀγαπητός, ή, όν, (adi. verbale ex 3. pers. perf. pass. formatum): *a.*, amatus, dilectus, v. c. ὁ υἱός, ὁ ἀδελφός, τέκνον. Oppon. ἐχθρός, Rom. 11, 28. Addi solet amicorum nominibus, et adhiberi in blandis compellationibus. — ἀγαπητός τινος, Act. 13, 25.

Rom. 1, 7. 1 Cor. 15, 58. Phil. 4, 1. — τινί, 1 Thess. 2, 8. — differt ἠγαπημένος h. e. qui documenta ab altero amoris expertus est. *b.*, amandus, 1 Tim. 6, 2.

Ἀγγαρεύω, f. εύσω, i. e. ἄγγαρος sum, ἄγγαρον ago. Vox origine Persica. Fuerunt οἱ ἄγγαροι cursores (tabellarii) publici, ex instituto regis Persici certis stationibus cum equis ad itinera adhibendis dispositi, qui alter alteri mandata regia traderent, ut eo citius ad locum destinatum perferrentur, v. Xenoph. Cyrop. VIII, 6, 9. Herod. VIII, 98. (Ges. lex. hebr. sub v. אִגְּרָא.) His angaris id iuris erat, ut possent, si opus esset, cuiusvis heri equos navesve, aut etiam obvios sibi homines ad cursum secum rapere. Et hoc dic. ἀγγαρεύειν τινά, (angariare, Plin.) i. e. cogere vel ad iter praestandum vel ad onus ferendum vel ad quodvis ministerium obeundum (Pass. ἀγγαρεύεσθαι.), Matth. 5, 41. ἀγγαρ. τινὰ μίλιον ἕν, i. e. qui te coget secum currere unum miliare. c. 27, 32. (Marc. 15, 1.) ἠγγάρευσαν αὐτὸν, ἵνα ἄρῃ, i. e. adegerunt eum obviam factum, ut portaret.

Ἀγγεῖον, ου, τό, (i. q. τὸ ἄγγος) vas, Matth. 13, 48. vasa, in quae pisces capti colliguntur. 25, 4. vas, olei receptaculum (cf. formas: βροντεῖον, ἐκμαγεῖον, γλωσσοκομεῖον).

Ἄγγελος, ου, ὁ, **1.**, nuntius, legatus, qui cum mandatis mittitur, Luc. 9, 52. ἄγγ. τινος, Matth. 11, 10. Luc. 7, 24. 27. Marc. 1, 2. Luc. 7, 24. — **2.**, Speciatim angelus (et angeli) Dei, unus e geniorum coelestium grege, ad peragendum quoddam mandatum Dei in terras ablegatus (Engel). *a.*, Erat scil. vulgaris Judaeorum post exilium babylonic. recepta opinio, Deo, orbis terrarum regi, adstare genios ministros, quibus utatur ad consilia sua perficienda (Hebr. 1, 7. Matth. 4, 6. 11. Marc. 1, 13. Luc. 16, 22. Joh. 5, 4. Act. 7, 5.) aut ad voluntatem suam hominibus aperiendam (Luc. 1, 11. 26. Act. 10, 3. 27, 23. Matth. 1, 20. 2, 13.) et qui subinde terram obeant, ut ad Deum preces piorum hominum perferant. Matth. 18, 10. non intellig. angeli tutelares, sed genii, qui de rebus τῶν μικρῶν (v. hoc voc.) nominatim de ipsorum ad virtutem reditu ad Deum referunt, cf. Luc. 15, 10. Utrum de angelo quodam tutelari cogitandum sit Act. 12, 15., non liquet. Locus dubiae lectionis et interpretationis 1 Cor. 11, 10. *b.*, In Apoc. Joh. mentio fit angelorum singulis elementis praepositorum, Apoc. 16, 5. 14, 18. 9, 11. (cf. ἀβαδδών). *c.*, Dicitur Messias olim angelorum stipatus choro venturus ad iudicium esse, Marc. 8, 38. Matth. 16, 27. Luc. 9, 26. aut etiam angelos, qui cultores suos colligant, emissurus, Marc. 9, 27. (Matth. 24, 31.) Apparent angeli vestibus lucidis induti et fulgurantes, Matth. 28, 3. cf. Act. 6, 15. — Col. 2, 18. θρησκεία τῶν ἀγγέλων i. e. cultus, qui speciem cultus mentitur illius, quo angeli Deum prosequuntur. — *d.*, Commemorantur praeterea mali angeli, qui exuta, qua bona praediti erant natura, ad pravitatem delapsi sint, 2 Petr. 2, 4. Jud. v. 6. et nunc subditi diabolo, Matth. 25, 41., in tartari tenebris detineantur.

Ἄγε, age, agedum (ubi ad plures oratio convertitur: ἄγετε, Hom. Od. 21, 73.), Jac. 4, 13. 5, 1.

Ἀγέλη, ης, ἡ, (ab ἄγω, ich treibe, ap. Hom. Il. λ. grex boum) grex, Matth. 8, 30. (Marc. 5, 11. 13.) de grege porcorum.

Ἀγενεαλόγητος, ου, ὁ, cuius genealogia ignoratur, Hebr. 7, 8. cf. v. 6. μὴ γενεαλογούμενος.

Ἀγενής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (ex α priv. et γένος, cf. ἀβαρής) opp. εὐγενής, homo ignobili loco natus, homo nullius famae et nominis, 1 Cor. 1, 28. τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου i. e. eos, qui inter homines nullius numeri esse putantur, cf. 1 Cor. 1, 27. Ponitur genus neutrum in formulis, Luc. 1, 35. 16, 15.

Ἁγιάζω f. άσω, (i. e. ἅγιον facio s. praedico, cf. formas: ἅζω, δοξάζω, σεβάζω) **1.**, sacrum facere, i. e. *a.*, Deo aliquid consecrare. Latent in verbo duae signif. α., Deo addicere, proprium dicare. Sic Deus ipse dicitur ἁγιάσαι (i. q. sibi ἐκλέξασθαι) eum, cui Messiae provinciam demandavit, Joh. 10, 36. (cf. ἀφορίζειν, Gal. 1, 15. Jerem. 1, 5. et ἅγιος τοῦ θεοῦ) et Christus ipse se ἁγιάζει Deo, Joh. 17, 17. itemque discipulos et cultores suos (sens.: segregabo tibi eos a vulgo profano, ut unice tibi adhaereant, quemadmodum ipse me tibi adhaerere mortem suscipiens ostendo). β., Deo aliquid mundum offerre. Sic cibi dicuntur ἁγιάζεσθαι (precibus ad Deum factis), ut desinant esse immundi, 1 Tim. 4, 5. Rom. 15, 16. Christiani dic. ἡγιασμένοι, Act. 20, 32. 26, 18. 1 Cor. 1, 2. (ἐν Χριστῷ, per Christum) Deo lustrati. Christus dic. ἁγιάσαι τὴν ἐκκλησίαν *aa.*, lavacro baptismi, Eph. 5, 26. cf. 1 Cor. 6, 11. *bb.*, morte sua, et cum corpore suo, quod Deo immaculatum sacrificium offerret. Meminit auctor epist. ad Hebr. lustrationis illius, quae sanguine sacrificii in eo ipso, qui offerret, idcirco effici solebat, ut abhinc mundus haberi, sanctuarium intrare et res sacras contrectare posset, Hebr. 9, 13. 22. (Ex. 29, 21.) atque sic docet, sanguine Christi Christianos lustratos esse. Cf. 1 Joh. 1, 9. de sanguine lustrandi vim habente. — Sed ad hanc purgationem, extrinsecus factam, accedere debet purgatio animi, i. e. mentis ac morum castitas, a scelerum contagione aliena, efficienda illa per Spirit. S. Et ad hanc quoque verba: ἁγιάζω et ἁγιασμός transferuntur, 1 Thess. 5, 23. *b.*, i. q. δοξάζειν, celebrare, Matth. 6, 9. (Luc. 11, 1.) 1 Petr. 3, 15. **2.**, Suam sanctitatem in rem coniunctam derivare, Matth. 23, 17. 19. 1 Cor. 7, 14.

Ἁγιασμός, οῦ, ὁ, consecratio, purgatio ob cultum Dei facta, ut Deo aliquid offerri possit, 1 Cor. 1, 30. Χριστὸς ἐγεννήθη ἡμῖν ἁγιασμός, i. e. quod ἡγιασμένοι sumus, id ei debemus. Sensu morali: abstinentia a flagitiis, 1 Thess. 4, 3. 4. 1 Tim. 2, 15. 2 Thess. 2, 13. ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, i. e. eo, quod nos per Spirit. S. scelerum puros reddidit. 1 Petr. 1, 2. — διώκειν τὸν ἁγιασμόν, Hebr. 12, 14.

Ἅγιος, ία, ον, (ab ἅζω, ἅζομαι, veneror) pr. **1.**, venerandus; *a.*, ipse Deus dicitur, quia est summum numen, Joh. 17,

11. — τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, Luc. 1, 49. Act. 4, 30. Apoc. 4, 8. (Jes. 6, 3.) i. q. ἔνδοξος. — τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Luc. 1, 35. al. Hinc *b.*, de rebus et personis, quae ob aliquam cum Deo coniunctionem aliquid eximii habent, et verecundiam sibi poscunt, v. c. de locis Deo sacris, quae profanare nefas est, Act. 6, 13. 21, 18. τὸ ἅγιον, templum, Hebr. 9, 1. 2. 8. 8, 12. 24. 10, 19. dic. ὁ ἅγιος τόπος, Act. 6, 13. 21, 18. Speciatim ea pars templi s. tabernaculi foederis, quae sanctum vocatur (מִקְדָּשׁ Ez. 45, 28.) τὰ ἅγια ἁγίων, i. e. templi pars sacratissima (Ex. 26, 33.), Hebr. 8, 2. 9, 3. — ἁγία πόλις i. e. urbs Hierosolymor. (propter templum ibi exstructum), Matth. 4, 5. 27, 53. Apoc. 11, 2. 21, 2. 22, 19. ὁ τόπος ὁ ἅγιος, Matth. 24, 15. (Marc. 13, 14. Luc. 21, 20.) τὸ ὄρος τὸ ἅγιον, 2 Petr. 1, 18. (mons, in quo templum exstructum est.) — ἡ (θεοῦ) ἁγία διαθήκη, Luc. 1, 72. (foedus quod cum ipse Deus fecerit, eo inviolabilius est.) — αἱ ἅγιαι γραφαί, Rom. 1, 2. (quae effata Dei continent.) — αἱ ἅγιαι γυναῖκες, 1 Petr. 3, 5. (in scriptis S. laudatae.) — de personis, quibus Deus utitur ministris, Eph. 3, 5. de angelis, 2 Petr. 1, 21. Marc. 8, 38. (Luc. 9, 26.) Matth. 25, 31. — τὸ ἱεράτευμα, 1 Petr. 2, 5. — de prophetis, Act. 3, 21. Rom. 1, 2. Luc. 1, 70. — οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι, 2 Petr. 1, 21. — **3.**, Deo selectus (et nulli alii), ut ipsi quasi proprius sit. Ita *a.*, ubi genitiv. aut dativ. diserte apponitur: ἅγιος τῷ κυρίῳ, Luc. 2, 22. — ἅγιος τοῦ θεοῦ (i. q. ἐκλεκτὸς τοῦ θεοῦ) dic. Christus, Marc. 1, 24. Luc. 4, 34. cf. Joh. 10, 36. — *b.*, οἱ ἅγιοι, ut Judaei sibi vindicarunt nomen τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ (3 Esdr. 3, 70. Dan. 7, 18. 22.) i. e. populi Deo peculiaris, quem sibi prae caeteris elegerit, ita hoc nomen in se transtulerunt Christiani, 1 Petr. 2, 9. (Ex. 19, 6.) cf. v. 5. Hinc dic. ἅγιοι simpliciter, Act. 9, 13. 32. 41. 16, 15. 26, 10. 12, 13. Rom. 8, 27. 12, 13. 16, 15. 1 Cor. 6, 1. 2. Phil. 4, 22. Col. 1, 12. Hebr. 1, 10. κλητοὶ ἅγιοι, Rom. 1, 7. — **2.**, ubi ad sacrificia et oblationes respicitur: *a.*, Deo ritu solenni praeparatus, purus, mundus (oppon. τῷ ἀκαθάρτῳ), 1 Cor. 7, 14. iunctum cum ἄμωμος, Eph. 1, 4. 5, 27. Col. 1, 22. Eph. 5, 3. ἀπαρχή, Rom. 11, 16. θυσία, Rom. 12, 1. *b.*, Sens. morali, de morum castitate (ita ut animus cum re in honorem Dei lustrata comparetur), Eph. 5, 3. 1 Petr. 1, 15. 16. (Levit. 19, 2. 11, 43.) cf. 1 Joh. 3, 3. — αἱ ἅγιαι ἀναστροφαί, 2 Petr. 3, 11. (vita, sceleribus haud contaminata) — ἁγία ἐντολή (quae puritatem praescribit), Rom. 17, 12. 2 Petr. 2, 21. — κλῆσις ἁγία, quae a vitiis et peccatis avocat. — φίλημα ἅγιον, osculum, purissimi amoris signum. — τὸ ἅγιον *a.*, adi. augustum illud (sanctissimo numine procreatum), Luc. 1, 35. *b.*, caro sacrificialis, Deo consecrata, Matth. 7, 6. (Ex. 22, 11.) *c.*, substantive posit. sanctuarium, v. supra. Translate dic. de coelo, Hebr. 9, 8. 12. 24. 10, 19.

Ἁγιότης, ητος, ἡ, sanctitas. Semel leg. Hebr. 12, 10. (videtur idem esse quod δόξα).

Ἁγιωσύνη, ης, ἡ, ratio agendi, quae sanctitatis (castimoniae)

studium ostendit, 2 Cor. 7, 1. ἐπιτελεῖν ἁγ., 1 Thess. 3, 13. — Rom. 1, 4. πνεῦμα ἁγιωσύνης i. q. πνεῦμα ἅγιον, ex hebraismo (cf. Luc. 16, 8. Act. 1, 18.). Ps. 51, 13. v. Ewald, hebr. Gr. §. 300. Gesen., Lehrgeb. §. 163.

Ἀγκάλη, ης, ἡ, pr. curvatura s. sinus brachii, ulna. — δέξασθαι εἰς τ. ἀγκάλας, Luc. 2, 28. (Graeci etiam: ἀγκὰς λαβεῖν, ἐν ἀγκάλαις περιφέρειν) v. ἐναγκαλίζομαι.

Ἄγκιστρον, ου, τό, (nomen instrumenti, a verbo inusitato ἀγκίζω, angeln, cf. λέπαστρον), hamus piscatorius, Matth. 17, 27.

Ἄγκυρα, ας, ἡ, ancora (instrumentum ferreum, duas extremitates dentibus similes habens, quod funibus alligatum nautae in fundum maris deiiciunt, ut naves consistant.) — ῥίπτειν (lat. iacere), Act. 27, 29. — ἐκτείνειν, v. 30. — περιαιρεῖν, v. 40. Epitheta: ἀσφαλής, βεβαία, Hebr. 6, 19. Comparatur h. l. cum ea spes (ut ap. Heliodor. 7, p. 350).

Ἄγναφος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et γνάπτω, pannum polire, cf. ἄῤῥαφος) pr. infullonicatus, impexus, ungewalkt, ῥάκος, Matth. 9, 16. (Marc. 2, 21.)

Ἁγνεία, ας, ἡ, (cohaeret cum ἁγνεύω, castitatem colo, castum me gero) castitatis cultus, castimonia, 1 Tim. 4, 12. 5, 2. (Nasiraeatus Num. 6, 21.)

Ἁγνίζω, f. ίσω, (ab ἁγνός, purum reddo) **1.**, purgo (ritibus leviticis) ἐμαυτόν, Joh. 11, 55. (precibus, abstinentia, ieiuniis, lotione vestium) — passiv. vim medii habet, Act. 21, 24. 26. 24, 18. castimoniam suscipere, (נָזִר Num. 6, 2. 3.) de iis, qui voto obstricti erant, et per certum tempus a vino et cibis elegantioribus, et a radenda coma abstinere tenebantur. **2.**, Sens. morali: castum reddo, τὰς καρδίας, Jac. 4, 8. τὰς ψυχάς, 1 Petr. 2, 22. ἑαυτόν, 1 Joh. 3, 3. (cf. Joh. 11, 55.) Differt ab ἁγιάζειν eo, quod ἁγιάζ. purgationem rei indicat ideo factam, ut res Deo sit consecrata.

Ἁγνισμός, οῦ, ὁ, purificatio, lustratio, expiatio, Act. 21, 26. susceptio et cultus castimoniae (cf. Num. 6, 5.), v. ἁγνίζω.

Ἀγνοέω (ῶ), f. ήσομαι, sum nescius, ignoro. *a.*, absol. 1 Cor. 14, 38. Hebr. 5, 2. *b.*, constr. α., seq. ὅτι, Rom. 6, 3. 7, 1. Rom. 2, 4. οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, formula Paullo frequentata: Rom. 1, 13. 11, 25. 1 Cor. 10, 1. 12, 1. 2 Cor. 1, 8. adiecto περί, 1 Cor. 12, 1. 1 Thess. 4, 13. β., τινά, τί. *aa.*, non nosse, Act. 13, 27. 17, 23. Rom. 10, 3. 11. 25. 2 Cor. 2, 12. (οὐκ ἀγνοεῖν) 2 Petr. 2, 12. ἐν οἷς (i. e. τούτοις, ἃ) ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες. Ἀγνοούμενοι, qui ignorantur, 2 Cor. 6, 9. (opp. οἱ ἐπιγιγνωσκόμενοι) — ἤμην ἀγνοούμενός τινι, Gal. 1, 22. (vulgo dicunt, τινί scribi pro ὑπό τινος. Perperam.) *bb.*, non intelligo, τὸ ῥῆμα, Marc. 9, 32. (Luc. 9, 45.)

Ἀγνόημα, τος, τό, erratum, error — peccatum, Hebr. 9, 7.

Ἄγνοια, ας, ἡ, (ab ἄγνους) inscitia, ignorantia, Act. 17, 30. 1 Petr. 1, 14. — ἡ οὖσα ἔν τινι, Eph. 4, 18. — κατ' ἄγνοιαν, Act. 3, 17.

Ἁγνός, ή, όν, (ab ἅζω) purus, in quo nihil est impuri. *a.*, in primis de castitate dic.: purus a Venere, 2 Cor. 11, 2. (παρθένος, virgo intacta, incorrupta.) Tit. 2, 5. *b.*, purus ab omni scelere, integer. — Sic Deus ipse ἁγνός, 1 Joh. 3, 3. — Formulae: ἁγνὸν ἑαυτὸν συστῆσαι, 2 Cor. 7, 11. — ἑαυτὸν τηρεῖν, 1 Tim. 5, 22. — Jac. 3, 17. ἡ ἄνωθεν σοφία ἁγνή dic. quia, qui ea imbutus est, mentem puram habet. — ἁγνὴ ἀναστροφή, 1 Petr. 3, 2. (cf. 2 Petr. 3, 11.) vita pura, nullis sceleribus contaminata.

Ἁγνότης, τητος, ἡ, puritas. Semel occurrit, 2 Cor. 6, 6. (v. supra ἁγιότης.)

Ἁγνῶς, adv. pure, puro animo, Phil. 1, 16. (i. q. καθαρῶς.)

Ἀγνωσία, ας, ἡ, (ab adi. verbali ἄγνωτον, cf. v. c. ἀκαθαρσία) inscitia, 1 Petr. 2, 15. ignoratio, 1 Cor. 15, 34. ἀγνωσίαν Θεοῦ ἔχουσι.

Ἄγνωτος, ου, ὁ, ἡ, ignotus, Act. 17, 23.

Ἀγορά, ᾶς, ἡ, (ab ἀγείρω, perf. ἤγορα, congrego) concio, conventus, et locus, ubi conciones fiunt. In N. T. forum, locus publicus, ubi et *a.*, iudicia habentur, Act. 16, 19. 17, 17. et *b.*, res venales, merces, exponi solent (der Markt), Marc. 7, 4. ἀπ' ἀγορᾶς scil. ἐλθόντες, e foro reversi, nisi se laverint, cibum non capiunt; ideoque locus oppidi aut vici maxime frequentatus, Matth. 11, 16. (Luc. 7, 32.) Marc. 6, 56. (Glossema: cod. D. ἐν πλατείαις) Matth. 20, 3. 23, 7. (Marc. 12, 38. Luc. 20, 46.)

Ἀγοράζω, f. άσω, (ab ἀγορά. Constat, verba in άζω et ίζω exeuntia derivari a nominibus, et usum frequentem aut imitationem rei, nomine expressae, denotare. Sic ἀγοράζω est quod nostrates dicunt: markten.) **1.**, forum frequento. — Cum ἀγορά etiam dicantur merces in foro venales (ap. Thucyd. cf. τράπεζα, Act. 16, 34.): ἀγοράζω signif. **2.**, emo, et hoc occurrit *a.*, proprie dictum, absol. Matth. 21, 12. (Marc. 11, 15. Luc. 19, 45.) 25, 10. (ἑαυτῷ) — τί, Matth. 13, 44. 46. 14, 15. (Marc. 6, 36. Luc. 9, 13.) — παρά τινος, Apoc. 3, 8. — ἔκ τινος i. e. emere aliquid pecunia, quam ex vendita aliqua re lucratus es. (Palaeph. fab. 46.) — quanti? Marc. 6, 37. 1 Cor. 6, 20. (cf. πιπράσκω.) *b.*, metaph. Christus emisse dic. cultores suos *α.*, universe, 2 Petr. 2, 1. 1 Cor. 6, 20. i. e. sibi acquisivisse — quare eos non deceat servos esse hominum (1 Cor. 7, 23.). Additur: ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, Apoc. 5, 9. *β.*, dicitur eos emisse Deo, Apoc. 5, 9. ut Deus eos habeat secum in coelis, et hi ipsi dicuntur emti ἀπὸ τῆς γῆς (von der Erde her) et Apoc. 14, 4. ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων (aus den Menschen heraus). Quod lexicographi dicunt, ἀγοράζειν esse redimere, id mentiuntur.

Ἀγοραῖος, ου, ὁ, ἡ, (ab ἀγορά) qui foro addictus est, qui forum et fora (loca publica) frequentat, Act. 17, 5. (circumforanei, latinis hi dicuntur subrostrani, subbasilicani), sed ἀγόραιος forensis, scil. ἡμέρα, dies iudicialis, Act. 19, 38. ἀγόραιοι ἄγονται (τὰς ἀγοραίους ποιεῖσθαι, Strabo XIII, p. 932.).

Ἄγρα, ας, ἡ, captura, venatio, Luc. 5, 4. εἰς ἄγραν, ut capiatis, et v. 9. ἡ ἄγρα τῶν ἰχθύων (captio piscium).

Ἀγράμματος, ον, ὁ, ἡ, litterarum rudis, Act. 4, 13. (cf. ἀσώματος.)

Ἀγραυλέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἄγραυλος, et hoc ab ἀγρός, ager, et αὐλή, casa) sub dio ago, Luc. 2, 8.

Ἀγρεύω, f. σω, venationi operam do (cf. ἁλιεύω, παγιδεύω al.), τινά, capere, Marc. 12, 13. (Matth. 22, 15. habet παγιδεύω, Luc. 20, 20. ἐπιλαβέσθαι c. gen.) — λόγῳ (Matth. ἐν λόγῳ.), cf. σαγηνεύω, Lucian. Timon. §. 62.

Ἀγριέλαιος, ον, ὁ, (ab ἄγριος, agrestis, et ἔλαιος s. ἐλαία, olea; pro ἀγριοέλαιος, cf. ἀγριάμπελος) olea agrestis, oleaster (opp. καλλιέλαιος), Graecis etiam ὁ, ἡ κότινος dicta, Rom. 11, 17. 24.

Ἄγριος, ια, ον, (ab ἀγρός, ager) 1., agrestis, sylvestris, de bestiis, quae in agris sylvisque degunt, et de herbis, quae sponte in agris nascuntur. — Matth. 3, 4. (Marc. 1, 6.) μέλι ἄγριον, mel sylvestre, quod ex arboribus et fructibus colligitur, 1 Sam. 14, 25. (Diod. Sic. 19, 94. Suid. sub voc. ἀκρίς.) 2., saevus, immansuetus, Jud. v. 13. κύματα θαλάσσης (Sap. 14, 1.), ungestüm.

Ἀγρός, οῦ, ὁ, (ab ἀγείρω, quod aratur) *a*., ager, rus, Matth. 6, 28. (Luc. 12, 28.) Luc. 15, 15. Matth. 24, 18. al. *b*., i. q. χωρίον, ein Feldstück, ein Stück Ackerland, Act. 4, 37. Marc. 10, 20. Matth. 13, 24. 26. al. *c*., οἱ ἀγροί, vici, pagi circumiacentes, Marc. 5, 15. (Luc. 8, 34.) 6, 36. (Luc. 9, 12.)

Ἀγρυπνέω (ῶ), f. ήσω, (cf. ἀγραυλέω, vid. deriv. ab ἀγείρω, ἀγερός et ὑπνέω) insomnem esse, vigilare (i. q. γρηγορεῖν), trop. Matth. 13, 53. (Luc. 21, 36.) sobrii estote, ut dominus vos paratos inveniat. — ἀγρ. εἴς τι, Eph. 6, 18. attentum esse in rem, ne improviso opprimaris. — Hebr. 13, 17. ὑπέρ τινος, curam agunt vestri (imagine a pastoribus desumta).

Ἀγρυπνία, ας, ἡ, (ab ἀγρυπνός) insomnia, 2 Cor. 5, 11. 27. ἐν ἀγρυπνίαις, vigiliis.

Ἄγω, f. ἄξω, aor. 2. ἤγαγον, 1., pello, promoveo, ago (ut citius quis procedat), ich treibe, Rom. 8, 14. Gal. 5, 18. agi spiritu div., Luc. 4, 14. (lege: ἐν τῇ ἐρήμῳ) — ἐπιθυμίαις, 2 Tim. 3, 6. — intrans. suppl. ἑαυτόν (ut ad ὑπάγω aliaque verba motum indicantia): ἄγωμεν, eamus, Matth. 26, 46. (Marc. 14, 42.) Joh. 14, 31. — seq. εἰς, Act. 6, 12. Joh. 11, 7. πρός, Joh. 11, 15. 2., duco (ut alter sequi iubeatur ad terminum aut ab eo constitutum, qui ducitur: comitari, Act. 17, 15. aut ab eo, qui ducit, 1 Cor. 12, 2.) — σὺν ἑαυτῷ, 1 Thess. 4, 14. ἄγειν τινὰ πρός τινα, adducere, Joh. 8, 3. 9, 13. — εἰς, α., in locum, Act. 11, 25. 21, 34. 23, 10. β., εἴς τι (ut re potiatur, aut rem sectetur) v. c. εἰς δόξαν, Hebr. 2, 10. εἰς μετάνοιαν, Rom. 2, 4. — πρός τινα Joh. 1, 47. — ἔξω, Joh. 19, 13. — ἐπί τινα, vor jemanden hin, potissim. ad tribunal, ad magistratus, Luc. 21, 12. 23, 1. (Luc. 12, 11. προσφέρειν) Act. 17, 19. 18, 12. Matth. 10, 38. — δε-

δεμένον ἄγειν τινὰ ἐπί, Act. 9, 21. 22, 5. Ita etiam ἄγειν et ἄγεσθαι simpliciter (ad tribunal), Act. 19, 37. 21, 16. Luc. 22, 54. Marc. 13, 16. — (ad supplicium), Luc. 23, 32. *c.*, afferre, (herbei) bringen, Act. 20, 12. (ἤγαγον ζῶντα) Joh. 7, 45. μετὰ σεαυτοῦ, 2 Tim. 4, 11. — adducere (herführen), Marc. 12, 2. (Matth. 21, 2. μοί, ut Joh. 19, 7. ὑμῖν). **3.**, tempus quoddam agere (ut lat. ago), Luc. 24, 21. τρίτην ἡμέραν ἄγει (i. e. es macht, cf. formulas: βροντᾷ, ἀστράπτει. v. Matth. gramm. graec. ed. 3. p. 752.) — diem agere festum, Matth. 14, 6. iudicialem, Act. 19, 38.

Ἀγωγή, ῆς, ἡ, (ab ἄγω, supposita forma perfecti inusit. ἄγηγα, ut ab ἔδω, pf. ἔδηδα vox ἐδωδή) **1.**, transit. educatio, disciplina (Clem. Alex. Strom. 1, 5. συμβολικὴ ἦν ἡ σύμπασα Πυθαγόρειος ἀγωγὴ αἰνίγμασί τισι καὶ γρίφοις). **2.**, intrans. vitae ratio. Sic 2 Tim. 2, 10. (Esth. 2, 20. 2 Macc. 4, 16. Polyb. 26, 2, 9.)

Ἀγών, ῶνος, ὁ, locus concionis (Hom. Il. 18, 376.). Speciat. locus, quo congregabantur Graeci ad agendos ludos solennes (Pythicos, Olympicos). Hinc certamen (athletarum, cursorum, aurigarum), Wettkampf. (Aelian. V. H. 10, 1.) Hebr. 12, 1. τρέχειν τὸν ἀγῶνα (sic et ap. Graec.), ἀγωνίζεσθαι, 1 Tim. 6, 12. 2 Tim. 4, 7. ἔχειν, Phil. 1, 30. Col. 2, 1. (περί τινος) — ἐν πολλῷ ἀγῶνι, 1 Thess. 2, 3. magna contentione. — Epith. καλός, 1 Tim. 6, 12.

Ἀγωνία, ας, ἡ, contentio, certatio, certamen, Luc. 22, 4. summus angor animi.

Ἀγωνίζομαι, f. ίσομαι, certamen ineo, ἀγῶνα, 1 Cor. 9, 25. de iis, qui certamen cursus ineunt, et de pugilibus. — ἐν προςευχαῖς, Col. 4, 12. — absol. contendere, εἴς τι, Col. 1, 29. — seq. inf. Luc. 13, 24. studete, contendite, ut. — seq. ἵνα, Joh. 18, 36. ἀγωνίζεσθαι ἀγῶνα καλόν, 1 Tim. 6, 12. (labores sibi impositos exantlare.) 2 Tim. 4, 7.

Ἀδάπανος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et ἡ δαπάνη, sumtus,) quod nullum flagitat sumtum, 1 Cor. 9, 18. ἵνα ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον, ut doctrinae de Christo rem sine sumtu parabilem esse iubeam.

Ἀδελφή, ῆς, ἡ, (v. ἀδελφός) **1.**, soror, Matth. 12, 50. 1 Tim. 5, 2. **2.**, eundem cum aliis patrem habens, h. e. femina ad familiam Christi pertinens, ideoque viris Christianis coniunctissima (cf. Matth. 23, 8.), 1 Cor. 7, 15. 9, 5. Jac. 2, 15. v. ἀδελφός.

Ἀδελφός, οῦ, ὁ, (ex α i. e. ἅμα et δελφύς i. e. ἡ μήτρα, ex eodem utero editus, cf. ἀγάστωρ) **1.**, frater (sive germanus i. e. ὁμοπάτριος, sive uterinus i. e. eadem matre genitus, μητράδελφος) Matth. 1, 2. 4, 18. (Marc. 1, 16.) al. — Fratres Jesu, Matth. 12, 46. 13, 55. 28, 10. Marc. 11, 3. Joh. 7, 3. Act. 1, 11. Gal. 1, 19. num intelligendi, qui proprie fratres dicuntur, an consanguinei? (quos intell. ecclesiae veteris doctores.) **2.**, Latiori sensu: *a.*, popularis, ex eadem gente oriundus (Judaei, ut υἱοὶ Ἀβραάμ, Act. 13,

26. υἱοὶ Ἰσραήλ, Act. 7, 23 — 26. fratres dic. Act. 3, 22. (Deut. 18, 15.) i. q. συγγενεῖς, Rom. 9, 3.) Act. 22, 5. 28, 21. 15. Matth. 5, 47. — in allocutione, Act. 2, 29. 3, 17. 22, 13. al. — alter, qui tecum nationis et sacrorum vinculo coniunctus est, Matth. 18, 21. 35. Hebr. 8, 11. (ita vero etiam Matth. 5, 22. 24.) 7, 3. Rom. 14, 10. *b.*, De iis, qui fidei societate coniuncti sunt. Christiani se invicem appellabant fratres et sorores (quasi unam familiam constituentes), Act. 6, 3. 9, 30. 11, 1. 1 Cor. 5, 11. 15, 6. ἐν κυρίῳ, Phil. 1, 14. — Christus ipse sic vocat discipulos suos, Matth. 25, 40. (explicatur hoc Hebr. 2, 12. inde, quod cum his, quorum caussa missus erat, eundem Deum habeat.) *c.*, par conditione et dignitate, Matth. 28, 8. *d.*, collega, 1 Cor. 1, 1. 2 Cor. 1, 1. 13. Eph. 6, 21. Phil. 4, 21.

Ἀδελφότης, ητος, ἡ, 1 Petr. 2, 17. et 5, 9. ἡ ἀδελφότης ὑμῶν, fraternitas, coetus (die Gesammtheit) fratrum, die Brüderschaft, i. e. fratres (Christiani), abstract. pro concreto.

Ἄδηλος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et δῆλος, manifestus) 1., occultus, Luc. 11, 44. 2., incertus, non distinctus (φωνή), 1 Cor. 14, 8.

Ἀδηλότης, ητος, ἡ, incertitudo, 1 Tim. 6, 17. ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι h. e. ἐπὶ πλούτῳ ἀδήλῳ, in divitiis incertis.

Ἀδήλως, adv. incerte, 1 Cor. 9, 26. ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως (ita in stadio mihi proposito curro, ut non dubium sit, utrum proficiam, necne).

Ἀδημονέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἀδήμων, et hoc ab ἀδέω, taedio affici, taediare) morosum, tristem esse, angi, Matth. 26, 37. (Marc. 14, 33.) Phil. 2, 26. (etiam Graeci habent.)

Ἅιδης, ου, ὁ, (ex ἀΐδης, Pluto, Hom. Il. 15, 188.) 1., orcus, die Unterwelt, das Todtenreich, in locis: Apoc. 6, 8. 20, 13. 14. (sistitur ut persona) 1 Cor. 15, 55. (Hos. 13, 14.) — Matth. 16, 18. αἱ πύλαι τοῦ ᾅδου, Apoc. 1, 18. αἱ κλεῖς τοῦ ᾅδου — εἰς ᾅδου (supple: δῶμα), Act. 2, 27. 31. (Ps. 16, 8.) cf. πρὸς τοῦ Διός, Lucian. Tim. §. 81. — ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ, ad loca infima (oppon. coelum) detruderis, Luc. 10, 15. (Matth. 11, 23.) 2., pars orci ea, quae sedes animarum impiarum est, tartarus, geenna, infernum (cf. ἄβυσσος), Luc. 16, 23. (altera pars, locus beatorum, dic. paradisus.)

Ἀδιάκριτος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et διακρίνω, discerno, 3. s. perf. pass.) pr. indiscretus, et qui discerni nequit, Jac. 3, 17. ἡ ἄνωθεν σοφία ἀδιάκριτός ἐστι (videtur esse i. q. non διπλοῦς, non bilinguis, sincera, ob additum: ἀνυπόκριτος. Alii active: quae discrimen non facit [nullam personarum rationem habet]; male.)

Ἀδιάλειπτος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et διαλείπω, intermitto, desino) non intermissus, indesinens, Rom. 9, 2. (ὀδύνη) 2 Tim. 1, 3. (μνεία).

Ἀδιαλείπτως, adv., sine intermissione, indesinenter, Rom.

1, 9. (μνεῖαν τινος ποιεῖσθαι) 1 Thess. 1, 3. (μνημονεύειν τινός) 2, 13. (εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ) 5, 17. (προςεύχεσθαι.)

Ἀδιαφθορία, ας, ἡ, (cohaeret cum ἀδιάφθορος, incorruptus, incorruptibilis, ex ἀ-διά-φθείρω, perf. ἔφθορα, Graeci: ἀδιαφθαρσία), incorruptibilitas, integritas, Tit. 2, 7. (ἐν τῇ διδασκαλίᾳ).

Ἀδικέω (ῶ), fut. ήσω, pr. sum ἄδικος, iniuriam facio aut feci. **1.**, absol. *a.*, iniuste ago, Apoc. 22, 11. Col. 3, 25. *b.*, in culpa sum, aliquid contra leges admisi, Act. 25, 11. εἴ τι ἀδικῶ (si qua in re culpam habeo). — ὃ ἠδίκησε, Col. 3, 25. (h. e. quam iniuriam fecit [cf. Rom. 6, 10. ὃ ἀπέθανε — ὃ δὲ ζῇ]). — *c.*, iniuria afficere, 1 Cor. 6, 8. 2 Cor. 7, 12. (ibid. ἀδικηθῆναι, iniuria affectum esse.) **2.**, τινά, iniuria aliquem afficere, Gal. 4, 12. (universe) Act. 7, 26. 27. (verberibus) Matth. 10, 13. (fraude) 2 Cor. 7, 2. Philem. v. 18. (damnum inferre alicui) — laedere aliquem, Luc. 10, 19. Apoc. 6, 6. 7, 3. 9, 4. 10, 19. 2, 11. pass. οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου, nullam vim patietur e morte (in se transeuntem). — ἀδικεῖν τινά τι, Phil. v. 8. vel οὐδέν, Gal. 4, 12. — Med. ἀδικοῦμαι, iniuriam mihi afferri patior, 1 Cor. 6, 7.

Ἀδίκημα, τος, τό, (cf. supr. ἀγνόημα) maleficium, Act. 18, 14. 24, 20. εὑρίσκειν ἔν τινι ἀδίκημα, Apoc. 18, 5. 11.

Ἀδικία, ας, ἡ, **1.**, iniustitia (oppon. δικαιοσύνη), Rom. 9, 14. (iudicis) Luc. 18, 6. — **2.**, iniuria (eius, qui aliquem ἀδικεῖ h. e. v. c. qui contra ius alicui aliquid detrahit), 2 Cor. 12, 13. (beneficium ironice vocatur ἀδικία) — qui alios fallit, Joh. 7, 18. (opp. ἀληθής) — μαμμωνᾶς τῆς ἀδικίας, i. e. ἄδικος, Luc. 16, 9. 10. — qui fidem fallit (pactum violat), wortbrüchig, Rom. 3, 5. — qui fraudes committit, Rom. 1, 29. — qui turpis lucri studio agitatur, Act. 8, 23. — qui dolis alios decipit, 1 Cor. 13, 6. (oppon. ἡ ἀλήθεια.) — Ad iniurias, quae aliis linguae usu afferuntur (v. c. contumelias) respic. Jac. 3, 6. — ὁ μισθὸς τῆς ἀδικίας, merces scelere parta, Act. 1, 18. — praemia (i. e. poenae) sceleribus debita, 2 Petr. 2, 13. — ὅπλα τῆς ἀδικίας, arma, quibus iniuria infertur, Rom. 6, 13. — **3.**, actio, qua lex violatur (divina aut humana), 1 Joh. 5, 17. πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστί, — universe, agendi ratio legibus divinis et humanis contraria, Luc. 13, 27. (οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας) 2 Tim. 2, 19.

Ἄδικος, ου, ὁ, ἡ, (ex α et δίκη) **1.**, iniustus (iudex), Rom. 3, 5. (cf. 9, 14.) Hebr. 6, 10. — **2.**, qui fraudulenter agit erga alios, Luc. 18, 11. — qui fidem fallit, Luc. 16, 10. (opp. πιστός). **3.**, qui leges divinas et humanas violat, improbus (v. supra ἀδικία n. 3.), Matth. 5, 45. Act. 24, 15. (oppon. δίκαιος) 2 Petr. 2, 9. (oppon. εὐσεβής) — **4.**, qui contra leges egit, ideoque in culpa est, 1 Petr. 3, 18. ὁ Χριστὸς ἔπαθε δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων (v. supra ἀδικῶ *b.*), der Unschuldige für die Schuldigen. **5.**, οἱ ἄδικοι, gentiles, 1 Cor. 6, 1.

Ἀδίκως, adv., iniuste, iniuria, 1 Petr. 2, 19. (πάσχειν.)

Ἀδόκιμος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et δοκιμή, probatio, a δοκέω) improbatus, improbandus. 1., probationis notione inclusa a., negative: qui non ad obrussam est, der die Probe nicht hält, 2 Cor. 13, 5. et 2 Tim. 3, 8. ἀδόκ. περὶ τὴν πίστιν. b., posit.: reprobabilis, reprobandus, 1 Cor. 9, 27. ineptus, iners, Tit. 1, 16. ἀδόκιμον εἴς τι. — Rom. 1, 28. (νοῦς) Hebr. 6, 8. (γῆ) unde nihil boni elicitur.

Ἄδολος, ου, ὁ, ἡ, doli expers, sincerus. Metaph. de lacte sincero, 1 Petr. 2, 2.

Ἀδραμυττηνός, ή, όν, adi. patronymic. ab urbis nomine, quod est Ἀδραμύττειον (Ἀδραμύττειον, Ἀδραμμύτειον), Adrumetum, (urbs maritima in Aeolia, Asiae minoris provincia sita et navali instructa, v. Strabo lib. 13. p. 417. Herodot. 7 c. 42. Pompon. Mela 1, 17.) derivatum, Act. 27, 2. (πλοῖον.) — Alia patronymica in ηνός derivantur, v. c. ab nominibus Ἔμεσα, Ἄβυδος, Κύζικος, Σάρδεις (Σαρδιηνός).

Ἀδρίας, ου, ὁ, (scil. πόντος s. κόλπος) sinus Adriaticus (inter Italiam et Dalmatiam, hodie sinus Venetus), mare Adriaticum s. Ionicum (ex more loquendi veterum omnino mare inter Graeciam, Italiam et Africam), Act. 27, 27.

Ἁδρότης, ητος, ἡ, (s. potius ἀδροτής, ut scribi iubet Constantinus Lascaris, ab ἀδρός) a., ad maturitatem provectus, v. c. καρπός. b., crassus, largus, 2 Cor. 8, 20. larga collectio (ut ἀδροσύνη de larga messe ap. Hesiod. ἔργ. v. 471.), reichlicher Ertrag.

Ἀδυνατέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. ἀδύνατον εἶναι) aut a., ego ἀδυνατῶ, non valeo, infirmus sum, aut b., res ἀδυνατεῖ i. e. impossibilis est. In N. T. impossibile esse, Matth. 17, 20. οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν (Hiob 42, 2.). Luc. 1, 37. οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ (e versione Alex. Gen. 18, 14.); cf. Matth. 19, 26.

Ἀδύνατος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et δύναμαι) 1., invalidus Act. 14, 8. τοῖς ποσί. — imbecillis (tropic. de fidem Christianam profitentibus), Rom. 15, 1. (oppon. δυνατός.) 2., impossibilis, (opp. δυνατόν, possibile) ἀδύν. παρά τινι, Matth. 19, 26. (Marc. 10, 27. Luc. 18, 27.) — Rom. 8, 3. τὸ — τινος, quod lex efficere non potuit (supple: hoc Deus eo effecit, quod). — Hebr. 6, 4. 18. 10, 4. seq. acc. c. inf. 10, 4. 11, 6. ἀδύν. εὐαρεστῆσαι.

Ἄιδω (ἀείδω), f. ᾄσω, cano, τινί, Eph. 5, 19. Col. 3, 16. — ᾠδήν, Apoc. 5, 9. 14, 3. 15, 3.

Ἀεί, adv., perpetuo, fortwährend, Marc. 15, 8. Act. 7, 51. 2 Cor. 6, 10. Tit. 1, 12. 2 Cor. 4, 11. 2 Petr. 1, 12.

Ἀετός, οῦ, ὁ, (ab obsoleto verbo ἀέω) aquila, hebr. נֶשֶׁר, Apoc. 4, 7. 12, 14. In locis Luc. 17, 37. (Matth. 24, 28.) et Hiob 39, 30. Ez. 39, 16. 17. Prov. 30, 27. interpr. vultures intelligunt (γύπες) aut falcones (alii vulturem perenopterum, Lin.), quia aquilam a cadaveribus abstinere dicunt. v. Wineri Reall. sub v. Adler.

Ἄζυμος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ζύμη, fermentum) non fer-

mentatus, fermenti expers, hebr. מַצָּה (Levit. 2, 4. Num. 6, 15.) — τὰ ἄζυμα *a.*, panes non fermentati, Luc. 22, 1. ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, feriae (paschales), quibus per septem dies panes infermentatos comedere tenebantur Judaei in memoriam exitus e terra Aegyptiorum (Ex. 23, 15. Levit. 23, 6.), ἑορτάζειν ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας i. e. azymis, quae animi integritate ac sinceritate cernuntur. Sed dicuntur *b.*, τὰ ἄζυμα, Marc. 14, 1., etiam ipsae paschatis feriae (cf. formas graecas: τὰ ἐγκαίνια, τὰ ἐπιφάνια, ἀσκώλια, ἐπαύλια, ἁλῶα, ἕρμαια, ἐπινίκια etc.); hinc: ἡ πρώτη (scil. ἡμέρα) τῶν ἀζύμων, Marc. 14, 12. (Matth. 26, 17.) αἱ ἡμέραι τ. ἀζ., Act. 11, 3. 20, 6.

Ἄζωτος, ου, ὁ, hebr. אַשְׁדּוֹד, urbs in terra Philistaeorum sita (Jos. 13, 3. 15, 46.), Act. 8, 40.

Ἀήρ, ἀέρος, ὁ, (ab obsoleto: ἀέω) aër, Apoc. 9, 2. Act. 22, 23. Apoc. 16, 17. — 1 Cor. 9, 26. auras verberare (Virgil. Aeneid. 5, 374.) de pugilibus ictu aberrantibus, frustra contendere — εἰς ἀέρα λαλεῖν, 1 Cor. 14, 9. frustra loqui. — εἰς ἀέρα, 1 Thess. 4, 17. quasi: lufthin, in altum. — Eph. 2, 2. ὁ ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος (ἀήρ v. h. l. non aër esse, sed idem significare quod σκότος, caligo, Eph. 6, 12. Hom. Il. 17, 645. 12, 240. 21, 249. Odyss. 8, 562. Orph. hymn. Eun. 9., das Gebiet der Finsterniss).

Ἀθανασία, ας, ἡ, (ab ἀθάνατος, immortalis) immortalitas, ἔχειν ἀθανασίαν, 1 Tim. 6, 16. ἐνδύσασθαι, 1 Cor. 15, 53.

Ἀθέμιτος, ου, ὁ, ἡ, pro ἀθέμιστος (ex α priv. et θεμιτός [pro θεμιστός] quod lege sancitum s. statutum est, [cf. ἀθέριστος, ἀθεράπευτος] et hoc a θεμίζω, quod descendit ab ἡ θέμις, lex, decretum, institutum) — ἀθέμ. ἐστί τινι seq. inf., lege interdictum, illicitum. *b.*, nefarius, nefandus, 1 Petr. 4, 3. (Xen. Mem. 1, 1, 9. ἀθέμιτα ποιεῖν).

Ἄθεος, ου, ὁ, ἡ, pr. qui est sine deo, qui nullum deum novit et colit. Hoc sensu Aelian. V. H. 31, 10. nullam gentem ad ἀθεότητα delapsam esse dicit. Ergo in N. T., qui verum deum nec novit nec colit, Eph. 2, 12. (gentiles) — Graecis sic dic. contemtor deorum, impius (v. c. ap. Xenoph.).

Ἄθεσμος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et θεσμός, statutum, constitutum, a θέω) qui nullis se legibus adstringit, omnium legum repagula perfringit, et libidinibus indulget, 2 Petr. 2, 7. 3, 17.

Ἀθετέω (ῶ), f. ήσω, (a θέτης [θέω] et α priv.) *a.*, νόμον, ἐντολήν, abrogo (legem, institutum), tollo. *b.*, legem latam vi privare, irritam facere, v. c. placitis, huic legi contrariis, Marc. 7, 8. (i. q. ἀκυροῦν v. 13.) — διαθήκην, Gal. 3, 15. (testamentum immutare, quasi non factum esset) cf. 1 Macc. 11, 36. — 1 Tim. 5, 12. τὴν πρώτην ἑαυτοῦ πίστιν (fidem antea datam nullam esse, agendo declarare). — 1 Cor. 1, 19. τὴν σύνεσιν (consilia, prudentiam alicuius) frustrare effectu, vanam reddere. *c.*, ostendo, me alicuius auctoritate non moveri (sperno, negligo), τὸν νόμον (inobedientia), Hebr. 10, 28. 1 Thess. 4, 8. — Luc. 7, 30. (τὴν βουλὴν τοῦ

θεοῦ) — Gal. 2, 21. (τὴν χάριν τοῦ θεοῦ) Jud. v. 8. (τὴν κυριότητα) cf. 2 Petr. 2, 10. καταφρονεῖν. — Luc. 10, 16. (apostolos, ad regnum Dei invitantes.) Joh. 12, 48. (Christum.) c., ἀθετεῖν τινα precantem, Marc. 6, 26. (eum vel eam, cui aliquid pollicitus sis, frustrare, ut h. l. vertit Syrus, i. e. spem ei factam irritam facere.) Semper inest verbo notio tollendi τοῦ θετοῦ.

Ἀθέτησις, εως, ἡ, aut sublatio eius, quod constitutum est, — ἐντολῆς, Hebr. 7, 18. (abrogatio); aut quod vim exercuit — ἁμαρτίας, Hebr. 9, 26. (abolitio.)

Ἀθῆναι, ῶν, αἱ, urbs Graeciae nobilissima in Achaia, et quidem illa eius parte sita, cui Atticae nomen erat, Act. 17, 15. 16. 1 Thess. 3, 1. (dicitur omnium doctrinarum inventrix, Cic. de orat. c. 4.)

Ἀθηναῖος, αία, αῖον, Atheniensis, Act. 17, 21. 22.

Ἀθλέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἄεθλος s. ἆθλος, certamen) certamen ineo, certo (in ludis publicis — Olympicis, Pythicis, Isthmicis) vel pugione, vel caestu, vel disco, vel lucta, vel cursu, vel alia re, 2 Tim. 2, 5. (Aelian. v. h. 10, 1.)

Ἄθλησις, εως, ἡ, certatio, pugilatio, Hebr. 10, 32. (πολλὴν ἄθλ. ὑπεμείνατε παθημάτων, multum miseriis, vexationibus, vobis conflictandum fuit) — ἄθλησιν παθημάτων h. e. πολλὰ παθήματά ὡς ἄθλησιν, ὑπεμείνατε (v. infra ἀπαρχὴ πνεύματος).

Ἀθυμέω (ῶ), f. ήσω, (sum ἄθυμος — α priv. et θυμός, animus, Muth) animum despondi, fracto sum animo (i. q. ἀθύμως ἔχω), Col. 3, 21.

Ἀθῶος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et θωή, mulcta) impunis, insons, Matth. 27, 4, (αἷμα ἀθῶον, cf. Deut. 19, 10. 13. 2 Sam. 3, 28.) — ἀπό τινος ex hebr. נָקִי מִן (2 Sam. 14, 9.) et נָקָה מִן (Judic. 13, 3.) i. e. insons, ideoque remotus a. (Cf. καθαρός et praepos. ἀπό.) Matth. 27, 24. (i. e. caedis in hoc innocenti homine commissae culpa in me transferenda non est. — Nec Graeci prorsus ab hac constructione abhorrent (καθαρὸς ἀπό, Demosth. p. 1372. 22.).

Αἴγειος, ου, ὁ, ἡ, et εία, ειον, (ab αἴξ, gen. γός [ἀΐσσω], caper, capra) hircinus, caprinus (cf. καμήλειος, ἵππειος, ὕειος al.), Hebr. 11, 37. (ἐν αἰγείοις δέρμασι, vestibus induti e caprinis pellibus confectis.)

Αἰγιαλός, οῦ, ὁ, ora maritima, littus, Matth. 13, 2. Joh. 21, 4. Act. 21, 5. 27, 39. 40.

Αἰγύπτιος, ία, ον, nomen gentile, Aegyptius, Act. 7, 22. 24. 28. 21, 38. Hebr. 11, 29.

Αἴγυπτος, ου, ἡ, nomen propr. regionis: Aegyptus, hebr. מִצְרַיִם, regio Africae, non longe a Judaea meridiem inter et occidentem dissita, ab antiquissima iam aetate litterarum et astronomiae in primis cultu celebris (Act. 7, 22.). Habet terminos ab oriente: Arabiam Petraeam et sinum Arabicum (qua parte saxosa est), ab occasu: Libyam et Marmaricam (qua parte est arenosa), a meridie:

Aethiopiam, a septentrione denique: mare mediterraneum. Dissecat hanc terram Nilus fluvius, ab Aethiopia eam perfluens, unde solo oritur magna fertilitas. (Caet. v. Wineri bibl. Reallex. sub h. v.) Matth. 2, 13. Act. 2, 10. 7, 9. 10. Hebr. 3, 16. 11, 26. 27.

Ἀΐδιος, ου, ὁ, ἡ, (ab obsoleto: αἰής, ἀής, neutr. ἀές, unde ἀεί, perpetuo) aeternus, sempiternus, Rom. 1, 20. (ἀΐδιος δύναμις) Jud. v. 6. (δεσμοὶ ἀΐδιοι.)

Αἰδώς, όος (οῦς), ἡ, pudor, verecundia, 1 Tim. 2, 9. (μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης), Hebr. 12, 28. (λατρεύειν θεῷ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας.)

Αἰθίοψ, οπος, ὁ, (ab αἴθω, uro et ὤψ, facies, qui nigricante est facie) Aethiops (hebr. כּוּשִׁי), Act. 8, 27. (Cogitandum h. l. est de Aethiopia superiori, Habesch s. Abessinia dicta, quae Africae est regio vicina Aegypto, insulam includens Meroën. Jer. 13, 28. Jes. 18, 1. Ez. 3, 10.)

Αἷμα, τος, τό, **I.**, sanguis (sive hominis, sive animalis). **1.**, simplic., Joh. 19, 34. Marc. 5, 25. Luc. 13, 1. 22, 44. (θρόμβοι αἵματος.) Sic quoque in locis, ubi ab esu sanguinis interdicitur, Act. 15, 20. 29. (ἀπέχεσθαι τοῦ αἵμ.) 21, 25. (φυλάττεσθαι αὐτοὺς τὸ αἷμα, cf. Gen. 9, 4. Levit. 3, 17. 7, 26. 17, 10.) — in sanguinem converti (i. e. in rubrum colorem sanguinis), Act. 2, 20. (Joël. 3, 4.) Apoc. 6, 12. 8, 8. 11, 6. 16, 3. 4. — 14, 20. (succus uvarum, sanguini similis). **2.**, σὰρξ καὶ αἷμα, formula hebr. coniungens elementa primaria, e quibus vivum corpus constat, Hebr. 2, 14. (Non est de ἓν διὰ δυοῖν somniandum.) Occurrit ut praedicatum separatim cogitandum: *a.*, natura corporea, 1 Cor. 15, 50. *b.*, aliquis ex mortalium numero, Matth. 16, 17. Gal. 1, 16. *c.*, praevalente imbecillitatis notione, Eph. 6, 12. *d.*, Quod est Christum, in quo ὁ λόγος τοῦ θεοῦ adspectabilis factus est, in se quasi recipere, seu eius mente totum imbui, id per partes significatur: eius carne vesci, imbibere eius sanguinem, Joh. 6, 53 — 56. et explicatur v. 65. 66. (quod non sit de parte hominis Christi sensuali sermo, sed de vi spirituali sermones eius permeante.) *e.*, αἷμα, semen virile, Joh. 1, 13. Act. 17, 26. **II.**, de sanguine cogitat. per caedem profuso, Matth. 27, 24. — τὸ αἷμα ἐκχύνειν, ἐκχέαι, Luc. 11, 50. (Matth. 23, 35.) Act. 22, 20. Rom. 3, 15. Apoc. 16, 6. (שָׁפַךְ דָּם Gen. 9, 6. 38, 21. al.). Locutiones hebraicae: Matth. 27, 25. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐλθέτω ἐφ' ἡμᾶς i. e. peractae caedis poena a nobis repetatur (cf. 23, 36.), et Act. 16, 8. (sanguis vester si profundetur, h. e. exitii vestri culpam vobismet ipsis imputetis. cf. Jos. 2, 19. 20, 26.) — ἐκζητεῖν τὸ αἷμά τινος ἀπό τινος, Luc. 11, 50. (h. e. poenam propter peractam alicuius hominis caedem ab aliquo repetere i. q. ἐκδικεῖν τὸ — ἀπό τινος, Ap. 6, 10. 19, 2.). — Matth. 23, 30. οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν — non fuissemus eorum socii in caede prophetarum. — Act. 5, 28. ἐπάγειν τὸ αἷμά τινος ἐπί τινα, aliquem reum agere caedis hominis alicuius. — αἷμα ἀθῷον, Matth. 27, 4.

(דָּם נָקִי) sanguinem innocentem tradere (scil. effundendum. Non est simpliciter: homo insons). — τιμὴ τοῦ αἵματος, pretium pro caede acceptum, Matth. 27, 8. — ἀγρὸς αἵματος, ager pretio sanguinis emtus, Matth. 27, 9. (sed ap. Lucam, Act. 1, 19. ager, Judae sanguine tinctus; v. ἀκελδαμά.) — 2., dicitur ita, ut sigillatim de victimarum effuso aut effundendo sanguine cogitetur, Hebr. 9, 12. 13. (οὐ χωρὶς αἵματος, non sine sanguinis effusione) 21. 22. (ῥαντίζειν αἵματι) 9, 18 — 22. (ἐν αἵματι καθαρίζειν.) 3., Libri N. T. sacri loquuntur de sanguine Christi. Et confertur hic *a.*, cum sanguine sacrificiali, 1 Petr. 1, 19. vario modo: *aa.*, Matth. 26, 28. (Marc. 14, 24. Luc. 22, 20.) sermo de sanguine est, quo foedus sanciatur (cf. Hebr. 9, 20. Zach. 9, 11.). Sed duae hic videntur sententiae coaluisse, scil. hae: *α.*, vitam meam reddo in vestrum commodum, quemadmodum manibus hisce meis nunc vobis comedendum trado panem ac bibendum vinum, trucidati mei corporis symbola. *β.*, effuso meo sanguine nova obsignatur pactio, novum foedus sancitur. *bb.*, cogitatur de sanguine, quo adspergi res sacrae et homines solebant, ut expiarentur (v. supra: ἁγιάζω), Hebr. 9, 13. 14. 19. 21. cf. 1 Petr. 1, 2. (αἷμα ῥαντισμοῦ) 1 Joh. 1, 7. (το αἷμα — καθαρίζει ἡμᾶς) Apoc. 1, 5. *cc.*, Apud Paulum dicuntur ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ peccatores δικαιωθῆναι, Rom. 5, 9. aut eo instructi ad Deum accessisse (Deo oblaturi), Eph. 2, 13. aut ipse Christus dicitur sanguine suo εἰρηνοποιῆσαι, Col. 1, 20. (discordiam composuisse.) Comparatur *b.*, cum pretio redemtionis, Eph. 1, 7. Col. 1, 14. (ἡ ἀπολύτρωσις διὰ τοῦ αἵμ.) Hebr. 9, 15. (nota hic: ὅπως τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν, scil. e servitute in libertatem vindicati.) Act. 20, 28. (ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ αἵματος) cf. Apoc. 5, 9. et supra: ἀγοράζω.

Αἱματεκχυσία, ας, ἡ, (ab αἱματεκχυτός et hoc ab αἷμα et ἐκχέω) effusio sanguinis, Hebr. 9, 22. Vox Atticis incognita.

Αἱμοῤῥοέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum αἱμόῤῥοος, et hoc ab αἷμα et ῥέω, fluo. Graeci elegantiores: αἱμοῤῥέω. Littera canina in compositione duplicatur post vocalem antepositam v. c. ἄῤῥαφος, ἄῤῥαντος) sanguinis profluvio (αἱμοῤῥοίᾳ) laboro, Matth. 9, 20. (Marc. 5, 25. et Luc. 8, 43. εἶναι ἐν ῥύσει αἵματος.)

Αἴνεσις, εως, ἡ, (ab αἰνέω) laudatio, Hebr. 13, 15. (θυσία αἰνέσεως, זֶבַח־הַתּוֹדָה, Levit. 7, 13. sacrificium salutare, quod Deo offertur pro accepto aliquo beneficio; h. l. intellig. gratiarum actiones, laudes Dei.)

Αἰνέω (ῶ), f. έσω, laudo, celebro — τὸν θεόν (phrasis Lucae in primis frequens), Luc. 2, 13. 20. 19, 17. 24; 53. Act. 2, 47. 3, 8. 9. Rom. 5, 11. (Ps. 117, 1.) Apoc. 19, 5.

Αἴνιγμα, τος, τό, (ab αἰνίσσομαι s. αἰνίττομαί τι, h. e. obscure innuo, adumbro aliquid signo aliquo, ex quo quid significatum sit, coniiciatur) aenigma, hebr. חִידָה (Jud. 14, 13. οἱ ὁ· πρόβλημα), 1 Cor. 13, 12. ἐν αἰνίγματι, (respic. locus Num. 12, 8. λαλεῖν i. q. δι' αἰνιγμάτων) h. l. βλέπομεν i. e. videmus per obscuram significationem.

Αἶνος, ου, ὁ, laus, Matth. 21, 16. (Ps. 8, 4.) Luc. 18, 43. (αἶνον διδόναι Θεῷ.)

Αἰνών, ἡ, nomen indeclinabile urbis: Aenon, Joh. 3, 23. (Syrus עין . יָין) Euseb. Onomast. notat: δείκνυται εἰσέτι νῦν ὁ τόπος ἀπὸ η μιλίων Σκυθοπόλεως πρὸς νότον πλησίον Σαλεὶμ καὶ τοῦ Ἰορδάνου h. e. in octavo lapide Scythopoleos.

Αἵρεσις, εως, ἡ, (ab αἱρέω q. v. Hinc:) **1.**, captio. **2.**, electio s. optio (ap. Aeschin. Soph. Polyb. et τοὺς ὁ, Levit. 22, 18. et 1 Macc. 8, 30.). **3.**, opinio, quam quis tenet. In N. T. **1.**, secta (coetus hominum, qui ab aliis se disiungentes sua sequuntur dogmata), Act. 5, 17. Pharis. 15, 5. 26, 5. — Christianor. 24, 5. 28, 22. (quos Paulus insigniri hoc nomine non vult, Act. 24, 14.) **2.**, dogma, 2 Petr. 2, 1. coll. v. 3. — **3.**, dissidia, Gal. 5, 20. 1 Cor. 11, 19. (cf. v. 18. σχίσματα).

Αἱρετίζω, f. σω, (ab αἱρετός) electum habeo, Matth. 12, 18. (Jes. 42, 1.) Vox aevi Macedonici.

Αἱρετικός, οῦ, (cohaeret cum αἱρετίζω) haeretisch, sectarius, Tit. 3, 10. (falsae doctrinae sectator.)

Αἱρέω (ῶ), f. ήσω, capio. Med. capio mihi. i. e. eligo. (aor. 2. act. et med. ab ἕλω) — e duobus, Phil. 1, 22. (αἱρήσομαι) — e multis, 2 Thess. 2, 13. (εἵλετο — εἰς) Hebr. 11, 25. (μᾶλλον ἤ, praefero, ἑλόμενος.)

Αἴρω, f. ἀρῶ, tollo, h. e. **1.**, attollo, in altum tollo — v. c. manus, Apoc. 10, 5. (ἦρε) — oculos, Joh. 11, 41. (Luc. 18, 13. Joh. 6, 5. ἐπᾶραι) — vocem tollo, Luc. 17, 13. (alias: ἐπαίρω.) *b.*, e solo tollo, aufheben, v. c. lapides, Joh. 8, 59. Apoc. 18, 21. — mortuum, Matth. 14, 12. (Marc. 6, 28. ἦραν τὸ σῶμα) Act. 20, 9. ἤρθη νεκρός. — ὄφεις, Marc. 16, 18. — κοφίνους, Matth. 14, 20. (Marc. 6, 43. Luc. 9, 17.) — *c.*, sursum traho (piscem), Matth. 17, 27. (i. q. ἀνασπάω, Habac. 1, 15.) σκάφην, Act. 27, 17. — **2.**, tollere, wegnehmen (ut cogitetur remotio a loco, ἀπό). Ergo *a.*, amoveo, Joh. 20, 2. 2, 16. 11, 39. 41. (i. q. ἀποκυλίω, Marc. 16, 3.) 20, 1. (ἠρμένος ὁ λίθο). — Eph. 4, 31. (ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν) Matth. 21, 21. (scil. ἐντεῦθεν) — removeo, ἐκ, Joh. 17, 15. (ἐκ τοῦ κόσμου) 1 Cor. 5, 2. (ἐκ μέσου ὑμῶν) 13. *b.*, quod alteri adhaeret, avello, demo, abnehmen, Joh. 19, 38. — abscindere, Joh. 15, 2. (τὸ κλῆμα) — avello, Marc. 2, 21. (Matth. 9, 16.) τί τινος s. ἀπό τινος. *c.*, aufero, τὶ ἀπό τινος (rem ei commissam), Matth. 21, 43. 25, 28. 29. (Luc. 19, 24. 26. Marc. 4, 25. Luc. 8, 18. Marc. 13, 12.) *bb.*, alteri, quod eius est, eripio, Luc. 6, 29. 11, 22. Joh. 16, 22. Marc. 4, 15. (Matth. 13, 19. ἁρπάζω) cum ἀπό et gen. pers., Joh. 10, 18. Luc. 8, 12. — *cc.*, αἴρω absolute: e medio tollo: — hominem, Matth. 24. 39. (Luc. 17, 29. ἀπώλεσε, Luc. 23, 18. Act. 21, 36. Joh. 19, 15. — addito: ἀπὸ τῆς γῆς) Act. 8, 33. 22, 22. — res alias: deleo, ut ne amplius extent, Joh. 11, 48. (τὸ ἔθνος) Col. 2, 14. (χειρόγραφον) — peccata, 1 Joh. 3, 5. Act. 8, 33. (Jes. 53, 8.) — *dd.*, αἴρω ἐκ, absporto,

Matth. 24, 17. (Marc. 13, 15.) — **3.**, capio, sumo, accipio, nehmen. *a*, accipio, Matth. 20, 14. — Marc. 15, 24. (τίς τί ἄρῃ). — *b.*, in manus rem recipio, ut ad aliquid adhibeam, Act. 21, 11. 1 Cor. 6, 15. (cf. λαμβάνω, Matth. 14, 19. 26, 26. 27. Marc. 6, 41. al.) — *c.*, de eo, qui rem sibi sumit, ut ea tamquam peculio utatur, an sich nehmen, Luc. 22. 36. Matth. 20, 14. (ἆρον τὸ σόν, nimm hin!) — Luc. 11, 52. (τὴν κλεῖδα) 19, 21. (αἴρεις, ὃ οὐκ ἔθηκας) *d.*, secum ferre, Luc. 5, 24. (Marc. 2, 11. 12. Matth. 9, 6. — Marc. 6, 8. (Luc. 9, 3. εἰς τὴν ὁδόν.) — **4.**, porto, gesto, Matth. 4, 6. (ἐπὶ χειρῶν, Luc. 4, 11. Ps. 91, 11. 12.) Joh. 5, 10. — *b.*, Joh. 10, 24. suspendo, dubium teneo aliquem, in der Schwebe halten. — **5.**, in me suscipio, Matth. 16, 24. (Marc. 8, 34. Luc. 9, 23) τὸν σταυρόν (Matth. 10, 38. λαμβάνω). Matth 10, 29. (τὸν ζυγόν.)

Αἰσθάνομαι, f. ήσομαι, (ab αἴσθω = αἴσθω, quod est ab ἀΐω — cf. λανθάνω, μανθάνω, al.) intelligo, sentio, Luc. 9, 45.

Αἴσθησις, εως, ἡ, cognitio, Phil. 1, 9.

Αἰσθητήριον, ου, τό, (nomina in ήριον desinentia adiectiva sunt [ήριος, α, ον] a nominibus in ήρ formata: αἰσθητήρ i. q. αἰσθητής, ita ut ad ea supplendum sit aut δῶμα, aut ὄργανον. H. l. suppl. ὄργανον.) instrumentum sentiendi, Hebr. 5, 14. (Jerem. 4, 19. cf. ἐκπιϝστήριον.)

Αἰσχροκερδής, έος, ὁ, ἡ, (αἰσχρός et τὸ κέρδος) turpis lucri cupidus, 1 Tim. 3, 8. Tit. 1, 7. cf. ἀλλοεθνής.

Αἰσχροκερδῶς, adv., ex cupiditate turpis lucri, 1 Petr. 5, 2. coll. Tit. 1, 4.

Αἰσχρολογία, ας, ἡ, (ab αἰσχρολόγος, et hoc ab αἰσχρός et λέγω) turpiloquium, sermo turpis et obscoenus, Col. 3, 8.

Αἰσχρός, ά, όν, (ab ἀΐσχω, αἴσχω, retineo. Hinc αἴσχερος, αἰσχρός. Med. αἴσχομαι, me retineo) turpis, aversandus, foedus — αἰσχρόν ἐστι, dedecet, Eph. 5, 12. (λέγειν) — τινί, 1 Cor. 11, 6. 14, 35. — κέρδος, Tit. 1, 11. (inhonestum. Oppon. καλός, Xen. Mem. 1, 1, 16.)

Αἰσχρότης, ητος, ἡ, turpitudo, Eph. 5, 4.

Αἰσχύνη, ης, ἡ, aversatio, verecundia, pudor, h. e. **1.**, affectio eius, quem alicuius rei pudet, Schamgefühl, Luc. 14, 9. μετ' αἰσχύνης, pudore suffusus. 2 Cor. 4, 2. τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, ea, quae pudor celat, occultat. (Oppon. ἡ φανέρωσις τῆς ἀληθείας. Non est i. q. ἡ αἰσχύνη ἡ κρυπτή.) — **2.**, ignominia, probrum, Hebr. 12, 2. — **3.**, res pudenda, Apoc. 3, 18. (ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητος, pudenda nuditas, cf. Apoc. 16, 15. — pl. αἱ αἰσχύναι, turpitudines, flagitia. — Oppon. δόξα, Phil. 3, 19.

Αἰσχύνω, f. υνῶ, pudore afficio. Med. pudet me, absol., 1 Petr. 4, 16. (ne pudeat eum) Phil. 1, 20. αἰσχυνθήσομαι ἐν οὐδενί (nulla in re pudore afficiar). 1 Joh. 2, 28. (μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ' αὐτοῦ, ne pudore suffundamur coram eo (hebr. מִן v. ἀπό) i. e. ne pudore suffusi nos ab eo avertamus.) Luc 16, 3. seq. inf. ἀπαιτεῖν αἰσχύνομαι, pudet me mendicare.

Αἰτέω (ῶ), f. ήσω, **1.**, rogo, med. αἰτοῦμαι, mihi rogo, mihi expeto. *a.*, absol., Jac. 1, 4. Matth. 7, 7. Med., Jac. 4, 3. Joh. 16, 26. Marc. 15, 8. — *b.*, τί, Joh. 14, 13. 16, 24. Matth. 21, 22. Med., Matth. 14, 7. Marc. 6, 24. (lege: τί αἰτήσωμαι) 10, 38. (Matth. 20, 22.) 11, 24. 15, 43. (Matth. 27, 58.) Joh. 15, 7. 1 Joh. 5, 14. 15. Luc. 23, 52. Act. 13, 21. 25, 3. 15. Matth. 18, 19. — *c.*, τὶ παρά τινος, Act. 3, 2. Matth. 20, 20. Jac. 1, 5. 1 Joh. 5, 15. (ἃ ᾐτήκαμεν) Med., Act. 9, 2. — *d.*, τινά, activ., Matth. 5, 42. (Luc. 6, 30.) 6, 8. — *e.*, τινά τι, Matth. 7, 9. (Luc. 11, 11.) Marc. 6, 22. Joh. 16, 23. — *f.*, ὑπέρ τινος, Col. 1, 9. (med.) seq. ἵνα. — *g.*, seq. acc. c. inf. (med.), Luc. 23, 23. Act. 3, 14. — seq. inf., Act. 7, 46. (ᾐτήσατο εὑρεῖν, quia utrique verbo idem subest subiectum: sibi expetivit, ut ipse inveniret. Alii: cupivit!!) — **2.**, praevalente poscendi notione — τί, Luc. 1, 63. (act.) — τινά τι, Luc. 12, 48. 1 Petr. 3, 15. (act.) Not.: formula αἰτεῖσθαί τινα in N. T. non occurrit. — seq. μή et inf., Eph. 3, 13.

Αἴτημα, τος, τό, (ab αἰτέω, cf. ἀγνόημα, ἀδίκημα) id, quod petitur aut petitum est, Luc. 23, 24. — pl., Phil. 4, 6. 1 Joh. 5, 15. (ἔχειν τὸ αἴτημα.)

Αἰτία, ας, ἡ, (ab αἴτιος, ία, ιον. — Multa adi. fem. gen. apud Graecos substantivorum loco habentur, subiecta iis notione universali) **1.**, caussa, Luc. 8, 47. (δι' ἣν αἰτίαν) Act. 10, 21. 22, 24. 23, 28. 28, 20. 2 Tim. 1, 6. 12. Tit. 1, 13. Hebr. 11, 11. — **2.**, conditio, ratio, Matth. 19, 10. τινὸς μετά τινος, cf. דָּבָר Judic. 18, 7.) — **3.**, culpa, Joh. 18, 38. 19, 4. 6. Act. 13, 28. (αἰτία θανάτου, Todeswürdigkeit) 25, 18. — **4.**, insimulatio (das vorgebliche Schuldigsein), Anklage, pl. Klagpunkte, Act. 28, 18. (αἰτίας κατ' αὐτοῦ) — αἰτία τινός, crimen, cuius quis accusatus est, Marc. 15, 26. (Matth. 27, 37.) — *b.*, κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, sub quovis praetextu, Matth. 19, 3. (scil. non scriptum est διά, sed κατά.)

Αἰτίαμα, τος, τό, (ab αἰτιάομαι, accuso) crimen (Beschuldigung), Act. 25, 7. (φέρειν κατά τινος. alii codd. αἰτιώματα.)

Αἴτιος, ία, ον. — **1.**, ὁ αἴτιος, auctor, Hebr. 5, 9. (σωτηρίας — Lucian. Timon. §. 85. κακῶν). — **2.**, αἴτιον, dignum, Luc. 23, 22. (θανάτου) — abs., culpabile, puniendum, Luc. 23, 4. — (verba ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ, non habet cod. D. et transposita esse videntur.) Act. 19, 40. (μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος, cum nihil criminis adsit, ad quod provocantes huius possemus tumultus rationem reddere.)

Αἰφνίδιος, ίον, ὁ, ἡ, (ab αἴφνης, i. e. ἀφανής, ex α priv. et φαίνομαι, aor. 2. ἐφάνην. cf. ἀΐδιος ab ἀής, ἀές, unde ἀεί) repentinus, subitus, improvisus, Luc. 21, 34. (αἰφνίδιος ἐπιστῇ ἐφ' ὑμᾶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη, sic et 1 Thess. 5, 3. (Sap. 17, 15.) Thucyd. 2, 61. τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροςδόκητον — adiectivum cum verbo veniendi, ut in formulis: τεταρταῖός ἐστι, Joh. 11, 39. δευτεραῖος ἀφίκετο ap. Graec.)

Αἰχμαλωσία, ας, ἡ, (ab *αἰχμάλωτος*, quod v.) captivitas, Apoc. 13, 10. (*εἰς αἰχμ. ὑπάγει*) *b.*, abstr. pro concr. i. q. *αἰχμάλωτοι*, Apoc. 13, 10. (*συνάγω.* cf. supra: *ἀδελφότης* et *κυριότης.*) Eph. 4, 8. turba captivorum (Ps. 68, 19.), ut Num. 31, 12. al.

Αἰχμαλωτεύω, f. *σω*, captivum duco, Eph. 4, 8. (*αἰχμαλωσίαν*, Ps. 68, 19.) Graecis dicitur *αἰχμάλωτον ποιῶ*. Est i. q. verbum sequens.

Αἰχμαλωτίζω, f. *σω*, (i. q. *αἰχμάλωτον ποιῶ*, quo usi sunt Graeci antiquiores) captivum duco, Luc. 21, 24. (*αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη.*) — *b.*, tropice: subiugo, subiicio, 2 Cor. 10, 5. — *τινά τινι*, Rom. 7, 23. — capio alicuius animum, 2 Tim. 3, 6. (*τὰ γυναικάρια.*) Verbum serioris aevi, obvium apud Joseph. Heliodor. Diodor.

Αἰχμάλωτος, ου, ὁ, ἡ, (ex *αἰχμή*, hasta, et *ἁλωτός*, ab inusitato perf. pass. verbi *ἁλόω*) qui captivus tenetur, Luc. 4, 19.

Ἀνέχω, f. ἕξω, *a.*, altum teneo (Hom.). — *b.*, retineo. Med. τινός (imperf. ἀνειχόμην, 2 Cor. 11, 1. 4. [alii codd. duplicato augmento ἠνειχόμην.] aor. 2. ἠνεσχόμην, Act. 18, 14.), propr. me erectum teneo contra aliquem, i. e. sustineo, fero aliquem, Matth. 17, 17. (Marc. 9, 19. Luc. 9, 41.) Act. 18, 14. 2 Cor. 11, 1. (τῇ ἀφροσύνῃ, cf. 2 Cor. 2, 13. v. ἄνεσις) 19. Eph. 4, 2. Col. 3, 13. 2 Thess. 1, 4. (αἷς pro ὧν, dativus praecedens attraxit.) 2 Tim. 4, 3. Hebr. 13, 22. — sine casu, 1 Cor. 4, 12. (i. e. nos exercemus τὸ ἀνέχεσθαι, rationem tenemus sustinendi.) — c. gen. Hom. Od. 22, 423.

Ἀνεψιός, οῦ, ὁ, consobrinus, Col. 4, 10.

Ἄνηθον, ου, τό, anethum, Dille, Anis. (Herbarum nomina maximam partem generis neutrius.) Matth. 23, 23.

Ἀνήκω, f. ξω, (ab ἀνά et ἥκω) pertineo ad aliquid. Constr. apud Graec. cum εἴς τι. Impersonaliter dic., Col. 3, 18. (ὡς ἀνῆκεν, ut licet.) — τὸ ἀνῆκον, id, quod decet, convenit, Eph. 5, 4. (cf. τὰ καθήκοντα.)

Ἀνήμερος, ον, ὁ, ἡ, immanis, (ex α priv. et ἥμερος, έρα, pro quo, ut Plato in Cratylo observavit, veteres dixerant ἵμερος, mitis, mild, sanft. Ut ἡμέρα Graecis dies dicitur, ita quod Latini mane dicunt, idem est quod ἥμερον) unsanft, 2 Tim. 3, 3.

Ἀνήρ, ἀνδρός, ὁ, vir. — Sed vir est certi sexus, pertinet ad quoddam genus, distinguitur a puero. Ergo haec vox ponitur **1.**, ita, ut speciei s. sexus ratio habeatur, i. e. ut vir distinguatur a femina, sive *a.*, tamquam mas, Matth. 14, 21. 15, 38. Luc. 9, 30. Act. 2, 22. 17, 12. Luc. 1, 27. 34. — sive *b.*, tamquam maritus, Matth. 1, 15. 16. Marc. 10, 2. 12. Joh. 4, 16. 17. 18. Rom. 7, 3. 1 Cor. 7, 2 — 4. 13. 14. 16. 34. 39. Gal. 4, 27. Matth. 1, 28. Apoc. 21, 2. (Hom. Il. 19, 291. Od. 24, 196. Herodot. 1, 148.) — **2.**, ita, ut e specie sistatur aliquis mas, quisquis est (ein männliches Individuum überhaupt, ohne genauere Bezeichnung), Luc. 19, 2. 22, 63. 8, 38. Act. 9, 38. 10, 5. 11, 3. 13. 13, 21. — ita et in locis, ubi poni potuerat: τίς, ut Luc. 8, 27. 41. 9, 38. Act. 10, 1. 16, 9. 6, 11. (Commemorantur viri universe vel missi esse, vel aliquid fecisse, ubi de officiis sermo est, quibus viri, non feminae, fungi solent.) Act. 5, 36. (milites.) — de angelis aut aliis, qui speciem virorum retulisse dicuntur (männliche Gestalten), Luc. 9, 30. Act. 10, 30. — sic quoque, ubi apponitur (Apposition), Act. 2, 22. 13, 21. — porro quoque, ubi coniunctum est cum adiectivis aut substantivis, quibus aliquod opificium, a viris exerceri solitum, indicatur. Ita constructum (v. c. ἀνὴρ ἁμαρτωλός, — φονεύς, — προφήτης) vel cum de homine sermo est (von einem männlichen Individuum in der dritten Person), idem valet ac: τίς, vel ubi vir de se ipso loquitur aliquis, otiatur, ut Luc. 5, 8. 12. 17, 13. Matth. 7, 24. 26. Luc.

24, 19. Act. 3, 14. vir, qui pro: is, qui, Rom. 4, 8. Jac. 1, 12. (Ps. 1, 1.) — 3., ita, ut utriusque quidem sexus homines intelligantur, sed denominatio fiat a potiori, Matth. 14, 35. Marc. 6, 44. Act. 4, 4. — ἄνδρες νινευῖται, Matth. 12, 41. (Luc. 11, 31. 32.) Act. 8, 27. 10, 28. 14, 15. 22, 3. — in alloquiis: Act. 1, 11. 2, 14. 22. 5, 35. 13, 16. 17, 22. 19, 35. 21, 28. — nude positum, Act. 14, 15. 19, 25. 27, 10. 21. 25. — ἄνδρες adiecto ἀδελφοί, Act. 1, 16. — ἀθηναῖοι, Act. 17, 22. 4, 25. al. — 4., ita, ut vir adultus intelligatur, a puero distinguendus, 2 Cor. 13, 11. (oppon. νήπιος.) Eph. 4, 13. Jac. 3, 2.

Ἀνθίστημι, f. ἀντιστήσω, (ex ἀντί, contra, ob, et ἵστημι) *a.*, oppono. — *b.*, perf., plusquamperf., aor. 2. obsisto, resisto. — aor. 1., 2 Tim. 3, 8. (subaud. ἑαυτόν, se opposuit.) — imperf. med., Act. 13, 8. (se opposuit.) — praes. med., 2 Tim. 3, 8. (obnitor.) — perf. act., Rom. 9, 19. (quis ei adversatur?) 13, 2. (restitit.) 2 Tim. 4, 15. — aor. 2. act., Matth. 5, 39. (resisto.) Luc. 21, 15. Act. 6, 10. Gal. 2, 11. Eph. 6, 13. — imperat., Jac. 4, 7. 1 Petr. 5, 9.

Ἀνθομολογέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (ὁμολογέομαι, pr. assentiri, idem dicere, ἀντί, vice versa) paciscor. Sed οἱ ό hoc verbo usi sunt ad convertendum hebr. הוֹדָה, hinc: laudo, celebro (deo non obloquor, sed assensum et approbationem significo), Luc. 2, 38.

Ἄνθος, εος (ους), τό, flos, Jac. 1, 10. 11. 1 Petr. 1, 24.

Ἀνθρακιά, ᾶς, ἡ, strues, congeries prunarum ardentium, Kohlènhaufen, Joh. 18, 18. (ἀνθρακιὰν ποιεῖν.) 21, 9. (βλέπω κειμένην.) Hom. Il. 9, 213.

Ἄνθραξ, κος, ὁ, carbo, Rom. 12, 20. (ἄνθραξ πυρός, ex hebr. carbo igneus. — ἄνθρακας πυρὸς σωρεύειν ἐπὶ τὴν κεφαλήν τινος, proverbialis locutio ex Prov. 25, 22. Sens.: beneficia, quibus adversarium afficis, in eo iniuriae factae memoriam excitabunt, ex qua dolorem capiat, ut si carbonibus ureretur in caput congestis.)

Ἀνθρωπάρεσκος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἄνθρωπος et ἄρεσκος, gratiosus, blandus, gefällig, einschmeichelnd. Cf. graec. αὐτάρεσκος, Apoll. de Coniunct. p. 504. Anecd. Bekk. p. 462.) qui hominibus studet ἀρέσκειν i. e. placere, gratus esse, qui hominum favorem captat. (Scil. differunt ὁ ἀνθρωπάρεστος, i. e. qui hominibus probatur, et ὁ ἀνθρωπάρεσκος, i. e. cui inest hominibus placendi studium, quippe quod studium verbo ἀρεσκεύομαί τινα exprimitur. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 621.) Eph. 6, 6. Col. 3, 22.

Ἀνθρώπινος, η, ον, (ab ἄνθρωπος, quod ex homine est, quod humanae naturae vel humanis moribus aptum est, humanus, a, um. Cf. voces: ἀκάνθινος, ἀμαράντινος, al. Hinc lat. syllaba nus in adiectivis: humanus, divinus, al.) humanus, Jac. 3, 7. (φύσις) 1 Petr. 2, 13. (κτίσις, ordo ab hominibus institutus.) 1 Cor. 10, 13. (πειρασμός, tentatio a nullo homine aliena.) — Opponitur rebus divinis iniecta voci defectus aut imbecillitatis notione, 1 Cor.

2, 4. (σοφία, quae auctores habet homines.) 4, 3. (ἀνθρωπίνη ἡμέρα, dies iudicialis humana, i. e. iudicium humanum.) — ἀνθρώπινον λέγω, Rom. 6, 19. (i. e. rem cum rebus humanis comparabo.)

Ἀνθρωποκτόνος, ου, ὁ, (ab ἄνθρωπος et κτόνος, a κτείνω, interficio, i. q. ἀνθρωποφόνος, quod v. De accentu nota, in eiusmodi compositis adiectivum verbale paroxytonon reddi, ubi vim habeat activam) homicida, 1 Joh. 3, 15. Joh. 8, 44. (ὁ διάβολος ἀνθρωποκτ. ἦν ἀπ' ἀρχῆς, i. e. ex quo extitit, nil nisi homicidia quaesivit. Non est, quod de certo homicidio, quod diabolus commiserit, cogitemus. Cf. tamen Sap. 2, 24.)

Ἄνθρωπος, ου, ὁ, homo. Ponitur **1.**, ratione generis s. naturae habita, nullo sexus discrimine facto, Joh. 16, 21. Matth. 4, 4. (Luc. 4, 4.) — et ita, ut homo distinguatur ab his, a quibus genere et specie differt, — *a.*, ab animalibus, plantis, al., Matth. 12, 12. — οἱ ἄνθρωποι, die menschlichen Erdbewohner, Apoc. 9, 4. 7. 10. 15. 18. 20. 11, 13. 16, 2. 18. al. — *b.*, a deo et angelis, Matth. 9, 8. 10, 32 Marc. 10, 9. Act. 10, 26. Gal. 1, 10. 12. Phil. 2, 7. 1 Tim. 2, 5. Hebr. 8, 2. 13, 6. 1 Petr. 2, 4. 2 Petr. 1, 21. Apoc. 13, 18. 1 Cor. 3, 21. Luc. 15, 4. (coll. v. 7.) 18, 4. — ἄνθρωποι, homines mortales atque imbecilles, Hebr. 2, 6. (Ps. 8, 4.) 7, 8. Act. 8, 28. Jac. 5, 17. — ἀνθρώπων ἐπιθυμίαι, 1 Petr. 4, 2. — κατὰ τὸν ἄνθρωπον περιπατεῖν, 1 Cor. 3, 3. — οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρωπον, non est hominum studiis et opinionibus accommodatum, Gal. 1, 11. — λέγειν κατὰ ἄνθρωπον, exemplo rem illustrare e rebus humanis petito, Gal. 3, 15. — λαλεῖν κατ' ἄνθρωπον, loqui ex ingenio humano (nach eigenem Einfalle), 1 Cor. 3, 8. Rom. 3, 5. — εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, Matth. 17, 22. — de voce ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου v. post. — *c.*, ut duplex hominis natura respiciatur: ὁ ἔσω et ὁ ἔξω ἄνθρωπος, Rom. 7, 22. Eph. 3, 16. 2 Cor. 4, 16. i. e. corpus et animus. — *d.*, metaphor., ὁ παλαιός (corruptus) et ὁ καινὸς (ὁ νέος) ἄνθρ. (ad Dei naturam conformatus), Rom. 6, 6. Eph. 2, 15. 4, 22. 24. Col. 3, 9. — **2.**, ratione sexus habita: mas, 1 Cor. 7, 1. Joh. 7, 21. — **3.**, hominum aliquis, quem nomine appellare non attinet (ein männl. Individuum überhaupt, ohne genauere Bezeichnung). *a.*, Deprehenditur vox nude posita, ein Mann, der, dieser Mann, Matth. 21, 28. 22, 11. 9, 9. 26, 12. 72. 74. Luc. 23, 6. 14, 30. 23, 14. Joh. 1, 6. 7. 11, 47. 18, 28. 19, 5. (ἴδε ὁ ἄνθρωπος, da ist der Mann!) — in alloquio, ubi nomine aliquem compellare aut nescimus aut nolumus, Luc. 5, 20. 22, 58. — i. q. τίς, Marc. 12, 1. 14, 13. Luc. 5, 18. Joh. 3, 1. (ἄνθρ. ἐκ τῶν φαρισ. i. q. τὶς ἐκ τ. φαρ. ut Luc. 7, 36. 2 Tim. 3, 8. — plur. nude positus: Leute, Luc. 12, 36. 2 Tim. 3, 8. — οἱ ἄνθρ. die Leute, Matth. 5, 13. 16. 6, 5. 18. 8, 27. 16, 13. 6, 31. (οἱ ἄνθρ. τῆς γενεᾶς ταύτης.) Marc. 8, 25. 27. Joh. 28, 6. — οὐδεὶς ἀνθρώπων, nemo hominum, Marc. 11, 2. — *b.*, ad-

dito: τίς, Matth. 18, 12. Luc. 10, 30. 14, 3. 16. 15, 4. 11. 16, 1. 69. (ut Luc. 15, 8. τὶς γυνή) 19, 12. — c., addito praedicato muneris, v. c. οἰκοδεσπότης, al., Matth. 13, 24. 45. 18, 23. 20, 1. 21, 33. 22, 2. 11. 20, 1. Marc. 13, 34. Luc. 2, 15. – vel adiectivo, indolem denotante (ubi praedicati notio praevalet), v. c. αὐστηρός (ein harter Mann), Luc. 19, 22. Matth. 11, 19. (Luc. 7, 31.) 13, 28. Tit. 3, 10. — in alloquio, Jac. 2, 20. (κενὲ ἄνθρωπε.) Ita et Graeci: ἄνθρωπος δοῦλος, κόλαξ etc. — ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας (der Sündenmann), 2 Thess. 2, 3. (ex hebr.) — denique addito nomine gentili, Matth. 27, 32. Act. 16, 37. 21, 39. 22, 25. 26. (sic more Graecorum.) — 4., habita rerum domesticarum ratione: pater familias, Matth. 10, 36. — maritus, Matth. 19, 3. (Marc. 10, 2. ἀνδρί.) — 5., indefinite, ut nostrum: man, 1 Cor. 4, 1. Rom. 3, 28. — ἄνθρωπος — οὐ, ἄνθρωπον — οὐ, nemo, neminem, Gal. 2, 6. Joh. 5, 7. (sed Matth. 4, 4. et Luc. 4, 4. lege: ὁ ἄνθρωπος — οὐ.) — 6., homo adultus, Apoc. 21, 17. (μέτρον ἀνθρώπου.) — Caeterum 7., attende articulum, sitne additus, an non. Nam ὁ ἄνθρωπος ponitur, ut dicunt, categorematice; ut sub genere comprehendantur singuli quique homines, Matth. 15, 11. 18, 22. Marc. 7, 15. 20. 23. Joh. 2, 25. 7, 51. Rom. 7, 1. — Matth. 9, 8. (τοῖς ἀνθρώποις i. q. ἀνθρώπῳ τινί. cf. 2 Cor. 15, 29. ὑπὲρ τῶν νεκρῶν i. e. ὑπὲρ νεκροῦ τινος i. e. Christi mortui.) — 8., ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου a., homine natus, homo, Marc. 2, 28. (coll. v. 27.) plur., Marc. 3, 28. (Matth. 12, 31. τοῖς ἀνθρώποις.) Hebr. 2, 6. (Ps. 8, 4.) Apoc. 1, 13. 14, 14. — b., nomen, quod sibi Jesus ipse tribuit. Hoc nomen α., non significare Messiam, patet ex locis hisce: Marc. 8, 29. (Matth. 16, 13. ubi male adiectum legitur in nonnullis codd.) Luc. 22, 69. (ubi differt a titulo: ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, v. 70.) Joh. 12, 34. — β., permutatur cum pronomine personali, Matth. 10, 33. Marc. 8, 38. — Ratio nominis ignoratur. Loci Marc. 13, 26. (Matth. 24, 30. Luc. 21, 17.) et Marc. 14, 62. (Matth. 26, 64.) Luc. 22, 69. alludunt, ut videtur, ad Dan. 7, 13. (ubi cum eo, qui hominis speciem retulerit, confertur populus Judaicus, neutiquam Messias. Nam aetate Christi Judaei praeter humanam naturam Messiae tribuerunt aliam nullam, ut loci ostendunt Marc. 12, 37. Joh. 12. 34. et patet ex Ebionitarum de Christi natura sententia, etsi contrarium probare studuit Bertholdus in: Christologia Judaeorum aetate Jesu et apostolorum. — Praeterea in Danielis loco homo ille nubibus ad Deum in coelos advehitur, in illis vero locis Christus se dicit venturum esse in terras et modo quidem inadspectabili [ein dynamisches Kommen.])

Ἀνθυπατεύω, f. σω, (ex ἀντί, pro, loco, vice alicuius, et ὑπατεύω, ago τὸν ὕπατον, summum, i. e. consulem, consulis munere fungor) proconsul sum, Act. 18, 12.

Ἀνθύπατος, ου, ὁ, proconsul, Act. 13, 6. 8. 12. 19, 38. Diviserat Augustus imperator provincias Romanas in senatorias

et caesareas. Illis qui praeerant, Proconsules; has qui administrabant, legati Caesaris (πρεσβεῦται, ἡγεμόνες) appellabantur. Illi iudicia exercebant et erat penes eos ius vitae ac necis. V. infra ἡγεμών.

Ἀνίημι, f. ήσω, 1., remitto, relaxo (v. ἄνεσις), solvo; — τί, Act. 27, 40. 16, 26. τὰ δεσμά. — tropice, Eph. 6, 9. (τὴν ἀπειλήν, mitto, omitto.) — 2., dimitto, loslassen, fahren, niedersinken lassen, Hebr. 13, 5. (Deut. 31, 6. te sustentabo.)

Ἀνίλεως, ω, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ἵλεως, attice pro ἵλαος, misericors) immisericors, Jac. 2, 13. (κρίσις.)

Ἄνιπτος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et νιπτός, lotus) illotus, Matth. 15, 20. (Marc. 7, 2.) Hom. Il. 6, 266.

Ἀνίστημι, f. ἀναστήσω, excito, surgere facio, aor. 2. (perf. plusquamperf.) act. et medium ἀνίσταμαι, f. ἀναστήσομαι, surgo.

I., aor. 2. activi et medium: 1., surgo: *a.*, de iacentibus (in lecto), Marc. 1, 35. Luc. 8, 55. 11, 7. Marc. 5, 42. — de humi iacentibus, Marc. 9, 27. Luc. 17, 19. 22, 46. Act. 9, 6. 34. 40. — *b.*, de sedentibus, Luc. 4, 16. ἀνέστη ἀναγνῶναι. Matth. 26, 62. (Marc. 14, 60.) 6, 8. — *β.*, de iis, qui sedem relinquunt, ut alio se conferant, Matth. 9, 9. (Marc. 2, 14.) Marc. 10, 50. Luc. 4, 38. 23, 1. Hinc etiam de iis, qui se ad iter accingunt: sich aufmachen (cum πορεύεσθαι ἐκ), Marc. 7, 24. 10, 1. Luc. 1, 39. 15, 18. 20. — Plerumque adhibetur partic. ἀναστάς iuxta verbositatem Hebraeor. וַיָּקָם, Gen. 22, 3. — ἀναστῆναι ἀπό, a re h. e. ab eo, quod quis vel sedens vel humi prostratus fecit, Luc. 22, 45. — *c.*, de mortuis; aor. 2. (addito: ἐκ νεκρῶν), Matth. 17, 9. (Marc. 9, 9. 10.) Luc. 16, 31. 24, 46. Joh. 20, 9. Eph. 5, 14. (h. l. tropice dictum.) — (omisso τῷ ἐκ νεκρῶν.) Marc. 8, 31. 12, 25. 16, 9. Rom. 14, 9. Luc. 9, 8. 19. 24, 7. — ita simpliciter quoque fut. med., Matth. 20, 19. (Marc. 10, 34.) Luc. 18, 33. Joh. 11, 23. 24 — 2., existo, prodeo (auftreten), Act. 7, 18. 5, 36. 37. — med., Rom. 15, 12. Hebr. 7, 11. 15. (de regibus, prophetis, sacerdotibus, ducibus hominum seditiosorum etc. cf. 3 Esra 5, 40. hebr. קוּם.) cf. de iis dictum, qui colloquium cum aliquo inituri sunt, Act. 6, 9. Luc. 10, 25. — 3., me sisto (coram iudice): fut. med., Luc. 11, 32. (Matth. 12, 41.) — 4., c. ἐπί τινα, insurgo contra aliquem, Marc. 3, 26. (קוּם עַל.) — Not. imperat. aor. 2. ἀνάστηθι, Act. 9, 6. 34. 40. et ἀνάστα, Act. 12, 7. Eph. 5, 14. (hanc formam habent etiam Theocrit. Soph. Eurip., ut et πρόβα i. q. πρόβηθι.)

II., Activum, Act. 2, 30. (ὤμοσεν αὐτῷ ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἀναστήσειν τὸν χριστόν, se excitaturum esse i. e. nasci facturum, ex hebr. הֵקִים, cf. Matth. 22, 24. ἀναστήσει σπέρμα i. e. prolem, Gen. 38, 8. — *b.*, resuscito ab inferis (aor. 1.), Act. 2, 32. 13, 34. — fut., Joh. 6, 39. 40. 54.

Ἀνόητος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et νοητός, a νοέω, intelligo, cogito) insipiens, Rom. 1, 14. (oppon. σοφοί.) — ὦ

ἀνόητοι, Luc. 24, 25. Gal. 3, 1. 3. Tit. 3, 3. (ἦμέν ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι.) 1 Tim. 6, 9. (ἐπιθυμίαι ἀνόητοι.) — Prov. 17, 28. Ps. 49, 13.

Ἄνοια, ας, ἡ, (ab ἄνοος [ους], cf. ἄχροια, αἱμόῤῥοια) amentia (stultitia), 2 Tim. 3, 9. — furor, insania, Luc. 6, 11. (ἐπλήσθησαν ἀνοίας.)

Ἀνοίγω, f. ξω, (ex ἀνά et οἴγω = οἴγνυμι, aperio) aor. 1. ἤνοιξα (forma antiquior et elegantior: ἀνέῳξα), perf. 2. ἀνέῳγα (pateo, 1 Cor. 16, 9. Sic ap. seriores: Aelian., Lucian., Herodian. Antiquiores hanc vim tribuerunt perfecto pass.), perf. pass. ἀνέῳγμαι et ἠνέῳγμαι (Apoc. 4, 1. 10, 8.), aor. 1. ἀνεῴχθην (ἠνεῴχθην, Apoc. 20, 12.), aor. 2. pass. ἠνοίγην (Apoc. 11, 19. 15, 5.), cui adsuevit serior aetas; fut. 2. pass. ἀνοιγήσομαι (Matth. 7, 7. Luc. 11, 9. 10.), aperio, Matth. 2, 11. (v. c. τοὺς θησαυρούς, sic Philostr. 47.) τὴν θύραν, Act. 5, 19. 23. 12, 10. 14. 16. 16, 26. 27. Apoc. 3, 20. — pass., Apoc. 4, 1. (ἠνεῳγμένη.) — ἀνοίγειν τινί, simpliciter (ianuam aperire), Matth. 25, 11. (ἄνοιξον ἡμῖν, Luc. 13, 25.) Luc. 12, 36. Joh. 10, 3. (ἀνοίγει.) Matth. 7, 7. 8. (Luc. 11, 9. 10. explicatur locutio Luc. 11, 7.) — metaphor., Act. 14, 27. al. v. θύρα. — τὰ μνημεῖα, Matth. 27, 52. — τάφος, Rom. 3, 13. — τὸ φρέαρ, Apoc. 9, 2. — coelum dicitur aperiri, atque inde quidquam descendere, Matth. 3, 16. (Luc. 3, 21.) Joh. 1, 52. Act. 10, 11. Apoc. 19, 11. (in omnibus his locis de visionibus sermo est, adde Act. 7, 56. Quare additur θεωρῶ, εἶδον.) — ἀνοίγ. τὸ στόμα, pr., Matth. 17, 27. trop. de iis, qui dicere incipiunt, Matth. 5, 2. Act. 8, 32. 35. 10, 34. 18, 14. (hebr. Jes. 53, 7.) seq. εἰς βλασφημίαν, Apoc. 13, 6. — ἐν παραβολαῖς, i. e. ut utar (mit), Matth. 13, 35. (Ps. 78, 2. plane ita Lucian. Philopseud. §. 35.) — πρός τινα, 2 Cor. 6, 11. (τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, os patebat, i. e. libere ad vos diximus.) — etiam ei os aperiri dicitur, qui loquelam (facultatem loquendi) recipit, Luc. 1, 64. (cf. Marc. 7, 35.) — ἀν. τοὺς ὀφθαλμούς, cilia diduco, ut videam, Act. 9, 8. 40. (aufschlagen.) — τινός, visum alicui restituo, Matth. 9, 30. 20, 33. Joh. 9, 10. 14. 17. 10, 21. 11, 37. — idem metaphor., Act. 26, 18. (mentis oculos alicui aperio.) — ἀνοίγω τὴν σφραγίδα, solvo sigillum, Apoc. 5, 9. 6, 1. 3. 5. 7. 9. 12. 8, 1. — ἀν. τὸ βιβλίον, evolvo librum, Apoc. 5, 2—5. 10, 2. 8. 20, 12.

Ἀνοικοδομέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἀνά, re, et οἰκοδομέω, aedifico, ex οἶκος et δέμω, unde οἰκοδόμος) iterum aedifico, restauro, Act. 15, 16. (Amos. 9, 11.)

Ἄνοιξις, εως, ἡ, (ἀνοίγω) apertio, Eph. 6, 19. (τοῦ στόματος ἐν παῤῥησίᾳ, cum apertione oris [i. e. ita, ut os aperiam] ad libere dicendum.)

Ἀνομία, ας, ἡ, (ex α priv. et νόμος, lex, unde adiect. ἄνομος) a., de homine: conditio eius, qui ἄνομος est, i. e. qui

aut legem non habet, aut contra legem agit, contemtio legis, 2 Cor. 6, 14. (oppon. δικαιοσύνη, ut Rom. 6, 19. Matth. 23, 28. 24, 12. Hebr. 1, 9. (Xen. Mem. 1, 2, 24.) — *b*, obi. id quod contra legem est. *aa.*, abstr. ἡ ἀνομία, complexus omnium, quae contra legem fiunt aut fieri possunt, 1 Joh. 3, 4. (ποιεῖν τὴν ἀνομ.) Matth. 7, 23. 13, 41. 2 Thess. 2, 7. τὸ μυστήριον τῆς ἀνομίας, h. e. (τῇ ἀνομίᾳ in personam mutata, cf. v. 3. ἡ ἀποστασία) quas machinationes in tenebris parat legum atque ordinis publici odium, eae iam promoventur; cf. 2 Thess. 2, 4. — *bb.*, sigillatim: aliquod maleficium, Tit. 2, 14. (ἀπὸ πάσης ἀνομ., von jeder — einzeln sich darstellenden — Gesetzwidrigkeit.) Hinc plur., Rom. 4, 7.

Ἄνομος, ον, ὁ, ἡ, **1.**, de homine, et *a*, de eo quidem, qui sine lege est, qui legem non habet (scil. divinitus promulgatam), 1 Cor. 9, 21. (opp. ἔννομος, cf. Rom. 2, 14. Sens.: inter homines lege carentes me lege carentem gessi, non tamquam a lege dei alienus essem, sed ideo, quod sequerer legem Christi, s. ideo, quod spectarem consilia et commoda Christi.) — *b.*, maleficus, Luc. 22, 37. Marc. 15, 28. (Jes. 53, 12.) Act. 2, 23. (χεῖρες ἀνόμων, verbrecherische Hände.) — *c.*, qui legi honesti non adsuescit, qui nulli legi se adstringit, 1 Tim. 1, 9. (ἄνομοι καὶ ἀνυπότακτοι, immorigeri.) — **2.**, ὁ ἄνομος (κατ' ἐξοχήν), 2 Thess. 2, 8. (legum osor.) — **3.**, de factis: id quod a lege abhorret, 2 Petr. 2, 8. (ἔργον.)

Ἀνόμως, adv., (ab adi. ἄνομος) sine lege (v. ἄνομος, **1**, *a.*), Rom. 2, 12. ἀνόμως ἁμαρτάνειν, ἀνόμως κρίνεσθαι. (cf. Isocrat. Panegyr. p. 94. τοὺς Ἕλληνας ἀνόμως ζῶντας καὶ σποράδην οἰκοῦντας, qui tamen locus, cum ἀνόμως ei idem sit, quod: sine ordine, unregelmässig, ab eo, quem modo ex Pauli scriptis attulimus, differt.)

Ἀνορθόω (ῶ), f. ώσω, (ἀνά et ὀρθόω, ab ὀρθός, erectus) **1.**, erectum aliquem facio, Luc. 13, 13. (h. l. pass. et med.: erecto esse coepit capite — sie wurde (pass.) sich gerade haltend (activ.), cf. ἠγέρθη, er wurde (pass.) wachend (activ.). v. Matth. grammat. Graec. §. 493.) — Opponitur τῷ ὀρθῷ, id, quod contractum atque incurvatum est. Hinc etiam Hebr. 12, 12. ἀνορθοῦν τὰς χεῖρας, extendere manus viribus ipsarum refectis, — gerade machen. (Jerem. 35, 3. הֵחֱזִק, Hiph.) — **2.**, de aedificiis: vel tollo, erigo, vel reaedifico, ita Act. 15, 16. (Xen. H. G. 4, 8, 12. Herodot. 1, 19.)

Ἀνόσιος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et ὅσιος, ία, ον, quod vide) impius, 1 Tim. 1, 9. (coniunct. cum βέβηλος, Frevler, qui fas violat.) 2 Tim. 3, 2. (coni. cum ἄστοργος, qui pietatem in Deum violat.) cf. Xen. Mem. 1, 1, 11. 1, 4, 19.

Ἀνοχή, ῆς, ἡ, *a.*, (ab ἀνέχω, altum teneo, inhibeo) dilatio, procrastinatio, inhibitio. — *b.*, (ab ἀνέχομαί τινος) patientia, otium. (pl. ἀνοχαί, scil. τοῦ πολέμου, induciae.) ἡ ἀνοχὴ τοῦ θεοῦ, indulgentia dei, Rom. 2, 4. 3, 26.

Ἀνταγωνίζομαι, f. σομαι, (ἀντί, ἀγωνίζομαι, ab ἀγών, q. v.) πρός τινα, contra aliquem certo, pugno, Hebr. 12, 4.

Ἀντάλλαγμα, τος, τό, (ἀντί, anstatt, vicissim, ἄλλαγμα ab ἀλλάσσω, muto, permuto; perf. pass.) *a.*, id, q. mutuo datum est (datur) pro altero: Tausch. — *b.*, pretium redemtionis, Auslösung, Marc. 8, 37. (Matth. 16, 26. ἀντ. τινος διδόναι. Sirac. 6, 15. φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλ., i. e. nihil est, pro quo dari mutuo possit.) v. τοὺς ό, Ruth. 4, 7. Job. 28, 15. Jerem. 15, 13. et Hom. Il. 9, 401. οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον cett.

Ἀνταναπληρόω (ῶ), f. ώσω, (ἀντί, vicissim, pro aliquo, et ἀναπληρόω, quod v.) Col. 1, 24. ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῆς θλίψεως τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, i. e. quae ipse (si qua ipse) Christus nondum perpessus est, ego pro eo (eius loco — ἀντί) doloribus carnis suppleo. Dio 44. p. 175. ὅσον καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν — ἐνέδει, τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τῶν ἄλλων συντελείας ἀνταναπληρωθῇ, h. e. ἀντ᾽ ἐκείνων.

Ἀνταποδίδωμι, f. -δώσω, (ἀντί, pro aliquo accepto, vicissim, ἀποδίδωμι, reddo) rependo; *a.*, sens. bono, Luc. 14, 14. Rom. 11, 35. (hic ei respondet προδοῦναί τι, — ἀντί scil. τοῦ προδοθέντος.) 1 Thess. 3, 9. (εὐχαριστίαν, gratias.) — *b.*, sens. malo: de ultione (τῇ ἐκδικήσει) et absolute, Hebr. 10, 30. (Deut. 32, 35.) Rom. 12, 19. et 2 Thess. 1, 6. τί. (ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλίψιν.) οἱ ό גָּמַל, Jes. 63, 7. Ps. 103, 19.

Ἀνταπόδομα, τος, τό, (v. ἀνταποδίδωμι) id, quod retributum est, retributio; *a.*, sensu bono, Luc. 14, 12. — *b.*, sensu malo, Rom. 11, 9. (Ps. 69, 23.) hebr. גְּמוּל (Ps. 28, 4.), שִׁלֻּמָה, Ps. 91, 8. (Rom. 11, 19. notes paronomasiam: שֻׁלְחָן et שְׁלוֹמִים.)

Ἀνταπόδοσις, εως, ἡ, retributio, Col. 3, 24. (ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας.)

Ἀνταποκρίνομαι, f. οῦμαι, (ἀντί, vicissim, contra, et ἀποκρίνομαι) πρός τι, ad (dictum) respondeo, Luc. 14, 6. — absolute: ἀνταποκρ. (τῷ θεῷ), altercor cum, Rom. 9, 20. (ad imitationem hebr.: עָנָה, Job. 16, 8. 32, 12. — verba alicuius excipio, ut eum refellam.)

Ἀντεῖπον, aor. 2., (ex ἀντί et εἶπον, q. v.) contradicebam, Luc. 21, 15. Act. 4, 14. (Xen. H. G. 1, 4, 8.)

Ἀντέχομαι, f. ἀνθέξομαι, (medium verbi ἀντέχω, compositi ex ἀντί, contra, et ἔχω, teneo) 1., τί, ante me (contra alium) teneo, Hom. Od. 22, 74. ἀντίσχεσθε τραπέζας. — 2., τινός, — ἔχομαί τινος, ich halte mich an etwas an, teneo aliquid ita ut ab eo tenear — et ἀντί, e regione ac vi alteri opposita (cf. ἀντιλαμβάνομαί τινος): *a.*, adhaereo alicui (curam eius gerens), Luc. 16, 13. (Matth. 6, 24.) (cf. Pind. Nem. 1, 50. Ἡρακλέος ἀντέχεσθαι, Herculi cultu adhaerere. Herodot. 1, 134. ἀντέχεσθαι τῆς ἀρετῆς.) — curam habeo, 1 Thess. 5, 14. (τῶν ἀσθενῶν.) — *b.*, firmiter teneo, Tit. 1, 9. (τοῦ λόγου.) ut Jerem. 56, 2. 4. הֶחֱזִיק בְּ. Herodot. 7, 53. ἀντέχεσθαι εἰρήνης.

Ἀντί, praepos. regens genit., 1., adversus, ob (v. c. occurro, ἀντιάω, obviam eo, von der örtlichen Gegenrichtung. Ita in multis verbis compositis, v. c. ἀντιλέγειν, ἀντειπεῖν, ἀνταγωνίζεσθαι, ἀντίδικος, al.). — 2., vicissim, de alternantibus (v. c. ἀντικαλέω). Ergo *a.*, i. q. pro, loco, gegen, Matth. 6, 38. (ὀφθαλμὸς ἀντὶ ὀφθαλμοῦ.) Rom. 12, 17. (ἀποδιδόναι τι ἀντί τινος.) 1 Thess. 5, 15. 1 Petr. 3, 9. Marc. 10, 45. Matth. 17, 27. Luc. 11, 11. — ita et in formulis, quibus aliquo pretio aliquid emi aut vendi dicitur, Hebr. 12, 16. (ἀποδίδοσθαί τι ἀντί τινος.) — *b.*, indicat, alterum alteri praeferri, sive alterum capi omisso altero, anstatt, Hebr. 12, 2. (ἀντὶ τῆς χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρόν.) Jac. 4, 15. (Xen. Mem. 1, 1, 60.) — hebr. תַּחַת, Gen. 30, 15. Hinc quoque: ἀνθ' ὧν, *aa.*, pro eo, i. e. propterea, quod (תַּחַת אֲשֶׁר, Jerem. 29, 19. 2 Reg. 22, 17., quod etiam redditur διότι, Deut. 21, 14.), Luc. 1, 20. 19, 44. Act. 12, 23. 2 Thess. 2, 10. — ἀντὶ τούτου, Eph. 5, 31. (οἱ ό habent ἕνεκεν τούτου, Gen. 2, 23. עַל־כֵּן, ut et Matth. 19, 5. Marc. 10, 7.) — *bb.*, ἀνθ' ὧν, contra, anstatt dessen, Luc. 12, 3. — Habent ἀνθ' ὧν, propterea quod, etiam Graeci, Eurip., Aeschyl., Herodot., Diod. Sic., Aelian., v. Hermanni ed. Vig. p. 30 et 710. — *c.*, ἀντί τινος, anstatt, i. e. vice eius, ut vicem eius expleas (v. c. βασιλεύειν), de iis, qui alicui in munere succedunt, aut successerunt (ita תַּחַת, Levit. 16, 32. Gen. 36, 33.), Matth. 2, 22. (Xen. Anab. 1, 1, 4.) — 1 Cor. 11, 15. (δέδοται αὐτῇ ἀντὶ περιβολαίου, i. e. ut sit pro —, ut locum expleat περιβολαίου.) Luc. 11, 11. Huc referri etiam poterit Joh. 1, 16. χάριν ἀντὶ χάριτος, Gnade für Gnade, i. e. beneficiorum aliud post aliud (Theogn. v. 344. ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας).

Ἀντιβάλλω, f. βαλῶ, (βάλλω et ἀντί) vicissim iacio (sic ἀντιβ. Thuc. 7, 25.), Luc. 24, 17. (οἱ λόγοι, οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους, sermones, quos invicem seritis.)

Ἀντιδιατίθημι, f. θήσω, (διατίθημι, dispono) Med. animum dispono adversus, contrario animo affectus sum, 2 Tim. 2, 25.

Ἀντίδικος, ου, ὁ, ἡ, (ἀντί, contra, et δίκη, lis, caussa) adversarius (in lite et iudicio), Luc. 12, 58. (Matth. 5, 25.) 18, 3. 1 Petr. 5, 8. — (Xen. Apol. Socr. §. 10. Dem. p. 226, 4. οἱ ό, Jerem. 1, 4. 1 Sam. 2, 10. Jes. 41, 11.)

Ἀντίθεσις, εως, ἡ, oppositio, i. q. ἀντιλογία (ut explicat Hesych.), 1 Tim. 6, 20.

Ἀντικαθίστημι, f. -καταστήσω, (v. καθίστημι, ἀντί) loco alterius sisto, colloco adversus (milites dispono, aciem instruo adversus hostem); aor. 2., Hebr. 12, 4. (nondum pugnantes obstitistis, ihr seid noch nicht im Kampfe gegenüber gestanden.)

Ἀντικαλέω (ῶ), f. ήσω, έσω, τινά, vicissim voco, Luc. 14, 12.

Ἀντίκειμαι, f. σομαι, e regione iaceo (Herodian. 6, 4.); τινί, adversarius sum alicuius, oppositus sum alicui, Gal. 5, 17. 1 Tim. 1, 10. — ὁ ἀντικείμενος, simpliciter: adversarius, obtre-

ctator, Luc. 13, 17. — 21, 15. 1 Cor. 16, 9. Phil. 1, 28. 2 Thess. 2, 4.

Ἀντικρύ, adv. loci, e regione; c. gen., Act. 20, 15. (Xen. H. G. 6, 2, 22.)

Ἀντιλαμβάνομαι, f. λήψομαι, (medium verbi ἀντιλαμβάνω, vicissim capio, pro altero dato alterum accipio) τινός, **1.**, apprehendo aliquid, ich halte mich an etwas an, fasse etwas, cf. voc. ἀντιλαβή, ansa. — **2.**, capio aliquem vel aliquid, ut eo quasi tenear, nos: sich einer Person oder Sache annehmen; igitur *a.*, τινός scil. πράγματος, operam navo alicui rei, 1 Tim. 6, 2. (εὐεργεσίας.) — ita φιλοσοφίας, Plut. de pueror. educat. c. 10. (Moral. tom. 1.); τῶν πραγμάτων, Xen. Cyr. 2, 3, 6. — *b.*, ἀνθρώπου τινός, opitulor, succurro alicui, Luc. 1, 54. Act. 20, 35. (Thucyd. 2, 61. Diod. Sic. 11, 31.) cf. ἀντέχομαι.

Ἀντιλέγω, f. λέξω, τινί, *a.*, contradico, Act. 13, 45. 28, 19. 22. — seq. μή et acc. c. inf., contra nego, Luc. 20, 27. — *b.*, obnitor, Joh. 19, 12. (ἀντιλέγει τῷ καίσαρι.) Rom. 10, 21. (Jes. 65, 2.) cf. Hos. 4, 4. Lucian. dial. Deor. 8, 3. — Tit. 1, 9. 2, 9. (οἱ ἀντιλέγοντες.) pass., Luc. 2, 34. (σημεῖον ἀντιλεγόμενον, cui se opponent.) — οἱ ὁ, Hos. 4, 4. Jes. 52, 2.

Ἀντίληψις, εως, ἡ, (v. ἀντιλαμβάνομαι) opitulatio; pl., 1 Cor. 12, 28. (abstr. pro concr., ministeria opitulatorum, opitulatores, i. e. qui pauperum et aegrotorum curam gerunt.)

Ἀντιλογία, ας, ἡ, (ratio eius, qui ἀντίλογος est, v. ἀντιλέγω) *a.*, contradictio, Widersprecherei, i. q. dissidium, Hebr. 6, 16. controversia, Hebr. 7, 7. 12, 3. (ὑπομένειν.) — *b.*, rebellio, Jud. v. 11. (Prov. 17, 11.) — v. τοὺς ὁ, Ps. 80, 7. Prov. 18, 18. Deut. 1, 12. Ps. 31, 20.

Ἀντιλοιδορέω (ῶ), f. ήσω, (λοιδορέω, q. v.) vicissim convicior, convicium regero, 1 Petr. 2, 23. (Lucian. Conviv. c. 40.)

Ἀντίλυτρον, ου, τό, (λύτρον, quod v. — ἀντί, pro alio accipiendo) pretium redemtionis (v. ἀντάλλαγμα. — cf. τὸ μαίωτρον i. e. merces, pro qua μαιοῦται, merces obstetricis), 1 Tim. 2, 6. (Ps. 48, 9.)

Ἀντιμετρέω (ῶ), f. ήσω, (μετρέω) remetior, vicissim metior, Luc. 6, 38.

Ἀντιμισθία, ας, ἡ, (ab ἀντίμισθος, remunerans) retributio; *a.*, in bonam partem, 2 Cor. 6, 13. (τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς, i. q. ποιεῖτε πλατυνθέντες, — τὴν αὐτήν, eandem hanc, quam modo memoravi; hoc ergo est: idem hoc tamquam ἀντιμισθίαν facientes.) — *b.*, in malam partem, Rom. 1, 27. Vox Graecis non usitata.

Ἀντιόχεια, ας, ἡ, nomen, quod gesserunt plures urbes, ab Antiochis regibus ductum (cf. Ἀλεξάνδρεια ab Alexandro dicta). **1.**, Celeberrima omnium est et metropolis (v. Cic. pro Archia c. 3.) Antiochia ad Orontem fluvium sita, a Seleuco Nicanore condita, et hoc nomine in honorem patris Antiochi ornata. In hac urbe versa-

bantur multi Judaei Ἑλληνισταί, et hic primum, qui Christo nomen professi erant, Christiani nuncupati sunt, Act. 11, 19. 26. 13, 1. 14, 26. Gal. 2, 11. — 2., Alia eiusdem nominis urbs, ab eodem Seleuco Nicanore condita, adnumerabatur Pisidiae, Act. 13, 14. 2 Tim. 3, 11.

Ἀντιπαρέρχομαι, f. -ελεύσομαι, (ex ἀντί et παρέρχομαι) in via e regione praetereo, Luc. 10, 31. 32.

Ἀντιπατρίς, ίδος, ἡ, Antipatris, urbs Joppen inter et Caesaream in fertilissima regione sita, olim χαβαρζαβᾶ appellata, et post ab eius instauratore Herode M. in Antipatris, patris, memoriam Antipatridis nomine praedita, Act. 23, 31.

Ἀντιπέραν, adv. loci, ex adverso; c. gen. (cf. ἀντικρύ), Luc. 8, 26. (ἀντί, scil. eius regionis s. loci, de quo sermo est.)

Ἀντιπίπτω, f. πεσοῦμαι, *a.*, pr., ex adversa parte irruo. — *b.*, de rebus, quae motae in rem moventem incidunt (entgegenprallen); τινί, obnitor, Act. 7, 51. v. τοὺς ό, Num. 26, 14. (Diod. Sic. tom. 9, p. 354. ed. Bip.)

Ἀντιστρατεύομαι, f. σομαι, milito contra; τινί, Rom. 7, 23.

Ἀντιτάσσω, ττω, f. ξω, aciem instruo contra aliquem. Med. τινί, me oppono (ut, si opus est, vim vi depellam), Rom. 13, 2. Act. 18, 6. Jac. 4, 6. (ὑπερηφάνοις, ad eorum superbiam reprimendam, cf. Prov. 3, 34.) 1 Petr. 5, 6. Differt vox ab ἀντιλέγειν, ἀντιστῆναι, ἀντιπίπτειν, ἀντιστρατεύειν, ἀντικεῖσθαι.

Ἀντίτυπος, ου, ὁ, ἡ, (ἀντί et τύπτω) active, qui ἀντιτύπτει, — dic. de materia dura, quae ictum repellit, v. c. ξύλον ἀντίτυπον, Lucian. Hermotim. §. 53., zurückschlagend, zurückschleudernd. — passive: *a.*, repulsus, repercussus. — *b.*, id quod in materia molli, v. c. argilla, ex adversa parte (ἀντί) expressum est. (Scil. τύπος et ἀντίτυπος, Schlag und Gegenschlag, — Urbild und Abbild.) — Igitur figura ad exemplum signi cuiusdam et imaginis expressa, eique ex adversa parte respondens = Gegenbild, Hebr. 9, 24. — praefiguratum, 1 Petr. 3, 21.

Ἀντίχριστος, ου, ὁ. Notare potest vel *a.*, eum, qui vices Christi gerit (cf. supr. ἀνθύπατος), vel qui ἰσόχριστος est (cf. ἀντίθεος, Hom. Il. 21, 594. ἀντιλέων, Aristophan. Equitt. v. 1041.), vel *b.*, eum, qui contra Christum est, adversarius Christi (Widerchrist). — Haec vis nominis est in N. T. Nimirum *aa.*, ante adventum Christi exstiturum esse Antichristum, Christiani doctores docent (1 Joh. 2, 18. ἠκούσατε, ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, cf. 2 Thess. 2, 8 — 10. Apoc. 13, 14. 16, 13. 19, 20.) pariter atque Judaei, hostem intelligentes contra omne σέβασμα insurrecturum et cultum Dei destructurum (Dan. 8, 24. 25. 9, 26. 27. cf. Matth. 24, 15. Marc. 13, 14. Ez. 38, 39.). — *bb.*, Joannes tamen hoc nomen indit etiam iis, qui negant Jesum esse Messiam, 1 Joh. 2, 18. (22.) 4, 3. 2 Joh. v. 3. atque Antichristum illum imitantes, alios a Christo avertere student, 2 Joh. v. 7. cf. Jud. v. 18.

Ἀντλέω (ῶ), f. ήσω, (ab ὁ ἄντλος s. τὸ ἄντλον, sen-

tina) *a.*, exhaurio (exantlo) sentinam. — *b.*, omnino: haurio, — ὕδωρ, Joh. 2, 8. 9. 4, 7. (v. τοὺς ὁ, Gen. 24, 13. 20. 43. Jes. 12, 3. Ex. 2, 16. 19.)

Ἄντλημα, τος, τό, *a.*, pr. id, quod haustum est (Dioscorid. 4, c. 64.). — *b.*, situla cum fune, quae in puteum demittitur, Joh. 4, 11.

Ἀντοφθαλμέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἀντόφθαλμος, qui defixis oculis aliquem intuetur) intuentem obtueor (Sap. 12, 14.); trop. de navi: ventis obluctor, Act. 27, 15. (Polyb. 2, 24, 1. 24, 12, 5.)

Ἄνυδρος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et τὸ ὕδωρ) aqua carens, 2 Petr. 2, 17. (πηγαί.) Matth. 12, 43. (Luc. 11, 24.) τόποι, i. e. loca arida, deserta. (Jes. 43, 19. 20.) — Jud. v. 12. (νεφέλαι, aridae nubes, Virgil. Georg. 3, 197. quae pluviam promittunt quidem, sed non fundunt.)

Ἀνυπόκριτος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ὑποκρίνομαι, q. v.) non simulatus, Rom. 12, 9. (ἡ ἀγάπη.) 2 Cor. 6, 6. 1 Petr. 1, 22. — 1 Tim. 1, 5. (πίστις.) — Jac. 3, 17. (ἡ σοφία.)

Ἀνυπότακτος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ὑποτάσσω, q. v.) *a.*, non subiectus, Hebr. 2, 8. — *b.*, qui imperio nulli subiici potest, indomitus, 1 Tim. 1, 9. Tit. 1, 6. 10.

Ἄνω, adv., *a.*, supra (oppon. κάτω), Act. 2, 19. (Jos. 2, 11.) — cum articulo: ὁ, ἡ, τὸ ἄνω, Gal. 4, 26. (ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ, superior, i. e. Hierosol. coelestis.) Phil. 3, 14. (ἡ ἄνω κλῆσις, i. e. coelestis.) V. Matth. gramm. Gr. §. 272. a. — neutr. substantive: τὰ ἄνω, coelestia, Col. 3, 1. (ζητεῖν.) v. 2. (φρονεῖν.) v. Winer. gr. N. T. §. 12. — ἐκ τῶν ἄνω, Joh. 8, 23. (e coelo, oppon. ἐκ τῶν κάτω.) — ἕως ἄνω, Joh. 2, 7. (ad oram usque.) — *b.*, in altum (empor), Joh. 11, 41. (αἴρω.) Hebr. 12, 15. (ἄνω φύει.)

Ἀνώγαιον v. ἀνάγαιον.

Ἄνωθεν, adv. loci, *a.*, desuper, Joh. 3, 31. (ἔρχομαι ἄνωθεν, i. e. de coelo; notes paronomasiam ἄνωθεν — ἐπάνω.) Joh. 19, 11. Jac. 1, 17. 3, 15. 17. — ἀπὸ ἄνωθεν, Matth 27, 51. (Marc. 15, 38.) — ἐκ τῶν ἄνωθεν, Joh. 19, 23. (a superioribus partibus.) — *b.*, a principio (von vorn), Luc. 1, 3. (παρακολουθεῖν ἄν.) — inde ab initio, originitus, Act. 26, 5. (cf. ἀπ' ἀρχῆς ap. Joann.) — *c.*, denuo, repetitionem indicans, Joh. 3, 8. (γεννηθῆναι. — al. coelitus. Sed ita Nicodemus potius id miratus fuisset, qui fieri possit, ut quis nascatur de coelo, quod tamen se mirari non dixit.) Gal. 4, 9. (ἄνωθεν δουλεύειν, iterum, cum servus iam olim fueris.)

Ἀνωτερικός, ή, όν, supernus. — τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, Act. 19, 1. (i. e. Asia minor a mari mediterraneo remota, orienti soli propior; altera ad mare sita pars τὰ κατώτερα μέρη dicebantur.)

Ἀνώτερος, έρα, ρον, (comparat. ab ἄνω, cf. κατώτερος) superior; *a.*, neutr. adverbiasc. ἀνώτερον, superius, weiter hin-

auf, Luc. 14, 10. (superiorem occupa locum.) — *b.*, neutr. adverb., weiter vorn, Hebr. 10, 8. (paullo superius.) v. τοὺς ὁ, Levit. 11, 21. (ἀνώτερον c. gen.)

Ἀνωφελής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (ex α priv. et τὸ ὄφελος, q. v.) inutilis, Tit. 3, 9. Neutr. substantive, Hebr. 7, 18. (διὰ τὸ αὐτῆς ἀνωφελές, propter eius inutilitatem.)

Ἀξίνη, ης, ἡ, securis, Luc. 3, 9. (Matth. 3, 10.)

Ἄξιος, ία, ον, dignus; τινός: **1.**, de eo, qui aliquid promeruit, Luc. 10, 7. (Matth. 10, 10.) 1 Tim. 5, 18. — 6, 1. (ἄξιον ἡγεῖσθαί τινά τινος.) Act. 13, 46. (ἄξιον κρίνειν.) — Hebr. 11, 38. (τιμῆς.) 1 Tim. 1, 15. 4, 9. (ὁ λόγος ἄξιος ἀποδοχῆς.) Luc. 12, 48. (ἄξια πληγῶν.) — 23, 15. (ἄξιον θανάτου.) Act. 23, 29. Rom. 1, 32. — Saepius suppletur αὐτοῦ, ut, quae res speciatim dicatur, e contextu definiendum sit, Matth. 10, 11. (ἄξιος, dignus, scil. apud quem devertamini.) v. 13. (sc. τῆς εἰρήνης.) 22, 8. Apoc. 3, 4. (digni, scil. qui mecum versentur candidis induti vestibus.) 16, 6. (Ita Graeci et Latini, cf. Soph. Oed. C. v. 933. σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν.) — Cum verbo constructum: *a.*, infin. aor., Luc. 15, 19. 21. (ἄξιος κληθῆναι.) Act. 13, 25. Apoc. 4, 11. 5, 2. 4. 9. 12. (cf. ἱκανός. — Matth. gramm. Gr. §. 533. Winer. gramm. N. T. §. 38.) — infin. praes. ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, si res digna sit mea ipsius profectione, vel: si operae pretium fuerit, ut et ego proficiscar, 1 Cor. 16, 4. — *b.*, seq. ἵνα, Joh. 1, 27. (ἵνα λύσω, cf. Joh. 8, 56.) constructio rarior. (Demosth. pro cor. p. 278. 8. ἀξιοῦν, ἵνα βοηθήσῃ.) — *c.*, seq. ὅς cum verbo finito (ad modum lat.: dignus, qui), Luc. 7, 4. — **2.**, τινός, congruus alicui, Luc. 3, 8. (Matth. 3, 8. καρποὶ ἄξιοι τῆς μετανοίας.) Act. 26, 20. — Luc. 23, 41. (ἄξια ὧν [τούτων ἃ] ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν.) Huc refer Matth. 10, 37. 38. (οὐκ ἔστι μου ἄξιος, cf. Luc. 14, 26. 27.) — ἄξιος πρός, Rom. 8, 18. (comparari possunt cum, Bedeutung habend gegen, d. i. in Vergleichung mit.) — **3.**, 2 Thess. 1, 3. (καθὼς ἄξιόν ἐστι, ut decet.)

Ἀξιόω (ῶ), f. ώσω, *a.*, dignum facio, dignum iudico, seq. inf., Luc. 7, 7. (ἐμὲ ἠξίωσα πρός σε ἐλθεῖν. Xen. Mem. 1, 4, 10. Cyr. 5, 8, 4.) — aequum censeo, seq. acc. c. inf., Act. 15, 38. (Παῦλος ἠξίου — imperf. — μὴ συμπαραλαβεῖν.) Xen. Mem. 2, 1, 9. — seq. genit. (v. ἄξιος), 2 Thess. 1, 11. — Pass., 1 Tim. 5, 17. Hebr. 3, 3. (ἠξίωται.) 10, 29. (ἀξιωθήσεται.) — *b.*, aequum censeo, i. e. cupio, s. acc. c. inf., Act. 28, 22.

Ἀξίως, adv., *a.*, digne. — *b.*, convenienter; c. gen. (v. c. ἀξίως τοῦ θεοῦ, i. e. ita ut deus exigere potest.) Phil. 1, 27. Col. 1, 10. 1 Thess. 2, 12. 3 Joh. v. 6. Eph. 4, 1. (ἀξίως τῆς κλήσεως, ut — aptum est.) Rom. 16, 2. (ἀξίως τῶν ἁγίων, ut Deo consecratos decet.)

Ἀόρατος, ου, ὁ, ἡ, et qui non cernitur, et qui cerni non

potest, invisibilis. Hoc sensu Col. 1, 15. (ὁ θεός.) 1 Tim. 1, 17. Hebr. 11, 27. — Col. 1, 16. (τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀορατά.)

Ἀπαγγέλλω, f. ελῶ, (ex ἀπό [cf. Hom. Il. 9, 422. ἀγγελίην ἀποφάσθε] et ἀγγ.) τινί τι: **1.**, nuntio, Matth. 2, 8. (ἀπαγγείλατέ μοι, scil. αὐτό.) 11, 4. (Luc. 7, 22.) Act. 15, 27. Matth. 28, 10. 11. Act. 16, 38. (al. codd. ἀνήγγειλαν.) 23, 17. Pass., Matth. 8, 33. (ἀπηγγέλη αὐτῷ, Luc. 8, 19.) — εἰς τόπον τινά, Marc. 5, 14. (Luc. 8, 34. Xen. Anab. 6, 4, 25. H. G. 2, 2, 8.) — περί τινος, 1 Thess. 1, 9. Luc. 7, 18. — **2.**, annuntiare (imperando et adhortando), Act. 26, 20. Matth. 12, 18. (κρίσιν.) — **3.**, cognitum reddo, Hebr. 2, 12. (Ps. 22, 23.) — **4.**, simpliciter, seq. ὅτι, cum laude profiteor, 1 Cor. 14, 25.

Ἀπάγχω, f. ξω, (ex ἄγχω, constringo fauces, strangulo, et ἀπό, weg, cf. ἀποκτείνω) med. laqueo me suspendo, suspendio vitam finio, Matth. 27, 5. (v. τοὺς ό, 2 Sam. 17, 23. Xen. Hier. 7, 13.)

Ἀπάγω, f. άξω, abduco, Luc. 13, 15. (scil. ἀπὸ τῆς φάτνης.) Act. 23, 17. (scil. hinc.) 24, 7. (weg, ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν.) 1 Cor. 12, 2. (a recta via, deduco πρὸς τὰ εἴδωλα.) — speciatim de iis, qui ad iudicium, in carcerem, ad supplicium ducuntur, Matth. 26, 57. (πρός τινα.) 27, 2. Joh. 18, 13. Marc. 14, 44. 15, 16. Act. 12, 19. — ad supplicium, Matth. 27, 31. Luc. 23, 26. Joh. 19, 16. (sic et ap. Graecos.) — *b.*, de via ad aliquem terminum ducente, Matth. 7, 13. 14. εἰς τὴν ἀπώλειαν, εἰς τὴν ζωήν.)

Ἀπαίδευτος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et παιδευτός, institutus, a παιδεύω) qui nulla institutione et disciplina usus est; — τί, id quod hominum ἀπαιδεύτων est, stultum, 2 Tim. 2, 23. (μωραὶ καὶ ἀπαίδευτοι ζητήσεις.)

Ἀπαίρω, f. -αρῶ, tollo (ἀπό τινος, von einem weg). Pass., Matth. 9, 15. (Marc. 2, 20. Luc. 5, 35.) subtrahor alicui.

Ἀπαιτέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἀπό et αἰτέω, q. v.) repeto, reposco, abfordern, Luc. 6, 30. (μὴ ἀπαίτει, scil. αὐτά, i. e. τὰ σά.) 12, 20. (τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν — man wird abfordern.)

Ἀπαλγέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἀλγέω, doleo, et ἀπό) *a.*, dedoleo, verschmerzen. — *b.*, pudoris sensum exuo, Eph. 4, 19. (οἵτινες ἀπηλγηκότες cett.)

Ἀπαλλάσσω, ττω, f. ξω, (ex ἀλλάσσω, muto, et ἀπό, scil. τινός) **1.**, libero, τινά τινος, Hebr. 2, 15. servos. (Polyb. 3, 111, 9. Xen. Cyr. 5, 1, 12.) Med., me libero, Luc. 12, 58. (ἀπό τινος.) — **2.**, dimitto; med. discedo s. desisto ab aliquo (Xen. Mem. 2, 9, 6.), Act. 19, 12. (καὶ ἀπαλλάττεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους.)

Ἀπαλλοτριόω (ῶ), f. ώσω, (facio ἀλλότριόν τινα ἀπό τινος) abalieno; pass. ἀλλότριος reddor, secludor ab usu alicuius

rei, Eph. 2, 12. (ἀπηλλοτριόμένοι τῆς πολιτείας τοῦ ἰσραήλ.) Col. 1, 21. Eph. 4, 18. (τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ.)

Ἁπαλός, ή, όν, mollis (unde nostrum: Apfel), Matth. 24, 32. (Marc. 13, 23.)

Ἀπαντάω (ῶ), f. ήσω (Marc. 14, 13. sed Graeci melioris aevi ἀπαντήσομαι), (ex ἀπό, i. e. a certo quodam termino, et ἀντάω, quod cohaeret cum ἀντί. Forsitan exstitit aliquod nomen: ἡ ἀντή) obviam eo, praeterit. obviam fio; — τινί, Matth. 28, 9. Marc. 5, 2. 14, 13. Luc. 17, 12. Joh. 4, 51. Act. 16, 16. — Luc. 14, 31. (εἰ δυνατός ἐστιν ἀπαντῆσαι, verte: an valeat obviam ire. Infinit. aoristi cum δυνατός (cf. Act. 11, 17.), ἕτοιμος, al. coniunctus pro Latinor. infinit. praesentis, ubi de re semel ac certo tempore futura sermo est; v. Wineri grammat. N. T. §. 138. Hinc seq.

Ἀπάντησις, εως, ἡ, obviam itio, occursus; εἰς ἀπάντησίν τινος (ἐξέρχομαι, exeo) obviam alicui, Matth. 25, 1. 6. Act. 28, 15. — (ἁρπαγησόμεθα) 1 Thess. 4, 17. (obviam domino rapiemur.) — hebr. לִקְרַאת, 1 Sam. 9, 14. Jerem. 41, 6. (Diod. Sic. 18, 59. Polyb. 5, 26, 8.)

Ἅπαξ, adv., semel; — καὶ ἅπαξ καὶ δίς (semel atque iterum), Phil. 4, 16. 1 Thess. 2, 18. (Nehem. 13, 20.) 2 Cor. 11, 25. Hebr. 9, 26. — 12, 26. 27. 6, 4. (oppon. πάλιν, v. 6.) 9, 27. (ei respondet: ἐκ δευτέρου, v. 28.) 10, 2. Jud. v. 3. 5. — ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, Hebr. 9, 7.

Ἀπαράβατος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et παραβατός, a παραβαίνω, quod v.) e formula παραβαίνειν νόμον, transgredi i. e. violare: et quod violatum non est, et quod violari non potest, inviolabilis, Hebr. 7, 24. (ἱερωσύνη, immutabilis.) Coniungitur cum ἀπερίτρεπτος, ἀπαρέγκλιτος ap. Plutarch. Jamblich. V. P. Nicom. Ger. Arithm. Nemes. Galen. Vox recentior, v. Phrynich. Lobeck. p. 313.

Ἀπαρασκεύαστος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et παρασκευαστός, a παρασκευάζω, q. v.) imparatus, 2 Cor. 9, 4. (εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους.) Xen. Cyrop. 2, 4, 15.

Ἀπαρνέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (ex ἀπό et ἀρνέομαι, q. v.) abnego; c. acc. τινά s. τί, i. e. dico, me non nosse aliquem, Luc. 12, 9. Matth. 26, 34. 35. (Marc. 14, 30. 31.) 75. (Marc. 14, 72. Luc. 22, 61.) Joh. 13, 38. — ἑαυτόν, Matth. 16, 24. (Marc. 8, 34. Luc. 9, 23.) i. e. semet ipsum et commoda sua non spectare. (Alludit Jesus ad abnegationem sui, Hierosolymis aut futuram aut non futuram. Sens.: Non me, qui cruci affigar, abnegare comites mei debent, sed se ipsos, ut sponte mecum crucem suscipiant.) — seq. infin. cum negatione, Luc. 22, 34.

Ἀπάρτι (s. potius: ἀπ' ἄρτι), adv., (ex ἀπό et ἄρτι, quod v.) *a.*, ab hoc tempore, von sogleich, von jetzt an, Matth. 23, 39. Joh. 1, 52. Matth. 26, 29. 64. (Luc. 22, 69. ἀπὸ τοῦ νῦν.) — *b.*, Joh. 13, 19. 14, 7. Apoc. 14, 13. iam nunc, schon

jetzt. (Rectius hic fortasse scribitur: ἀπαρτί = bereits. Cf. ἀπαρτίζω.)

Ἀπαρτισμός, οῦ, ὁ, (ἀπαρτίζω, ex ἀπό et ἀρτίζω i. e. ἀρτόν facio, perficio, fertig machen) perfectio, Luc. 14, 28.

Ἀπαρχή, ῆς, ἡ, (ut ἡ ἀρχή ab ἄρχω, ita ἀπαρχή ab [ἀπάρχω] ἀπάρχομαι, i. e. primas partes demo, primitias occupo, cf. ἀπό in ἀποδεκατόω. Hinc ἀπαρχή et pl. ἀπαρχαί:) primitiae. Deinde quia primitiae reliquarum eiusdem generis frugum maturitatem ita praecedunt, ut hanc quasi spondeant et promittant, ἀπαρχή id dicitur, quod alterius rei insequuturae sponsio est, Rom. 11, 16. (distinguuntur ἀπαρχή et φύραμα, ut ῥίζα et κλάδοι; ἀπαρχήν apostolus dicit patres gentis Judaicae, eos videlicet, quibus promissiones posteritatem spectantes Deus dedit.) Rom. 16, 5. (primus, quem insequuti sunt alii.) 1 Cor. 16, 15. Apoc. 14, 4. — 1 Cor. 15, 20. 23. (Christus ἡ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, resuscitandorum is, qui primus resurrexit.) Jac. 1, 18. ἀπαρχὴ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, i. e. qui ante reliquas creatas res creati sunt, i. e. eorum, quos exstare deus voluit, excellentissimi. — Rom. 8, 23. οἱ ἔχοντες τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος (genitivus explicativus, i. e. τὸ πνεῦμα, ὅ ἐστιν ἀπαρχή: — das Angeld des Geistes, d. i. den Geist als Angeld, nämlich der künftigen Seligkeit).

Ἅπας, ασα, αν, (ex ἅμα πᾶς, der gesammte) totus, universus, omnis; tenet vel locum subiecti, nomini substantivo praepositum, ut Luc. 3, 21. (omnis populus.) 8, 37. 19, 37. 21, 4. Act. 2, 44. — vel praedicati nominibus postpositum, Marc. 16, 15. (εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, in mundi omnes partes.) Luc. 4, 6. (hanc ditionem omnem, i. e. huius ditionis, quam vides, tibi dabo omnes partes.) 19, 48. (populus — omnis.) — absolute dictum occurrit genere masc., Matth. 24, 39. Luc. 3, 16. 5, 26. 9, 15. Marc. 11, 32. Jac. 3, 2. — genere neutr., Matth. 28, 11. Marc. 8, 25. Luc. 5, 11. 28. 15, 13. Act. 2, 44. 4, 32. 10, 8. 11, 10. Eph. 6, 13. (Thucyd. 2, 13.)

Ἀπατάω (ῶ), f. ήσω, (ab ἀπάτη, q. v.) decipio; τινά τινι (womit), Jac. 1, 26. (τὴν καρδίαν αὐτοῦ.) Eph. 5, 6. (κενοῖς λόγοις, cf. Jes. 36, 14.) Pass., 1 Tim. 2, 14. (coll. Gen. 13, 13.) — Xen. Cyr. 5, 4, 20.

Ἀπάτη, ης, ἡ, fraus, fallacia, Hebr. 3, 13. (τῆς ἁμαρτίας.) 2 Thess. 2, 10. — Col. 2, 8. (verba fallacia.) Eph. 4, 22. (αἱ ἐπιθυμίαι τῆς ἀπάτης, libidines, quae vanitati inhiant.) — Matth, 13, 22. et Marc. 4, 19. (ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, nisi legendum ἡ ἀγάπη.)

Ἀπάτωρ, ορος, ὁ, (ex α priv. et ὁ πατήρ, v. supra ἀμήτωρ) *a*., qui patrem non habet, aut orbus patre est. — *b*., cuius pater in genealogiis non recensetur. Ita Hebr. 7, 3. (Melchisedecus.) Cf. ἀνολυμπιάς.

Ἀπαύγασμα, τος, τό, (ab ἀπαυγάζω, splendorem edo, et

hoc ab αὐγή, splendor) splendor repercussus, Hebr. 1, 3. (τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, qui maiestatem divinam perfectissime refert.)

Ἀπεῖδον, aor. 2., (ex ἀπό et εἶδον, aor. 2. verbi obsolet. εἴδω) absehen, eine Uebersicht haben, Phil. 2, 23. (ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμοῦ, simulac cognovero s. didicero, quemnam exitum res meae habiturae sint.)

Ἀπείθεια, ας, ἡ, (ab ἀπειθής, α priv. et πείθω, persuadeo, med. πείθομαι, persuaderi mihi patior, obtempero) inobedientia, Rom. 11, 30. 32. Eph. 2, 2. 5, 6. et Col. 3, 6. (οἱ υἱοὶ τῆς ἀπειθείας, i. e. quibus propria est.) Hebr. 4, 6. 11.

Ἀπειθέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum ἀπειθής, q. v.) *a.*, fidem denego (oppon. πιστεύω), Joh. 3, 36. Act. 14, 2. 17, 5. 19, 9. (iunctum cum σκληρύνομαι.) 1 Petr. 2, 7. 8. Rom. 15, 31. — τινί, 1 Petr. 3, 1. (τῷ λόγῳ.) — *b.*, obedientiam denego (oppon. πείθομαι, obsequor), τινί, Rom. 2, 8. (τῇ ἀληθείᾳ.) 11, 30. (τῷ θεῷ.) 31. 1 Petr. 4, 17. — absol., Rom. 10, 21. (Jes. 65, 2.) Hebr. 3, 18. 11, 31. 1 Petr. 3, 20. — v. τοὺς ό, Deut. 21, 20. Jes. 36, 5. Ex. 23, 21.

Ἀπειθής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (ex α priv. et πείθομαι, qui sibi persuaderi non patitur, qui non obtemperat) immoriger; absol., Luc. 1, 17. Tit. 1, 16. 3, 3. — τινί, 2 Tim. 3, 2. et Rom. 1, 3. (γονεῦσι.) Act. 26, 19. (τῇ ὀπτασίᾳ.) — v. τοὺς ό, Deut. 21, 18. Num. 20, 10. Jes. 30, 9. Zach. 7, 12.

Ἀπειλέω (ῶ), f. ήσω, minor, comminor, 1 Petr. 2, 23. — med., τινί, Act. 4, 17. (ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα, wir wollen sie hart bedrohen, v. Gesen. Lehrg. p. 777. s. coni. in adhortat., ut apud Lat.) — Gen. 31, 30. 43, 3.

Ἀπειλή, ῆς, ἡ, comminatio, Act. 4, 17. 9, 1. Eph. 6, 9. (ἀνίημι τὴν ἀπειλήν.) pl., Act. 4, 29. (minae.)

Ἄπειμι, f. ἔσομαι, (ex ἀπό et εἰμί, sum) absum, 1 Cor. 5, 3. et 2 Cor. 10, 11. 13, 2. 10. Col. 2, 5. (oppon. πάρειμι.) 2 Cor. 10, 1. Phil. 1, 27.

Ἄπειμι, (ab ἀπό et εἶμι, eo) abeo, Act. 17, 10.

Ἀπεῖπον, (ex ἀπό et εἶπον, aor. 2. ab obsoleto ἔπω) infinit. ἀπειπεῖν, **1.**, proloquutus sum, exposui, recitavi (Hom. Il. 7, 416. ἀγγελίην ἀπέειπεν. 9, 309. τὸν μῦθον ἀποειπεῖν). — **2.**, negavi. — **3.**, me abdicavi aliqua re, renuntiavi alicui rei, absagen (Hiob. 10, 3. מָאַס). Eodem sensu aor. 1. med. ἀπειπάμην, 2 Cor. 4, 2. (ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, renuntiavimus iis, quae pudor celat, v. αἰσχύνη.) — Herodot. 1, 59. 5, 56. Max. Tyr. 5, 5. Aelian. H. N. 6, 1.

Ἀπείραστος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et πειράζω) et qui non tentatus est, et qui tentari nequit. Ita Jac. 1, 13. (ἀπείραστος κακῶν, qui ad peccandum impelli nequit.)

Ἄπειρος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et πεῖρα [unde lat. perior], experientia) imperitus, inexpertus, Hebr. 5, 13. (λόγου δικαιοσύνης.)

Ἀπεκδέχομαι, f. δέξομαι, (ex ἀπό et ἐκδέχομαι, excipio)

exspecto, τί, Rom. 8, 19. 23. 25. 1 Cor. 1, 7. Gal. 5, 5. Phil. 3, 20. 1 Petr. 3, 20. Hebr. 9, 23.

Ἀπεκδύομαι, f. σομαι, (i. q. ἀποδύομαι, oppon. ἐνδύομαι, lat. induo) exuo me, et τινά, exuo aliquem, Col. 2, 15. (τὰς ἀρχὰς ἀπεκδυσάμενος ἐδειγμάτισε.) — τί (vestem), Col. 3, 9. (τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον.)

Ἀπέκδυσις, εως, ἡ, exutio, Col. 2, 11. (τοῦ σώματος τῆς σαρκός.)

Ἀπελαύνω, f. -ελάσω, (ex ἀπό et ἐλαύνω) abigo, Act. 18, 16. (καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος.)

Ἀπελεγμός, οῦ, ὁ, ἡ, (ab ἀπό et ἐλέγχω — ἀπελέγχω, convinco, refuto. Hinc ἐλεγμός convictio, refutatio) reprehensio, repudiatio rei, quae vanitatis convincitur. — Semel occurrit Act. 19, 27. (ἐλθεῖν εἰς ἀπελεγμόν, vanitatis coargui, pro re vana haberi et in contemtum venire.)

Ἀπελεύθερος, ου, ὁ, ἡ, (ἐλεύθερος, liber, ἀπό, von — los) manu missus, libertate donatus (libertinus), 1 Cor. 7, 22. (i. q. ἐξελεύθερος.)

Ἀπελπίζω, f. ίσω, (ex ἀπό et ἡ ἐλπίς, spes) 1., in desperationem adduco. — 2., i. q. ἐλπίζω (τί) ἀπό (τινός), davon hoffen (inde spero). Cf. ἀποκερδαίνω. Ita Luc. 6, 55. (μηδὲν ἀπελπίζοντες.)

Ἀπέναντι, adv., (ex ἀπό et ἔναντι) 1., ex adverso, e regione (c. gen.), Matth. 27, 61. (τοῦ τάφου.) — coram, Matth. 27, 24. Act. 3, 16. (v. τοὺς ό, Deut. 27, 10. Gen. 23, 19. 25, 9.) — Rom. 3, 18. (ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Ps. 36, 2.) — 2., adversus, Act. 17, 7. (ἀπέναντι τῶν δογμάτων τοῦ καίσαρος.)

Ἀπέραντος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et περαίνω, transeo. Cf. ἀμάραντος) quod transiri non potest, infinitus (Aristoph. Nub. 1. et 392. Thucyd. 4, 36.), 1 Tim. 1, 4. (γενεαλογίαι.)

Ἀπερισπάστως, adv., (ex α priv. et περισπάω, q. v.) sine cura et distractione, 1 Cor. 7, 35.

Ἀπερίτμητος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et περιτμέω = περιτέμνω) non circumcisus, Act. 7, 51. (τῇ καρδίᾳ, cf. Jerem. 9, 26. Ez. 44, 7. et τοῖς ὠσί, cf. Jerem. 6, 10. callore obducti.)

Ἀπέρχομαι, f. -ελεύσομαι (Matth. 25, 46. Rom. 15, 28. Hom., Herodot., Sophocl., Aeschyl., Plut. in vita Caes. et in vita Luculli, Arrian., Lucian., Dion. Halic. Sed Plato, comici, et rhetores probatissimi, quin et Thucyd. et Xenoph. hanc formam declinarunt, tenentes alteram: ἄπειμι, v. Lobeck. ad Phrynich. p. 37.), 1., abeo (von hier fortgehen, nicht mehr bleiben), discedo, Matth. 13, 25. 19, 22. (Marc. 10, 22.) Marc. 5, 20. (Luc. 8, 39.) 24. Luc. 17, 23. Joh. 16, 7. al. — Partic. pleonastice positum: hingehen und etc., Matth. 13, 28. 46. 18, 30. 25, 18. 25. 26, 36. 27, 6. Marc. 6, 28. 37. interdum exprimitur verbum finitum, Matth. 8, 21. (ἀπελθεῖν καὶ θάψαι.) — in aliquem locum: εἰς,

Matth. 14, 15. (Marc. 6, 36.) 16, 21. 22, 5. 25, 46. 28, 10. Joh. 4, 8. Rom. 15, 28. al. — εἰς ὁδὸν ἐθνῶν, Matth. 10, 5. — εἰς τὸ πέραν, Matth. 8, 32. Marc. 8, 13. — Marc. 6, 32. — ἐπί, vor — hin —, Luc. 24, 24. 23, 33. — zu einem Geschäft (de consilio), Matth. 22, 5. (ἐπί, al. εἰς, τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ.) — πρός τινα, Matth. 14, 25. Apoc. 10, 9. — ἀπό τινος, Luc. 1, 38. 8, 37. 2, 15. — ὅπου ἂν ἀπέρχῃ, Matth. 8, 19. (Luc. 9, 57.) — ἐκεῖ, Matth. 2, 22. — ὀπίσω τινός, Marc. 1, 20. Joh. 12, 19. Jud. v. 7. (Ex. 23, 2.) — ἔξω, Act. 4, 15. — **2.**, de nuntiis (ab aliquo) revertentibus, Luc. 7, 24. 1, 38. (wieder fortgehen.) cf. Matth. 9, 7. Marc. 7, 30. (εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.) Joh. 4, 28. — addito πάλιν, Joh. 4, 3. cf. Apoc. 9, 11. 11, 14. — εἰς τὰ ὀπίσω, Joh. 6, 66. 18, 6. — **3.**, tropice: lepra ab aliquo discedit (nam de omnibus morbis non dicitur), Marc. 1, 42. (Luc. 5, 13.) — rumor exit εἰς, Matth. 4, 24. — desero aliquem, Apoc. 18, 14. — evanesco, 21, 4.

Ἀπέχω, f. ἀφέξω, (ab ἔχω et ἀπό) **1.**, transit. *a.*, retineo, arceo (Hom. Il. 1, 97. 6, 96. Plat. Cratyl. c. 23.). — *b.*, habeo (quod postulandi ius mihi erat), hinhaben (cf. ἀποδιδόναι, ἀπολαμβάνειν), Philem. v. 15. — μισθόν, Matth. 6, 2. 5. 16. — παράκλησιν, Luc. 6, 24. Phil. 4, 18. — **2.**, intrans., disto, ἀπό, Luc. 7, 6. 24, 13. Matth. 15, 8. (Marc. 7, 8. Jes. 29, 13.) — μακράν, Luc. 15, 20. — ἀπέχει, Marc. 14, 41. vox explicatu difficilis, fortasse: sufficit, i. e. non amplius vestras vigilias exspecto (ut interpretatus est Hammondus). — **3.**, med., me abstineo, ἀπό τινος, ab aliqua re, Act. 15, 20. 1 Thess. 4, 3. 5, 22. (v. τοὺς ό, Job. 1, 1. 2, 3. Ez. 8, 6.) — τινός, Act. 15, 29. 1 Tim. 4, 3. 1 Petr. 2, 11. (Ita Plat., Xenoph. et seriores.)

Ἀπιστέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἄπιστος) **1.**, fidem datam fallo, infidelis, perfidus sum, 2 Tim. 2, 13. (oppon. πιστὸς μένει.) Rom. 3, 3. — **2.**, fidem non habeo, Marc. 16, 11. (coll. v. 14. ubi oppon. πιστεύειν.) Luc. 24, 11. 41. — **3.**, doctrinae de Jesu Messia fidem non habeo, Marc. 16, 16. (oppon. πιστεύω.) Act. 28, 24. (oppon. πείθομαι τοῖς λεγομένοις.)

Ἀπιστία, ας, ἡ, (ab ἄπιστος) **1.**, diffidentia, Hebr. 3, 12. 19. (pro quo 4, 11. ἀπείθεια — eius, qui fidem non habet potentiae div. ideoque non obtemperat.) Matth. 17, 20. Rom. 4, 20. (oppon. πίστις.) Matth. 13, 58. (Marc. 6, 6.) fidei i. e. fiduciae infirmitas, Marc. 9, 24. — **2.**, incredulitas, qua *a.*, testibus certis, verum tradentibus, non creditur, Marc. 16, 14. — *b.*, qua doctrina de Jesu Messia respuitur, Rom. 11, 20. 23. 1 Tim. 1, 13. — **3.**, infidelitas, Rom. 3, 3. (eorum, qui fidem fallunt.)

Ἄπιστος, ου, ὁ, ἡ, **1.**, infidelis, perfidus (cui fides haberi non potest, qui fidem fefellit), Luc. 12, 46. (servus.) — **2.**, incredulus; *a.*, qui fidem non adhibet vero, Joh. 20, 27. (oppon. πιστός.) — *b.*, qui testimonio de Christo non credit, 2 Cor. 4, 4. Tit. 1, 15. — *c.*, sensu privat., qui fide Christiana non

imbutus est, gentilis, 1 Cor. 6, 6. 7, 12. 13. 14, 22 — 28. 2 Cor. 6, 14. 15. 1 Tim. 5, 8. — *d.*, qui in fide non permanet, Apoc. 21, 8. (iunctum cum δειλός.) — **3.**, qui fiduciam non habet, Matth. 17, 17. (Marc. 9, 19. Luc. 9, 14.) v. πίστις.

Ἁπλοῦς, ῆ, οῦν, (ex όος, όη, όον) simplex (in quo nihil est complicati, perplexi, plicis carens); metaph. de oculo, Matth. 6, 22. (Luc. 11, 34. i. e. oculus, qui ὀρθῶς βλέπει, neque habet distractam aciem. Opp. ὀφθαλμ. πονηρός, i. e. qui non ὀρθῶς βλέπει, sed διεστραμμένως.) Distinguitur ab ἀκέραιος, καθαρός.

Ἁπλότης, τητος, ἡ, *a.*, simplicitas. — *b.*, ad animum transfertur: sinceritas, virtus eius, qui abest a simulatione ac dissimulatione. — ἐν ἁπλότητι, sincere, 2 Cor. 1, 12. (iunct. cum ἐν εἰλικρινείᾳ.) Eph. 6, 5. Col. 3, 22. — εἴς τινα, 2 Cor. 11, 3. — *c.*, liberalitas, 2 Cor. 8, 2. 9, 11. 13. Rom. 12, 8. cf. Jac. 1, 5.

Ἁπλῶς, adv., pr. simpliciter, animo simplici; speciat. liberaliter, Jac. 1, 5. v. ἁπλότης.

Ἀπό, praepos. regens genit. Denotat **I.**, remotionem alterius rei ab altera, ut tollatur utriusque communio (oppon. mit, in, auf, an, bei), von etwas weg. Ita v. c. iunctum

1., cum verbis capiendi, v. c. αἴρω, ἀπαίρω, ἀφαιρέω, ἀπολαμβάνω, δέχομαι, ἀποδέχομαι, ἀποσπάω, — removendi: βάλλω (Matth. 5, 29. 30. βάλε ἀπό σου), ἀποκυλίω, τινάσσω, ἀποτινάσσω, συλλέγω, — poscendi: αἰτέω, ἐκζητέω, — solvendi ac separandi, liberandi (von etwas ab): κόπτω, λύω, χωρίζω, διαχωρίζω, καταργοῦμαι, ἀπαλλάττομαι, ῥύω. Huc pertinent: ἀγοράζω, λυτρῶ, καθαρός et καθαρίζω, ἐκκαθαρίζω, λούω, ῥαντίζω, ἀθῶος, ἐλευθερός, δικαιῶ, ἐκδικῶ, θεραπεύω, ὑγιής, ἰάομαι, σώζω, πίπτω, σαλεύομαι.

2., cum verbis discedendi: ἀπέρχομαι, ἐξέρχομαι, κατέρχομαι, πορεύομαι, ἀνάγω, ἀναβαίνω, καταβαίνω, μεταβαίνω, ἀποχωρέω, ἐκδημέω, ἀφίστημι, ἀποστασία, φεύγω, ἀποστρέφω, ὑποστρέφω, — ἐκβάλλω, πέμπω, ἐλθεῖν (hinweg von, herauf von, herab von, seu: von — hinweg, von — herauf, von — herab, von — her, prouti aut notandum est, quem locum quis reliquerit, aut id cogitandum, quod illum locum iam reliquerit. Utrum valeat, e contextu definiendum est. Ita differunt: von — weg et von — her, prouti termini ponuntur. Nam is, qui alium locum petiturus est, locum, in quo nunc versatur, relinquat necesse est. A quo si discedit, nos dicimus: er geht von dem Orte weg. Sed in alterum locum ubi venerit (ἐλθεῖν, ἥκειν), ii, qui ibi sunt, e suo loco rem aestimantes eum dicent appropinquasse ex illo loco, quod nos dicimus: er kommt von dem Orte her, quasi appropinquandi initium ab illo loco factum sit). Hinc fit,

3., ut ἀπό etiam denotet caussam rei vel effectus, non quidem explicans, a quo aliquid factum sit, non enim confundi

debet cum ὑπό, aut παρά, sed indicans, quis et qualis ille, a quo res originem ducat, sit. Vertendum in eiusmodi locis est: profectus, a, um ab — (von — her), atque nomen, cui praefigitur, sono efferendum. Ergo vide locos,

a., ubi distinguendum est a παρά, v. c. ἔχω τι, 1 Cor. 6, 19. (quod habetis a deo, non aliunde, ortum.) 2 Cor. 2, 3. (λύπην ἀπὸ τούτων, ab iis venientem.) 1 Tim. 3, 7. (μαρτυρίαν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ab eis ipsis, qui non Christiani sunt, emanantem.) 1 Joh. 2, 20. et 27. (χρίσμα ἀπ' αὐτοῦ, habetis a deo profectum, non ab hominibus.) 4, 21. (τὴν ἐντολὴν ἀπ' αὐτοῦ, hoc ab eo ad nos venit mandati.) — ζητῶ τι, 1 Thess. 2, 6. (δόξαν ἀπό i. q. ἐκ.) — λαμβάνω, Matth. 17, 25. 26. 1 Joh. 2, 27. al. — ἀπολαμβάνω, Col. 3, 24. (ἀπὸ κυρίου τὴν ἀνταπόδοσιν, a deo, non ab hominibus, vobis contingentem.) — μεταλαμβάνω τινὸς ἀπό, Hebr. 6, 7. (dona a deo profecta.) — παραλαμβάνω, 1 Cor. 11, 23. (a domino ipso, non ab hominibus ad me transmissum.) — γίνεταί μοι, 1 Cor. 4, 5. (ἔπαινος ἀπὸ θεοῦ, a deo, non ab hominibus.) Cf. formulam salutandi: χάρις ἀπό, Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 2. 2 Cor. 1, 2. Gal. 1, 3. Eph. 1, 2. 6, 23. Phil. 1, 2. Col. 1, 2. 1 Thess. 1, 1. 2 Thess. 1, 2. 1 Tim. 1, 2. 2 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4. Philem. v. 3. Apoc. 1, 4. 5. — καὶ τοῦτο ἀπὸ θεοῦ, Phil. 1, 28. (divinitus, non humanitus.) Gal. 1, 1. (ἀπόστολος ἀπό, i. e. legatus quidem, sed non ab hominibus.) 1 Cor. 1, 30. (σοφία ἀπὸ θεοῦ, divina sapientia, sap. a deo proficiscens.) Act. 28, 21. δέξασθαι γράμματα ἀπό, scil. missa. — Matth. 12, 38. θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν. — Matth. 11, 29. μάθετε ἀπ' ἐμοῦ.

b., ubi distinguendum est ab ὑπό, nexum cum verbis passivis et neutris, et indicatur, a quonam id, quod quis patitur aut sentit, originem ducat, i. q. ἐκ. — πάσχειν, Matth. 16, 21. (Marc. 8, 31. Luc. 9, 22.) coll. Luc. 17, 25. (ἀπό ref. ad πολλά.) — κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, in somnum demersus, Act. 20, 9. — ἀποστέλλομαι, Act. 10, 17. (ἀπό i. e. e domo.) — ἑτοιμάζομαι, Apoc. 12, 6. (ἀπὸ θεοῦ, i. e. θείως, divinitus.) cf. Jac. 1, 13. (ἀπὸ θεοῦ, i. e. ut in deo tentationis caussa quaerenda sit ipso.) 2 Cor. 3, 18. (ἀπὸ θεοῦ, πνεύματος, i. e. μεταμορφούμεθα splendorem repercutientes dei, qui vi spirituali nos perfundit.) Gal. 2, 6. (ἀπὸ τῶν — οὐδὲν προσέθεντο, pro: οὐδέν μοι προσανετέθη, h. e. e penu eorum mihi nihil, quod non iam haberem, additum est.) Act. 12, 20. (τρέφομαι ἀπό, i. e. von daher.) Jud. v. 23. (τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα, tunicam ex carne maculatam.) 2 Cor. 7, 13. (ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ἡμῶν, animus eius recreatus est propter vos omnes, hat sich an euch allen erquickt.) Luc. 7, 35. (Matth. 12, 19.) ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, i. e. sapientia divina, quae Joannem prophetam miserat, cf. Luc. 7, 30. 11, 49., honorem sibi debitum accepit honoratis a me eius filiis, i. e. portitoribus,

qui Joannis baptismum deo obedientes receperant, sie ward durch meinen Umgang mit den Zöllnern an ihren Kindern geehrt.) —

c., Cum his cf. phrasin: ἀφ' ἑαυτοῦ λέγειν, ποιεῖν τι, Joh. 5, 19. 30. 7, 28. 8, 28. 42. mea sponte, meo arbitrio. — λαλεῖν (h. e. ea, quae ipse excogitaverim), Joh. 7, 17. 18. 14, 10. — εἰπεῖν τι, Joh. 11, 51. 18, 34. — propria vi, Joh. 15, 4. cf. Luc. 12, 57. 21, 30. (vestro intellectu.)

4., ἀπό i. q. ἐκ, ut in multis locis ex eorum genere, quos modo excitavimus, ita in oratione modis nunc afferendis contexta:

a., ubi res removetur a re (rebus), intra quam (quas) erat (huc ref. Matth. 5, 18.), aut ubi aliquid ex ea re proficiscitur, cui inerat (quae illud in se habuit). — v. c. e finibus, ex urbe, pago discedere, eximere aliquid ex aliquo, Matth. 7, 4. 15, 22. Marc. 11, 12. Luc. 9, 5. Act. 13, 50. Hebr. 11, 50. Luc. 4, 41. 8, 2. 38. 46. v. ἐξέρχομαι, ἐκπορεύομαι, Marc. 7, 15. (Sed ἀπό positum est, ut praevaleret notio remotionis.) — ἀπὸ τοῦ ὕδατος, Marc. 1, 10. (Matth. 3, 16.) — διεγείρειν ἀπὸ τοῦ ὕπνου, Matth. 1, 24. — ἀπὸ τῶν νεκρῶν, Matth. 14, 2. al. v. ἐγείρω.

b., ubi id, cui ἀπό praeponitur, ex se materiem suppeditare dicitur, unde id, quod verbo expressum est, sustentatur; ita χορτασθῆναι, γεμίζειν, τρέφεσθαι, πλουτεῖν, διακονεῖν ἀπό τινος (quemadmodum etiam Graeci ponunt). — Item de materia, unde quidquam confectum est: ἀπὸ τριχῶν καμήλου, Matth. 5, 4. Huc referas ἐσθίειν ἀπό, Matth. 15, 27. (Marc. 7, 28.) i. e. τὰ ψίχια sunt, unde vivunt, coll. Hebr. 13, 10. — Luc. 22, 18. πίω ἀπό (Matth. 26, 29. Marc. 14, 25. ἐκ). Aliud est ἐσθίειν τινός, πίνειν. Sed cf. Demosth. de cor. p. 256. ἀπὸ λείας ζῆν.

c., ubi de toto sumitur aliqua pars, v. c. ἀποδιδόναι, Luc. 24, 42. — νοσφίζομαι, Act. 5, 2. — Joh. 21, 10. ἐνέγκατε ἀπό. — ἐκχεῶ, Act. 2, 17. (ἐκ, Luc. 22, 16. 1 Cor. 9, 7. 13. 11, 28.) cf. Exod. 29, 12. Hebr. 7, 2. Wineri gramm. §. 23. — Matth. 17, 21. (τίνα ἀπὸ τῶν δύο;) Luc. 6, 13. (ἐκλεξάμενος ἀπό.) 9, 38. (ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου.) 16, 30. 19, 39. — (Xen. Cyr. 4, 2, 47. Thucyd. 1, 116.) Referri huc denique possunt formulae: μανθάνειν, ἐπιγινώσκειν, κρίνειν τι ἀπό τινος.

d., formulae praecisae et contractae: ubi τὸ ἀπό explices e verbo quodam, quod ortum aut remotionem indicet, omisso; scil.

aa., τὸ ἀπό cum nomine substantivo iunctum: ἀνάθεμα ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, Rom. 9, 3. — σημεῖον ἀπὸ τοῦ κυρίου, Marc. 8, 11. Luc. 21, 11. — ἄγγελος, Luc. 22, 43. — φῶς, Act. 9, 3. — γράμματα, Act. 28, 21. — σουδάρια ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ, Act. 19, 12. — Rom. 1, 18. 2 Thess. 1, 7. — cum art.: τὸν ἀπ' οὐρανοῦ, Hebr. 12, 25. — τὰ ἀπὸ τοῦ πλοίου, Act. 27, 44. — ἀπ' ἀγορᾶς οὐκ ἐσθίουσι, scil. ἐλθόντες, Marc. 7, 4. — cuias? ὁ προφήτης, ὁ ἀπὸ Ναζαρέτ, Matth. 21, 11. Joh. 1, 46. Act. 10, 23. 38. cf. Marc. 15, 43. Joh. 19, 38. — 12,

21. 21, 2. Act. 6, 9. 10, 23. 17, 13. 21, 27. 24, 19. Hebr. 7, 13. 11, 12. 13, 24. Matth. 15, 1. 21, 11. i. e. Nazarethanus, Hierosolymitanus, Thessalonicensis, etc. — μία ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, Gal. 4, 24. — οἱ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, Act. 12, 1. (coetui sacro addicti.) 15, 1. (οἱ ἀπὸ τῆς αἱρήσεως τῶν φαρισαίων.) Hinc differunt aliquantum formulae: οἱ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ λόγων, Lucian. Conv. §. 6. — οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων, Herodian. 7, 1, 19. — οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλόσοφοι, Sext. Emp. adv. Mathem. 3, 59. p. 320. — οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, Plut. Cat. minor. c. 4. i. e. Platonici, Stoici.

bb., cum verbis coniunctum, quae aliud verbum, amotionem aut separationem significans, involvunt, v. c. μετανοεῖν, παύειν, καταπαύειν (1 Petr. 3, 10. al.). — Act. 17, 2. διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν (scil. ἀποδεικνύς). — ὑστερέω ἀπό, Hebr. 12, 15. — εἰςακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, Hebr. 5, 7. — δικαιοῦσθαι, Rom. 6, 7. — ἐνδυναμοῦσθαι, Hebr. 11, 34.

5., ἀπό τινος i. e. ex eius conspectu, v. c. ἄφαντος, Luc 24, 31. — κρύπτω, ἀποκρύπτω, abscondo a — (ne alter possit conspicere). — κλείω, 1 Joh. 3, 17. (καρδίαν, ne alter possit accedere, ne ei aditus pateat.) — αἰσχύνομαι. Cohaerent cum his

6., verba ea, quibus caveri dicitur, ne alterum cum altero coniungatur, ut ἀπέχεσθαι, φυλάττεσθαι, φοβεῖσθαι, βλέπειν, προςέχειν, κωλύειν (ubi etiam Latini: a, ab). Huc ref. παρέχομαι ἀπό, Marc. 14, 35. praetereo (aliter Matth. 5, 18.). — φεύγω, 20, 11.

7., quae distantiam indicant; μακρὰν ἀπό, Matth. 8, 30. al. — ἀπέχω, Matth. 15, 8. al. Nota rationem indicandi mensuram distantiae, Joh. 11, 18. (ἦν ἐγγὺς Ἱεροσολύμων ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε.) 21, 8. Apoc. 14, 20. coll. Joh. 12, 1. — aliter Luc. Act. 1, 12. (Sic et Graeci. Plut. vita Aemil. Paul. c. 18. ὥστε τοὺς πρώτους νεκροὺς ἀπὸ δυοῖν σταδίων πεσεῖν. Vit. Othon. c. 2. κατεστρατοπέδευσεν ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων. Vit. Philop. c. 4. ἦν γὰρ ἀγρὸς αὐτῷ ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς πόλεως. Diod. Sic. 1, 51. ἐπάνω τῆς πόλεως ἀπὸ δέκα σχοίνων λίμνην ὤρυξε.) Huc ref. ὑστερέω (hinter etwas zurückbleiben).

8., ἀπό, propter, prae, v. c. ἔκραξαν ἀπὸ φόβου, Matth. 14, 26. Luc. 22, 45. 24, 41. Act. 12, 14. 22, 11. — ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ, Matth. 13, 44. — οὐαὶ ἀπό, Matth. 18, 7. (quibus formulis notio subest exeundi.) Graeci dic. ὑπό, cf. Apoc. 9, 18., ubi al. codd. ἀπό.

II., inceptionem ab aliquo termino, von — an (i. e. a quo actio, quae verbo exprimitur, quoad ista actio est, initium cepit; respond. ἕως, ἄχρι, μέχρι. — distinguenda sunt verba ἐξέρχεσθαι, ἀναβαίνειν ἀπό, von — aus, quae non huc, sed ad I. 2. pertinent):

1., de loco: ἀπὸ — ἕως, Matth. 1, 17. 2, 16. 24, 31. (Marc. 13, 27.) Rom. 15, 19. — ἄρχομαι ἀπό, Luc. 23, 5.

24, 47. Act. 1, 22. 8, 10. 35. 10, 37. Huc referre poteris Act. 15, 38. τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφιλίας, von Pamphilien an, i. e. eo cum venissent. (Sed si vertis: von Pamphilien aus, ut subaudiatur: discedens, locus pertinet ad n. I. 2.)

2., de tempore: ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης, Matth. 9, 22. 15, 23. 17, 18. 27, 45. — τῆς ἡμέρας ἐκ., Matth. 22, 46. Joh. 11, 52. 19, 27. Act. 20, 18. 10, 30. Phil. 1, 5. — ἀφ' ἡμερῶν, Act. 15, 7. — ἀπ' ἐτῶν, Luc. 8, 48. Rom. 15, 23. — ἀπ' αἰῶνος et ἀπὸ τῶν αἰώνων, Luc. 1, 70. al. — ἀπ' ἀρχῆς, Matth. 19, 4. 8. al. (apud Gr. ἀπὸ τῆς ἀρχ., Plut., Demosth., et ἐξ ἀρχῆς, Xen., Aelian.) — ἀπὸ τῆς καταβολῆς κόσμου, Matth. 13, 35. al. — ἀπὸ κτίσεως κόσμου, Rom. 1, 20. — ἀπὸ βρέφους (a teneris), 2 Tim. 3, 15. (ἀπὸ παίδων, Xen. Cyr. 1, 5, 11. Marc. 9, 21. παιδιόθεν.) — ut instruatur series temporis, sequente ἕως, μέχρι, ἄχρι, Matth. 1, 17. Rom. 5, 14. Act. 3, 24. Matth. 23, 35. — ἔτη ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενείας αὐτῆς, Luc. 2, 36. — ἀφ' ἧς, ex quo, Luc. 7, 45. 2 Petr. 3, 4. Act. 24, 11. — ἀπὸ πρώτης ἡμέρας, ἀφ' ἧς ἐπέβην, πῶς — ἐγενόμην, 20, 18. — ἀφ' ἧς ἡμέρας, Col. 1, 6. 9. — ἀφ' οὗ, Luc. 24, 21. Apoc. 16, 18. Luc. 13, 25. (ἀπὸ τούτου, ὅτε.) — ἀπὸ τοῦ νῦν, abhinc, Luc. 1, 48. 5, 10. 12, 52. 22, 69. Act. 18, 6. 2 Cor. 5, 16. i. q. ἀπάρτι. — ἀπὸ τότε, Matth. 4, 17. 16, 21. 26, 16. Luc. 16, 16. (οἱ ὁ, Ps. 48, 13. Coh. 8, 12. Simplic. in Epict. 166. — ex aevo Macedon. pro: ἀπὸ s. ἐκ τούτου.) — ἀπὸ πέρυσι, ab anno inde superiori, 2 Cor. 8, 10. 9, 2. — ἀπὸ πρωΐ, Act. 18, 23. (ἕως ἑσπέρας, Phil. 1, 5.)

III., Caeterum nota obiter:

1., occurrunt phrases, quae terminum a quo et ad quem coniungunt: (διώκειν) ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, Matth. 23, 34. — ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, 2 Cor. 3, 18.

2., ἀπό pleonasmi speciem refert praefixum adverbiis: ἀπὸ ἄνωθεν, Marc. 15, 38. (Matth. 27, 51.) ἀπὸ μακρόθεν, Marc. 14, 54. (Matth. 26, 58.) 5, 6. 15, 40. Luc. 16, 23. Apoc. 18, 10. 15. 17. (in his l. scil. ἀπό terminum accuratius distinguit: von der Ferne her, praesertim ubi additur ἕως.)

3., elliptice: ἀπὸ μιᾶς (supplent: γνώμης vel φωνῆς), Luc. 14, 18. unanimiter. — ἀπὸ (s. ἐκ) μέρους, lat. ex parte, Luc. 13, 31. 24, 21. Rom. 15, 15. 1 Cor. 1, 14.

Ἀποβαίνω, f. -βήσομαι, descendere facio; intrans. descendo; — ἀπό, Luc. 5, 2. — εἰς τὴν γῆν (scil. e navi), Joh. 21, 9. (Xen. H. G. 5, 1, 12.) — τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς μαρτυρίαν, Luc. 21, 13. εἰς σωτηρίαν, Phil. 1, 19. (Job. 13, 5. 16.) in — cedet (ausschlagen). — Artemid. 3, 66.

Ἀποβάλλω, f. -βαλῶ, abiicio, Marc. 10, 50. — trop., dimitto (v. c. spem, fiduciam), Hebr. 10, 35.

Ἀποβλέπω, f. ψω, εἴς τι, in aliquid oculos converto, quod iuxta viam est, ut a recta via avertam; ita v. c. Xenoph. Mem. 2,

1, 22. εἰς τὴν ἑαυτοῦ σκιάν. — oculos ab aliis rebus aversos in aliquam rem defigo; εἰς τὴν ἀνταπόδοσιν, Hebr. 11, 26. (oculos convertite in.) Ps. 11, 4. (ὥστε πάντας ἀποβλέπειν εἴς σε, Lucian. Tim. §. 64.)

Ἀπόβλητος, ου, ὁ, ἡ, (ab ἀποβάλλω, q. v.) abiectus, abiiciendus, 1 Tim. 4, 4. (Hom. Il. 3, 65.)

Ἀποβολή, ῆς, ἡ, abiectio, Rom. 11, 15. (oppon. πρόςληψις) αὐτῶν gen. obiecti. — amissio, Act. 27, 22. ἀποβολὴ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν, i. e. vitam perditurus nemo vestrum est.

Ἀπογίνομαι, (a γίνομαι, q. v., et ἀπό) *a.*, absum. — *b.*, decedo (cf. ἐγενόμην εἰς τόπον τινά). — *c.*, τινί, pereo alicui (für etwas aufhören zu sein), 1 Petr. 2, 24. (ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν.)

Ἀπογραφή, ῆς, ἡ, (v. ἀπογράφω) *a.*, descriptio (ab aliquo exemplo). — *b.*, catalogus s. index (Verzeichniss), relatio in tabulas; — speciat., hominum s. capitum descriptio, census, Luc. 2, 2. Hanc ἀπογραφήν Lucas dicit *a.*, primam fuisse, ergo talem, cui alterae insequentes similes fuerint (tributorum in capita imponendorum caussa factae); — *b.*, pertinuisse hunc censum ad omnem terrarum orbem. Sed haec Lucae narratio sublestae fidei est. Nam *α.*, si verba Lucae de communi, ad omnes provincias Romanas pertinente censu interpretanda sunt, hoc dubitationem movet, quod nullus antiquorum scriptorum eiusmodi census Augusto imperante habiti meminerit. Sin *β.*, ad solam Judaeam rem referas, *aa.*, non est vero simile, Augustum vivo Herode rege in Judaea, quae provinciae Romanae formam non haberet, eiusmodi censum haberi iussisse; — *bb.*, fallitur Lucas in Quirini nomine. Qui enim census a Quirino peractus est, Act. 5, 37., hunc seriorem Archelao, Herodis M. successore, esse ex Josepho, Antiq. 18, 1, 1. constat. (v. Strauss, Leben Jesu §. 31.)

Ἀπογράφω, f. ψω, *a.*, describo (ab exemplari). — *b.*, in tabulas refero. Med. in tabulas me referendum curo, Luc. 2, 1. 3. 5. — passiv., Hebr. 12, 23. οἱ πρωτότοκοι οἱ ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένοι (cf. Num. 11, 26. Luc. 10, 10. Phil. 4, 3. Apoc. 17, 8.).

Ἀποδείκνυμι, f. -δείξω, — τινά, conspiciendum, cognoscendum praebeo (Xen. Mem. 1, 6, 3.), 1 Cor. 4, 9. (ὁ θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους. Additur explicatio: ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν.) 2 Thess. 2, 4. (ἀποδεικνύντα ἑαυτόν, ὅτι ἐστὶ θεός, se deum iactat.) Act. 2, 22. (ἄνδρα ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς, cf. Luc. 1, 80. ἀνάδειξις πρός.) Act. 25, 7. (αἰτιάματα, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι, quae reddere non poterant manifesta.)

Ἀπόδειξις, εως, ἡ, manifestatio, ostensio, 1 Cor. 2, 4. (ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως.)

Ἀποδεκατόω (ῶ), f. ώσω, decimo; *a.*, τί, decimas do ex

aliquo, Matth. 23, 23. (Luc. 11, 42. τὸν ἡδύοσμον, decimas do ex mentha.) Luc. 18, 12. (Gen. 28, 22. Deut. 14, 22.) — b., τινά, decimas ab aliquo homine exigo, Hebr. 7, 5. (1 Sam. 8, 15. 17. Nehem. 10, 35.)

Ἀπόδεκτος, ου, ὁ, ἡ, (v. ἀποδέχομαι) acceptus, gratus, 1 Tim. 2, 3. (ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, plane ut 5, 4.)

Ἀποδέχομαι, f. -δέξομαι, excipio; a., τί, Act. 2, 41. (τὸν λόγον, non repudio.) 24, 3. — b., τινά, advenienti libenter aditum ad me do, Luc. 8, 40. — hospitio aliquem excipio, Act. 18, 27. 28, 30. — passiv., Act. 15, 4.

Ἀποδημέω (ῶ), f. ήσω, (v. ἀπόδημος) i. q. ἐκδημῶ: peregre proficiscor, Matth. 21, 33. 25, 14. 15. Marc. 12, 1. Luc. 15, 13. (εἰς χώραν.) 20, 9.

Ἀπόδημος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀπό, δῆμος, populus) peregre profectus, Matth. 13, 34.

Ἀποδίδωμι, f. -δώσω, reddo (ἀπό — abgeben i. e. debitum dare); 1., do alteri, quod eius erat, Luc. 4, 20. 9, 42. — 2., solvo (abentrichten) aes alienum, Matth. 5, 26. (Luc. 12, 59.) 18, 25. 26. 28. Luc. 7, 42. — mercedem, τὸν μισθόν, Matth. 20, 8. — tributum magistratui, Matth. 21, 41. 22, 21. (Marc. 12, 17. Luc. 20, 25.) Rom. 13, 7. — τοὺς ὅρκους s. τὰς εὐχάς deo, Matth. 5, 33., Xen. Mem. 2, 2 — 10. Job. 22, 27.) — τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν, 1 Cor. 7, 2. (praesto.) — arbor dicitur ἀποδιδόναι τὸν καρπὸν ἑαυτοῦ, i. e. quem debet, Apoc. 22, 2. — 3., restituo, rependo (in bonam partem), Luc. 10, 35. 19, 8. 12, 59. Matth. 5, 25. 16, 27. 18, 25. 26, 28 — 30. 34. Rom. 2, 6. Apoc. 22, 12. Matth. 6, 4. 6. 18. 2 Tim. 4, 8. (— in malam partem, 2 Tim. 4, 14. [hebr. הֵשִׁיב] Apoc. 18, 6. cf. Jerem. 50, 15.) — ἀντί, Rom. 12, 17. 1 Thess. 5, 15. 1 Petr. 3, 9. — 4., trado alteri, quod ei destinatum est (aushändigen, überantworten), Matth. 27, 58. — 5., coni. cum eiusmodi nominibus, quae indicant exhibitionem alicuius rei, ein Vonsichgeben, quae exhibitio, si ex debito fit, et ipsa verbo τοῦ ἀποδιδόναι exprimitur, v. c. ἀποδιδόναι λόγον, rationem reddere, Matth. 12, 36. Hebr. 13, 17. 1 Petr. 4, 5. Luc. 16, 2. Act. 19, 40. — μαρτύριον, Act. 4, 53. testimonium reddere. — Med. vendo, c. gen. pretii, Act. 5, 8. (hingeben, um einen Preis.) Act. 7, 9. (ἀπέδ. αὐτὸν εἰς Αἴγυπτον, vendiderunt eum, ut duceretur in Aeg., sie verkauften ihn nach Aeg. — Herodot. 2, 56. Paus. 3, 8, 3.) Hebr. 12, 16.

Ἀποδιορίζω, f. σω, (ex ἀπό et διορίζω, et hoc ab ὅρος, terminus) limitibus circumscriptum ab altero disiungo, separo — separo, disiungo, Judae v. 19. (οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς.)

Ἀποδοκιμάζω, f. σω, (ex ἀπό et δοκιμάζω, q. v.) reprobo, reiicio, Matth. 21, 42. (Marc. 12, 10. Luc. 20, 17.) 1 Petr. 2, 4. 7. Marc. 8, 31. (Luc. 9, 22. 17, 25.) Hebr. 12, 17. — οἱ ὁ, Ps. 118, 22. Jerem. 8, 9.

Ἀποδοχή, ῆς, ἡ, (v. ἀποδέχομαι) acceptio (quae repudiationi oppon.), 1 Tim. 1, 15. 4, 9. (Aufnahme.)

Ἀπόθεσις, εως, ἡ, depositio, 2 Petr. 1, 14. 1 Petr. 3, 21.

Ἀποθήκη, ης, ἡ, locus, in quo aliquid deponitur (ἀποτίθημι); — horreum, Matth. 3, 12. (Luc. 3, 17.) 13, 30. 6, 26. (Luc. 12, 18. 24.) — Jerem. 1, 26.

Ἀποθησαυρίζω, f. σω, (ex ἀπό et θησαυρίζω) abscondo, recondo in thesauro. — futuris usibus repono, 1 Tim. 6, 19. (ἑαυτῷ θεμέλιον εἰς τὸ μέλλον.)

Ἀποθλίβω, f. ψω, (θλίβω, premo, ἀπό, fort) comprimo, Luc. 8, 45. — οἱ ὁ, Ex. 3, 9. Num. 22, 25. (dic. etiam de uvis, ut sit i. q. ἐκθλίβω.)

Ἀποθνήσκω, aor. 2. ἀπέθανον, fut. 2. med. -θανοῦμαι, Rom. 5, 7. Joh. 8, 21. (ab inusit. θάνω, θνάω, cf. μιμνήσκω, al. — ἀπό, ab, ut non amplius existas) morior.

1., proprie dictum occurrit permultis in locis, v. c. Matth. 9, 24. (Marc. 5, 39. Luc. 8, 42. 52. 53.) 22, 24. 27. (Marc. 12, 19. 22. Luc. 20, 28. 30. 31.) al. — Rom. 7, 2. 3. 1 Cor. 15, 32. — Matth. 26, 35. κἂν δέῃ με ἀποθανεῖν. (Lucian. Tim. c. 43. ἢν δέῃ ἀποθανεῖν. Aristoph. Plut. 216.) — ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι, Hebr. 7, 8. (homines, quorum est mori, i. e. mortales.) — Hebr. 10, 28. ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει (— morte punitur). — ἀποθνήσκω ἔκ τινος, Apoc. 8, 11. (Plut. Vit. Arat. c. 28. ἐκ πληγῆς θάνατος.) i. q. διά τινος, Hebr. 11, 4. — ἀποθν. ἔν τινι, dicitur vario sensu, v. c. ἐν τῷ Ἀδάμ, 1 Cor. 15, 22. (cum Adamo, i. e. Adamo antesignano.) ἐν κυρίῳ, Apoc. 14, 13. (i. e. domino confisi.)

2., oratorie, quamquam retenta propria verbi significatione, 1 Cor. 15, 52. καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, i. e. quotidie mortem oppeto, quotidie in mortis periculo versor.

3., tropice. Et sic quoque vario modo: *a.*, de hominibus: *aa.*, hominem eum, qui secum fide coniunctus sit, mori Christus negat, de spirituali hominis natura cogitans, Joh. 6, 50. 11, 26. (μὴ — εἰς αἰῶνα, i. e. ita ut id, quod non moriatur, in aeternum valeat; — μή, propter imperativum: der soll nimmermehr sterben.) cf. 8, 51. 52. — *bb.*, ἀποθνήσκειν τινί. Quamquam et hoc vario sensu dicitur. Nimirum etiam proprie. Scil. α., Christus ipse mortuus esse dicitur peccato, Rom. 6, 10. i. e. vi et culpa peccati, s. peccati vim patiens (cui opponitur, quod deo vitam agat, i. e. vi divina). — β., ἑαυτῷ et τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκειν (aut ζῆν), Rom. 14, 8. i. e. sibi, domino morte eripi. Sed trop.: γ., τῇ ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖν, Rom. 6, 2. peccato obnoxii esse desivimus. — Gal. 2, 19. νόμῳ ἀπέθανον, lex me non amplius vivum habet, ut imperium in me exercere possit. — δ., ἀπό τινος, Col. 2, 20. (ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου) solutum esse ab aliquo. — ε., ἀποθανεῖν σὺν χριστῷ, Rom. 6, 8. dicuntur Christiani, sacro baptismo tincti, quippe quia ut aquis immersi, ita quasi se-

pulti sunt, hac quidem lege, ut pristina vita deposita novam cum Christo agere vitam inciperent (v. 4.). — ζ., Col. 3, 3. ἀπεθάνετε γάρ, h. e. non amplius in his terris versamini, ut res terrenae vobis curandae et appetendae sint (v. 2.). — η., ἀποθνήσκω absolute, Rom. 7, 10. vi agendi (animo innata) privor, coll. v. 14 — 23. carni peccatoque subiectus morti succumbo et vita careo ita, ut mihi nec futurae felicitatis spes affulgeat. Cf. Rom. 8, 12. 13. (Quare ex apostoli sententia spiritus div. animi vires restaurans atque reficiens etiam corpori hominis i. e. toti homini immortalitatem praestat. Rom. 8, 11.) — θ., ἀποθανεῖσθε ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν vel ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν, Joh. 8, 21. 24. vitiositatem vestram s. peccata vestra retinentes (propter peccata, quae retinetis) interibitis, cf. Apoc. 3, 2. τὰ λοιπά, ἃ μέλλει ἀποθανεῖν, reliqua, quae interitus manet.

Metaphorice vero *b.*, ita quoque usurpatur, ut res mori dicantur, quae vitae expertes sunt et a quibus mors proprie dicta abest, Joh. 12, 24. ὁ κόκκος τοῦ σίτου. Sed confertur h. l. granum cum corpore sepeliendo. Sens.: nisi granum tritici mortui instar humo conditur atque in putredinem abit, multiplicari non potest. 1 Cor. 15, 36. nova, in quam corpus putredine solutum olim transmutabitur, forma cum seminibus comparatur e putredine efflorescentibus. — δένδρα δὶς ἀποθανόντα, Jud. v. 12. arbores bis arefactae (abgestorben).

Ἀποκαθίστημι, f. -καταστήσω, ἀποκαθιστάω, Marc. 9, 12. ut Dan. 2, 21. (cf. συνιστῶντες, 2 Cor. 6, 4. 10, 18. et ἀποκαθιστάνω, Act. 1, 6.) restituo in pristinum locum et statum; — de membris sanatis, Matth. 12, 13. (ἀποκατεστάθη ὑγιής. H. l. ut Marc. 3, 5. Luc. 6, 10. codd. praestantiores ἀπεκατεστάθη duplicato augmento, v. Wineri gramm. N. T. Sect. 2. §. 9.) Marc. 8, 25. — de captivo, qui suis redditur, Hebr. 13, 19. — de regno restituto, Act. 1, 6. (v. παλιγγενεσία.) — 2., quae turbata sunt in ordinem redigo, Matth. 17, 11. (Marc. 9, 12.) — v. ἀποκατάστασις.

Ἀποκαλύπτω, f. ψω, (e καλύπτω, velo, et ἀπό, weg) revelo, retego, enthüllen; — τί, absol., Luc. 12, 2. (Matth. 10, 26.) in lucem profero (i. q. δηλόω, 1 Cor. 3, 13.). Luc. 2, 35. Rom. 1, 17. 18. Gal. 3, 23. — τὶ εἴς τινα, constructio praegnans, Rom. 8, 18. (manifestabitur dum in nos confertur.) — τινί τι, Luc. 10, 21. 22. (Matth. 4, 25. 27.) Matth. 16, 17. 1 Cor. 2, 10. Phil. 3, 15. 1 Petr. 1, 12. 1 Cor. 14, 30. Eph. 3, 5. Joh. 12, 38. (Jes. 53, 1.) — τινά, nunc primum, quis quantusque aliquis sit, ostendo. Pass. conspicuus fio; — ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, Luc. 17, 30. — ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, 2 Thess. 2, 3. — de statu aliquo: ἡ σωτηρία, 1 Petr. 1, 5. — ἡ δόξα, 1 Petr. 5, 1. — ἀποκαλ. τινὰ ἔν τινι, Gal. 1, 16. (עַל, Jes. 53, 1. Sed h. l. vertendum est: per me, ut alios doceam.)

Ἀποκάλυψις, εως, ἡ, (ab ἀποκαλύπτω, q. v.) revelatio;

— dic. 1., e formula ἀποκαλύπτειν τινί τι de institutione, cognitione, admonitione, quae deum auctorem habet, non homines, Gal. 2, 2. — κατὰ ἀποκάλυψιν γνωρίζειν τι, Eph. 3, 3. (singulari institutione.) Et cernitur haec revelatio vel *a.*, in visionibus ac signis (quibus adhibenda est interpretatio), 1 Cor. 14, 6. 26. Apoc. 1, 1. — vel *b.*, in consiliorum dei cognitione, ad quam quis de certis quibusdam mire eventis meditatus pervenit, — πνεῦμα ἀποκαλύψεως, Eph. 1, 17. coll. v. 18. — ἀποκάλυψίς τινος: *aa.*, gen. obiecti, Rom. 16, 25. (μυστηρίου.) — *bb.*, gen. subiecti, Gal. 1, 12. (ἀποκ. Ἰησοῦ, obiect. τὸ εὐαγγέλιον.) — plural. αἱ ἀποκαλύψεις κυρίου, 2 Cor. 12, 1. (dicuntur hae fuisse ὀπτασίαι v. 1. ῥήματα ἄῤῥητα, v. 4. quae audiverit Paulus εἰς τὸν παράδεισον ἁρπαγείς.) — Luc. 2, 32. (φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, lux, quae viam monstret gentilibus. Genitivus h. l. pro dativo commodi: εἰς ἀποκάλυψιν ἔθνεσι, quia auctor concinnitati studuit. Nam alterum membrum τῆς ῥήσεως habet: εἰς δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ.) — 2., e formula: ἀποκαλύπτειν τινά vel τί, aliquem vel aliquid in lucem protrahere: manifestatio, — τοῦ κυρίου, Ἰησοῦ τοῦ χριστοῦ (genit. obiecti), 1 Cor. 1, 7. (ἀπεκδέχεσθαι τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ κυρίου, exspectare tempus, quo conspicuus reddatur.) — addito: ἀπ' οὐρανοῦ, 2 Thess. 1, 7. — τῆς δόξης αὐτοῦ, 1 Petr. 4, 13. — ἡ ἀποκ. τῆς δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ, Rom. 2, 5. — τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ, Rom. 8, 19. (tempus, quo filii dei ad immortalitatem evehentur.) — ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ —, tempore, quo — conspicuus reddetur, 1 Petr. 1, 7. 13. (Ἰησοῦ χριστοῦ.) — Cf. φανέρωσις. — Semper vox τῆς ἀποκαλύψεως eo respicit, quod is, qui conspicuus fieri dicitur, antea absconditus fuerit.

Ἀποκαραδοκία, ας, ἡ, (ex ὁ δόκος, captatio, observatio, unde δοκάω, δοκάζω, exspecto, insidior, lauern, et τὸ κάρα s. κάρη, caput [unde nostrum: Hirn]: καραδοκέω, exserto capite prospicio, ut videam eum, qui exspectatur, — exspecto; — ἀπό, cf. nostrum: ablauern) sollicita alicuius rei exspectatio, das Lauern, das Harren, Rom. 8, 19. (τῆς κτίσεως, non est i. q. ἡ κτίσις ἡ ἀποκαραδοκοῦσα, sed apostolus utitur notione abstracta, quia inde argumentum petit.) Phil. 1, 20. — (Xen. Mem. 3, 5, 6. Plut. v. Arat. c. 29. Coriol. c. 16. Herodot. 7, 163.)

Ἀποκαταλλάσσω vel ττω, f. ξω, (ex καταλλάσσω, *a.*, commuto, permuto, alterum habeo pro altero [cf. ἄλλαγμα, ἀντάλλαγμα], wechseln; *b.*, med., coaequo, exaequo, — dissidium compono, ausgleichen, ἀπό, ut simul sic aliquid tollatur) reconcilio (τινά τινι, Xen. Anab. 1, 6, 1. πρός τινα, Vectig. 9, 3.), Eph. 2, 16. (ἵνα ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους, ut utrosque sibi invicem reconciliaret, — ἐν ἑνὶ σώματι τῷ θεῷ, in uno corpore, quocum Deo praeparati essent, cum in hoc corpore inimicitia cruce esset necata.) Col. 1, 20. (ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα — εἰς αὐτόν, ut sibi essent addicta, ut coëant in semet ipsum.)

Ἀποκατάστασις, εως, ἡ, *a.*, propr. restitutio in pristi-

num; *b.*, introductio eorum, quae praeordinata sunt, Act. 3, 21. (ἀποκ. πάντων, ὧν ἐλάλησεν ὁ θεός. Cave, ne ὧν cum nonnullis referas ad χρόνων, pertinet enim ad πάντων, i. e. πάντων τούτων, ἅ. Nam *a.*, λαλεῖν χρόνους sic dici non potest, ut significet: praedicere, promittere. *b.*, Lucas formulam πάντων ὧν creberrime et semper ita adhibuit, ut altera vox ad alteram pertineret, cf. Luc. 19, 37. 24, 25. Act. 1, 1. (Inter ea, quae a prophetis praedicta sint, et ante adventum Christi rata fieri debeant, auctor refert effusionem Spiritus S. quippe praedictam a Joële.)

Ἀπόκειμαι, f. -κείσομαι, reconditus sum, reservor (ἀπό, cf. ἀποτίθημι, ἀποθήκη), Luc. 19, 20. — ἀπόκειταί τινι, alicui reservatum est, manet eum, Col. 1, 5. (ἐλπίς, felicitas sperata.) 2 Tim. 4, 8. (στέφανος.) Hebr. 9, 27. (ἀποθανεῖν, manet homines.)

Ἀποκεφαλίζω, f. ίσω, (ex ἀπό et κεφαλίζω, a κεφαλή, caput) caput amputo, decollo, Marc. 6, 28. (Matth. 14, 10.) 16. (Luc. 9, 9.) — Vocem esse Macedonicam, ut ῥαπίζειν, ἐνωτίζομαι, al. et Atticos dixisse: ἀποτέμνειν τὴν κεφαλήν, iam notavit Fischerus ad Palaephatum.

Ἀποκλείω, f. σω, occludo, Luc. 13, 25. (τὴν θύραν. Pro: καὶ ἀποκλείσῃ lege: ἀποκλείσει — καὶ ἄρξεσθε, non: καὶ ἄρξησθε.) cf. τοὺς ὁ, Gen. 19, 10. 2 Sam. 13, 17. 18. Xen. Mem. 2, 1, 16.

Ἀποκόπτω, f. ψω, abscindo, Marc. 9, 43. (τὴν χεῖρα, h. l. gnomice dictum pro: noli uti tua manu.) Joh. 18, 10. (τὸ ὠτίον.) 26. Act. 27, 32. (τὰ σχοινία τῆς σκάφης.) — *b.*, metaph., Gal. 5, 12. (ὄφελον καὶ ἀποκόψονται, utinam, qui circumcisionem urgent, etiam abscindantur! scil. a vestro coetu. Alii: utinam se adeo mutilent s. genitalia sibi resecent! — Hoccine vero optasse apostolum?)

Ἀπόκριμα, τος, τό, (ἀποκρίνω, decerno) sententia condemnatoria, 2 Cor. 1, 9. (τὸ ἀπόκριμα θανάτου ἐσχήκαμεν.)

Ἀποκρίνομαι, f. οῦμαι, *a.*, pass. secernor. (aor. 1. ἀπεκρίθην, secretus sum, Theophr. de caus. plant. 1, 6. Thuc. 1, 3. 2, 49. Hom. Il. 5, 12.) — *b.*, med., respondeo (ἀποκρινοῦμαι, Xen. Mem. 1, 4. 8. ἀπεκρινάμην, ἀπεκρινόμην et ἀποκέκριμαι). — Graeci elegantiores et antiquiores (Plato, tragici, al.) passivo ἀπεκρίθην, ἀποκριθῆναι, hanc significationem non tribuunt, id, quod annotavit Phrynich. „Quod ex Platonis Alcib. 2. affertur exemplum, quum nullum habeat sui simile, quum auctor dialogi incertus et praeterea a librariis nonnumquam forma vulgaris inducta sit, huic merito fidem abrogat Sturzius de dial. Alex. p. 143." Lobeck. ad Phrynich. p. 108. Sed in N. T. ἀποκριθῆναι et ἀποκρίνασθαι promiscue dicitur (ita ἀπεκρίθην respondi, Lucian. Demonact. §. 26. Aristaenet. ep. 1, 22. 24. Diod. Sic. 4, 31. 18, 17.). — **1.**, ad quaestionem propositam respondeo; *a.*, simpliciter:

responsionem do; — *καλῶς*, Marc. 12, 28. — *νουνεχῶς*, v. 34. — *ὀρθῶς*, Luc. 10, 28. — *b.*, c. accus., *λόγον*, Matth. 22, 46. — *οὐδέν*, Marc. 15, 4. 5. (Matth. 27, 12. 14. *ἓν ῥῆμα* cod. D; alii vero codd. *πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα.*) Marc. 14, 61. Luc. 15, 5. — *c.*, *τινί*, Col. 4, 6. — sequentibus verbis, quibus respondetur, Joh. 5, 7. 11. 6, 7. 68. al. — *aa.*, omisso dativo, Joh. 7, 46. 8, 19. 49. al. — *πρός τινα*, Act. 25, 16. — *bb.*, iunctum cum verbo *λέγειν* vel *εἰπεῖν*: *α.*, adhibito participio: *ἀποκριθεὶς εἶπε*, vel *λέγει*, Matth. 4, 4. 8, 8. 15, 13. 16, 16. 17, 17. 26, 25. 63. 66. Luc. 9, 19. 23, 3. al. Marc. 10, 3. — *ἀπεκρίθη λέγων*, *λέγουσα*, *ἀπεκρίθησαν λέγοντες*, Matth. 25, 9. 37. Luc. 32, 40. 4, 4. 14, 5. — *ἀποκριθεὶς ἐπετίμα λέγων*, Luc. 23, 40. — Joannes participio non utitur, sed adhibet aut solum *ἀπεκρίθη*, *ἀπεκρίνατο* (vid. loca ex Joanne allata), aut *β.*, *ἀπεκρίθη καὶ λέγει*, Joh. 1, 50. 2, 19. 4, 13. 6, 29. 43. 7, 16. 20. 52. 8, 14. 39. 48. al. Marc. 7, 28. — *d.*, sequente infinit., Luc. 20, 7. — sequente acc. c. inf., Act. 25, 4. — seq. *ὅτι*, Act. 25, 16. — aoristum 1. medii habes Matth. 27, 12. Luc. 14, 61. Joh. 5, 17. 19. — **2.**, exordior, anheben (sed semper, ubi aliquid praecessit, ad quod sermo referatur), Matth. 11, 25. 12, 38. 15, 15. 17, 4. (Marc. 9, 5.) 22, 1. 28, 5. (Marc. 10, 24.) Marc. 11, 14. 12, 35. (scil. quia nullum in arbore fructum invenit.) Act. 3, 12. Luc. 14, 3. Apoc. 7, 13. (ita hebr. עָנָה, Job. 3, 21. Cantic. 2, 10. Jes. 14, 10. Zach. 1, 10. 3, 4. Gen. 31, 36. Deut. 21, 7. al.)

Ἀπόκρισις, εως, ἡ, responsio, Luc. 20, 26. Joh. 1, 22. (*διδόναι ἀπόκρ.*) Joh. 19, 9. — pl., Luc. 2, 47.

Ἀποκρύπτω, f. ψω, (ex *ἀπό* et *κρύπτω*, quod v.) abscondo; — *τί*, Matth. 25, 18. (sed Matth. 13, 41. *ἔκρυψε.*) — *ἀποκεκρυμμένος* (*σοφία ἀποκ.*), 1 Cor. 2, 7. — *μυστήριον*, Col. 1, 26. (oppon. *φανεροῦσθαι.*) — *ἐν θεῷ*, Eph. 3, 9. — *τὶ ἀπό τινος*, Luc. 10, 21. (Matth. 11, 25.) hebr. מִן, Ps. 38, 9. 119, 19. Jerem. 32, 17. — *κρύπτειν τι ἀπό τινος*, Hom. Od. 23, 10.

Ἀπόκρυφος, ου, ὁ, ἡ, absconditus, Marc. 4, 22. (Luc. 8, 17.) reconditus, Col. 2, 3. (Dan. 11, 42. Jer. 45, 3.)

Ἀποκτείνω, (etiam forma Aeolica: *κτέννω*, quam codd. offerunt, Marc. 12, 5. Matth. 10, 28. 23, 37. Apoc. 6, 11. Sed cave scribas: -*κτένω*, quod nihili est. In omnibus verbis λ, μ, ν, ρ, ubi Attici ει ponunt ante consonam, haec soni productio orta est ex ε ante duplicatam consonam posita, v. c.: *ἔμεινα*, *ἔσπειρα*, ex *ἔμμενα*, *ἔσπεῤῥα*) **1.**, interficio, occido (abneco, Plaut.), Matth. 10, 28. (Luc. 12, 4.) 21, 35. 39. (Marc. 12, 8. Luc. 20, 15.) al. — *ἀποκτείνωμεν*, occidamus, Matth. 21, 38. (Marc. 12, 7. Luc. 20, 14.) — aor. 1. pass. *ἀπεκτάνθην*, Matth. 16, 21. (Marc. 8, 31. Luc. 9, 22.) Marc. 9, 31. Apoc. 2, 13. 9, 18. 20. 11, 5. 13. 13, 10. 15. 19, 21. (forma serioris aevi. Habent Dio Cass., Zonaras. V. Lobeck. ad Phryn. p. 36. et 757.)

— oratorie, 2 Cor. 3, 6. τὸ γράμμα ἀποκτείνει, i. e. mortem affert (oppon. ζωοποιεῖν). — i. q. ἀπόλλυμι, perdo, Marc. 3, 4. et Matth. 10, 28. (si vera lectio est. Nam boni codd. praebent ἀπολέσαι, interire facio, Eph. 2, 16.) — 2., vita spirituali privo, Rom. 7, 11. (al. miserum reddo, perperam, vid. ἀποθνήσκω.)

Ἀποκνέω, f. ήσω, (κύω, f. κύσω, s. κνέω, ήσω, gravida, praegnans sum) pario, gigno; — τινά, Jac. 1, 15. 18. (Aelian. V. H. 5, 4. Herodian. 1, 5, 14.) Cf. ἔγκυος.

Ἀποκυλίω, f. ίσω, devolvo, Matth. 28, 2. Marc. 16, 3. 4. Luc. 24, 2. (Gen. 29, 8. Apollodor. Bibl. 3, c. 14. §. 7.)

Ἀπολαμβάνω, f. -λήψομαι, aor. 2. ἀπέλαβον, (ex ἀπό et λαμβάνω, quod v.) 1., accipio, de eo, quod quis accipit merito, quod ei denegari non fas est. Cf. ἀποδίδωμι. — 2., recipio, Luc. 6, 34. (τὰ ἴσα.) 15, 27. 18, 30. 23, 41. 16, 25. — μισθόν, 2 Joh. v. 8. — τὴν ἀντιμισθίαν, Rom. 1, 27. Col. 3, 24. — τὴν υἱοθεσίαν (quippe merito Christi acquisitam), Gal. 4, 5. — 3., seorsim duco, Marc. 7, 33. — 4., excipio, 3 Joh. v. 8.

Ἀπόλαυσις, εως, ἡ, (ab ἀπολαύω, fruor,) fruitio, usus, 1 Tim. 6, 17. (εἰς ἀπόλαυσιν, in commodum.) Hebr. 11, 25. (πρόςκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν, ad tempus peccati deliciis frui. Xen. Mem. 2, 1, 33.)

Ἀπολείπω, f. ψω, (ex ἀπό et λείπω, quod v.) 1., relinquo, 2 Tim. 5, 13. pass., relinquitur (i. e. his subductis rationibus), Hebr. 4, 6. 9. 10, 26. — 2., desero, Judae v. 6. (τὸ ἴδιον οἰκητήριον.) cf. Xen. Ages. 2, 29. — Quae in N. T. praeterea occurrant composita, vide notatum ad λείπω.

Ἀπολείχω, f. ξω, (ex ἀπό et λείχω) lingo, lambo, Luc. 16, 21. (Aristoph. Vesp. 27.)

Ἀπόλλυμι, f. ἀπολέσω, (ex ἀπό et ὄλω = ὄλλυμι) aor. 1. ἀπώλεσα, perf. 1. ἀπώλεκα, att. ἀπολώλεκα, perdo. — Med. ἀπόλλυμαι, f. ἀπολοῦμαι, aor. 2. ἀπωλόμην, perf. 2. ἀπόλωλα, pereo. — Activ. ἀπόλλυμί τινα, 1., perdo, h. e. si *a.*, effici dicitur in aliquo homine aut animali, *aa.*, perimo, aboleo, e medio tollo, vernichten, zu Grunde richten, Marc. 1, 24. (Luc. 4, 34. ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς.) Luc. 17, 27. 29. Judae v. 5. Jac. 4, 12. — ἀπολέσαι εἰς γέενναν, Matth. 10, 28. (construct. praegnans: qui — perdere et coniicere in orcum potest. Text. vulg. ἐν γεέννῃ.) — interficio, Matth. 2, 13. 12, 14. (Marc. 3, 6.) 21, 41. (Marc. 12, 9. Luc. 20, 16.) 27, 20. Marc. 9, 22. 11, 18. Luc. 11, 51. Joh. 10, 10. — oppon. σώζω. — *bb.*, perire facio, occasionem perditionis praebeo, Rom. 14, 15. (ἀσθενήσαντα, cf. 1 Cor. 8, 11.) — *cc.*, perire periclitantem sino; med. *α.*, pereo, Matth. 8, 25. et Luc. 8, 24. Marc. 4, 38. (ἀπολλύμεθα.) — 1 Cor. 8, 11. — ἀπόλλυμαι λιμῷ, Luc. 15, 17. — *β.*, perdor, aboleor, 2 Petr. 3, 6. (cf. Luc. 17, 27.) Joh. 11, 50. (ὅλον τὸ ἔθνος.) 2 Cor. 4, 9. (καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι.) Jud. v. 11. 1 Cor. 8, 11. — interficior, perimor, ἐν μαχαίρᾳ, Matth. 26, 52.

— Luc. 13, 3. 5. 33. — γ., vitae aeternae iacturam facio, ut aut αα., non amplius existam, et vita caream (sensu privativo), 1 Cor. 15, 18. (ἀπώλοντο, in aeternum perierunt.) — aut ββ., aeternae miseriae trador (sensu positivo), 2 Petr. 3, 9. Rom. 2, 12. Joh. 3, 15—17. (oppon. ζωὴν ἔχειν αἰώνιον.) — Hinc οἱ σωζόμενοι, qui salvi erunt, i. e. vitae aeternae participes, et οἱ ἀπολλύμενοι, quos interitus manet, qui aeternae tradentur miseriae, in N. T. distinguuntur, 2 Cor. 2, 15. 4, 3. 2 Thess. 2, 10. — b., ἀπόλλυμί τι, si actio convertitur in rem inanimatam: aa., perdo, i. e. vanum reddo; — τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, 1 Cor. 1, 19. (ex Jes. 29, 14. — in altero versus membro est ἀθετεῖν.) — bb., med., deleor, evanesco; — ἡ εὐπρέπεια, Jac. 1, 11. — coelum, Hebr. 1, 11. (αὐτοὶ ἀπολοῦνται, oppon. σὺ δὲ διαμένεις, Ps. 102, 27. אָבַד.) — intereo, de rebus, quae abiectae dissolvuntur, ut μέλος τοῦ σώματος, Matth. 5, 29. 30. — reliquiae panis, Joh. 6, 12. — aut quae alio modo corrumpuntur, Joh. 6, 27. (βρῶσις οὐκ ἀπολλυμένη), ut in putredinem abeant (i. q. φθείρω, διαφθείρω), aut quae destruuntur, ut usum, ad quem comparatae sunt, praestare non amplius possint, ut οἱ ἀσκοί, Marc. 2, 22. (Matth. 9, 17. Luc. 5, 57.)

2., perdo, i. e. amitto (cf. auctor. ad Herenn. c. 44, lib. 4.: unde amisit vitam, at non perdidit; re enim vilissima et parva certam et maximam redemit, dedit vitam, accepit patriam), Matth. 10, 42. Marc. 9, 41. (τὸν μισθὸν αὐτοῦ.) Luc. 15, 4. 8. 9. 2 Joh. 8. Luc. 9, 25. (Marc. 8, 36. et Matth. 16, 26. ζημιοῦσθαί τι.) Matth. 10, 39. (Luc. 17, 33.) idem dictum: Joh. 12, 25. 18, 9. — b., metaph. Christus dicitur ex suis (quos ad ipsius disciplinam pater adduxit) perdere aliquem, si quis a virtute ad scelera deficiens vitam aeternam amittit, Joh. 6, 39. — Med. amittor, ἔκ τινος, Luc. 21, 18. (θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς.) coll. Act. 27, 34. (πίπτει.) — ἀπό σου, Apoc. 18, 14. — de ovibus, a grege aberrantibus, proprie, Luc. 15, 4. (τὸ ἀπολωλός scil. πρόβατον, v. c. Matth. 18, 12. τὸ πλανώμενον.) — metaph. ex usu librorum V. T., qui gentem Judaicam saepius cum grege comparant (Jerem. 50, 6. Ez. 34, 4. 16.), Judaei, a legis doctoribus neglecti, sibimet ipsis relicti, tamquam sine ducibus circumvagi, τὰ πρόβατα vocantur τὰ ἀπολωλότα τοῦ οἴκου Ἰσραήλ, Matth. 10, 6. 15, 24. (Jes. 53, 6. 1 Petr. 2, 25.) et Christus ipse, qui vitiis deditos ad frugem revocat, cum pastore comparatur circumerrantes quaerente. Hinc dicitur ζητεῖν τὸ ἀπολωλός, i. e. omnes eos, qui a recta via aberrarunt, Luc. 19, 10. (Matth. 18, 4.) — In ev. Joann. potissimum Christus cum pastore confertur, qui suum gregem ad vitam aeternam adducit, ideoque oves esse, quae ἀπόλλυνται, dicuntur ii, qui a via, ad vitam aeternam ducente, aberrant, Joh. 10, 28.

Ἀπολλύων, οντος, ὁ, v. in appendice.

Ἀπολλωνία, ας, ἡ, Apollonia. Plures exstiterunt urbes, hoc nomine (haud dubie in honorem Apollinis) dictae, in ipsa Macedonia. Act. 17, 1. intellig. urbs Macedoniae maritima, ab Amphipoli

unius diei intervallo distans, per quam profectus Paulus Thessalonicam pervenisse dicitur l. c.

Ἀπολογέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (ab ἀπόλογος, et hoc ab ἀπό et λέγω. Ἀπολέγω sign. *a.*, interdico, veto. *b.*, prodo, declaro. Cf. ἀπό in ἀποδείκνυμι, ἀποφαίνω. Sed videtur etiam voci ἀπόλογος haec subiici potuisse significatio, ut cum denotaret, qui dicendo aliquid a se alterove averteret. Nam hinc demum derivanda est eius vis verbi, de quo hic quaeritur) defendo aut me, aut (mihi) alterum, τινά. In N. T. reciproce: 1. pers. me. 2. pers. tu te defendis; 3. pers. ille se defendit. — **1.**, universe: me defendo, Luc. 21, 14. Act. 26, 1. Rom. 2, 15. (oppon. κατηγορεῖν.) — Act. 26, 2. (ἐγὼ, μέλλων ἀπολογεῖσθαι, cum in eo sim, ut me defendam.) — ἐπί τινος et περί τινος (πράγματος), ibid. — **2.**, ad se defendendum dicere, τί, sequentibus aut pronominibus, obiectum indicantibus, aut verbis, quae quis ad sui defens. protulit, Act. 25, 8. — τί ἀπολογήσησθε, Luc. 22, 11. (ὅ, τι, Xen. Mem. 4, 8, 4.) — ταῦτα, Act. 26, 24. — τὰ περὶ ἐμαυτοῦ, Act. 24, 10. — τινί, ad aliquem ad se defendendum dicere, Act. 19, 33. 2 Cor. 12, 19.

Ἀπολογία, ας, ἡ, defensio, absol., 2 Cor. 7, 11. — ἐν τῇ πρώτῃ, i. e. tempore primae s. cum haberem primam, 2 Tim. 4, 16. h. l. legitur c. gen. subi. — c. genit. obi., Phil. 1, 7. 17. — ἀπολογία τινί, alicui audienda, qui postulat, 1 Cor. 9, 3. 1 Petr. 3, 15. — ἡ ἀπολ. ἡ πρός τινα, oratio pro se alterove defendendo ad aliquem (habenda aut habita), an jemand, Act. 22, 1. — τόπον ἀπολογίας λαβεῖν περὶ τοῦ ἐγκλήματος, Act. 25, 16.

Ἀπολούω, f. ούσω, (a λόω = λοέω = λούω, lavo, cf. nostr. Lauge) abluo. Med., Act. 22, 16. βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, purga te a peccatis tuis, i. e. ne amplius feras. Sed ferre (סָבַל) peccata dicitur, cui peccata non condonata sunt, qui poenam nondum luit. Ergo: ut tibi condonentur peccata. 1 Cor. 6, 11. (ἀπολούσασθε, lavistis vos.)

Ἀπολύτρωσις, εως, ἡ, (a λύτρον, pretium redemtionis, unde ἀπολυτρόω (ῶ), h. vel est, dato pretio aliquem redimo, vel accepto pretio aliquem liberum dimitto, ut ap. Diod. Sic. 13, 24.) redemtio (liberatio, quae fit soluto pretio), Loskaufung, Eph. 1, 7. et Col. 1, 14. (ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων s. τῶν ἁμαρτιῶν, scil. e Pauli doctrina, quam Rom. 5, 8. 9. et 8, 31. 32. claris verbis proposuit: Deus Christi filii sui mortem testimonium esse voluit sui erga homines amoris ideoque etiam bonae in peccatores voluntatis. Atque id ipsum ut in aliis locis, ita in modo excitatis per imaginem sic exprimitur: Christus suo nos sanguine redemit, scil. e manibus eius, cui poenas nondum persolveramus, et qui vindictam nondum sumserat, i. e. Dei. — Christus ipse dicitur esse redemtio nostra, 1 Cor. 1, 30. (i. e. is, sine quo nobis nulla esset, v. ἀνάστασις, ἁγιασμός, δικαιοσύνη), et dicere amat apostolus, τὴν ἀπολύτρωσιν esse,

vel nos τὴν ἀπολ. habere ἐν χριστῷ, v. praeter locos Eph. 1, 7. et Col. 1, 14. modo excitatos etiam Rom. 3, 24. — ἡ ἀπολύτρωσις τῶν παραβάσεων, Hebr. 9, 15. i. e. expiatio (sc. etiam peccata ipsa, quorum poenae nondum datae sunt, aut quae nondum sunt ab eo, cui puniendi ius est, remissae seu dimissae, dici possunt ab eius potestate ἀπολυτροῦσθαι, ut quasi in libertatem vindicentur). — **2.**, ἀπολύτρωσις περιποιήσεως, exhibitio peculii retenti in manus eius, qui propter impubertatem in eius possessionem venire nondum poterat, Freigebung des Vorenthaltenen, Eph. 1, 14. (Illustratur hic locus altero, qui est Gal. 4, 1. et ut hic sermo est de κληρονόμῳ adhuc infante, ita h. l. de κληρονομίᾳ, quacum felicitas in coelis parata confertur. Qui dicunt ἀπολύτρ. περιποιήσ. esse i. q. ἀπολύτρωσιν περιποιηθεῖσαν, et per ἀπολύτρωσιν intelligunt liberationem a miseriis, hi a mente loci prorsus aberrant.) — **3.**, omnino: liberatio, dimissio, Luc. 21, 28. (liberatio ab odio et vexationibus adversariorum, cf. Luc. 18, 7. 8. et Matth. 24, 22.) Hebr. 11, 35. (liberatio a tormentis.) Rom. 8, 23. (ἀπεκδέχεσθαι τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος, liberationem corporis ab huius vitae molestiis, ut Eph. 4, 30.)

Ἀπολύω, f. ύσω, (λύω, solvo) **1.**, libero; — τινά τινος, libero aliquem ab aliqua re (tamquam a vinculo), Luc. 13, 13. (ἀπολέλυσαι, liber esto, τῆς ἀσθενείας.) — **2.**, dimitto (non amplius retineo); τινά, aliquem (abfertigen, entlassen), *a.*, precantem, cui data responsione discedendi copiam facio, Matth. 15, 23. — Luc. 2, 29. (iam me, quem in his terris retinere, usque dum salutem Israëlitis paratam vidissem (cf. v. 26.), decreveras, voti compotem factum dimittis, — ἐν εἰρήνῃ, בְּשָׁלוֹם, i. e. his quasi verbis usus: πορεύου ἐν εἰρήνῃ vel εἰς εἰρήνην, — nun hältst du mich nicht länger auf, nun entlässest du mich. — Inepte conferunt alii Aeliani illud ἀπολύεσθαι ἐκ τῶν τοῦ σώματος δεσμῶν. Profecto Simeon non se dixit fuisse adhuc vinculis alligatum, quae solvantur.) — *b.*, discedere iubeo, verabschieden, Matth. 14, 15. 22. (Marc. 6, 36. 45. Luc. 9, 12.) i. q. ἀποτάσσομαί τινι, Marc. 6, 46. — Luc. 8, 38. (ἀπέλυσε, cod. L. ἀπέστειλε.) Matth. 15, 32. 39. (Marc. 8, 3. 9.) Luc. 14, 4. — Act. 13, 3. (peractis iis, quae ante iter peragenda erant, eos dimiserunt.) — Act. 19, 40. (τὴν ἐκκλησίαν.) — Passiv., Act. 15, 30. — **3.**, liberum dimitto aliquem, losmachen, freilassen, freigeben; *a.*, captivum: solutis vinculis discedere iubeo, discedendi copiam facio, Luc. 22, 68. Joh. 19, 10. Act. 16, 35. 36. 26, 32. (ἀπολελύσθαι ἐδύνατο, v. supra ἄν II. n. 3. verte accuratius: posset liber esse, cf. perfect., Luc. 13, 13.) 28, 18. Hebr. 13, 23. — ἀπολ. τινά τινι, liberum alicui concedo, losgeben, Matth. 27, 15. 17. 21. 26 (Marc. 15, 6. 9. 11. 15. Luc. 23, 17. 18. 20. 25.) — *b*, accusatum criminis absolvo et liberum dimitto, Joh. 19, 12. Act. 3, 13. — *c.*, reo data venia discedendi potestatem do, Act. 4, 21. — pass., Act. 4, 23. 5, 40. 17, 19. — *d.*, debitorem, i. e. ius meum

in debitorem non persequor, debitum ei remitto, Matth. 18, 27. Luc. 6, 37. — 4., de divortio dicitur: ἀπολύω τὴν γυναῖκα, repudio, dimitto (e domo), Marc. 10, 2. 4. 11. 12. (Matth. 19, 3. 7. 9. 5, 31. 32.) Luc. 16, 18. (h. l. simul medium: ἀπολελυμένην ἀπ' ἀνδρός, quae a marito se separavit, discessit.) — Matth. 1, 19. (שָׁלַח, Jerem. 3, 8. Deut. 21, 14. 22, 19. 29.) — Med. ἀπολύομαι, a., propr., me solvo. — b., discedo, Act. 28, 25. domum revertor. (Ex. 33, 11.) — ἀπό τινος πρός τινα (constructio praegnans pro: discedo a — et reverto ad), Act. 15, 33.

Ἀπομάσσω, ττω, f. ξω, (μάσσω, massare, depsere. — Med. tango, contrecto, unde lat. manus, gr. μηχανή, machina, nostr. machen) med. abstergo (Polyb. 15, 26, 3. Athen. 4. p. 149. C. Basil. in hexaëm. hom. 11.), Luc. 10, 11. (τὸν κονιορτὸν — ὑμῖν.)

Ἀνονέμω, f. -νεμῶ, (νέμω, partem assigno, tribuo) τινί τι, assigno, tribuo, 1 Petr. 3, 7. (τιμὴν ταῖς γυναιξί.) — Polyb. 8, 15, 9. Herodian. 1, 8, 1. Lucian. dial. Deor. 6, 4.

Ἀπονίπτω, f. ψω, (νίπτω, luo. Graeci antiquiores: νίζω, unde nostr. netzen; ita quoque ἀπονίζω, non ἀπονίπτω. Habent hoc Theophr. char. 25. Athen. Deipnos. 9, c. 18. 4, p. 149, C.) abluo. Med. τί, sibi, Matth. 27, 24. (ἀπενίψατο τὰς χεῖρας, coll. Deut. 21, 6. — οἱ ὁ, Prov. 30, 12. 20. 1 Reg. 22, 38.)

Ἀποπίπτω, f. -πεσοῦμαι, aor. 2. -έπεσον, (v. πίπτω) decido, delabor, Act. 9, 18. (ἀπό τινος.)

Ἀποπλανάω (ῶ), f. ήσω, (v. πλανάω — ἀπό) vel a via recta in errorem induco, τινά, Marc. 13, 22. (Matth. 24, 24. simplex πλανῆσαι.) — vel aberro ab aliquo, 1 Tim. 6, 10. (ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως.) — οἱ ὁ, Prov. 7, 21. 2 Chron. 21, 11.

Ἀποπλέω, f. εύσω, (v. πλέω) nave avehor, nave discedo, solvo, Act. 13, 4. 14, 26. 20, 15. 27, 1. (εἰς τὴν Ἰταλίαν.)

Ἀποπλύνω, f. υνῶ, (v. πλύνω) abluo, Luc. 5, 2. (τὰ δίκτυα.) — οἱ ὁ, 1 Sam. 19, 24. Ez. 16, 9.

Ἀποπνίγω, f. ξω, (v. πνίγω, ἀπό, cf. ἀποκτείνω) suffoco; pass., Matth. 13, 7. (Luc. 8, 33.) de semine, quod in spinas incidit.

Ἀπορέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum ἄπορος, ex α priv. et πόρος [a πείρω], pervium; ergo: a., invius; b., homo, cui effugium non patet, consilii inops) med., a., pr., ad angustias detrusus inexplicabiles haesito. — b., trop., inopia consilii laboro, 2 Cor. 4, 8. (distingu. h. l. ἀπορεῖσθαι et ἐξαπορεῖσθαι, i. e. desperare.) — constr., incertus sum, v. c. περὶ τίνος τις λέγει, Joh. 13, 22. (Thucyd. 2, 20.) — Gal. 4, 20. ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν (circa vos, an euch), nescio, quomodo vos tractem, quo ad vos sermonis genere utar. — Act. 25, 20. ἀπορούμενος ἐγὼ εἰς τὴν τούτου ζήτησιν, cum nihil invenirem, quid ad hanc quaestionem deciderem.

Ἀπορία, ας, ἡ, (status eius, qui est ἄπορος) angustiae, e quibus non est evadendi locus, Luc. 21, 25. (συνοχὴ ἐθνῶν ἐν

ἀποῤῥίᾳ, compressio, inclusio gentium praecluso effugio.) — οἱ ὁ, צָרָה, Jes. 8, 22.

Ἀποῤῥίπτω, f. ψω, (v. ῥίπτω) abiicio, deiicio; — intransit. (cf. supra ἄγω, ἀπέχω), deiicio me, Act. 27, 43. (Lucian. Ver. Hist. 1. §. 38.)

Ἀπορφανίζω, f. ίσω, (ex ὄρφανος, orbus, et ἀπό, scil. τινός) pr., parente s. parentibus privo (sic ap. Aeschyl., Eurip.), orbo; pass., 1 Thess. 2, 17. (ἡμεῖς ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν.)

Ἀποσκευάζομαι, f. άσομαι, (ex ἀπό et σκευάζω, paro, apparo, a σκεῦος, vas, instrumentum) sarcinas colligo, vasa aufero, Act. 21, 15. (ἀποσκευασάμενοι, postquam sarcinas deposueramus. Alii codd. ἐπισκευασ., cum sarcinas nobis imposuissemus; lectio praestans.)

Ἀποσκίασμα, τος, τό, (σκιάζω a σκιά, umbra, et ἀπό, ex se, von sich werfend) a., umbra (a re in rem sparsa). — b., vestigium, Jac. 1, 7. apud Deum non est τροπῆς ἀποσκίασμα, i. e. ne levissimum quidem mutationis (mutabilitatis) vestigium.

Ἀποσπάω (ῶ), f. άσω, (v. σπάω — ἀπό, vel a recta via, cf. ἀποπλανάω, vel ἀπό τινος) abstraho; — τὴν μάχαιραν, Matth. 26, 51. distringo gladium. — Act. 20, 30. (τοῦ ἀποσπᾷν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν, praegnans constr.: ut abstrahant discipulos ad suas partes.) — med., Act. 21, 1. (ἀποσπασθέντες ἀπ' αὐτῶν, ab amicorum amplexu divulsi.) Luc. 22, 41. (ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν, se avulsit ab iis et digressus est ὡσεὶ λίθου βολήν.)

Ἀποστασία, ας, ἡ, (ἀποστάτης, apostata, qui deficit — ἀφίσταμαι, cf. ἀκαταστασία) defectio, Act. 21, 21. 2 Thess. 2, 3. (οἱ ὁ, Jerem. 29, 32.) — Graeci antiquiores: ἀπόστασις, v. Lobeck. ad Phryn. p. 528.

Ἀποστάσιον, ου, τό, a., divortium, repudium, Marc. 10, 4. (Matth. 19, 7.) βιβλίον ἀποστασίου, סֵפֶר כְּרִיתֻת, libellus repudii, Deut. 24, 1. 3. — b., libellus repudii, Matth. 5, 31. (δότω αὐτῇ ἀποστάσιον. Formulam eius exhibent Grotius ad h. l. Seldenus: uxor hebr. p. 369. Ligtfoot. hor. hebr. ad h. l.)

Ἀποστεγάζω, f. άσω, (στεγάζω, a στέγη, ἀπό indic. amotionem: ab) detego (tectum demo), Marc. 2, 4. (Jesus cum iis, quos docebat, erat in ὑπερῴῳ, et huius h. l. dicuntur, qui aegrotum ad Jesum adducturi essent, tectum effodisse.)

Ἀποστέλλω, f. -στελῶ, (στέλλω, statuo, ordino, nostr. stellen, cf. bestellen, ἐπιστέλλω, — ἀπό, cf. lat. ablego) mitto, i. e. 1., abire iubeo ad locum destinatum:

a., obiectum. Mittuntur vel homines cum mandatis, vel res alicui destinatae. Ita frequentissime commemoratur, Jesum misisse suos apostolos, i. e. eos legasse, Marc. 6, 7. (Luc. 9, 2. Matth. 10, 16.) Luc. 22, 35. Marc. 9, 37. Joh. 20, 21. — mittere nuntios, Luc. 7, 3. 9, 52. 10, 1. — servos, Marc. 6, 27. 12, 2. Matth. 21, 36. 22, 3. — legationem, Luc. 14, 32. 19, 14. (Ael. V. H. 3, 2. 6.) — angelos, Marc. 13, 27. (Matth. 24,

31. (Matth. 13, 41. Luc. 1, 26. Jesus contendit, deum se misisse (Matth. 10, 40.), Marc. 9, 37. (Luc. 9, 48.) Luc. 10, 16. Joh. 5, 36. al., quod iuxta posito contrario illustratur, Joh. 8, 42. οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐξελήλυθα. — Adhibetur ad eandem rem exprimendam verbum πέμπω, v. c. Joh. 6, 40. 44. al. et Lucas quoque c. 20, 11. 12. hoc verbo utitur pro eo, quod Matth. 21, 33. et Marc. 12, 4. 5. posuerunt ἀποστέλλειν, v. Act. 10, 33. coll. v. 27. — Dicuntur mitti res, quae abduci aut perferri iubentur ad aliquem, v. c. Matth. 21, 3. (Marc. 11, 3.) Nota: τὸν δρέπανον ἀποστέλλ., i. e. messores, Marc. 4, 29. — τὸν λόγον τινὶ ἀποστ., Act. 10, 36. 13, 26. 18, 28. — τὴν ἐπαγγελίαν ἐφ' ὑμᾶς, Luc. 24, 49. — ἀποστέλλειν τινά, addito praedicato: δεδεμένον, Joh. 18, 24. — Act. 3, 26. qui beneficia dei vobis afferret. Act. 7, 35. 1 Joh. 4, 10. i. e. qui esset.

b., quo? ἀποστ. εἴς τινα τόπον, v. c. εἰς τὸν ἀμπελῶνα, Matth. 20, 2. 14, 35. Marc. 8, 26. — Luc. 2, 26. εἰς πόλιν. — Act. 7, 34. 10, 8. 19, 22. 1 Tim. 4, 12. Apoc. 5, 6. — Jesum deus misit εἰς τὸν κόσμον, Joh. 3, 17. 10, 36. 17, 18. 1 Joh. 4, 9. — εἰς, inter, Matth. 15, 24. Luc. 11, 49. Act. 26, 17. — ὀπίσω τινός, Luc. 19, 14. — ἔμπροσθέν τινος, Joh. 3, 28. et πρὸ προσώπου τινός, ex hebr. לִפְנֵי, ante (ut praecedat) aliquem, (Matth. 11, 10.) Luc. 7, 27. (Marc. 1, 2.) Luc. 10, 1. — τινί, i. e. in usum alicuius, Matth. 22, 16. Act. 13, 26. — πρός τινα, ad aliquem, Matth. 21, 34. 37. (Marc. 12, 2. 3. 6. 13. Luc. 20, 10.) Luc. 7, 8. 20. 13, 34. Act. 8, 14. 10, 21. 11, 11. 30. 2 Cor. 11, 17. Joh. 5, 33.

c., ἀποστέλλω τι, per quem? διὰ χειρός τινος, ex hebr. בְּיַד, Act. 11, 30.

d., quo consilio? *aa.*, sequente inf., Marc. 3, 14. Matth. 21, 34. 22, 3. Luc. 1, 19. 4, 18. (Jes. 61, 1.) 9, 2. 14, 17. Joh. 4, 38. 1 Cor. 1, 17. Apoc. 21, 6. — *bb*, εἰς, ad; — εἰς διακονίαν, Hebr. 1, 14. — *cc.*, sequente ἵνα (cum verbo, ad eum, qui missus est, referendo), Joh. 1, 19. 7, 32. 3, 17. Marc. 12, 13. (Luc. 20, 20.) 1 Joh. 4, 9. — (cum verbo, ad eum, qui misit, referendo:) Marc. 12, 2. (Luc. 20, 10.) Act. 16, 36. — misit me, ὅπως ἀναβλέψῃς, Act. 9, 17. — *dd.*, seq. acc. cum inf., Act. 5, 21.

e., ἀποστέλλω τινὰ λέγων, Matth. 22, 16. 27, 19. — ἐρωτῶν, Luc. 7, 3. — Marc. 3, 31. Joh. 11, 3. Act. 9, 38. 13, 15.

f., ἀποστέλλειν simpliciter dic. nullo addito accusativo, v. c. ἀποστέλλειν πρός τινα, Joh. 5, 33. — Act. 16, 36. ἀπεστάλκασιν οἱ στρατηγοί, ἵνα ἀπολυθῆτε. Act. 5, 21. — Matth. 14, 35. ἀπέστειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον. — Matth. 27, 19. ἀπέστειλε λέγουσα, Joh. 11, 3. Act. 13, 15. — Quare, si quis quidquam per hominem aliquem missum effecit, id sic exprimitur: πέμψας s. ἀποστείλας, scil. τινά, hoc effecit, v. c. ἀποστείλας ἀνεῖλε,

Matth. 2, 16. — Marc. 6, 17. Act. 7, 14. Apoc. 1, 1. (ita etiam Graeci, ut Xen. Cyr. 3, 1, 6.) — Perfectum ἀπέσταλκα habes Joh. 5, 36. 20, 21. Act. 9, 17. 10, 20. 15, 27. 1 Joh. 4, 9. al. — Pass. perf. ἀπέσταλμαι, Luc. 4, 43. ἀπεσταλμένος, Joh. 1, 24. Act. 10, 21. al. — aor. 1. ἀπεστάλην, Matth. 15, 24. Act. 10, 26. al. — ἀποστέλλομαι ἀπό τινος, e domo alicuius, Act. 10, 17. — παρὰ θεοῦ, Joh. 1, 6. von Gott her, herbei (i. e. ut adesset; quia non exstitisset inter nos, nisi missus a deo fuisset). — ὑπό, Luc. 1, 26. (ὑπὸ τοῦ θεοῦ, a deo mittente.)

2., dimitto i. q. ἐξαποστέλλω i. e. *a.*, missum facio, discedere aliquem sino, Luc. 4, 19. (Jes. 58, 6.) — *b.*, discedere a me aliquem iubeo, Marc. 8, 26. — τινὰ κενόν, Marc. 12, 3. (Luc. 20, 10.) — *c.*, abigo, Marc. 5, 10.

Ἀποστερέω (ῶ), f. ήσω, (στέρω, στερέω, s. στερίσκω, στερίζω, orbo, privo) fraudo (propr. de eo, qui debitum infitiatur, depositum negat et commodatum non reddit), spolio aliquem; *a.*, absolute dictum: μὴ ἀποστερήσῃς, Marc. 10, 19. — ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, 1 Cor. 6, 8. (cf. τοὺς ὁ, Mal. 3, 5.) — med. me defraudari sino, 1 Cor. 6, 7. — *b.*, τινά τινος, privo aliquem re; pass. ἀπεστερημένοι τῆς ἀληθείας, 1 Tim. 6, 5. — *c.*, τί, fraudo aliquid i. e. fraudulenter, fraude subtraho aliquid; pass., Jac. 5, 4. ὁ μισθὸς ὁ ἀποστερημένος (nota: ἀφ' ὑμῶν non ad ἀποστερημ., sed ad κράζει pertinet). — μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, 1 Cor. 7, 5. (nolite subtrahere vos invicem, i. e. vestrum corpus altera pars alteri.)

Ἀποστολή, ῆς, ἡ, (adiectiv. verbale ἀπόστολος, q. v.; feminino tributa vis notionis universae, unde hoc oxytonon, cf. ἀποβολή, ἡ τυχή, al. Eodem modo originem ab adiectivis ducunt substantiva in ία, εια, v. ἀλήθεια) missio, munus legati, munus apostolicum, Act. 1, 25. Rom. 1, 5. 1 Cor. 9, 2. Gal. 2, 8. (ὁ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, qui Petro adfuit, ut legati munus acciperet inter circumcisos.)

Ἀπόστολος, ου, ὁ, **1.**, legatus, nuntius, Luc. 11, 49. (1 Reg. 14, 6.) Joh. 13, 16. (h. l. distinguuntur ὁ ἀπόστ. et ὁ πέμψας αὐτόν.) — τινός, v. c. ἀπόστολοι τῶν ἐκκλησιῶν, 2 Cor. 8, 23. qui ad legationes obeundas praesto sunt coetibus singulis, cf. Phil. 2, 25. — Dei legati dicuntur, qui dei auctoritate prodeunt homines a sceleribus aut a pravis opinionibus avocaturi, Luc. 11, 49. Eph. 3, 5. Apoc. 2, 2. — Hebr. 3, 1. Jesus ipse apostolus dicitur i. e. nuntius, qui a deo ad vocandos homines missus est, qui κλῆσιν ἐπουράνιον affert, comparatus cum Mose (Exod. 3, 14.). — **2.**, speciatim hoc nomine veniunt duodecim discipuli Christi, quia eos regni divini nuntios inter homines suae aetatis dominus emiserat, cum inter homines versaretur, et iterum emisit post mortem redux in vitam factus, Matth. 10, 1 — 4. 26, 14. Luc. 6, 13. (οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε.) His se Paulus aequiparavit, quia ab ipso domino missus esset, Act. 26, 12 — 20. 1 Cor. 1,

17. 9, 1. 1 Cor. 15, 8. 2 Cor. 12, 11. Gal. 1, 1. 16. 2, 8 et non soli Paulo, sed etiam Barnabae hoc nomen tribuitur, Act. 14, 14. et aliis quoque, Rom. 16, 7. Phil. 2, 25. — Distinguuntur apostoli (coetuum Christianorum conditores) ab aliis ecclesiarum doctoribus, 1 Cor. 12, 28. Eph. 4, 11.

Ἀποστοματίζω, f. σω, (στοματίζω, a στόμα, cf. γραμματίζω, πραγματίζω, σχηματίζω al., quamquam simplex verbum στοματίζω non occurrit) — τινί, recito tironi, ut memoria excipiat. (Plat. Euthyd. p. 216. G. p. 217. A.) — τί (v. c. ἱστορίαν, Plut. Thes.), recito memoriter. — τινά, allicio ad loquendum, Luc. 11, 53. (cf. graec. ἀποστηθίζω, ἀποσχηδιάζω.)

Ἀποστρέφω, f. ψω, (v. στρέφω) activ. **1.**, averto, τινὰ ἀπό τινος, 2 Tim. 4, 4. (τὴν ἀκοὴν ἀπὸ τῆς ἀληθείας.) Rom. 11, 26. (Jes. 59, 29.) — *b.*, ἀποστρέφειν τινά simpliciter: ad defectionem sollicitare, Luc. 23, 14. — **2.**, ut οἱ ὁ הֵשִׁיב nonnunquam reddunt ἀποστρέφειν, v. c. Gen. 14, 16. 28, 15. 43, 12. 21., ita et nonnullis N. T. locis ἀποστρ. vim reducendi, reddendi obtinet, Matth. 26, 52. (1 Chron. 21, 27. repone gladium suo loco.) 27, 3. — **3.**, intransit. (v. ἄγω, ἀναστρέφω, ἀποβάλλω), me averto, Act. 3, 26. — med., τινά, me averto ab aliquo, i. e. *a.*, desero eum, 2 Tim. 1, 15. Hebr. 12, 25. — *b.*, aversor aliquid, aut aliquem, Tit. 1, 14. (τὴν ἀλήθειαν.) — Matth. 5, 42. — de aor. 1. passivi vim medii habente et accus. sibi adsciscente v. grammat. Wineri, Buttmanni, Matthiaei.

Ἀποστυγέω (ῶ), f. ήσω, (στύγω, ἔστυγον, στυγέω, odio habeo) reformido, Rom. 12, 9. (ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν.) Herodot. 2, 47. 6, 129.

Ἀποσυνάγωγος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀπό et συναγωγή — עֵדָה, congregatio populi Israëlitici, Ex. 12, 47. al.) e conventibus sacris seu ex sacra Israëlitarum congregatione exclusus, sive *a.*, per נִדּוּי, qua ὁ ἀποσυνάγωγος et a synagogis et a familiari convictu in aliquod tempus excludebatur, ut si resipuisset, et verbis sapientum obtemperaturus esset, iterum reciperetur (ἀφορισμός, Luc. 6, 22.), sive *b.*, per חֵרֶם, s. anathema, quo si quis eo percussus erat, tum facultatibus, quas habebat, privabatur, tum sacris conventibus solenniter ac sub diris in perpetuum interdicebatur, sive *c.*, per שַׁמְּתָא, i. e. eam excommunicationem, quae reis mortem intentaret, Joh. 9, 22. et 12, 42. (ἀποσυνάγ. γίνομαι.) 16, 2. (ἀποσ. ποιεῖν τινα.)

Ἀποτάσσομαι, f. τάξομαι, (medium verbi ἀποτάσσω, ex τάσσω, ordino, et ἀπό, cf. ablego) τινί, **1.**, valedico, valere iubeo, Marc. 6, 46. Luc. 9, 61. (τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου, iis, qui ad domum meam pertinent, cf. graec. τὰ οἴκαδε.) Act. 18, 18. 21. 2 Cor. 2, 13. Veteres Graecos nunquam sic ἀποτάξασθαι dixisse, sed formula: ἀσπάζεσθαί τινα usos esse, docet, assentiente Lobeckio, Phrynichus; v. Phryn. ed. Lob. p. 23. 24. — **2.**, renunto, Luc. 14, 33.

Ἀποτελέω (ῶ), f. έσω, (ex τέλω, τελέω, finio, et ἀπό) perficio, Jac. 1, 15.

Ἀποτίθημι, f. -θήσω, (v. τίθημι) depono. In N. T. med. ἀποτίθεμαι τὰ ἱμάτια, vestem a me depono, Act. 7, 58. — tropice: (depono quasi vestem) τὰ ἔργα τοῦ σκότους, Rom. 13, 12. — τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, Eph. 4, 22. 25. — τὸ ψεῦδος, v. 25. — πᾶσαν ῥυπαρίαν, Jac. 1, 21. — πᾶσαν κακίαν, 1 Petr. 2, 1. — Hebr. 12, 1. Col. 3, 8. (Hom. Il. 9, 523. μῆνιν ἀποῤῥίπτειν.)

Ἀποτινάσσω, f. ξω, (ex ἀπό et τινάσσω, quasso) excutio, decutio (i. q. ἐκτινάσσω), Luc. 9, 5. (τὸν κονιορτόν.) Act. 28, 5. (ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ.) — οἱ ό, 1 Sam. 10, 2. Thren. 2, 7. — Eurip. Bacch. v. 253.

Ἀποτίω, f. ίσω, (ex ἀπό [cf. ἀποδίδωμι] et τίω s. τίνω, solvo) rependo, Philem. v. 19. (Hom. Il. 1, 128. οἱ ό, 1 Sam. 24, 19. Job. 34, 33. Ex. 21, 19. 22, 17.)

Ἀποτολμάω (ῶ), f. ήσω, (v. τολμάω) confidenter audeo (Diod. Sic. 12, 16. Plut. de pueror. educ. c. 18.), Rom. 10, 20. ἀποτολμᾷ καὶ λέγει. (Hoc interpretantur: ingenue, libere professus est. Sed primum verbis Jesaiae nihil inest audacter dictum, deinde Paulus si hoc exprimere voluisset, haud dubie scripsisset: τολμῶν λέγει. Immo videtur hoc verbum ad id respicere, quod de Mose dictum erat v. 19. πρῶτος Μωϋσῆς λέγει. Iam Jesaias ἀποτολμᾷ, quasi dicatur: ἀποτελεῖ, Jesaias perficit. Aut verbum sic est interpretandum, aut lectio laborat vitio.)

Ἀποτομία, ας, ἡ, (indoles eius, qui est ἀπότομος, abscissus, abruptus, praeruptus, ut rupes, asper — ex ἀπό et τέμνω) propr. acies, schneidende Schärfe (differt tamen ἀποτομή, quod idem valet ac τὸ ἀπότομον, incisio), Schroffheit. — *b.*, severitas, rigor, Rom. 11, 22. (ubi simul habes contrarium: χρηστότης.)

Ἀποτόμως, adv., abscisse, abrupte. — *b.*, trop., acriter, severe, Tit. 1, 13. (ἐλέγχειν.) 2 Cor. 13, 10. (μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι, ne vos durius tractem. Hesych. σκληρῶς. Adi. ἀπότομος coni. cum ὀργή, Sap. 5, 21. κρίσις, 6, 6. ἀπειλή, Longin. de Sublim. 27.)

Ἀποτρέπω, f. ψω, (ex ἀπό et τρέπω) averto. Med. vito, 2 Tim. 3, 5. (καὶ τούτους ἀποτρέπου.)

Ἀπουσία, ας, ἡ, (a participio verbi ἄπειμι. Cf. adiectiva ἐπιούσιος, περιούσιος. Feminino exprimitur notio communis s. abstracta) absentia, Phil. 2, 12.

Ἀποφέρω, aor. 1. ἀπήνεγκα, aor. 2. ἀπήνεγκον, (ex ἀπό et φέρω) abduco, Marc. 15, 1. — εἰς τόπον τινά, Apoc. 17, 3. 21, 10. — Luc. 16, 22. (pass. ἀπηνέχθην ὑπό τινος.) — aliquo profero aliquid, forttragen wohin, 1 Cor. 16, 3. (ἀπενεγκεῖν.)

Ἀποφεύγω, f. ξομαι, (ex ἀπό et φεύγω) aufugio (Xen. Mem. 3, 11, 8.), effugio; τινά, 2 Petr. 2, 18. vel τί, 2 Petr. 2, 20. vel τινός, 2 Petr. 1, 4.

Ἀποφθέγγομαι, f. έγξομαι, (ex φθέγγομαι, sonum, vo-

cem edo, et ἀπό, de me) eloquor, voces profero, Act. 26, 25. (ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι.) Speciatim de iis, qui sententiose dicunt, aut futura praedicunt (unde ἀπόφθεγμα, sententiose dictum), Act. 2, 4. 14. (οἱ ὁ, 1 Chron. 25, 1. Ez. 13, 9. Diog. Laërt. 1, 73 et 79.)

Ἀποφορτίζομαι, f. ίσομαι, (medium verbi ἀποφορτίζω — ut κατάφορτος [ex κατά et φόρτος, onus], onustus, et καταφορτίζω, onero, ita ἀπόφορτος [quod tamen non occurrit], exoneratus, et ἀποφορτίζω, exonero) exonero me; — τί, onus depono (abladen), Act. 21, 3. (ἐκεῖσε τὸ πλοῖον ἦν ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον, constructio praegnans: eo navis onus suum erat transportatura, ibique depositura.) Dion. Halic. Ant. 3, 44. Athen. 2. p. 37. C.

Ἀπόχρησις, εως, ἡ, (ab ἀποχράομαι, quod compos. ex χράομαι, f. ήσομαι, utor, et ἀπό signific. abutor) abusus i. e. Verbrauch, Col. 2, 22. (verba ἅ ἐστι — τῇ ἀποχρήσει in parenthesi ponas, sic accepta: quamquam ea omnia per ipsum usum ad corruptionem cedunt nec quicquam habent cum pietate commercii.)

Ἀποχωρέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἀπό et χωρέω, cf. supra ἀναχωρέω) semoveo me; ἀπό τινος, Matth. 7, 23. (ἀποχωρεῖτε ἀπ᾽ ἐμοῦ, pro quo Luc. 13, 27. ἀπόστητε ἀπ᾽ ἐμοῦ, ut Ps. 6, 8.) Luc. 9, 30. Act. 13, 13.

Ἀποχωρίζω, f. σω, (ex ἀπό et χωρίζω, q. v.) separo, seiungo; pass., Apoc. 6, 14. — med., Act. 15, 39. (ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων.)

Ἀποψύχω, f. ξω, (ex ψύχω, spiro, et ἀπό) animam exspiro, deliquium patior, paene exanimor (verschmachten), Luc. 21, 26. (Hom. Od. 24, 346.)

Ἄππιος, ου, ὁ, Appius, praenomen quoddam Romanum ab Appii corona ductum, quam primus eius nominis meruit. Ἄππιος φόρος, forum Appii, nomen oppidi Italiae, quatuor fere milliaria a Roma distantis, ad viam Appiam siti (quae via ab Appio Claudio Coeco, censore Romano, saxo quadrato strata per portam Capenam Capuam atque inde Brundusium usque ducebat), Act. 28, 15.

Ἀπρόςιτος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et προςιτός, ad quem accessus patet, zugänglich, a πρόςειμι, accedo) inaccessus, 1 Tim. 6, 16. (φῶς ἀπρόσιτον, cf. Ps. 104, 2. Ez. 1, 27. 28. 8, 2.)

Ἀπρόςκοπος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et προςκοπός a προςκόπτω, q. v.) *a.*, active, non offendens, nicht anstossend, nicht verletzend; τινί, 1 Cor. 10, 32. (ἀπρόςκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι.) Phil. 1, 10. — *b.*, passive, non offensus (multa sunt eiusmodi adiectiva, quae utramque significat. et activam et passivam habent, cf. v. c. ἀντίτυπος), Act. 24, 16. (συνείδησιν ἀπρόςκοπον, h. e. conscientiam hominis ἀπροςκόπου, eius, qui inoffenso pede incedit.)

Ἀπροςωπολήπτως, adv. adiectivi Graecis incogniti ἀπρος-

ωπόληπτος, (ex α priv. et προςωπολήπτης, q. v.) nulla personae ratione habita, i. e. sine partium studio, 1 Petr. 1, 17.

Ἄπταιστος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et πταίω, q. v.) non impingens, non vacillans, immunis a lapsu (nicht stolpernd, propr. v. c. de equo, ut Xen. de re equest. 3, 6.); metaph., Judae v. 24. (φυλάξαι ὑμᾶς ἀπταίστους.)

Ἅπτω, f. ἅψω, (cf. lat. apto, nostr. heften) **1.**, propr. necto, anheften, anhaften machen. Hinc speciatim: accendo; — λύχνον, Luc. 8, 16. 11, 33. 15, 8. 22, 55. (Matth. 5, 15. καίω.) v. ἀνάπτω. (Theophr. Char. 28, (18,) 1. Thuc. 4, 100 et 133.) — **2.**, Med. τινός, propr. adhaereo, sich anheften, anhangen (Hom. Il. 8, 67), tango, attingo, Col. 2, 21. 5, 17. Matth. 8, 3. (Marc. 1, 40. Luc. 5, 13.) 9, 20. (Marc. 5, 27. Luc. 8, 44.) 14, 36. (Marc. 6, 56.) 20, 34. Marc. 3, 10. 7, 33. 8, 22. 10, 13. (Luc. 18, 15.) Luc. 22, 51. Joh. 20, 17. — *b.*, apprehendo, anfassen, Matth. 17, 7. — *c.*, γυναικός (de re venerea, ut lat. tangere, Horat. Serm. 1, 2, 54. et Terent. Heaut. 4, 2, 15. et hebr. נָגַע אֶל, Gen. 20, 6. נָגַע בְּ, Prov. 6, 29.), 1 Cor. 7, 1. (Plato de republ. 8. p. 913. A. Plut. Alex. M. c. 21.) — *d.*, vim infero alicui, antasten, 1 Joh. 5, 18. (ut hebr. נָגַע, Jos. 9, 19. Zach. 2, 12. Gen. 26, 11.)

Ἀπωθέομαι (οῦμαι) vel ἀπώθομαι, (med. verbi ἀπώθω s. ἀπωθέω, f. ώσω, ab ὤθω s. ὠθέω, trudo, et ἀπό) aor. 1. ἀπωσάμην, — τινά, detrudo, wegstossen, Act. 7, 27. (ἀπώσατο αὐτόν.) — *b.*, abiicio, repudio, verstossen, Act. 7, 39. Rom. 11, 12. 1 Tim. 1, 19. (in his locis aor. 1.) Act. 13, 46. (ἀπωθεῖσθε.) — οἱ ὁ, Jerem. 2, 37. 4, 30. 6, 19. Ps. 119, 11.

Ἀπώλεια, ας, ἡ, (ab ἀπόλλυμι, q. v.) perditio, interitus, praevalente modo actionis, modo passionis significatione; *a.*, act. perditio, corruptio, abolitio, Vernichtung, v. c. vasorum, Rom. 9, 22. — τοῦ μύρου (profusio), Marc. 14, 4. (Matth. 26, 8. absque genit.) — interemtio hominis, Act. 25, 16. — *b.*, pass., *aa.*, interitus; ὑπάγειν εἰς ἀπ., Apoc. 17, 8. 11. — Act. 8, 20. τὸ ἀργύριον σύν σοι εἴη εἰς ἀπ., abeat tecum in ultimas terras (constr. praegnans, cf. Matth. 10, 28. et formulam εἰς οἶκόν ἐστι, Marc. 2, 1. κατοικεῖν εἰς, Matth. 4, 13. al. — εἰς δόμους μένειν, Sophocl. Ai. v. 80.). — 1 Tim. 6, 9. (βυθίζειν τινὰ εἰς ὄλεθρον κ. ἀπώλειαν.) 2 Petr. 2, 1. (αἱρέσεις ἀπωλείας, sectae perniciosae. — ibid.: ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν, quae se praecipites dant in perniciem.) 3. — *bb.*, pernicies, quae est in vitae aeternae iactura, et cui opponitur ἡ περιποίησις τῆς ζωῆς, Hebr. 10, 39. et ἡ ζωή, Matth. 7, 13. et ἡ σωτηρία, Phil. 1, 28. 3, 19. — ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, homo ille perditus (ex hebraismo, v. υἱός), 2 Thess. 2, 3. (antichristus, v. ἀνομία.) Joh. 17, 12. (Judas, Christi proditor.) 2 Petr. 3, 7. (ἡ ἡμέρα κρίσεως κ. ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν.) v. 16. (aliquid facere πρὸς τὴν ἰδίαν ἀπώλειαν.)

Ἄρα, I., adverb. concludendi, igitur, sonach; occurrit 1., alii voci subiunctum, Rom. 7, 21. (εὑρίσκω ἄρα, reperio igitur.) 8, 1. (οὐδὲν ἄρα.) Gal. 3, 7. (γινώσκετε ἄρα.) — cum pronominibus et particulis interrogativis: τίς ἄρα, wer sonach, wer denn nun? Matth. 18, 1. (i. e. unus haud dubie maior erit, quis ergo?) 19, 25. (i. e. haud dubie nonnulli salvi erunt; divites negas, futuros esse. Quis ergo?) 27. Luc. 12, 42. (Matth. 24, 45.) Marc. 4, 41. Luc. 1, 66. (i. e. his ominibus haud dubie aliquid. Quid ergo?) 8, 25. (i. e. tu de servo me cogitare iubes, quem dominus aliis praefecerit. Quis ergo?) 22, 23. (i. e. haud dubie unus ex nobis erit. Quis ergo?) — εἰ ἄρα, ob denn nun auch, Marc. 11, 13. (an in arbore, cum folia haberet, etiam inveniri fructus possent.) Act. 7, 1. (ob es sich denn nun auch so verhalte.) 8, 22. (ob er nun wohl, i. e. an, cum tam grave sit delictum tuum, tibi nihilominus veniam daturus sit. Xen. Mem. 2, 2, 2.) εἴπερ ἄρα, 1 Cor. 15, 15. (— οἱ ό, אִם־נָא, εἰ ἄρα, Gen. 18, 3.) — οὐκ ἄρα, nonne, Act. 21, 38., ubi rem certam et indubitatam esse supponitur (bist du denn nicht, was du doch ganz gewiss bist — num tu negabis te esse?). 2 Cor. 1, 17. (μή τι ἄρα — ἐχρησάμην, i. e. num, ut hoc affirmari possit, — usus sum? i. e. nihil certius est, quam quod non usus sim. — 2., in sententiae initio positum: atque ita, itaque, so — denn, i. q. ὥστε cum verbo finito positum, Luc. 11, 48. ἄρα μαρτυρεῖτε, so bezeuget ihr denn (Matth. 23, 31. ὥστε μαρτυρεῖτε). Rom. 10, 17. 1 Cor. 15, 18. 2 Cor. 7, 12. Gal. 4, 31. Hebr. 4, 9. — 3., in apodosi, post protasin per εἰ factam, ut id eliciatur, quod per se intelligitur: so ist ja, Luc. 11, 20. (Matth. 12, 28.) ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασ. τοῦ θεοῦ (h. e. per se intelligitur, regnum dei ad vos venisse). — 2 Cor. 5, 15. Hebr. 12, 8. Gal. 2, 21. 3, 29. 5, 11. (per se intelligitur, offensionem, quam crux habet, sublatam esse, es ist ja — aufgehoben!) οἱ ό, אַךְ, Ps. 58, 12. — alteri voci subiunctum, 1 Cor. 15, 14. — 4., ἄραγε, ergo, Matth. 17, 26. ἄραγε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί, ergo liberi sunt (sonus inclinat h. l. vocabulo sequenti). Matth. 7, 20. (ergo ex fructibus.) Act. 11, 18. (ergo paganis quoque.) — Act. 17, 27. ζητεῖν τὸν κύριον, εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν, suchen, bei sich denkend: ob sie ihn denn wohl auch betasten könnten. — 5., ἄρα οὖν, itaque ergo, Rom. 5, 18. 7, 3. 25. 8, 12. 9, 16. 18. 14, 12. 19. Gal. 6, 10. Eph. 2, 19. 1 Thess. 5, 6. 2 Thess. 2, 15. — Sunt, qui scribi iubeant: ἆρα οὖν, propterea, quod ἄρα, ubi non quaerat, particula sit indefinita atque quasi enclitica, adeoque ab initio collocari nequeat. At hoc certe patet, in locis modo ex Paulo allatis ἄρα non esse particulam interrogandi, sed concludendi, atque ubi hanc vim habet, ibi scribendum esse ἄρα, contendunt Boeckh. in praef. ad Simon. Socrat. p. XXXI. et Heindorf. ad Charmid. §. 15.

II., ἆρα, particula interrogandi, num? (eliciens responsio-

nem negantem), Luc. 18, 8. ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν, invenietne?) Act. 8, 30. ἆράγε γινώσκεις; — *b.*, in apodosi, i. q. videlicet, per quaestionem enuntiatum: so ist also wohl? Gal. 2, 17. (sed h. l. scribendum esse ἆρα puto, ut hoc exemplum ad locos sub I. 3. laudatos referatur atque vertatur: so ist ja Christus ein Sündendiener.) — ἆράγε, οἱ ὁ, הַאַף, Gen. 18, 13. אַךְ, Gen. 26, 9., ubi sonus inclinat vocab. proximo: ἆράγε γυνή σου. (ἆράγε, an, Aelian. V. H. 2, 32. ἀμφιβάλλουσι περὶ θεῶν, ἆράγε εἰσίν, ἢ οὐκ εἰσίν.)

Ἀρά, ᾶς, ἡ, imprecatio, exsecratio, dirae (cf. κατάρα), Rom. 3, 14. (τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει.) — οἱ ὁ, Gen. 24, 4. Prov. 26, 2. (Dem. p. 363, 12. Diod. Sic. 13, 69. Polyb. 9, 40, 6. — plur., Aelian. V. H. 3, 29.)

Ἀραβία, ας, ἡ, Arabia. Nomen peninsulae, sitae ad partem australem Iudaeae inter mare rubrum ac sinum Persicum. (Jud. 6, 3. Jes. 11, 24. Jerem. 49, 28. 1 Reg. 4, 30. 2 Chron. 7, 11. 22, 1. Neh. 2, 19.) Dividitur in Petraeam (ab urbe Petra appellatam, et ad occidentem sitam), Desertam (nunc Beniah dictam, in qua urbs Mecca sita est), et Felicem (ἡ εὐδαίμων), hodie Iemen (i. e. dextram) dictam et reliquis partibus maiorem (Strabo lib. 16.), Gal. 1, 17. 4, 25. (intellig. his in locis Petraea, quae tunc cum Damasco sub Arctae regis potestate fuit.)

Ἄραψ, ἄραβος, ὁ, Arabs, Act. 2, 11. (plur.)

Ἀργέω (ῶ), ήσω, (i. e. sum ἀεργός = ἀργός, q. v.) otior, cesso, 2 Petr. 2, 3. οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ (i. e. quorum poena proxima est).

Ἀργός, ή, όν, (contract. ex ἄεργος, ab α priv. et ἔργον, sine negotio, sine labore, non opus faciens. Antiquiores secundum analogiam ὁ, ἡ ἀργός, ut et Xen. — Habent feminin. ἀργή (1 Tim. 5, 13.], quod iam posuit Aristot. Hist. Anim. 10, 27. 470., seriores, Plut. Arist. c. 16. Artemidor., Galen., al. Sunt etiam alia adiectiva composita, quibus Graeci, grammaticae rationis obliti, declinationem simplicium tribuerunt, v. c. ἡ σκυθρωπή. v. infr. αὐτόματος. Alia exempla attulit Lobeck. ad. Phryn. p. 105.) otiosus; *a.*, labore vacans, unbeschäftigt (ἀργὸν εἶναι, Herodot. 5, 6.), Matth. 20, 3. 6. — *b.*, piger, iners, qui laborem detrectat, quem subire debet (Hom. Il. 9, 320. ὅ,τ' ἀεργὸς ἀνήρ, ὅ,τε πολλὰ ἐοργώς), qui nulli vacat graviori negotio, 1 Tim. 5, 13. (viduae ἀργαί.) Tit. 1, 12. (γαστέρες ἀργαί, i. e. homines heluatores, qui ab omni opere abstinentes gulae tantum indulgent. Epimenid. et Nicet. Ann. 8, 4. 135. D. εἰς ἀργὰς γαστέρας ὀχιτηγήσας.) — 2 Petr. 1, 8. (ἀργὸν καὶ ἄκαρπον εἶναι εἴς τι.) — de rebus, unde nullus fructus percipitur, quamvis ferre fructum possint ac debeant, v. c. de agris, de arboribus, de auro et argento, — inutilis, i. q. ἄκαρπος. Sic Matth. 12, 36. ῥῆμα ἀργόν, quod tamen h. l. non solum inutile verbum est, sed et perniciosum (per litotet. v. supra

ἄκαρπος et Xen. Mem. 1, 2, 57. Caeterum animadvertitur in h. l. anacoluthon.)

Ἀργύρεος (οῦς), έα (ᾶ), εον (οῦν), (cf. σιδήρεος, χάλκεος, χρύσεος = σιδηροῦς, χαλκοῦς, χρυσοῦς) argenteus, a, um; forma contracta, Act. 19, 24. 2 Tim. 2, 20. Apoc. 9, 20.

Ἀργύριον, ιου, τό, (deminut. vacabuli ἄργυρος, q. v.) 1., argentum, Matth. 10, 9. Act. 3, 16. 7, 16. 20, 33. 1 Petr. 1, 18. — pecunia, Matth. 25, 18. 27. (Luc. 19, 15. 23.) Marc. 14, 11. (Luc. 22, 5.) Luc. 9, 3. Act. 8, 20. (Xen. Mem. 1, 6, 5.) — plur., Matth. 28, 15. ἀργύρια ἱκανά. (Phavor. notat, rhetores singularem, comicos vero pluralem usurpasse.) — 2., nummus argenteus, שֶׁקֶל (— pl. ἀργύρια, שְׁקָלִים), σίκλος, siclus, i. e. nummus, quo Judaei post exilium a Simonis, ipsorum principis, aetate (seu ab anno 141. ante Chr. n.) utebantur, aequans τετράδραχμον Atticum (ein att. Vierdrachmenstück) vel δίδραχμον Alexandrinum, v. στατήρ (Joseph. Antiq. 3, 8, 3.), sedecim grossos nostrae monetae. Luth. Silberling. Matth. 26, 15. 27, 3. 5. 6. 9. (cf. Exod. 21, 32.) — Act. 19, 19. (εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε, nos: sie fanden 50000 in Silber, d. h. Silbergeld. Haud dubie intelliguntur drachmae. Ergo ἀργυρίου i. q. δραχμῶν, drachmarum. Drachma vero idem fere est, qui denarius. Quare Vulgatus vertit: invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millia.)

Ἀργυροκόπος, ου, ὁ, (ἄργυρος et κόπτω, tundo, cudo, argenticusor) faber argentarius, Act. 19, 24. (Plut. de vitand. aere alien. c. 7.) De accentu cf. quod ad voc. ἀνθρωποκτόνος notatum.

Ἄργυρος, ου, ὁ, argentum, Matth. 10, 9. Act. 17, 29. — metonym., res argento confectae adhibitae ad construenda et ornanda aedificia, 1 Cor. 3, 12. Jac. 5, 3.

Ἄρειος πάγος, ου, ὁ, Areopagus (locus eminentior in Athenarum urbe haud procul ab Acropoli situs; πάγος, collis, Ἄρειος, Martius = scopulus Mavortis, ita dictus, quia fabula erat, Martem, cum in stupro filiae Alcippes Neptuni filium Halirrhothium deprehensum occidisset, idcirco homicidii accusatum, capitis caussam hic coram duodecim Diis iudicibus dixisse, Pausan. Attic. 1. c. 28.), locus, in quo conveniebant iudices, qui ex instituto Solonis de rebus capitalibus (v. c. de caede deliberata, de incendio voluntario, de morte pharmacis parata, de vulneribus data opera inflictis, de institutorum sacrorum violatione) iudicium haberent. (Aelian V. H. 5, 15. Herodot. 8, 52. Diog. Laërt. 3, 5. 515. — Areum iudicium, Tacit. Ann. 2, 55. curia Martis, Juven. Sat. 9, v. 101.) Act. 17, 19. 22. — Fuisse dicitur religiosissimum iudicium. Iudices enim, ne dicentem observarent, sed unice intenti audiendis essent, noctu conveniebant, atque ea, quae in iudicio acta erant, altissimo premebant silentio, unde si quis silendi arte praestaret, is dici ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος solebat.

Ἀρειοπαγίτης, ου, ὁ, Areopagita, (ab Ἄρειος πάγος, ut Νεαπολίτης a Νέα πόλις) propr., in Areopago versans, cf. for-

mas adiectivorum: λιμνίτης, ἐρημίτης, δικελλίτης, πολίτης, al. — *b.*, Arei iudicii assessor, Act. 17, 34.

Ἀρέσκεια, ας, ἡ, (ἀρεσκεύω, blandus sum) placendi studium. Apud exteros in malam, in N. T. autem in bonam dicitur partem, Col. 1, 10. (περιπατεῖν ἀξίως τοῦ κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, ut ei in omnibus placere studeatis.)

Ἀρέσκω, f. ἀρέσω, τινί, *a.*, placeo, Matth. 14, 6. (Marc. 6, 22.) Rom. 8, 8. 1 Thess. 2, 15. 4, 1. 2 Tim. 2, 4. 1 Cor. 7, 32—34. (μεριμνᾷ, πῶς ἀρέσει.) — Act. 6, 5. (ἤρεσεν ἐνώπιόν τινος (hebr. 1 Reg. 3, 10. Gen. 34, 18.) — *b.*, placere studeo, 1 Cor. 10, 33. (πάντα πᾶσιν ἀρέσκω.) Gal. 1, 10. 1 Thess. 2, 4. 15. — ἀρέσκω ἐμαυτῷ, ἀρέσκειν ἑαυτῷ, sua commoda spectare, Rom. 15, 1. 2. 3.

Ἀρεστός, ἡ, όν, (ab ἀρέω, ἀρέσκω, 3. perf. pass.) gratus, acceptus; τινί, Joh. 8, 29. Act. 12, 3. — ἐνώπιόν τινος, 1 Joh. 3, 22. (v. ἀρέσκω.) — ἀρεστόν ἐστι seq. acc. c. inf., aptum est, Act. 6, 2. hebr. טוֹב, Gen. 16, 6. יָשָׁר, Ex. 15, 25. Deut. 6, 18.

Ἀρετή, ῆς, ἡ, (adi. ἀρετός, ab ἀρέω s. ἀρέσκω) virtus, 2 Petr. 1, 5. Phil. 4, 8. (τὶς ἀρετή.) — Dei: benignitas, 2 Petr. 1, 3. (nisi potius: maiestas, καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, unter Glanz und Herrlichkeit.) — plur., 1 Petr. 2, 9. (Diod. Sic. 5, 71.) — οἱ ὁ, Habac. 3, 3. Jes. 42, 8. 12. 43, 21.

Ἀριθμέω (ῶ), f. ήσω, numero, Matth. 10, 30. (Luc. 12, 7.) Apoc. 7, 9.

Ἀριθμός, οῦ, ὁ, numerus; *a.*, Zahl, Apoc. 13, 18. ἀνθρώπου, hominem indicans. — *b.*, Anzahl, Act. 4, 4. Apoc. 20, 8. Joh. 6, 10. (τὸν ἀριθμὸν πεντακιςχίλιοι, i. e. numero [ita et Graeci]. — ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα, Luc. 22, 3. [ut Lat.: e numero duodecim discipulorum.)

Ἀριμαθαία, ας, ἡ, Arimathaea s. Arimathia, hebr. רָמָה (locus excelsus). Nomen urbis, Matth. 27, 57. (Marc. 15, 43. Luc. 23, 51. πόλις τῶν Ἰουδαίων.) Joh. 19, 38. Fuerunt autem in Palaestina huius nominis urbes plures, una in tribu Beniamin (Jos. 18, 25.), quam Lucas dixisse videri potest, altera in tribu Aser, alia in tribu Naphthali, alia denique in tribu Ephraim (in Thamanitica regione montis Ephraim), patria et sedes Samuelis, רָמָתַיִם dicta, 1 Sam. 1, 1. (ῥαμαθία, 1 Macc. 11, 34. ῥαμαθά, Joseph. Antiq. 45, 11., ad quam graecum illud nomen propius accedit.) v. Relandi Palaest. lib. 3. p. 579.

Ἀριστάω (ῶ), ήσω, (τὸ ἄριστον, quod v.) *a.*, ientaculum capio, Joh. 21, 12. 15. (Xen. Cyr. 6, 4, 1.) — *b.*, e dialecto Alex. coeno, παρά τινι, Luc. 11, 37.

Ἀριστερός, ά, όν, sinister, laevus, Matth. 6, 3. Luc. 23, 33. 2 Cor. 6, 7.

Ἄριστον, ου, τό, (cibus primus, i. e.) ientaculum; prandium dicebatur δεῖπνον. Sed serioribus Graecis ientaculum τὸ ἀκράτισμα appellatum, ἄριστον vero prandium, i. e. δεῖπνον μεσημβρινόν, di-

ctum est, Athen. 1, 9. 10. Atque sic in N. T. Ergo *b.*, prandium, Luc. 14, 12. (ἄριστον ποιεῖν, ad quod alii invitantur.) 11, 38. Matth. 22, 4. (ἑτοιμάζω.)

Ἀρκετός, ή, όν, (v. ἀρκέω) sufficiens, Matth. 6, 34. (ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, i. e. dies non poscit, ut curam praeoccupes. De neutro gen. praedicati v. Matthiaei gramm. §. 437.) — seq. ἵνα, Matth. 10, 25. (cf. συμφέρει) i. e. quia ἀρκετόν est, esse debet ὡς ὁ διδάσκαλος. cf. Joh. 6, 7. — seq. acc. c. inf., 1 Petr. 4, 3. (ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσαι πεπορευμένους ἐν ἀσελγείᾳ.)

Ἀρκέω (ῶ), f. έσω, sufficio; impersonal., ἀρκεῖ τιν, sufficit alicui (Xen. Mem. 1, 6, 9.), Matth. 25, 9. Joh. 6, 7. 14, 8. 2 Cor. 12, 9. — Med. ἀρκοῦμαί τινι, contentus sum cum aliqua re, Luc. 3, 14. Hebr. 13, 5. 1 Tim. 6, 8. — ἐπί τινι, 3 Joh. v. 10.

Ἄρκτος, ου, ὁ, ἡ, vel ἄρκος, ου, ὁ, ἡ, ursus, ursa, Apoc. 13, 2.

Ἅρμα, ατος, τό, (ab ἄρω, apto — iugum) currus, Act. 8, 28. 29. 38. — de curru bellico s. falcato (Curt. 4, 9. 5, 4. 5.), Apoc. 9, 9. — οἱ ὁ, Joel. 2, 5.

Ἁρμαγεδδόν, Armageddon, nom. pr. loci, cuiusnam, non liquet, Apoc. 16, 16. Variat scriptura codd.; al. ἀρμαγεδών, al. ἀρμαγεδδών, al. μαγεδών, al. ἐρμαγεδών. Putant nomen compositum esse ex הַר, mons, et מְגִדּוֹ s. מְגִדּוֹן (Jud. 5, 19.), Megiddo vero Manassitarum urbs fuit sita in planitie magna tribus Isaschar ac duplici clade nobilis, Jud. 4, 16. 5, 19. 2 Reg. 23, 29. cf. Zach. 12, 11. οἱ ὁ, Μαγεδδώ, Jos. Ant. 8, 2. 9, 5. Μαγεδδώ et Μαγεδδών.

Ἁρμόζω (attic. ἁρμόττω), f. όσω, (ab ἁρμός, q. v.) 1., apto, adapto, — de fabris lignariis, qui ligna et tabulas committunt ad exstruenda aedificia, item de architectis, qui disponunt, quae ad exstruendum aedificium necessaria sunt. — 2., de coniugio: ἁρμόζειν τινὶ τὴν θυγατέρα (Herodot. 9, 108. ut et ap. Heliod., Appian.), desponsare alicui filiam. Med. ἁρμόσασθαι τὴν θυγατέρα τινός, Herodot. 5, 32. 47. 6, 65. sibi adiungere, i. e. uxorem ducere alicuius filiam; ἁρμόσασθαί τινί τινα, despondere, nuptui dare alicui aliquam, 2 Cor. 11, 2. (ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρί, cf. Prov. 19, 14.) — Apud Lacedaemonios magistratus erant, qui providerent, ut virgines non illibatam solum virginitatem tenerent, sed et maritis honestis nuberent, ἁρμόσυνοι dicti.

Ἁρμός, οῦ, ὁ, (ab ἄρω, apto, unde ἀρθμός, ἀρτύς, ἄρθρον, lat. artus, item lat. ars) iunctura, Hebr. 4, 12.

Ἀρνέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, verb. depon., nego, i. q. εἰπεῖν — οὐκ, Luc. 22, 57. 58. (Marc. 14, 70. Matth. 26, 70. 72.) Joh. 18, 25. 27. Luc. 8, 45. Act. 4, 16. — Oppon.: ὁμολογεῖν, Tit. 1, 16. Joh. 1, 20. — ita positum ante ὅτι, ut cogitando addendum sit: λέγων, quare seq. ὅτι οὐ, 1 Joh. 2, 22. Matth. 26, 72. — 2., τινά, non acceptare, oblatum repudiare,

Act. 7, 33. Hebr. 11, 24. — Speciatim: *a.*, ἀρνεῖσθαι Ἰησοῦν, *aa.*; de discipulis comitibus Jesu: negare Jesum magistrum s. amicum; oppon. ὁμολογεῖν ἔν τινι, Luc. 12, 8. (Matth. 10, 32.) — ἔμπροσθεν, Matth. 10, 33. s. ἐνώπιον, Luc. 12, 9. s. κατὰ πρόςωπόν τινος, Act. 3, 14. — *bb.*, ita ut negatio vel confessio referatur ad Jesu Messiae dignitatem; α., ob metum mortis aut persecutionum partes Christi deserere, 2 Tim. 2, 12. — β., Jesu eam naturam, qua filius Dei est, non tribuere, coll. v. 22., 1 Joh. 2, 23. — γ., vita factisque mentem a Christo alienam ostendere, Judae v. 4. Apoc. 3, 8. (οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μου, quod explicatur: ἐτήρησάς μου τὸν λόγον.) — *b.*, ἑαυτόν, quod duplici sensu dicitur: *aa.*, sua commoda non respicere, Luc. 9, 23. v. ἀπαρνέομαι. — *bb.*, a se deficere, sui se dissimilem ostendere, 2 Tim. 2, 13. — **3.**, τί, renuntiare alicui, vel dictis: se non amplius sequuturum esse aliquid, profiteri, Tit. 2, 12. (τὴν ἀσέβειαν), vel factis: animum ab aliquo alienum prodere, 1 Tim. 5, 8. et Apoc. 2, 13. τὴν πίστιν. 2 Tim. 3, 5. (τὴν δύναμιν τῆς εὐσεβείας.)

Ἀρνίον, ίου, τό, (deminut. [τὸ ιον nostr. -chen] ab ἀρνός, quod v.) agnellus, agnus, Joh. 21, 25. Apoc. 5, 6.

Ἀρνός, τοῦ, τῆς, genit. nominis obsoleti ἀρήν, agnus, Luc. 10, 3.

Ἀροτριάω (ῶ), f. άσω, (veteres: ἄροω, aro. Hinc τὸ ἄροτρον, q. v., atque hinc ἀροτριάω ad similitudinem verbi ἀλλοιόω, q. v.) aro, Luc. 17, 7. 1 Cor. 9, 10. — Deut. 22, 10. Theophr. de causs. plant. 4, 14. Appian. Punic. 1, 144.

Ἄροτρον, ου, τό, (ab ἀρόω, aro, nomen instrumenti) aratrum, Luc. 9, 62. (comparatio contracta pro: quisquis ex iis, qui me secuturi sunt, similis est araturo, oculis ab aratro respicienti, is non potest cett.)

Ἁρπαγή, ῆς, ἡ, (a perf. 2. verbi ἁρπάζω, cf. ἀλλαγή, φυλακή, φυγή, τροπή, τυχή, πνοή, al.) rapina, Luc. 11, 39. (Matth. 23, 25.) — Hebr. 10, 34. (τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν.)

Ἁρπαγμός, οῦ, ὁ, (ἁρπάζω, perf. pass. pro altera forma -σμός) raptus (Plut. de pueror. educ. Tom. 7. p. 44. edit. Hutten), Phil. 2, 6. (non rem sibi cupide arripiendam duxit.)

Ἁρπάζω, f. άσω (et άξω, Doric., Hom. Il. 22, 310. Hanc duplicem formam futuri et alia verba habent aut supponunt ad tempora inde derivanda, v. c. ἀκάζω, νυστάζω, παίζω, φημίζω, βρίζω, al.). Hinc aor. 1. act. ἥρπασα (Hom. Il. 3, 380. ἥρπαξε), aor. 1. pass. ἡρπάσθην. Sed aor. 2. pass. ἡρπάγην (quae tamen forma Graecis melioris indolis incognita est, v. grammaticos), fut. 2. ἁρπαγήσομαι, rapio; — τί, Joh. 10, 12. — aufero, Matth. 13, 19. 11, 12. — τινά, celerrime abduco, Joh. 6, 15. Act. 8, 39. 23, 10. (ἐκ μέσου αὐτῶν.) — eripio, ἐκ τῆς χειρός τινος, Joh. 10, 28. 29. — ἐκ τοῦ πυρός, Judae v. 23. — entrückt werden, ad quem: πρός τινα, Apoc. 12, 5. — ἕως c. gen. (ἁρπα-

γεὶς ἕως τοῦ τρίτου τοῦ οὐρανοῦ), 2 Cor. 12, 2. — εἰς ἀέρα, 1 Thess. 4, 17.

Ἅρπαξ, αγος, ὁ, adi., rapax, Matth. 7, 15. — subst., latro, Luc. 18, 11. 1 Cor. 5, 10. 11. 6, 16.

Ἀῤῥαβών, ῶνος, ὁ, arrhabo, i. e. pecunia, quae in emtionibus pignoris loco datur, ut totius pretii post solvendi fides fiat — Angeld, Draufgeld, Kaufschilling, Haftpfennig (vox aut ab Hebraeis aut a Phoenicibus effìcta, עֵרָבוֹן, Gen. 38, 17. 18., quae ad Graecos transiit, ut videtur, a Phoenicibus; a Graecis mutuati eam sunt Latini), 2 Cor. 1, 22. 5, 5. (τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος, i. e. τὸ πνεῦμα ὡς ἀῤῥαβῶνα scil. τῆς κληρονομίας, Eph. 1, 14. v. ἀπαρχή.)

Ἄῤῥαφος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ῥάπτω, suo, consuo) non consutus, nullam habens suturam, Joh. 19, 23.

Ἄῤῥην, ενος, ὁ, ἄῤῥεν, τό, item ἄρσην, ενος, ὁ, ἄρσεν, τό, mas, masculus, Marc. 10, 6. (Matth. 19, 4.) Apoc. 12, 5. 13. Luc. 2, 23.

Ἄῤῥητος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et obsol. ῥέω = εἴρω, unde lat. sermo, series, nostr. Rede, Reihe; cf. ῥέπω = ἕρπω, serpo, ἁρπάζω et rapax, ῥίπτω et werfen, ῥέζω et ἔργω) *a.*, quod non dictum est, Hom. Od. 14, 466. — *b.*, quod dicere nefas est, Euripid. Hecub. v. 198. arcanum, Diod. Sic. 2, 18. — *c.*, quod dici, i. e. pronuntiari non potest, ineffabile, 2 Cor. 12, 4. (explicatur: ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.)

Ἄῤῥωστος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ῥώννυμι, quod v.) infirmus, invalidus, Matth. 14, 14. Marc. 6, 5. 13. 16, 18. 1 Cor. 11, 30.

Ἀρσενοκοίτης, ου, ὁ, (ab ἄῤῥην s. ἄρσην; mas et κοίτη, cubile) qui cum masculo concumbit, cinaedus, 1 Cor. 6, 9. 1 Tim. 1, 10. (Diog. Laërt. 6, 65.)

Ἀρτέμων, ονος, ὁ, velum navis maius, quod hodie Venetis Artimon dicitur, Act. 27, 40.

Ἄρτι, adv. temporis, *a.*, modo, so eben, alleweile, Matth. 9, 18. (v. ἀρτιγένητος.) — *b.*, in praesentiarum, für den jetzigen Augenblick, Matth. 3, 15. (ἄφες ἄρτι.) 1 Thess. 3, 6. (Matth. 26, 53. lectio suspecta.) Joh. 9, 19. 25. 13, 7. 33. 37. 16, 12. 31. 1 Cor. 13, 12. 16, 7. Gal. 1, 9. 10. 4, 20. 1 Petr. 1, 6. 8. Apoc. 12, 10. (iam, nunc demum.) In his locis omnibus τὸ ἄρτι alii tempori videtur opponi, ut, quod nunc sit, aut non semper duraturum esse, aut quod antea non factum sit, nunc quidem fieri posse dicatur. — ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας, 1 Cor. 4, 11. — ἕως ἄρτι, 1 Cor. 4, 13. Matth. 11, 12. Joh. 2, 10. (adhuc demum.) 5, 17. et 16, 24. (adhuc certe.) — 2 Cor. 4, 13. 8, 7. 15, 6. (ad hunc usque diem.) 2 Thess. 2, 7. (modo in praesentiarum continet quidam.) — 1 Joh. 2, 9. (certe ad hoc usque tempus, i. e. quamdiu fratrem odio prosequatur.) — ἀπ᾽ ἄρτι v. supra ἀπάρτι.

Ἀρτιγέννητος, ου, ὁ, ἡ, recens natus, 1 Petr. 2, 1.

Ἄρτιος, ου, ὁ, (ab ἄρω, apto) perfectus, 2 Tim. 3, 17.

Ἄρτος, ου, ὁ, (hebr. לֶחֶם) panis (ab ἄρω, apto, compingo). Adhibetur hoc nomen sic, ut vel 1., universe massa quaedam, i. e. ea, quae hominibus alimento est, significetur vel posito vocabulo sine articulo, indefinite, vel cum artic., v. c. Matth. 4, 4. (ζῆν ἐπὶ τῷ ἄρτῳ. Marc. 14, 22.) 16, 11. 12. Marc. 6, 8. 1 Cor. 11, 23. Luc. 24, 30. 1 Cor. 10, 17. — Joh. 6, 32. 33. — et sic in primis, ubi cum verbis, captionem cibi universe indicantibus, coniunctum est, v. c. κλάω, Act. 2, 46. 20, 7. 11. 1 Cor. 10, 16. — λαμβάνω, Act. 27, 35. — εἰς βρῶσιν χορηγῶ, 2 Cor. 9, 10. — ἄρτον φάγω s. ἐσθίω, Marc. 3, 20. quod est: cibum capere, prandere, ut אָכַל לֶחֶם, Eph. 2, 20. Luc. 14, 1. 15. (ad quem locum cf. Luc. 13, 28. 29. Matth. 8, 11. Luc. 22, 16. Apoc. 19, 9.) — ἄρτον φαγεῖν παρά τινος, 2 Thess. 3, 8. 12. (victum ab aliquo suppeditatum sumere.) — ἄρτον ἐσθίειν — μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων (a victu hominibus consueto abstinens), Luc. 7, 33. = τὸν ἄρτον ἐσθίειν κοιναῖς χερσίν (i. e. panem, quem, quocumque tempore cibum capturi sunt, sumunt), Marc. 7, 5. (Matth. 15, 2.) — τρώγειν τὸν ἄρτον μετά τινος (i. e. ab aliquo nutriri s. alimenta accipere), Joh. 13, 18. (Ps. 41, 10.) — τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, Marc. 7, 27. (Matth. 15, 26. i. e. panem, quem liberi manibus tenent, eo usuri.) — vel 2., sic, ut massa in certam formam redacta intelligatur: ein Brodt, das Brodt, Luc. 11, 11. — pl., Matth. 4, 3. 16, 5. 9. 14, 19. (Marc. 6, 41. Luc. 9, 16.) Marc. 6, 52. al. — περισσεύειν ἄρτων, Luc. 15, 17. — ἐσθίειν ἄρτους, Marc. 7, 2. — δηναρίων διακοσίων ἄρτοι, i. e. panes ducentorum denariorum pretio coëmendi, Marc. 6, 37. Joh. 6, 7. — οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως, Matth. 12, 4. (Marc. 2, 26. Luc. 6, 4.) Hebr. 9, 2. (לֶחֶם הַפָּנִים, Ex. 25, 30. Levit. 24, 1—9.) Erant panes hebr. placentae oblongae aut rotundae (כִּכַּר לֶחֶם, Ex. 29, 23. 1 Sam. 2, 36. Jud. 8, 5.), digiti pollicis crassitudine et orbis s. disci magnitudine, quapropter non secabantur cultris, sed frangebantur manibus. — In locis Act. 2, 46. 20, 7. 11. de celebrata coena mystica s. de usu sacrae coenae sermo esse videtur.

Ἀρτύω, f. ύσω, (s. ἀρτύνω, ab ἀρτύς, coniunctio, foedus; ἀρτύω ap. Hom. apparo, instruo, Il. 5, 303. — etiam de apparatis cibis: condimentis adspergo, condio. Hinc v. c. ἡ ἀρτυρία s. ἀρτυλία, ars coqui, τὸ ἄρτυμα, condimentum) condio, Marc. 9, 50. Luc. 14, 34. — metaph.: ὁ λόγος ἅλατι ἠρτυμένος, Col. 4, 6. i. e. sermo auditu iucundus.

Ἀρχάγγελος, ου, ὁ, (ab ἄρχι, q. v. et ἄγγελος) archangelus i. e. angelorum princeps, der Oberengel, Erzengel (Dan. 12, 1. הַשַּׂר הַגָּדוֹל), s. unus ex principibus et praefectis angelorum (Dan. 10, 13.). Nam Judaei eorum plures esse statuerunt, et celebrarunt quidem inter hos Michaelem, Urielem, Raphaelem et Ga-

brielem (cf. Job. 12, 15. Dan. 9, 21.). 1 Thess. 4, 16. Jud. v. 9.

Ἀρχαῖος, αία, αῖον, (ab ἀρχή, anfänglich, cf. sup. ἀγοραῖος) vetus, priscus, Luc. 9, 8. 19. (εἷς προφήτης τῶν ἀρχαίων, scil. προφητῶν.) Act. 15, 7. (ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων.) 21. (ἐκ γενεῶν ἀρχαίων.) 21, 16. (ἀρχαῖος μαθητής.) 2 Petr. 2, 5. (ἀρχαῖος κόσμος.) — οἱ ἀρχαῖοι, Matth. 5, 21. 27. 33. (prisci Israëlitae.) — τὰ ἀρχαῖα (παρῆλθε), 2 Cor. 5, 17. (quae olim valuerunt.)

Ἀρχή, ῆς, ἡ, (ab ἄρχω, ἀρχός, dux. Femininum adiectivi pro graecae linguae consuetudine in notionem communem detorsum: ἡ ἀρχή, initium, i. q. τὸ ἀρχόν, ut ἡ ἀλήθεια [q. v.] idem est quod τὸ ἀληθές) **1.**, initium. Dicitur hoc *a.*, sensu absoluto: de omnium rerum initio, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος i. e. ὁ πρῶτος, ἔσχατος, Apoc. 1, 8. 21, 6. 22, 13. — ἐν ἀρχῇ, Joh. 1, 1. (cf. Gen. 1, 1.) 1 Joh. 1, 1. (ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς.) Joh. 8, 44. (von jeher.) — κατ' ἀρχάς, Hebr. 1, 10. — 1 Thess. 2, 13. — *b.*, sensu relativo: ab initio inde eius rei, de qua sermo est; ἐξ ἀρχῆς, gleich anfangs, Joh. 6, 64. 16, 4. — (Xen. Mem. 1, 4, 5. ὁ ἐξ ἀρχῆς ποιῶν ἀνθρώπους, qui hominem condidit.) — ἀπ' ἀρχῆς, Joh. 15, 27. (ex quo cum discipulis versor.) 1 Joh. 2, 7. 24. (ut primum vobis tradita est doctrina.) 3, 11. — ἐν ἀρχῇ, Act. 11, 15. (ab initio, cum fundaretur ecclesia.) — τὴν ἀρχήν, adv., Joh. 8, 25. i. q. ὅλως, überhaupt (cf. Herodot. 1, 9.); sens. loci: omnino id ego sum, quod vobis a deo acceptum eloquor. Nam nihil ego loquor, nisi quae accepi. Quae si pro divinitus acceptis agnoscitis, vobis constabit quoque, quis ego sim. Nam nullam ego mihi aliam tribuo vim, potestatem, ac dignitatem, quam quae ore a me prolatis inest. — ἀρχὴν ποιεῖν τινος, Joh. 2, 11. (ταύτην τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων, i. e. τοῦτο πρῶτον σημεῖον, Act. 4, 54.) — ἀρχὴν λαμβάνειν λαλεῖσθαι (primum proferri, tradi), Hebr. 2, 3. — *c.*, iunctum *aa.*, cum genit. — *α.*, ἀρχή τινος (resp. τὸ τέλος) initium, quo res aliqua esse incipit, Hebr. 7, 3. (μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων.) — ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως s. κόσμου, Marc. 10, 6. (Matth. 24, 21.) 2 Petr. 3, 4. — ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, Phil. 4, 15. (tempore, quo doctrina de Messia tradi coepit.) — Hebr. 3, 14. τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατέχειν, initium fiduciae, i. e. fiduciam, qualem ab initio habuimus. Alii ὑπόστασις explicant fundamentum, male, et ἀρχὴν τ. ὑποστ. dicunt esse i. q. τὴν ὑπόστ. τὴν πρώτην. At ἀρχή h. l. non magis est ἡ πρώτη, quam τὸ τέλος, ἡ τελευταία. — Marc. 13, 9. (Matth. 24, 8.) ἀρχὴ ὠδίνων ταῦτα, i. e. ab his dolores initium habent. — ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου, Marc. 1, 1. (id, quo doctrinae de Messia initium factum est.) — *β.*, princeps, is, a quo initium factum est, Col. 1, 18. Apoc. 3, 14. ἀρχὴ τῆς κτίσεως. Ita רֵאשִׁית, Gen. 49, 3. Deut. 21, 17. Prov. 8, 22. Job. 40, 19. — *bb.*, ὁ —, ἡ — τῆς ἀρχῆς, Hebr. 5, 12. (τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λόγων τοῦ θεοῦ, elementa

oraculorum dei; τῆς ἀρχῆς additum per pleonasm. cf. Horat. Serm. 1, 1, 26. elementa prima.) 6, 1. (ὁ τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγος s. ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος ὁ τῆς ἀρχῆς; i. e. institutio de Christo, qualis erat, cum tirocinium poneretur. — 2., extremitas (קָצֶה), Act. 10, 11. 11, 5. (τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον, quatuor laciniis, v. Ex. 27, 4.) — 3., principatus, imperium (ἄρχω τινός), Luc. 20, 20. Judae v. 6. (ut Satrapia ap. Herodot. 3, 89.) Eph. 1, 21. — καταργεῖν, 1 Cor. 15, 24. (tollere, ut ne amplius ab ullo exerceatur.) — b., abstr. pro concr. ἄρχων, Col. 2, 10. — plur. αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, magistratus, ἄρχοντες, Rom. 8, 38. 6, 12. 5, 10 Col. 1, 16. 2, 10. Tit. 3, 1. (Xen. Cyr. 1, 2, 12. Thuc. 5, 28. Eurip. Phoen. p. 990.)

Ἀρχηγός, οῦ, ὁ, (ab ἄγω, perf. 2. cf. κυνηγός, et ἄρχε ab ἄρχω) dux, Act. 5, 31. — cum gen., τῆς ζωῆς, Act. 3, 15. — τῆς σωτηρίας, Hebr. 2, 10. dux ad vitam, ad salutem. — b., auctor (sine quo non esset initium factum), τῆς πίστεως, Hebr. 12, 2. (distinguitur h. l. τελειωτής) lat. princeps, parens. Cic. orat. de Harusp. c. 27. post redit. in Sen. c. 4. — οἱ ὁ, Mich. 1, 13. Cf. 1 Macc. 10, 47. 9, 61. Herodian. 7, 1, 23. ἀρχηγὸς τῆς ἀποστάσεως. Distinguitur tamen ab αἴτιος. Nam ἀρχηγ. est antesignanus (πρόδρομος, Hebr. 6, 20.).

Ἄρχι, (a verbo ἄρχω) syllaba inseparabilis, praefigi vocabulis muneris vel dignitatis solita ad nominandum eum, qui reliquis hoc munus gerentibus praefectus est, nostrum: Ober-, Erz-, v. c. ἀρχισυνάγωγος. Nunquam in compositione litteram finalem abiicit, nisi ubi littera alterius vocabuli initialis ι est, v. c. ἀρχιερεύς, ἀρχίατρος, contra: ἀρχιέταιρος, ἀρχιευνοῦχος.

Ἀρχιερατικός, ή, όν, (ex ἄρχι et ἱεράομαι, sacerdotio fungor, unde ἱερατικός, sacerdotalis. — Jos. Antiq. 15, 3. 1.) pontificius, Act. 4, 6. (γένος ἀρχ. i. q. γενεὰ τῶν ἀρχιερέων, Jos. B. J. 4, 3, 6. et 7. familia summorum sacerdotum.)

Ἀρχιερεύς, έως, (כֹּהֵן הַגָּדוֹל) summus sacerdos, pontifex. Muneris ei erat, quotannis semel festo expiatorio sanctum sanctorum, reliquis sacerdotibus prohibitum, ingredi ad victimas pro suis ac populi peccatis offerendas, Hebr. 5, 1. 7, 27., atque in caussis iudicandis praesidere summo synedrio, Matth. 26, 3. Act. 22, 5. 23, 2. — Ex lege Mosaica ad pontificium nemo adspirare poterat, nisi qui esset e familia Aaronis oriundus, et is, in quem collatum hoc munus erat, ad mortem usque ei praeerat. At serioribus temporibus cum Judaei exteris subiecti essent, atque penes hos esset, creare pontifices, pontificatus nec genti Aaroniticae addictus mansit, nec in perpetuum ulli committebatur, sed venalis factus ab uno ad alterum pro regum aut imperatorum arbitrio devolvi poterat, et plerumque in paucos annos, quid? quod in unum annum alicui tribuebatur, Joh. 11, 49. (2 Macc. 4, 7. Jos. Ant. 15, 3.) Hinc factum est, ut Christi aetate Judaei haud raro plures haberent summos sacerdotes, Act. 23, 5. Luc. 3, 2. ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ

Καϊάφα (Joh. 18, 14.). Act. 4, 6. v. haec nomina in appendice. Commemorantur h. l. qui summo sacerdotio fungerentur. Cur ergo duo? Aut quod Expontifex cum Pontifice simul memoratur, nam et Expontificibus nomen mansit (Jos. Ant. 20, 9. 2.), aut quia alter alterius vicarius erat (סְגָן). Alii alias rationes afferunt. Sed Matth. 2, 4. πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς, intelliguntur familiarum sacerdotalium capita (שָׂרֵי הַכֹּהֲנִים, 2 Chron. 36, 14. 1 Chron. 24, 6.); vide voc. ἐφημερία. — Act. 4, 6. — Matth. 26, 3. (Marc. 14, 1. Luc. 22, 2.) synedrii assessores, quamquam non constat, qui ἀρχιερεῖς dicantur, utrum ob olim gestum ab iis pontificatum, an quod genere pontificali nati essent. Joh. 12, 10. coll. 11, 47. Act. 25, 2. 26, 12. — 2., Comparatur in epistola ad Hebr. Jesus cum pontifice, quia in sanctuarium coeli ingressus sit, Hebr. 6, 19. 20. 9, 11. 24. post mortem cruentam, qua omnium hominum peccata expiaverit, 9, 26. ut omnes spe salutis erigerentur.

Ἀρχιποιμήν, ένος, ὁ, (ex ἄρχι et ποιμήν, q. v.) pastorum princeps; metaph. is, qui caput ecclesiae est, 1 Petr. 5, 4,

Ἀρχισυνάγωγος, ου, ὁ, (ex ἄρχι et συναγωγή) synagogae praefectus, רֹאשׁ הַכְּנֶסֶת, ὁ ἄρχων τῆς συναγωγῆς, Marc. 5, 22. 35. 36. 38. Luc. 8, 49. 13, 14. Act. 13, 15. 18, 8. 17. Eius erat, in synagoga qui legerent aut docerent, deligere, dicentium sermones examinare, atque videre, ut decore et ex instituto maiorum omnia gererentur.

Ἀρχιτέκτων, ονος, ὁ, (ex ἄρχι et τέκτων, q. v.) architectus, 1 Cor. 3, 10.

Ἀρχιτελώνης, ου, ὁ, (ex ἄρχι et τελώνης) praefectus portitorum, Luc. 19, 2.

Ἀρχιτρίκλινος, ου, ὁ, (ἄρχι, τρίκλινον) praefectus triclinii s. τρικλινάρχης. (Differt a convivii magistro, συμποσιάρχῃ, qui erat convivarum aliquis, sorte electus, ut caeteris convivis leges bibendi ferret, cf. Sirac. 35, 1. Sed architriclini erat, mensas et lectulos collocare, fercula disponere, cibos ac vina praegustare.) Joh. 2, 8.

Ἄρχομαι, f. ξομαι, incipio, initium facio. 1., Coniunctum est hoc verbum cum infinitivis saepissime, prasertim apud scriptores historicos, ita ut in locis plerisque redundare interpretibus videretur. Sed nunquam redundat, nec positum est, quin aliquid fieri vel factum esse significaretur, quod paullo ante nondum factum, aut, cum inciperet, nondum perfectum esset. Nimirum nostri aut *a.*, ei nonnunquam diserte anteponunt: ἀπὸ τότε, Matth. 4, 17. 16, 21. (abest Marc. 8, 31.) — ἀφ' οὗ, ut cogitando addatur: τότε, Luc. 13, 25. — vel τότε, Matth. 11, 20. 26, 74. (abest Marc. 14, 71.) Luc. 13, 26. 23, 30. Joh. 13, 5. — aut *b.*, praemittunt, ut terminus a quo notetur, genitivos absolutos, Matth. 11, 7. (Luc. 7, 24. 38.) Luc. 11, 29. 12, 1. 19, 37. Act. 24, 2. — aut ponunt *c.*, praemisso participio, quod ad idem subiectum referatur, Matth. 16, 22. 26, 37. (Marc. 14, 33. verb. finit.) Marc. 1, 45. 10, 32.

47. Luc. 7, 38. 19, 45. (Marc. 11, 15.) Marc. 10, 41. (Matth. 20, 14. non habet.) — aut *d.*, addunt *πάλιν*, Marc. 4, 1. 2 Cor. 3, 1. — aut *e.*, verbum *ἄρχεσθαι* cum aliis orationis partibus sic constructum est, ut non possit de initio non intelligi, Marc. 8, 31. Luc. 14, 30. (oppon. *ἐκτελέσαι.*) 7, 15. 9, 12. 15, 24. 21, 28. 4, 21. Act. 1, 1. (coll. v. 2. *ἄχρι.*) Act. 11, 15. (*ἐν τῷ ἄρξασθαί με.*) Matth. 18, 24. — aut *f.*, sermo est de initio actionis, quae repetitis demum vicibus absolvitur (den Anfang machen, z. B. mit dem Senden der Jünger, dem Schlagen der Knechte etc. das an den andern wiederholt wird), Marc. 6, 7. (*ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο δύο.*) Joh. 13, 5. Luc. 11, 53. 12, 45. 14, 18. (*ἤρξαντο παραιτεῖσθαι*, continuante altero, quod alter inceperat.) 29. Marc. 14, 19. (*ἤρξαντο — εἷς καθ᾽ εἷς.* Matth. 26, 22. Luc. 22, 23.) 65. Huc referri possunt loca Luc. 14, 29. 13, 25. (*ἄρξεσθε ἑστάναι*, scil. *εἷς καθ᾽ εἷς*, da werdet ihr datreten. Cave dicas, hoc scriptum esse pro: *ἔξω ἑστῶτες κρούειν*, nam Lucas sic scripsisset, si nil nisi hoc voluisset.) 3, 8. (*μὴ ἄρξησθε λέγειν*, ita ut primum reliqui sequantur.) — Matth. 12, 1. *οἱ μαθηταὶ ἤρξαντο τίλλειν* (Marc. 2, 23. ita ut reliqui imitarentur). Marc. 8, 11. Luc. 5, 21. (*ἤρξαντο διαλογίζ.*, altero alterum excipiente.) 7, 49. 23, 2. Act. 2, 4. 18, 26. Marc. 5, 20. (iam in primo vico coepit.) 6, 55. — Act. 27, 35. (ante reliquos, qui hoc imitabantur.) — *g.*, *ἤρξατο λέγειν*, de Jesu primum alicubi perorante, Marc. 6, 2. 12, 1. (Luc. 20, 1.) — **2.**, *ἄρχ. ἀπό τινος* (ut infinitivus e reliquo sermone eliciendus sit), Matth. 20, 8. Luc. 23, 5. 24, 27. Joh. 8, 9. Act. 1, 22. 8, 35. 10, 37. 1 Petr. 4, 17. (oppon. *τὸ τέλος.*) cf. Ez. 9, 6. — Luc. 24, 47. *ἀρξάμενον* (non est neutr., sed acc. masc. ad *ἔδει* et Christum pertinens. Auctor scil. *τὸ κηρυχθῆναι* cepit pro aor. medii: Christum oportebat praedicandam curare emendationem — sic ut inciperet, scil. Christus. Recte Luth.: predigen lassen). — Luc. 3, 1. *ἦν ἀρχόμενος τριάκοντα ἐτῶν*, pro *τοῦ ἔτους τοῦ τριακοστοῦ.* Recte sic Luc. Cf. Xen. Mem. 1, 2, 35. *μέχρι πόσων ἐτῶν*; pro: *μέχρι πόστου ἔτους*; dictum.

Ἄρχω, f. *ἄρξω*, *τινός*, **1.**, dux sum, Rom. 15, 12. (Jes. 11, 10.) Act. 7, 35. — **2.**, princeps sum, Marc. 10, 42. (h. l. tamen gen. non est subiectus verbo *ἄρχειν*, sed est gen. possessionis, ut patet ex Matth. 20, 25.) — partic. *ὁ ἄρχων*, *a.*, omnino princeps, Act. 23, 5. pl., Matth. 20, 25. (Marc. 10, 42.) 1 Cor. 2, 6. 8. Act. 4, 26. Rom. 13, 3. — *b.*, magistratus (urbis alicuius), iudex, Luc. 12, 58. (Matth. 5, 25. *ὁ κριτής.*) Act. 7, 27. 35. (*ἄρχοντα καὶ δικαστήν.*) pl., Act. 16, 19. iudices. — Rom. 13, 3. (magistratus.) Sed Act. 7, 35. antithesis: quem non agnoverunt *ἄρχοντα καὶ δικαστήν*, hunc Deus misit *ἄρχοντα* (ducem) *καὶ λυτρωτήν.* — *c.*, de Judaeorum proceribus, *aa.*, assessoribus synedrii, Luc. 23, 13. 35. 24, 20. Joh. 3, 1. 7, 26. 12, 42. Act. 3, 17. 4, 5. 8. (*τοῦ λαοῦ.*) 13, 27. 14, 5. (Jos. Ant. 20, 1. 2.) *bb.*, de praefectis synagogarum, Matth. 9, 18. (Luc. 8, 41. *ἄρχων*

τῆς συναγωγῆς. Marc. 5, 22. ἀρχισυνάγωγος.) Luc. 18, 18. (si lectio sana est.) — *d.*, de diabolo, *aa.*, malorum geniorum principe, Marc. 3, 22. (Luc. 11, 15. Matth. 12, 24. 9, 34.) — *bb.*, principe huius mundi, Joh. 12, 31. 14, 30. 16, 11. — *cc.*, principe ditionis tenebricosae, Eph. 2, 2. — V. supra αἰών.

Ἄρωμα, τος, τό, aroma (ab obsol. ἄρω, cui notio inerat apparandi, unde ἀρτύω, de condimentis), odoramentum, Gewürz, Marc. 16, 1. Luc. 23, 56. 24, 1. Joh. 19, 14. (οἱ ό, 2 Reg. 20, 13. Esth. 2, 12. Cant. 4, 10. 16.)

Ἀσάλευτος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et σαλευτός, sollicitatus, wackelnd, a σαλεύω, *a.*, intrans., nuto, de alto mari fluctuante. *b.*, trans., nutare facio; a σάλος, nutatio, fluctuatio maris; Aeoles et Dorienses σάλασσα dixerunt pro θάλασσα) immotus; propr., Act. 27, 41. (ἡ πρώρα.) — metaph., Hebr. 12, 28. (βασιλεία.)

Ἄσβεστος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et σβέω = σβέννυμι, exstinguo) inexstinctus, non exstinguendus; — πῦρ, Matth. 3, 12. (Luc. 3, 17.) Marc. 9, 43. 45.

Ἀσέβεια, ας, ἡ, (v. ἀσεβής) impietas (de Deorum contemtu, Diod. Sic. 13, 90. Aelian. V. H. 5, 12. et 19. Xen. Cyr. 8, 8, 6.), Rom. 1, 18. 2 Tim. 2, 16. Tit. 2, 12. — pl. (cf. ἁμαρτία, ἀρετή), Rom. 11, 26. (Jes. 59, 20.) — Jud. v. 15. τὰ ἔργα ἀσεβείας, impie facta, ex hebraismo; item v. 18. αἱ ἐπιθυμίαι τῶν ἀσεβειῶν, libidines impiae. — Alius generis sunt nec cum his commiscenda exempla, quae Graeci habent, notata illa ab Hermanno ad Viger. p. 887. 890.

Ἀσεβέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum ἀσεβής, q. v.) impie ago, impius sum, 2 Petr. 2, 6. Jud. v. 15. περὶ τῶν ἔργων ἀσεβείας, ὧν [attractio pro ἃ] ἠσέβησαν, i. q. ἐποίησαν. Est Hebraeorum consuetudo in his verbum, unde descendit nomen actionis, cum relativo אֲשֶׁר repetendi, cf. Marc. 3, 28. 13, 19. 20. 2 Cor. 8, 24.

Ἀσεβής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (α priv. et σέβομαι, revereor) impius, Rom. 4, 5. 5, 6. 1 Tim. 1, 9. (coni. h. l. cum ἁμαρτωλός, ut 1 Petr. 4, 18.) 2 Petr. 2, 5. 3, 7. Jud. v. 4. 15.

Ἀσέλγεια, ας, ἡ, (indoles hominis, qui est ἀσελγής, petulans, protervus, insolens) intemperantia, Marc. 7, 22. Jud. v. 4. Eph. 4, 19. (Dem. p. 131, 11.) — Ausschweifung, lascivia, 2 Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. 2 Petr. 2, 7. pl., Rom. 13, 13. 2 Petr. 2, 18. 1 Petr. 4, 3. (quibus in locis ad rem veneream ref.)

Ἄσημος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et σῆμα, signum) varias habet signif. v. c. sine nota, sine tumulo, non signatus (numus), — ignotus, non distinctus, Act. 21, 39. οὐκ ἀσήμου πόλεως, non ignobilis urbis.

Ἀσθένεια, ας, ἡ, (v. ἀσθενής) 1., imbecillitas, infirmitas, oppon. δύναμις (ῥώμη, Xen. Mem. 4, 2, 32.). Dic. *a.*, de eo, quod omnino fragile et mortale est, 1 Cor. 15, 43. 2 Cor. 13, 4. (ἐξ ἀσθενείας, pro imbecillitate.) pl., Hebr. 4, 15. — *b.*, impotentia, Rom. 8, 26. (Unvermögen — συναντιλαμβάνεται τῆς ἀσθε-

νείας ἡμῶν.) Rom. 6, 19. διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν, quia est vestra σάρξ ἀσθενής, i. e. quia difficiliora et secretiora perspicere non valetis. Cf. Marc. 14, 38. — *c.*, defectio virium corporis, 2 Cor. 11, 30. 12, 5. 9. 10. (coll. v. 7.) 1 Cor. 2, 3. Gal. 4, 13. (δι' ἀσθένειαν i. q. ἐν ἀσθ.) pl., aegritudines, 2 Cor. 12, 10. (afflictiones corporis.) — *d.*, morbus certus (ut ἀῤῥωστία), debilitas, Joh. 5, 5. 11, 4. Luc. 13, 11. 12. pl., Matth. 8, 17. (Jes. 53, 4.) Luc. 5, 15. 8, 2. Act. 28, 9. (ἔχειν ἀσθ.) 1 Tim. 5, 23. — **2.**, infirmitas, quae est pronitas ad peccandum (et in summum quoque sacerdotem cadit), Hebr. 5, 2. 7, 28. Caeterum tene contra ψευδεξηγητάς, τὴν ἀσθένειαν nusquam in N. T. denotare miseriam.

Ἀσθενέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum ἀσθενής) *a.*, impotens sum, Rom. 8, 3. 2 Cor. 13, 3. (oppon. δυνατεῖν.) — *b.*, infirmus sum; τινί, τῇ πίστει, Rom. 4, 19. infirma sum fiducia. — 14, 1. careo certa animi persuasione, dubius haereo; — et ἀσθενεῖν simpliciter: vacillare, Rom. 14, 2. 21. (ἐν ᾧ ἀσθενεῖ, in quo, circa quod dubitationibus facile succumbit.) 1 Cor. 8, 9. 11. — *c.*, animo timido sum, 2 Cor. 11, 21. (oppon. τολμᾷν. Ludit apostolus in hoc cap. verbo ἀσθενεῖν. Ab ea ἀσθενείᾳ, qua se negat laborare, ad eam transit, quam in se cadere dicit, quae sit in corpore molestiis, curis, aegritudinibus, doloribus fatigato, v. ἀσθένεια. cf. 12, 10. — Hinc *d.*, fatigatus sum, 2 Cor. 11, 29. Huc ref. 13, 4. ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, i. e. ipsi adhaerentes molestiis fatigamur et viribus debilitati sumus; et sic quoque v. 9. — *e.*, aegroto; οἱ ἀσθενοῦντες, Matth. 10, 8. Marc. 6, 56. (Matth. 14, 35. οἱ κακῶς ἔχοντες.) Luc. 7, 10. (oppon. ὑγιαίνω.) 9, 2. Joh. 5, 3. 7. 6, 2. Act. 19, 12. 20, 35. — ἀσθενέω, Matth. 25, 36. Joh. 4, 46. 11, 1. 3. 6. Act. 9, 37. Phil. 2, 26. 27. Jac. 5, 14.

Ἀσθένημα, ατος, τό, (ἀσθενέω, 1. perf. pass. ἠσθένημαι, v. ἀδίκημα, al.) imbecillitas, Rom. 15, 1. (βαστάζειν, succurro, coll. v. 2. — defectus ex imbecillitate orti.)

Ἀσθενής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (α-priv. et τὸ σθένος, robur) *a.*, imbecillis, 1 Cor. 4, 10. (oppon. ἰσχυρός.) Matth. 26, 41. (Marc. 14, 38.) 1 Petr. 3, 7. (ἀσθενέστερον σκεῦος.) Gal. 4, 9. (στοιχεῖα, imperfecta.) — *b.*, minus valens ac praestans, 1 Cor. 12, 22. (μέλος.) — τὸ αὐτῆς ἀσθενές, i. q. ἡ αὐτῆς ἀσθένεια καὶ ἀνοφέλεια, Hebr. 7, 18. — τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου, 1 Cor. 1, 27. quae parum valere hominibus videntur (oppon. τὰ ἰσχυρά), et v. 25. τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ, quod Deus suum fecit vi ac robore destitutum. — *c.*, invalidus, aegrotus, Matth. 25, 39. 43. 44. Luc. 10, 9. Act. 4, 9. 5, 15. 16. 1 Cor. 11, 30. — *d.*, certa et firma animi persuasione destitutus (qui facile offensionem capit), 1 Cor. 8, 7. 10. 9, 22. 1 Thess. 5, 14. — *e.*, ad bonum iners, Rom. 5, 6.

Ἀσία, ας, ἡ, Asia. Commemoratur in Actis apost. et in-

tellig. Asia minor, interiacens illa inter Pontum Euxinum et mare Cyprium, atque complectens Phrygiam, Ciliciam, Pamphiliam, Cariam, Lyciam, Ioniam, Lydiam, Aeoliam, Mysiam, Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociam, Galatiam, Pisidiam, Act. 2, 9. 6, 9. 19, 10. 20, 4.

Ἀσιανός, οῦ, ὁ, Asia oriundus, Asianus, Asiaticus, Act. 20, 4. (gentilia in -ανός, v. c. Βάκτρα, Τράλλεις — Βακτριανός, Τραλλιανός, alia in -ηνός, v. c. ab urbibus: Ἔμεσα, Ἄβυδος, Κύζικος, Σάρδεις.)

Ἀσιάρχης, ου, ὁ, Asiarcha, vi vocis: Asiae praefectus, sed quas partes egerit, qui hoc nomen gerebat, historia duce cognoscendum est. Moris fuit Asiae minoris confoederatae singulis urbibus, initio cuiusque anni, sive sub aequinoctium auctumnale concionem habere civium honestissimorum atque opulentissimorum; e quibus eligeretur is, qui ludis hoc anno in honorem Deorum et imperatoris Romani edendis praefici posset. Quod quum factum esset, civitas quaeque designati nomen concilio communi in urbe quadam primaria, v. c. Ephesi, Smyrnae, Sardibus cet. congregato per legatum indicabat atque hoc gentis concilium, τὸ κοινόν vulgo dictum, e designatorum numero decem seligebat, quos ad Proconsulem mitteret, et Proconsul denique ex his ad se missis eum, qui Asiarchae munere fungeretur s. cui potestas nomine provinciae suis sumtibus ludos publicos edendi et sacra administrandi concederetur, deligebat. Ex quo consequitur, quovis anno unum tantum praeesse potuisse huic muneri. Quod si Act. 19, 31. plures commemorantur, qui tunc temporis Ephesi Asiarchae habitaverint, id aut intelligendum est de iis decem, quos consociatae provinciae miserant, Proconsuli proponendos, et quibus spes esset emerito Asiarchae succedendi, aut includuntur numero plurali ii, quibus munere deposito manserat nomen. Auctores, qui hac de re exposuerunt, v. apud Winer. in Reallex. s. h. v.

Ἀσιτία, ας, ἡ, (v. ἄσιτος) quod nos diceremus, si verbum in usu esset: Ungegessenheit — abstinentia a cibo (tum voluntaria, tum necessaria), Act. 27, 21. (πολλή, diuturna.)

Ἄσιτος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et σῖτος, frumentum) impastus, ieiunus (qui cibum non sumsit), Act. 27, 33.

Ἀσκέω (ῶ), f. ήσω, *a.*, exerceo. — *b.*, laboro, operam do, Act. 24, 16. (ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν. — Xen. Mem. 2, 1, 6. Ages. 2, 4.)

Ἀσκός, οῦ, ὁ, uter, utris, Matth. 9, 17. (Marc. 2, 22.) Luc. 5, 37. (Hom. Il. 3, 247. Od. 5, 265. Herodot. 2, 121. Xen. Anab. 3, 5, 9. cf. Gen. 21, 14. Jes. 9, 5. 13. 1 Sam. 16, 20. 25, 18. 2 Sam. 16, 1. Job. 32, 19.)

Ἀσμένως, adv., (adi. ἄσμενος. Etym. M. derivat a verbo ἥδομαι, delector, part. perf. ἡσμένος. Sed ita scribendum esset ἡσμένως, ut scribitur: λελυμένως, μεμελημένως, μεμετρημένως, βεβιασμένως. Quare nec Henricus Steph. de etymologia quidquam

decrevit) libenter, Act. 2, 41. (ἀσμένως ἀποδέχεσθαι.) 21, 17. (δέχεσθαι.) — Cf. Xen. Ages. 9, 3.

Ἄσοφος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et σοφός) insipiens, Eph. 5, 15. (oppon. σοφός.)

Ἀσπάζομαι, f. σομαι, (α, σπάω — quid α? Sed etiam pro σκαίρω dictum fuit ἀσκαίρω, pro σπαίρω — ἀσπαίρω, et ἀσπαρίζω pariter atque σπαρίζω. Caeterum cum σπαρίζω conferas σπάζω. Ergo propr. ad me traho) osculor, saluto. (Verba, quae gestus signa faciunt notionis concipiendae, plura sunt, v. c. ἀρά [manuum sublatio i. q. imprecatio], προσκυνεῖν [adoror], cum quibus cf. hebr. בָּרַךְ, quod benedicendi vim habet a genuum flexione.) *a.*, dic. de convenientibus aliquem, Matth. 5, 47. 10, 12. (coll. Luc. 10, 5.) Marc. 9, 15. 15, 18. Luc. 1, 40. Act. 21, 19. 25, 13. 21, 7. 18, 22. — *b.*, de salutantibus eum, quem in via offendunt, Luc. 10, 4. — *c.*, de absentibus, qui alios per litteras valere iubent, Rom. 16, 3. 5 — 23. 1 Cor. 16, 19. 20. 2 Cor. 13, 12. Phil. 4, 21. Col. 4, 10 — 12. 14. 15. 1 Thess. 5, 26. 1 Tim. 4, 19. 21. Tit. 3, 15. Philem. v. 25. 1 Petr. 5, 13. al. — *d.*, de abeuntibus et valedicentibus, Act. 20, 1. 21, 6. — ἐν φιλήματι, Rom. 16, 16. 2 Cor. 13, 12. (pro dat. simplici.)

Ἀσπασμός, οῦ, ὁ, (ab ἀσπάζομαι) salutatio vel ore prolata, Matth. 23, 7. Luc. 1, 29. 41. 44. 11, 43. 20, 46. — vel scripta, 1 Cor. 16, 21. Col. 4, 18. 2 Thess. 3, 17.

Ἄσπιλος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et σπῖλος s. σπίλος, labes, macula) immaculatus, in quo nullus est naevus, 1 Petr. 1, 19. (ἀμνὸς ἄμωμος καὶ ἄσπιλος.) — metaph., 1 Tim. 6, 14. (τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, ut serves mandatum ἀσπίλως, ἀνεπιλήπτως.) 2 Petr 3, 14. (ἄσπιλοι καὶ ἄμωμοι.) Jac. 1, 27. (ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρέω ἀπὸ τοῦ κόσμου, i. q. καθαρὸν ἀπό.)

Ἀσπίς, ίδος, ἡ, aspis (gen. idis), serpens parvus venenosissimus, cuius morsus immedicabilis est, et mortem certissimam infert. (Aelian. H. A. 2, 24. 6, 38. — Plin. 8, 23. auctor est, remedium ictui fore, si confestim partes contactae amputentur.) Rom. 3, 13. (ἰὸς ἀσπίδων.) — οἱ ὁ, Ps. 140, 3. Cf. voces: ἀκίς, ἐμπίς.

Ἄσπονδος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et σπονδή a verbo σπένδω, libatio, quae utpote sacrificii genus cum foederibus coniuncta fuit, cf. lat. spondere. Hinc:) foederis (induciarum) expers (Thuc. 1, 37. 5, 32. et ap. Philon. — Demosth.: ἄσπονδος πόλεμος), implacabilis. Coniungitur cum ἄστοργος, Rom. 1, 31. 2 Tim. 3, 3.

Ἀσσάριον, ίου, τό, assarium, nomen monetae aequantis decimam partem drachmae (deminutivum vocis as, quam Latini retinuerunt. — Dicuntur Dores et Siculi αἷς et Tarentini ἅς dixisse pro εἷς, unus. Etiam Judaei hanc vocem assumserunt, et scribunt אִיסָר), Luc. 12, 6. (Matth. 10, 29.)

Ἆσσον, adv., propius (comparat. neutr. gen., cui subest positivus gradus: ἄγχι, prope. Cf. comparativos: ἐλάσσων, θάσσων, γλύσσων, μέσσων, βάσσων, al. v. Matth. gramm. §. 131. — Hae formae in nominandi casu similes participiis sunt verborum obsoletorum, e quibus etiam positivorum litterae γ, κ, χ fluxerint, quasi ἄσσων descenderit ab aliquo verbo ἄζω s. ἄσσω, fut. ἄγξω, quemadmodum a πλάζω, erro, fut. πλάγξω), Act. 27, 3. — Saepissime occurrit ap. Homer.

Ἄσσος, ου, ἡ, Assus. Nomen urbis maritimae in Asia minori, ad mare Aegaeum sitae et distantis a Troade, Phrygiae minoris civitate, 9 milliaribus. Erat haec urbs natura et arte munita, et ab ea parte, quae mare spectat, arduum et difficilem habebat ascensum. Act. 20, 13. 14.

Ἀστατέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum ἄστατος, ex α priv. et στατός, stabilis, ab ἵστημι, instabilis, circumvagus, cf. ἀκατάστατος) oberro, incertis sedibus vagor, 1 Cor. 4, 11.

Ἀστεῖος, ον, ὁ, ἡ, (ab ἄστυ, urbs) urbanus, i. q. ὁ ἐν ἄστει διατρίβων, Etym. M. — Hinc: qui est politis moribus (oppon. ἄγροικος, rusticus), etiam: formosus (Aristaenet. 1, 4.), Hebr. 11, 23. — Act. 7, 20. τῷ θεῷ, deo iudice, i. e. admodum formosus, ex hebraismo, cf. Gen. 10, 9. Jon. 3, 3. (Tamen credo, Lucam alia de caussa hunc dativum vocabulo ἀστεῖος adiecisse, scil. voc. ἀστεῖος retinuit ex Exod. 2, 2. Apposuit: θεῷ i. e. deo erat ἀστεῖος, eo respiciens, quod dei providentia Moses servatus est. Facile iis carere possumus, quae contra dativum commodi, qui hic vere est, disputavit Fischer. de vitiis lexic. N. T. p. 234. sq. Certe Lucam formositatem Mosis non modo laudare, sed etiam augere hoc additamento voluisse, id non adduci possum, ut credam.)

Ἀστήρ, έρος, ὁ, stella, Matth. 7, 9. 10. 1 Cor. 15, 41. Apoc. 6, 13. 8, 12. 12, 1. 4. Matth. 24, 29. (Marc. 13, 35. cf. Jes. 13, 10. Dan. 8, 10.) — Matth. 2, 2. (ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ, stella, quae eum natum arguit.) — v. 7. (τὸν χρόνον τοῦ φανέντος ἀστέρος.) — ἀστὴρ ὁ πρωϊνός, stella matutina, Apoc. 2, 28. (cf. Job. 3, 9.) 22, 16. (cf. Luc. 1, 78.) — ἀστέρες πλανῆται, stellae erraticae, Jud. v. 13. (homines inconstantes.)

Ἀστήρικτος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et στηρικτός, 3 perf. pass. verbi στηρίζω, f. ξω, firmum reddo, fulcio) non fixus, non suffultus, 2 Petr. 2, 14. 3, 16.

Ἄστοργος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et στοργή, amor in necessarios, cf. nostrum Storch, nomen illud avis, amore in pullos suos celebris) amoris expers, Rom. 1, 31. 2 Tim. 3, 3.

Ἀστοχέω (ῶ), f. ήσω, (ἄστοχος ex α priv. et στόχος, scopus) aberro (a scopo); c. genit.: omnino ab aliquo aberro, 1 Tim. 1, 6. (Graeci saepius verba, quae ad obiectum singulare pertinent, sic usurpant, ut inde eliciant notionem verbi latiorem, quae alia quoque obiecta comprehendere possit, ut οἰκοδομεῖν τεῖχος, al.) — περί τινα, 1 Tim. 6, 21. 2 Tim. 2, 18. v. περί.

Ἀστραπή, ῆς, ἡ, (ἀστράπτω, fulguro) fulgur, Luc. 10, 18. 17, 24. (Matth. 24, 27.) Matth. 28, 3. — pl., Apoc. 4, 5. 8, 5. 11, 19. 16, 18. — *b.*, splendor, Luc. 11, 36. (ὁ λύχνος φωτίζει σε τῇ ἀστραπῇ.)

Ἀστράπτω, f. ψω, (ex ἀστέρα ἅπτω? — forma serior: στράπτω, cf. σπάω, ἀσπάζομαι) fulguro (Hom. Il. 9, 237. 17, 395.), Luc. 17, 24. — *b.*, de rebus splendentibus (ἐσθῆτες), Luc. 24, 4. (cf. Luc. 9, 29. ἐξαστράπτων.)

Ἄστρον, ου, τό, (sidus, Xen. Mem. 4, 3, 4.) i. q. ὁ ἀστήρ, stella, Luc. 21, 25. Act. 7, 43. 27, 20. Hebr. 11, 12.

Ἀσύμφωνος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et σύμφωνος [σύν et φωνή], concinnus) dissonans, dissonus, non concors, Act. 28, 25. (πρὸς ἀλλήλους.)

Ἀσύνετος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et συνετός, intelligens, a συνίημι) non intelligens, Matth. 15, 16. (Marc. 7, 18.) — stolidus, Rom. 1, 21. (καρδία.) 31. 10, 19. (cf. Jes. 1, 3. Deut. 32, 21.)

Ἀσύνθετος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et συνθετός, compositus, a συντίθημι) contentiosus, Rom. 1, 31. (al.: foedifragus, perfidus, ut Jerem. 3, 7. 8. 10.)

Ἀσφάλεια, ας, ἡ, (v. ἀσφαλής) *a.*, firmitas, Act. 5, 23 Luc. 1, 4. (id, cui confidi potest. S.: ut agnoscas eorum, quae tibi tradita sunt, firmitatem, i. q. ἵνα ἐπιγνῷς τοὺς λόγους, περὶ ὧν κατηχήθης, εἰσὶν ἀσφαλεῖς.) — *b.*, securitas, 1 Thess. 5, 3. (εἰρήνη κ. ἀσφάλεια. — opp. κίνδυνος, Xen. Mem. 3, 12, 7.)

Ἀσφαλής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ἀσφαλές, τό, (ex α priv. et σφάλλω, fallo, propr. labare s. vacillare facio, σφάλλομαι, labor) firmus (cui insisti, confidi potest), Hebr. 6, 19. (ἀγκύρα.) Act. 21, 34. 22, 30. 25, 26. Phil. 3, 1.

Ἀσφαλίζω, f. σω, (ab ἀσφαλής) firmum reddo, munio, ne laedi possit, verrammeln, verriegeln; pass., munior, Matth. 27, 64. (ὁ τάφος.) med., munio, Matth. 27, 65. (ἀσφαλίσασθε.) 66. Act. 16, 24. (εἰς τὸ ξύλον, constr. praegnans, quia sic verbo infertur notio verbi ἐμβαλεῖν, ut duas notiones complectatur.)

Ἀσφαλῶς, adv., firmiter, Marc. 14, 44. (ne elabi possit.) Act. 16, 23. — ἀσφαλῶς γινωσκέτω, certo, Act. 2, 36. (Xen. Cyr. 6, 3, 16.)

Ἀσχημονέω (ῶ), f. ήσω, (sum ἀσχήμων, i. e. deformis; τὴν κεφαλὴν ἀσχημονεῖν, de calvo, Aelian. V. H. 11, 4.) indecore ago, 1 Cor. 13, 5. (Aelian. V. H. 2, 5. 6, 12. Plut. v. Cat. min. c. 24. fin.) — ἐπί τινα, 1 Cor. 7, 36. (contra.)

Ἀσχημοσύνη, ης, ἡ, (ab ἀσχήμων, cf. ἐλεημοσύνη, al.) turpitudo, Rom. 1, 27. (κατεργάζεσθαι τὴν ἀσχ.) — *b.*, pudenda, Apoc. 16, 15. (Exod. 20, 26. Deut. 23, 14. עֶרְוָה, Ex. 28, 41.)

Ἀσχήμων, ονος, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ab ἔσχον verbum σχέω, unde σχῆμα, 1. perf. pass. ἔσχημαι. cf. ἐπιστήμων. δαίμων, ἐλεήμων, λακτοθρέμμων, οἰκτίρμων, ἀφράδμων, al.) indeco-

rus, 1 Cor. 12, 23. (Xen. Apol. Socr. §. 7.) — Oppon. εὐσχήμων.

Ἀσωτία, ας, ἡ, (indoles hominis ἀσώτου, i. e. desperati, qui servari non potest, ex α priv. et σόω = σώζω, 3 perf. pass.) luxuria, Eph. 5, 18. Tit. 1, 6. 1 Petr. 4, 4. (Polyb. 11, 12, 7. Herodian. 2, 5, 2.)

Ἀσώτως, adv., (adi. ἄσωτος a σόω = σώζω, 3. perf. pass.) luxuriose, Luc. 15, 13.

Ἀτακτέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum ἄτακτος, non in ordine positus, ex 3. perf. pass. a τάσσω) negligo muneris officia, 2 Thess. 3, 7. (Xen. Cyr. 8, 1, 22.) cf. 2 Thess. 3, 11.

Ἄτακτος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et τακτός a τάσσω a., in ordine positus; b, constitutus) qui ordinem (modum) non servat (ἡδοναί, libidines intemperantes, Plut. de pueror. educ. c. 7.), qui a praescripto ordine declinat, 1 Thess. 5, 14. cf. 2 Thess 3, 6.

Ἀτάκτως, adv., (ab adi. ἄτακτος) neglecto ordine, 2 Thess. 3, 6. ἀτάκτως περιπατεῖν (explicatur h. l. addito: καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν, ἣν παρέλαβε παρ' ἡμῶν). v. 11. (explicatur h. l. μηδὲν ἐργαζόμενοι, ἀλλὰ περιεργαζόμενοι.)

Ἄτεκνος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et τέκνον) improles, kinderlos, Luc. 20, 28 — 30. (Matth. 22, 24. μὴ ἔχων τέκνα) i. q. ἄπαις, ἄγονος. — Deut. 25, 5.

Ἀτενίζω, f. ίσω, (ab ἀτενής et hoc a τείνω, praefixo α intensivo, cf. ἀσπάζω, — intentus) fixis oculis aliquem intueor, anstarren; τινί, Luc. 4, 20. (οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ.) 22, 56. Act. 3, 12. 10, 4. 14, 9. 23, 1. (Synes. epist. 1.) — εἴς τινα, Act. 1, 10. 3, 4. 6, 15. 7, 35. 13, 9. 2 Cor. 3, 7. 13. — introspicio, Act. 11, 6. (ἐνατενίζειν, et aor. 1. ἐνητένισα αὐτόν, Justin. M. dial. c. Tryph. p. 220.)

Ἄτερ, praep., sine, absque, c. gen., Luc. 22, 6. (ἄτερ ὄχλου, sine tumultu.) 35. (ἄτερ βαλαντίου.) Hom. Od. 7, 325.

Ἀτιμάζω, f. σω, (non ab α, quod praefixum esset verbo simplici τιμάζω, sed ab adi. composito ἄτιμος, q. v., ἄτιμον facio, cf. ἁγιάζω i. e. ἅγιον facio. Vide quae annotata sunt ad litteram α), ignominia afficio, Luc. 20, 11. Joh. 8, 49. Act. 5, 41. Jac. 2, 6. Rom. 2, 23. (dum tu ipse gloriaris, deum dedecore afficis.) — foedo (corpus), Rom. 1, 24.

Ἀτιμάω (ῶ), f. ήσω, v. ἀτιμόω.

Ἀτιμία, ας, ἡ, (ἄτιμος) turpitudo, dedecus, 1 Cor. 11, 14. (ἀτιμία αὐτῷ ἐστι.) — ignominia (opp. δόξα), 2 Cor. 6, 8. 1 Cor. 15, 43. — 2 Cor. 11, 21. (κατ' ἀτιμίαν λέγω, ignominiam meam fateor, geringschätzig.) Rom. 1, 26. (πάθη ἀτιμίας, turpes libidines, affectus infames, ex hebr. — v. supra ἀσέβεια, ἀνομία, ἀπώλεια, ἁγιοσύνη.) — oppon. τιμή, Rom. 9, 21. et 2 Tim. 2, 20.

Ἄτιμος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et τιμή) honoris expers, contemtus, Matth. 13, 57. (Marc. 6 4. pro quo Luc. 4, 24. [οὐκ

ἐστι] δεκτός.) 1 Cor. 4, 10. (oppon. ἔνδοξος, v. ἀτιμία.) — vilis, minoris pretii, 1 Cor. 12, 23. (comparat. — oppon. τιμή.) — οἱ ό, Jes. 53, 3.

Ἀτιμόω (ῶ), f. ώσω, (ab ἄτιμος, reddo ἄτιμον) honore exuo; pass., Marc. 12, 4. (κἀκεῖνον ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον.) — Occurrit ap. Demosth. p. 548. 8. Xen. de rep. Athen. 1, 14. de hominibus, qui iure standi in foro privantur: ehrlos machen. Sed in Marci loco rectius cum codd. legitur ἠτιμημένον ab ἀτιμάω. Nam hoc est: ignominia afficio, contumeliose tracto, quod tamen et ipsum noli compositum credere ex α priv. et τιμάω, sed derives ab ἄτιμος.

Ἀτμίς, ίδος, ἡ, vapor, Act. 2, 19. Jac. 4, 14.

Ἄτομος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et τέμνω, incido) quod dissecari, dividi nequit, individuus; temporis punctum, 1 Cor. 15, 52. (ἐν ἀτόμῳ.)

Ἄτοπος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et τόπος) propr., quod non est loci, non conveniens (Xen. Mem. 2, 3, 15. ἄτοπα λέγειν), Luc. 23, 41. (ἄτοπόν τι πράσσειν.) — (οἱ ό, Job. 4, 8. Plut. de audiend. poëtis c. 3. Moral. 1. p. 42. φαυλὰ et ἄτοπα.) — de hominibus, 2 Thess. 3, 2. (ἄτοποι καὶ πονηροί. Luth. unartig, sed videtur esse: iniquus.) — *b.*, incommodus, Act. 28, 6. (μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γενόμενον, nihil incommodi, mali in eum venisse.) al. insolitus. Sed haec explicatio h. l. et ipsa ἄτοπος est.

Ἀττάλεια, ας, ἡ, Attalia, urbs Pamphiliae in Asia maritima, quae Lyciae finibus proxima erat, condita ab Attalo Philadelpho, Pergami rege, a quo etiam nomen sortita est. Destructa ea, alia haud procul ab ea condita est, quam hodie Antali dicunt. Act. 14, 25.

Αὐγάζω, f. σω, (αὐγή, q. v.) Hom. Il. 23, 458. intueor. — *b.*, splendeo, affulgeo, 2 Cor. 4, 4.

Αὐγή, ῆς, ἡ, splendor (cf. nostrum: Auge); Xen. Mem. 4, 4, 7. lux (ἄχρις αὐγῆς, usque ad lucem, diluculum. Polyaen. 4. p. 386. κατὰ τὴν πρώτην αὐγὴν τῆς ἡμέρας), Act. 20, 11.

Αὐθάδης, ου, ὁ, ἡ, (ex αὐτός et ἅδω = ἁνδάνω, placeo, cf. αὐτάρκης) qui sibi ipse placet, arrogans, Tit. 1, 7. 2 Petr. 1, 10.

Αὐθαίρετος, ου, ὁ, ἡ, (ex αὐτός et αἱρέομαι, sponte electus) voluntarius, 2 Cor. 8, 3. (paratus.) — 17. (proprio voluntatis motu.)

Αὐθεντέω (ῶ), f. ήσω, (sum αὐθέντης s. αὐτοέντης, Soph., i. e. ex usu loquendi veterum is, qui sua manu perimit aut alios, Thuc. 3, 58. aut se ipsum; scil. τὰ ἔντεα arma sunt. — *b.*, apud recentiores: dominus, qui sua potestate et auctoritate agit, eigenmächtig) — τινός, guberno aliquem, 1 Tim. 2, 12. (Verba principatum, excellentiam, imperium significantia construuntur cum genitivo.)

Αὐλέω (ῶ), f. ήσω, (αὔω, αὐλός, instrumentum musicum, tibia) tibia cano, Matth. 11, 17. (Luc. 7, 32.) 1 Cor. 14, 7.

Αὐλή, ῆς, ἡ, (ἄω, αὔω, spiro, spiritum duco more dormientium) **1.**, cubile, stabulum, subdiale illud, in quo pecudes continebantur, caula, Hürde, Joh. 10, 1. 16. (Hom. Il. 4, 453.) — **2.**, atrium (locus ante aedes apertus et vacuus, ventis, qui eum perflent, expositus. Athen. Deipnos. 5, 2. διαπνεόμενος τόπος αὐλὴ λέγεται), Apoc. 11, 2. (spatium extra templum, quod muris cinctum nullo tegitur tecto.) — *b.*, Aedium duplex αὐλή distinguitur, exterior altera, subdialis illa et aedificiis palatii cincta (vestibulum, προαύλιον, der Hofraum), altera interior (αὐλή), quae erat sub domus primo solario (sub prima contignatione) vacua ac patens, atrium, Marc. 14, 54. 66. (Luc. 22, 55. et Matth. 26, 58. 69. recte h. l. tenetur ἔξω. Quamquam enim Petrus consedit ἔσω ἐν τῇ αὐλῇ, tamen non erat in hypocausto, quo convenerant iudices, ut in proxime antecedentibus apud Matthaeum et Marcum narratur.) Joh. 18, 15. — **3.**, palatium, arx, Matth. 26, 3. Luc. 11, 21.

Αὐλητής, οῦ, ὁ, tibicen, Matth. 9, 23. Apoc. 18, 22.

Αὐλίζομαι, f. ίσομαι, (ab αὐλή, q. v.) pernoctor (לִין, Judic. 19, 10. 11. cf. Tob. 4, 15.), Matth. 21, 17. Luc. 21, 37. (εἰς τὸ ὄρος, i. e. pernoctandi caussa se recepit εἰς —; constructio praegnans, cf. κατοικεῖν, παροικεῖν, γενέσθαι, ἀσφαλίζεσθαι εἰς.)

Αὐλός, οῦ, ὁ, tibia, 1 Cor. 14, 7.

Αὐξάνω s. αὔξω, f. ήσω, (ἀέξω ap. Hom.) **1.**, transit., crescere facio, augeo, 1 Cor. 3, 6. 7. Col. 2, 19. 2 Cor. 9, 10. — Pass., cresco, incrementa capio, augeor, 2 Cor. 10, 15. Col. 1, 10. 1 Petr. 2, 2. Matth. 13, 32. — **2.**, intransit., cresco, incrementa capio; — de plantis, Luc. 12, 27. πῶς αὐξάνει (Matth. 6, 28.). Marc. 4, 8. — de infantibus, Luc. 1, 80. (ηὔξανε.) 2, 40. 13, 19. (ηὔξησε.) coll. Eph. 4, 15. Col. 2, 19. — trop., de aedificiis, Eph. 2, 21. — de doctrina Christ. (ὁ λόγος ηὔξανε), Act. 6, 7. 12, 24. (additur ἐπληθύνετο.) 19, 20. (additur ἴσχυε.) — de doctore, Joh. 3, 30. (oppon. ἐλαττοῦσθαι.)

Αὔξησις, εως, ἡ, incrementum (ab αὔξω), Eph. 4, 16. (τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖσθαι.) Col. 2, 19. αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ θεοῦ, augebit augmentum dei, i. e. deo dignum.

Αὔριον, adv., (ab αὔρα, aura matutina, quod desc. ab αὔω, spiro, flo) cras, morgen, Matth. 6, 30. (Luc. 12, 28.) Luc. 13, 32. al. — ἡ αὔριον scil. ἡμέρα, crastinus dies, Matth. 6, 34. (Luc. 10, 35. h. l. ἐπὶ τὴν αὔριον ἐξελθών, i. e. crastino die illucescente. Act. 4, 5.) τὸ τῆς αὔριον, Jac. 4, 14.

Αὐστηρός, ά, όν, austerus, (ab αὔω, exsicco — de sapore: Dioscorid. 5, 6. Diog. Laërt. 7, 117.) de moribus, Luc. 19, 21. 22. (Polyb. 4, 20. Diog. Laërt. 7, 26.)

Αὐτάρκεια, ας, ἡ, (ab αὐτάρκης, q. v.) animus sua sorte

contentus, 1 Tim. 6, 6. — sufficientia, 2 Cor. 9, 8. (πᾶσαν ἐν παντὶ αὐτάρκ. ἔχοντες.)

Αὐτάρκης, εος (ους), ὁ, ἡ, (ex αὐτός et ἀρκέω, est penacutum, ut αὐθάδης, ποδάρκης, ποδώκης. Sed scribitur βιαρκής) contentus, is qui nihil desiderat, Phil. 4, 11.

Αὐτοκατάκριτος, ου, ὁ, ἡ, (ab αὐτός et κατακρίνω, 3. perf. pass.) a semet ipso non condemnatus, Tit. 3, 11.

Αὐτόματος, ου, ὁ, ἡ, et η, ον, v. not. ad ἀργός, (ex αὐτός et themate obsolet. μάω, quod videtur signif. moveo) motu proprio actus, aus eigenem Triebe, Marc. 4, 28. (ἡ γῆ, sponte fructus fert. — αὐτόματοι καρποί, sponte crescentes, Diod. Sic. 1, 8.) Act. 12, 10. (ἡ πύλη αὐτομάτη ἠνοίχθη. Hom. Il. 2, 408. αὐτόματος ἦλθε.)

Αὐτόπτης, ου, ὁ, ἡ, (ex αὐτός et ὄπτω) qui suis oculis videt, testis oculatus (Xen. Cyr. 5, 4, 18. Cf. vocem αὐτήκοος, i. e. qui ipse aliquid audivit, Euseb. H. E. p. 104.), Luc. 1, 2.

Αὐτός, ή, ό, I., pronomen personale restrictivum: ipse. Ponitur ita, ut subiectum iam cognitum ab aliis distinguat. Notemus ergo 1., locos, qui nude positum habent atque ita collocatum, ut subiecto in verbo latenti additum sit, de quo aliquid praedicetur. Iam cum reflectatur hoc pronomen ad subiectum, haec inde originem habet reflexio, quod praedicatum subiecto tribuendum ad id subiectum seu ad eum revolvitur, de quo modo sermo erat, aut qui est alter, cum quo colloquium ineatur. Atque is *a.*, quidquam facere aut fecisse ipse cum dicitur, hoc fit cum quadam oppositione aut distinctione, ita, ut distinguatur ille ab aliis. Habet ergo formula: ego, tu, is ipse hanc vim, ut sit *aa.*, i. q. iam ego, tu, is (de quo modo sermo erat), non alius demum, Luc. 22, 71. (αὐτοὶ γὰρ ἠκούσαμεν, i. e. τὸ ἀκοῦσαι iam in nos cadit, qui hic agimus.) Act. 2, 34. 18, 15. (ὄψεσθε αὐτοί.) 20, 34. (αὐτὸς γὰρ γινώσκει.) 16, 37. 22, 19. (αὐτοὶ ἐπίστανται.) 24, 16. 1 Thess. 1, 9. 1 Petr. 2, 24. (non nos.) 2 Petr. 2, 19. Joh. 2, 25. 4, 42. 9, 21. (αὐτὸς — λαλήσει.) — addita negatione: is non ipse hoc illudve facit, i. e. relinquit hoc aliis, Luc. 6, 42. (αὐτός, scil. σὺ — οὐ βλέπων.) 11, 46. (αὐτοί, scil. vos — οὐ προςψαύετε.) 52. 3 Joh. 10. Marc. 14, 15. Joh. 18, 28. — *bb.*, additur καί, ut subiecto aliquid tribuatur pariter atque aliis. Exempla vero duplicis sunt generis. Aut enim καὶ αὐτός, ut et subiectum, praedicato prius cogitatur, quasi ei adiici possint varia praedicata, aut ipsum ad praedicati latus inclinat, quasi ad praedicatum pertinens, quemadmodum et nos has phrases distinguimus: auch ich bin ein Mensch, et: ein Mensch bin ich auch. *α.*, Inter prioris generis exempla referimus haec: Luc. 14, 12. (μήποτε καὶ αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι, damit nicht auch sie —, non: damit sie — nicht ebenfalls.) 16, 28. 4, 11. Act. 2, 22. 10, 26. Joh. 4, 45. 17, 19. 21. Hebr. 5, 2. Sed *β.*, aliis in locis καὶ αὐτός subiecto diserte nominato additur, atque praecedente illo se-

quitur, ut cum praedicato iunctum verti possit: pariter, ebenfalls, Luc. 1, 36. (ἡ συγγενής σου καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱόν, cognata tua et ipsa, i. e. pariter atque tu.) Matth. 27, 57. (ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ. Luc. 23, 51. Marc. 15, 43.) Matth. 20, 10. 25, 17. 44. Act. 8, 13. (ὁ δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε.) 15, 27. 16, 28. 21, 24. 1 Joh. 2, 6. Gal. 2, 17. Hebr. 13, 3. — *cc.*, αὐτός i. e. fecit hoc illudve is, de quo sermo est, nec vero alius, Luc. 24, 36. (αὐτὸς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, i. e. ἔστη aliquis, sed qui adstitit, is erat, de quo nunc sermo fuerat, et alius nemo.) Phil. 2, 24. Ita alii excluduntur etiam in locis his: Act. 17, 25. (non datur ab aliis deo quidquam, sed ipse deus est, qui dat.) 1 Joh. 4, 10. Marc. 3, 13. Apoc. 19, 12. — *dd.*, αὐτός, ipse, i. e. non alii soli, Luc. 6, 36. (ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστι.) 10, 1. (οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.) 1 Joh. 1, 7. Joh. 9, 21. (αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει.) — In his locis omnibus interest scire, quid sit praedicatum, et quid aliquis dicatur αὐτός vel fecisse vel non fecisse. Sed pronomen αὐτός, ubi nude positum est, etiam sic legitur *b.*, ut non quidem de praedicato quaeratur, utrum subiecto vel soli vel pariter atque aliis conveniat, sed ita, ut subiecta omnino distinguantur, et ad se invicem referantur. Ita *aa*, αὐτός dicitur, qui ab rebus, quae eius sunt, simul commemoratis distinguitur, 1 Cor. 3, 15. (εἴ τινος τὸ ἔργον — αὐτὸς δὲ σωθήσεται.) Luc. 15, 14. (δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα — αὐτὸς ἤρξατο ὑστερεῖσθαι.) Marc. 4, 27. — *bb.*, αὐτός ubi is, quem narratio prae caeteris spectat, ab aliis, qui cum eo sunt, aut quibuscum ei res est, distinguitur, Luc. 1, 22. (Zacharias.) Luc. 9, 36. (discipuli Christi, quippe ad quos narratio rei gestae refertur.) Act. 19, 22. (Paulus.) Luc. 6, 11. (Judaei.) — Marc. 1, 8. (αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει κ. τ. λ. is, quem a me distinxi, ipse.) 6, 45. 7, 36. Joh. 2, 12. (αὐτὸς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ κ. τ. λ. cf. 4, 53. 18, 1. Plat. Gorg. p. 511. E.) Act. 16, 33. — *cc.*, er eben (is, quem modo dixi, est ille, qui etc.), Luc. 23, 9. Matth. 5, 4—9. 1, 21. (αὐτὸς σώσει, cf. 15, 12.) Luc. 24, 21. (αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ.) 1, 17. (non est i. q. προελεύσεται αὐτός.) Act. 10, 42. 1 Joh. 2, 2. — Solemus nos in his adhibere pronomen: er, sie, es, sono elatum. Alii similes loci: Luc. 6, 8. 11. 11, 14. 14, 1. 22, 23. 35. Act. 13, 14. Marc. 8, 29. Joh. 6, 15. 17. 8, 19. 1 Joh. 4, 5. Apoc. 17, 11. 21, 3. Eph. 1, 10. 1 Cor. 7, 13. Col. 1, 17. 18. Jac. 2, 6. Hebr. 8, 9. Huc ref. locos, paullo ante sub *a*, *bb*, α, notatos. — In primis vero *dd.*, rerum Jesu scriptores sic orationem ad Jesum referunt, quasi subiectum primarium semel pro semper declaratum esset, Marc. 2, 25. 4, 38. Hinc Lucae: καὶ ἐγένετο καὶ αὐτός, Luc. 5, 16. 17. 6, 20. 8, 54. 9, 51. 10, 38. 11, 17. 28. er, ut Pythagoraei: αὐτὸς ἔφα, — cf. Hebr. 13, 5. (αὐτὸς εἴρηκε, i. e. deus.)

2., Sed addi quoque potest subiecto diserte nominato,

a., ubi substratum ei est pronomen personale *aa.*, praepositum, Act. 10, 26. *κἀγὼ αὐτός εἰμι*, i. e. ich ebenfalls. Marc. 6, 31. *ὑμεῖς αὐτοί*, i. e. ihr nun auch. — *bb.*, postpositum: *αὐτὸς ἐγώ*, ego, non alii, Rom. 9, 3. 15, 14. Luc. 24, 39. (al. codd. *ἐγὼ αὐτός*, al. *ἐγώ εἰμι αὐτός*. Leg. *αὐτὸς ἐγώ εἰμι*, i. e. ich bin's.) *αὐτοὶ ὑμεῖς*, Joh. 3, 28. 1 Thess. 4, 9. sed Act. 20, 30. 1 Cor. 5, 13. (*ἐξ ὑμῶν αὐτῶν*.) 7, 35. 11, 13. (*ἐν ὑμῖν αὐτοῖς*.) — *αὐτοὶ οὗτοι*, Act. 24, 20. — *καὶ αὐτοὶ οὗτοι*, 24, 15. — *αὐτοῦ τούτου*, Act. 25, 25. — *αὐτὸ τοῦτο δέ*, 2 Petr. 1, 5. — *εἰς αὐτὸ τοῦτο* (gerade desshalb), Eph. 6, 22. Rom. 9, 17. Phil. 1, 6. — cum appositione, 2 Cor. 7, 11. — *b.*, ubi ei substratum est nomen aliquod appellativum aut proprium, sed ita, ut *aa.*, pronomen praepositum sit. Iam hoc praepositum *α.*, ita legitur, ut illo nomine addito pariter illustretur, atque hoc ipsum ab eo robur accipiat, Joh. 4, 44. Luc. 3, 23. (*αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς*, ipse Jesus, er selbst, Jesus.) Luc. 24, 15. 36. — *αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης*, Matth. 3, 4. (non est mera appositio: ipse, Joannem dico.) Marc. 6, 17. (*αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρώδης*.) Ita vero etiam in aliis locis, ubi nomini proprio articulus non additus est (quod teneas contra Fritzsch. ad Matth 3, 4.), Marc. 12, 36. (Luc. 20, 42. *αὐτὸς γὰρ Δαβίδ*, er selbst, David.) 37. Joh. 16, 27. (ipse pater. Male vertunt: sponte.) Rom. 8, 21. (sie selbst, die Schöpfung.) 1 Thess. 4, 16. Hebr. 9, 23. 11, 11. (ipsa vero, i. e. ea, ad quam verba de Abrahamo eiusque prole modo facta respiciunt, Sarah.) Apoc. 21, 3. (er selbst, Gott.) 1 Thess. 5, 23. 2 Cor. 11, 14. — In his ratio, quare *αὐτός* positum, non est in solius praedicati indole, sed in eo quaerenda, quod subiectum iam in antecedentibus indicatum, aut id dictum erat, unde, qui *αὐτός* dici possit, facile intelligatur, v. c. 2 Cor. 11, 14. (sens.: nam is, cui similes sunt, ipse, scil. *ὁ Σατανᾶς*), et quod ea, quae de subiecto commemorato adduntur, ad subiectum illud nexus arctioris caussa adstringuntur. Sed *β.*, in aliis locis *αὐτός* cum nomine iunctim et sic quidem pronuntiandum est, ut accentus inclinet in nomen sequens, 1 Cor. 15, 58. (*τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱός*.) Quo pertinent loci ii, in quibus *αὐτός* idem est quod: vel adeo, 1 Cor. 11, 24. (*ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις*), et ubi est i. q. idem, Luc. 10, 21. pronunties: *ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ*. 13, 31. 20, 19. — *bb.*, postpositum, ut ad praedicatum trahatur, Joh. 4, 2. (*καίτοιγε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτισε*, i. e. Jesus non ipse, nicht in eigener Person.) — Joh. 14, 11. *διὰ τὰ ἔργα αὐτά*, Gal. 6, 13.

II., pronomen personale, quo solā tertia persona, lat. is, ea, id, significatur, *a.*, ut subiectum habeas. Ita ubi additur aut participio verbi, posito genitivo absoluto, v. c. *αὐτοῦ ἐλθόντος*, *ποιοῦντος*, *λαλήσαντος*, *λαληθέντος*, aut ubi infinitivo verbi adiungitur in constructione accusativi cum infinitivo, cf. Rom. 1, 20. (*εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους*.) Eph. 1, 4. *εἶναι ἡμᾶς*. — Loca singula excitare non attinet, quandoquidem innumera sint, et

res ipsa notissima. — *b.*, ut personam habeas, quae sit verbo activo obiecta, v. c. Matth. 6, 20. θησαυρίζετε ὑμῖν. 7, 9. ἐπιδώσει αὐτῷ. 11, 12. ἀσπάσασθε αὐτήν. 26, 44. καὶ ἀφεὶς αὐτούς. Luc. 1, 22. ἦν διανεύων αὐτοῖς. 4, 41. οὐκ εἴα αὐτὰ (τὰ δαιμόνια) λαλεῖν. Joh. 1, 5. ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε. Ad haec exempla nota, pronomen verbo postponi, ubi vero plus quam solam tertiam personam indicet, atque vim habeat pron. reflex: ipse, ibi idem praeponendum esse, v. c. Joh. 9, 21. αὐτὸν ἐρωτήσατε, ipsum interrogate. Luc. 24, 24. αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον. Gal. 4, 17. ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε. — *c.*, ut tertiam personam cum praepositionibus iungas: παρά, μετά, ἐξ αὐτοῦ, — eo; σὺν αὐτῷ, etc. — *d.*, ut possessorem indicet, v. c. ὁ πατὴρ αὐτοῦ.

III., His notatis respiciamus ea, quae orationi scriptorum N. T. propria sunt:

1., Pronomen: αὐτός, is, ea, id, saepe per abundantiam orationis in altero enuntiationis membro verbo additur, quamquam in priori membro casus, qui ad hoc ipsum verbum pertineret, iam praecessit. Exempla sunt varii generis: *a.*, Matth. 8, 1. καταβάντι δὲ αὐτῷ — ἠκολούθησεν αὐτῷ.) 4, 16. 8, 23. 28. 5, 1. 40. 9, 28. 25, 29. 11, 23. (ἀπὸ τοῦ μὴ ἔχοντος — ἀπ' αὐτοῦ. Luc. 19, 26.) 26, 71. Marc. 5, 2. 9, 28. Act. 7, 21. Apoc. 2, 7. 6, 4. Joh. 15, 2. (πᾶν κλῆμα — αἴρει αὐτό.) Nimirum scriptor, dum verba priora hac mente scribebat, ut ea cum primario verbo postponendo construeret, haec ipsa verba tamquam aliquod sententiae membrum per se distinxit, quasi protasin efficerent, atque ita, cum ad verbum primarium ipsum accederet, hoc ita posuit, ac si formanda esset apodosis. — *b.*, in enuntiationibus relativis, Act. 15, 17. (ἐφ' οὓς — ἐπ' αὐτούς) Matth. 7, 25. (ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς.) Apoc. 7, 2. (οἷς ἐδόθη αὐτοῖς.) 13, 12. 17, 9. Eph. 2, 10. cf. Jerem. 48, 38. Imitati sunt nostri scriptores hebraicos, v. c. Jes. 2, 22., quamquam hi non semper eam construendi verba rationem praeiverunt, sed graeci interpretes relativum ipsi addiderunt. Vide locum Jeremiae modo laudatum, et Matth. 3, 12. (Luc. 3, 17.) οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, conferas cum Jes. 9, 5. ubi οἱ ὁ habent: οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, non sic vero textus hebraicus. 1 Petr. 2, 25. (coll. Jes. 53, 5.) — Exempla e Graecis notata vid. ap. Hermann. ad Viger. p. 709. adde Herodian. 8, 6, 10. Diod. Sic. 1, 97. — *c.*, ubi apodosis habet ἀνακόλουθόν τι, Luc. 8, 18. Matth. 12, 36. Joh. 17, 2. Apoc. 2, 26. ((ὁ νικῶν — δώσω αὐτῷ.)

2., Per negligentiam scriptoris pronomen αὐτός positum est, ubi subiectum vel obiectum, ad quod referendum est, desideratur, quamquam latet in aliquo nomine, Matth. 4, 23. (περιῆγεν γαλιλαίαν — διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, scil. Galilaeensium. Non assentimur Fritzschio ad h. l. Exscripta enim haec verba sunt e Marc. 1, 39. 9, 35. recurrunt Matth. 11, 1.) Marc. 1, 44. (ὅρα, μηδενὶ εἴπῃς, i. e. μηδενὶ ἀνθρώπων. Iam sequi-

tur: — εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, i. e. ἀνθρώποις. Luc. 5, 14. Matth. 8, 4.) Act. 8, 5. (— Σαμαρείας, sequitur: ἐκήρυσσεν αὐτοῖς, i. e. τοῖς Σαμαρείταις.) 20, 2. (αὐτούς, i. e. incolas τῶν μερῶν ἐκείνων.) 2 Cor. 2, 13. (αὐτοῖς, i. e. incolis Troadis.) Act. 12, 21. (subiectum latet in δῆμος.) Matth. 14, 14. Nec in graecis scriptoribus huius negligentiae exempla desunt, quae afferre non attinet, cum haec res ad rationem rhetoricam pertineat, et satis in se ipsa excusationis habeat. — Luc. 5, 17. (ἰᾶσθαι αὐτούς, de aegrotis scil. sermo fuit in anteced.) 1 Petr. 3, 14. (φόβον αὐτῶν, i. e. eorum, qui vos κακῶσαι [v. 13.] possint.) Luc. 2, 22. (τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, scil. matris et infantis; puerperarum? nullo modo!) 23, 51. (τῇ βουλῇ αὐτῶν, i. e. eorum, quibuscum esset βουλευτής.) Hebr. 8, 8. (αὐτοῖς, i. e. τοῖς ἔχουσι τὴν διαθήκην τὴν πρώτην.) Joh. 9, 22. (αὐτὸν, scil. Ἰησοῦν, quia de eo quaestio habita erat.) 1 Joh. 2, 8. (ἐν αὐτῷ, scil. χριστῷ.)

3., Quod rhetoricam rationem attinet, observandum est, nostros in enuntiationibus relativis, cum pluribus eae membris constant, membrum secundum non solere priori adiungere servato pronomine relativo ὅς, sed nexu soluto sic pergere, ut scribant: καὶ αὐτός. Exempla habes: Luc. 17, 31. 1 Cor. 8, 6. (ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν, pro: καὶ εἰς ὃν ἡμεῖς.) 2 Petr. 2, 3. Apoc. 2, 18. 17, 2. Est haec ratio Graecorum pariter atque Hebraeorum. (v. Hom. Il. 1, 78. Od. 1, 79. 161. Xen. Cyr. 3, 1, 38.)

4., Pronominis αὐτός casus positi deprehenduntur, ubi ex legibus grammaticis scriptor uti debebat pronomine reflexivo: ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ cett., Matth. 3, 16. (Marc. 1, 10.) ἐπ' αὐτόν. 22, 45. Marc. 12, 10. Joh. 4, 47. 13, 11. Act. 28, 14. 19, 4. Hebr. 11, 21. 1 Joh. 4, 40. (v. Viger. p. 165.) Hoc inde explicandum est, quod scriptor eum, de quo loqueretur, tamquam tertiam personam sibimet ipsi opponeret.

5., αὐτός post relativam sententiam, ubi exspectares pronom. demonstrat., Luc. 20, 18. ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν. cf. 8, 18. Matth. 12, 50. (Marc. 3, 35. habet οὗτος.) 26, 48. (Marc. 14, 44.) Eph. 4, 10.

6., Saepius pronomen αὐτός repetitur, quamquam ad diversas personas vel res pertineat, Marc. 8, 22. 9, 27. 28. 1 Joh. 3, 24.

IV., αὐτός, ή, ό, cum articulo: idem, eadem, idem; **1.**, nullo addito nomine; ὁ αὐτός, Hebr. 1, 12. 13, 8. i. e. immutabilis. (Thuc. 2, 61.) Matth. 5, 46. (τὸ αὐτό. Luc 6, 33.) 1 Cor. 1, 10. (τὸ αὐτὸ λέγειν, eandem profiteri sententiam.) Act. 15, 27. (τὰ αὐτά.) Rom. 2, 1. Eph. 6, 9. Matth. 27, 44. (non est: eodem modo, sed accus. idem — idem conviciati sunt, i. e. idem convicianties protulerunt.) cf. Luc. Harmon. c. 2. τὸ αὐτὸ — αὐλήσας. — *b.*, τὸ αὐτό, v. c. συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό, Matth. 22, 34. 1 Cor. 11, 20. (οἱ ό, Ps. 2, 2. 37, 38. יַחַד.)

Act. 2, 1. 3, 1. ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀνέβαινον, i. e. und, simul (ἐν τῷ αὐτῷ ἔτυχές μοι γενέσθαι, Justin. M. dial. p. 220.). — κατὰ τὸ αὐτό, Act. 14, 1. una, simul. (οἱ ὁ יַחַד, Ex. 26, 24. 1 Reg. 13, 18. Aelian. V. H. 14, 8. Herodot. 7, 106.) — c., τὸ αὐτό cum casu iunctum, 1 Petr. 5, 9. (τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων.) 1 Cor. 11, 5. (ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ.) — 2., addito nomine, Matth. 26, 44. (Marc. 14, 39. τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.) Luc. 6, 38. (τῷ αὐτῷ μέτρῳ.) Phil. 1, 30. 1 Cor. 1, 10. (ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ.) — 12, 4. (τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα.) 6 (ὁ δὲ αὐτὸς θεός.) 8. 9. 11. (ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα.) Nonnunquam pronomen praepositum est, v. c. Luc. 7, 21. eadem hora, sed h. e. gerade in dieser; 10, 21. Rom. 8, 16.

Αὐτοῦ (generis neutrius), ibi, Matth. 26, 36. cf. Gen. 22, 5. (Marc. 14, 32. ὧδε.) Act. 15, 34. 18, 19. 21, 4.

Αὑτοῦ, ῆς, οῦ, sui, i. q. ἑαυτοῦ, Matth. 1, 22. 3, 12. (Luc. 3, 17.) 23, 4. Marc. 15, 29. Luc. 5, 15. 7, 3. 9, 51. 14, 27.) Act. 15, 26. Eph. 1, 9. — Rom. 14, 14. (οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ.) 2 Tim. 2, 19. (τοὺς ὄντας αὑτοῦ, suos.) Codices et librarii saepius pro eo exhibent αὐτοῦ, spiritu leni instructum. Sed αὑτοῦ, αὑτῷ etc. scribendum est, ubi ad idem, quod in verbo activo latet, subiectum pertinet, praesertim si subiecti actio verbo expressa eo tendebat, ut id, quod in obiecti ab eodem subiecto effecti ordine ponitur, efficeret. Matth. 23, 37. scribendum est πρὸς αὑτήν, non πρὸς αὐτήν. (Nam subiectum actionis, unde pendet πρὸς αὐτήν, i. e. subiectum, cuius est ἀποστέλλειν, aliud est, quam id, cuius est τὸ ἀποκτείνειν.) Sed discrimen vide Marc. 7, 33. ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὑτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ.

Αὐτόφωρον, ου, τό, (ex αὐτός et φώρ, fur, φωρά, furtum) — ἐπ' αὐτοφώρῳ καταλαμβάνω τινά, *a.*, propr. in ipso furto; — *b.* in ipso scelere, Joh. 8, 4. (Aelian. V. H. 11, 15. 14, 3. Plut. de fluv. mor. 6. Sext. Empir. adv. Rhet. 63.)

Αὐτόχειρ, ος, ὁ, (ex αὐτός et χείρ, cf. μακρόχειρ, ἀδικόχειρ, — ἄπους, ἄπιχθυς, al. dic. etiam αὐτόχειρος) propr., qui sua manu aliquid patrat, Act. 27, 19. (αὐτόχειρες ἐῤῥίψαμεν.)

Αὐχμηρός, ά, όν, (αὐχμέω, torreo, squaleo) caliginosus (duster), 2 Petr. 1, 19. (similis forma: αὐστηρός, q. v.)

Ἀφαιρέω (ῶ), f. ήσω, f. 2. ἀφελῶ, aor. 2. ἀφεῖλον, (ex ἀπό et αἱρέω) tollo, aufero; τί, Luc. 1, 25. (ἀφελεῖν τὸ ὄνειδος.) Xen. Mem. 2, 6, 23. — τὸ ὠτίον (aurem abscindo), Luc. 22, 50. (Matth. 26, 51. Marc. 14, 47.) Aelian. V. H. 3, 1. 1, 34. Xen. Mem. 1, 2, 54. — ἀφαιρεῖν τὰς ἁμαρτίας, tollere, de victima, Hebr. 10, 4. — Med., condonare, Rom. 11, 27. (ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, cf. Jes. 27, 9. explicatur Jerem. 31, 34.) — *b.*, τὶ ἀπό τινος, Sext. Emp. adv. phys. 1, 280. — pass., Luc. 10, 46. (οὐκ ἀφαιρεθήσεται, i. e. soll nicht weggen.

werden ἀπ' αὐτῆς.) — act., Luc. 16, 3. Apoc. 22, 19. (ἐάν τις ἀφαιρῇ.) ibid. ἔκ τινος.

Ἀφανής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (ex α priv. et φαίνω, aor. 2. p. ἐφάνην) absconditus, inconspicuus, Hebr. 4, 13. (ἐνώπιον αὐτοῦ. — oppon. φανερός, Xen. Mem. 1, 1, 2. — Thuc. 8, 69.)

Ἀφανίζω, f. σω, (ab ἀφανής, reddo ἀφανές, cf. ἀσφαλίζω) 1., evanescere facio, deleo. Pass., evanesco, Jac. 4, 14. (ἀφανιζομένη, oppon. φαινομένη.) Aelian. V. H. 12, 1. — 2., nitore privo, unscheinbar machen. Hinc a., deturpare (entstellen); — τὸ πρόσωπον, Matth. 6, 16. — b., corrumpo, Matth. 16, 19. (Luc. 12, 33. διαφθείρει.) 20. — c., ἀφανίζομαι, obstupesco (erbleichen, pallore obducor), Act. 13, 41. (ἀφανίσθητε. Habac. 1, 5.)

Ἀφανισμός, οῦ, ὁ, abolitio, interitus (das Verschwinden), Hebr. 8, 13. (Diod. Sic. 15, 48.) Elegantiores Graeci non habent.

Ἄφαντος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et φαίνομαι) non amplius conspiciendus (verschwunden), qui disparuit, Luc. 24, 31. (ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν.)

Ἀφεδρών, ῶνος, ὁ, (ex ἀπό et ἕδρα, sedes; vox aevi Macedonici, quasi: der Absitz, nos: Abtritt) latrina, cloaca, Matth. 15, 17. (Marc. 7, 19.)

Ἀφειδία, ας, ἡ, (indoles hominis, qui est ἀφειδής, non parcens) severitas, quae non parcit, Col. 2, 23. (τοῦ σώματος, Nichtschonung.) Lucian. Anachars.: τῶν σωμάτων ἀφειδεῖν.

Ἀφελότης, τητος, ἡ, (ab ἄφελος. Sed ut pro hoc dic. ἀφελής, planus, ita pro ἀφελότης quoque Graeci elegantiores dicunt ἀφέλεια) de rebus, quae ornatu carent, simplicitas, Act. 2, 46. (Aelian. V. H. 7, 1. Lucian. dial. Deor. 4, 5.)

Ἄφεσις, εως, ἡ, (ἀφίημι) 1., dimissio, v. c. e vinculis, e captivitate, Luc. 4, 19. (Jes. 61, 1. 2. — Polyb. 1, 79, 12.) — 2., ἄφεσις ἁμαρτιῶν, condonatio, venia (e formula: ἀφιέναι τινὶ τὸ ὀφείλημα, τὸ δάνειον, non postulare. Deus non postulat peccata, quando non punit), Matth. 26, 28. Marc. 1, 4. Luc. 1, 77. Luc. 3, 3. 24, 47. Act. 2, 38. 5, 31. 10, 43. al. Marc. 3, 29. (ἔχειν ἄφεσιν.) — τῶν παραπτωμάτων, Eph. 1, 7. — omisso genitivo rei, Hebr. 9, 22. 10, 18. (ἄφεσις τιμωρίας, Diod. Sic. 20, 44. idem ἄφεσις ἐγκλημάτων, Tom. 10. p. 147. edit. Bip.)

Ἁφή, ῆς, ἡ, (ἅπτω, necto, apto) iunctura, vinculum, Eph. 4, 16. — plur., Col. 2, 19. (copulatur cum voce: συνδεσμός.)

Ἀφθαρσία, ας, ἡ, (ἄφθαρτος, quod v. Cf. ἀκαθαρσία) incorruptibilitas, immortalitas, Rom. 2, 7. 1 Cor. 15, 42. (oppon. φθορά.) 50. 54. — 2 Tim. 1, 10. (ζωὴν καὶ ἀφθαρσ.) — ἐν ἀφθαρσίᾳ, Eph. 6, 24. (videtur pertinere ad ἡ χάρις — i. q. ἄφθαρτος, perpetua.)

Ἄφθαρτος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et φθείρω, 3 perf. pass.) incorruptus, incorruptibilis, Rom. 1, 23. (h. l. opponuntur sibi invicem ὁ ἄφθαρτος θεός et ὁ φθαρτὸς ἄνθρ.) 1 Cor. 9,

25. (φθαρτὸς στέφανος.) 15, 52. 1 Tim. 1, 17. 1 Petr. 1, 4. 3, 4.

Ἀφθορία, ας, ἡ, (ἄφθορος, incorruptibilis, ex α priv. et φθείρω) integritas, Tit. 2, 7. (alii codd. ἀδιαφθορία.)

Ἀφίημι, f. ήσω, (et ἀφέω, ἀφεῖς, Apoc. 2, 20. item ἀφίω,* imperf. ἤφιον [augmento ante praep. posito], Marc. 1, 34. 11, 16. Philo legat. ad Cai. — perf. ἀφῆκα. — ἀφέωνται, Matth. 9, 2. 5. Marc. 25, 9. Luc. 7, 47. 48. 1 Joh. 2, 12. dorice pro ἀφεῖνται) **1.**, dimitto (ex ἀπό et ἵημι), τινά. — pass., Matth. 24, 40. 41. (oppon. h. l. παραλαμβάνω. Luc. 17, 34.) — de marito uxorem dimittente, 1 Cor. 7, 11 — 13. — *b.*, φωνήν, πνεῦμα, emitto, von sich geben, Marc. 15, 37. Matth. 27, 50. (ἀφιέναι τὴν ψυχήν. οἱ ό, Gen. 35, 18. Aelian. V. H. 2, 1. Herodot. 4, 190. — τὴν φωνήν, Gen. 45, 2. Demosth. p. 301, 10.) — *c.*, mitto, missum facio, lassen, i. e. *aa.*, non curo, Matth. 15, 14. (ἄφετε αὐτούς.) 22, 22. Marc. 12, 12. — *bb.*, nunc non tracto, Hebr. 6, 1. (Theophrast. char. praef. §. 3.) — *cc.*, omitto, negligo, Matth. 23, 23. (Luc. 11, 42. παρέρχομαι.) Rom. 1, 27. — *dd.*, dimitto debita, quae non postulo, i. e. remitto (τί τινι, oppon. κρατεῖν, Joh. 20, 21.), Matth. 18, 27. (τὸ δάνειον.) 32. (τὴν ὀφειλήν.) Aelian. V. H. 14, 24. — τὰ ὀφειλήματα, Matth. 6, 12. (Luc. 11, 4. τὰς ἁμαρτίας. Sed alii codd. ὀφειλήματα, rectius, ut vid. Sequitur enim: παντὶ ὀφείλοντι.) τὰ παραπτώματα, Marc. 11, 25. 26. Matth. 6, 14. 15. τὰς ἁμαρτίας, Marc. 2, 5. 7. (Matth. 9, 2. 5. Luc. 5, 20. 21.) 3, 28. (Matth. 12, 31. 32. Luc. 12, 10.) — 1 Joh. 1, 9. (ita οἱ ό, Jes. 22, 14. Ps. 32, 5. Jes. 55, 7.) — Rom. 4, 7. (ὧν ἀφέθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Ps. 32, 1. 2. — τὴν αἰτίαν ἀφιέναι τινί, Herodot. 6, 30.) — absolute: ἀφιέναι τινί, condonare, Matth. 12, 32. 18, 21. 35. (Luc. 17, 4.) Marc. 4, 12. 11, 25. 26. Luc. 11, 4. 12, 16. 23, 34. — ἀφεθήσεται αὐτῷ (es soll), Jac. 5, 15. — Act. 8, 22. (εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου.) — *ee.*, dimitto, non retineo (non amplius teneo), Apoc. 2, 4. (ὅτι τὴν ἀγάπην τὴν πρώτην ἀφῆκας.)

2., permitto, sino (non impedio); *a.*, sequente infinitivo, Matth. 13, 30. (ἄφετε συναυξάνειν.) Matth. 1, 34. (οὐκ ἤφιε λαλεῖν. Luc. 5, 41. οὐκ εἴα — λαλεῖν.) 10, 14. ἄφετε ἔρχεσθαι καὶ μὴ κωλύετε αὐτά (Matth. 19, 14. Luc. 18, 16.). Joh. 11, 44. (ἄφετε ὑπάγειν.) 18, 8. — inf. aor., Luc. 9, 60. (Matth. 8, 22.) Matth. 19, 14. 23, 14. (Luc. 11, 52. ἐκωλύσατε.) Marc. 5, 37. (Luc. 8, 51.) 7, 12. 27. Luc. 12, 39. Apoc. 11, 9. — *b.*, sine inf., Matth. 3, 15. (ἄφες ἄρτι, lass für jetzt, lass es immer zu.) coll. v. 15. (τότε ἀφίησιν αὐτόν, i. e. eum non impedivit.) — Marc. 5, 19. 11, 6. 14, 6. Luc. 13, 8. Joh. 12, 7. 11, 48. Act. 14, 7. — *c.*, ἀφιέναι τινί τι, concedo alicui aliquid, Matth. 5, 40. (ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.) — *d.*, seq. ἵνα, Marc. 11, 16. (constructio recentiorum; v. Hermann. ad Viger. p. 906.)

— *e.*, sequente simplici coniunctivo, Matth. 7, 4. (Luc. 6, 42. ἄφες ἐκβάλω, permitte eximam.) ἄφες ἴδωμεν, Matth. 27, 49. (Marc. 15, 36. ἄφετε ἴδ.) Arrian. diss. Epictet. 1, 9. ἄφες δείξωμεν. 3, 12. ἄφες ἴδω.

3., relinquo aliquem, discedo ab aliquo, *a.*, ut in alium locum me recipiam, sich entfernen von jemand, Matth. 13, 36. (non est h. l. dimitto. Nam cf. Marc. 4, 36.) Matth. 26, 44. Marc. 8, 13. (Matth. 16, 4. καταλιπών.) 13, 34. Joh. 4, 3. 16, 28. — *b.*, discedo ab eo, quem manu missum volo, Matth. 4, 11. ita etiam de morbis desistentibus, ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός, Matth. 8, 15. (Marc. 1, 31. Luc. 4, 39. Joh. 4, 52.) — *c.*, discedo ab aliquo, eumque sibi relinquo, ita ut ei renuntiem atque ille me careat, verlassen, Matth. 4, 22. (sed Marc. 1, 20. ἀφέντες τὸν πατέρα ἐν τῷ πλοίῳ, cum reliquissent in nave, i. e. remanere iussissent.) 18, 12. (Luc. 15, 4. καταλείπει.) Sic etiam ἀφιέναι τὰ ἑαυτοῦ, opes et facultates, domum etc., Matth. 4, 19. (Marc. 1, 18.) Luc. 5, 11. Matth. 19, 27. 29. (Marc. 10, 28. 29. Luc. 18, 28. 29.) — *d.*, desero aliquem (contra fas), Matth. 26, 56. (Marc. 14, 50.) Joh. 10, 12. — *e.*, discedens non mecum absporto, stehen, liegen lassen, zurücklassen, Matth. 5, 24. Joh. 4, 28. — *f.*, relinquo, de discedente e vita, hinterlassen, τέκνα, γυναῖκα, Matth. 25, 28. (Marc. 12, 20. 22. Luc. 20, 31. καταλείπω.) σπέρμα ἀπολείπειν, Sap. 14, 6. — *g.*, relinquo, ut qui relinquitur, restet, übrig lassen, Matth. 24, 2. (οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον. Marc. 13, 2. Luc. 21, 6.) — *h.*, ἀφιέναι τινὰ (ὡς) τινά (accusat. nominis vel pronominis cum accusativo praedicati), Luc. 10, 30. (ἡμιθανῆ.) Joh. 14, 28. (τινὰ ὀρφανόν.) — ἔρημον, Matth. 23, 38. (Luc. 13, 35.) — V. ἐάω, καταλείπω.

Ἀφικνέομαι (οῦμαι), f. ἀφίξομαι, (ab ἵκω, unde ἱκνέομαι, ut ab ἔχω, ἴσχω = ἰσχνέομαι) pervenio; εἰς, ad, Rom. 16, 19. — Aelian. V. H. 1, 24. Xen. Anab. 6, 1, 26. Cyr. 2, 1, 2. V. ἄφιξις.

Ἀφιλάγαθος, οῦ, ὁ, ἡ, (ex α priv. et φιλάγαθος a φίλος et ἀγαθός) boni et hominum bonorum inimicus, 2 Tim. 3, 3.

Ἀφιλάργυρος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et φιλάργυρος a φίλος, ἄργυρος) non avarus, non amans pecuniae, 1 Tim. 3, 3. Hebr. 13, 5.

Ἄφιξις, εως, ἡ, (ἀφίκω = ἀφικνέομαι) apud Graecos plerumque: adventus. Sed in locis seq. abitus, discessus: Act. 20, 29. (Herodian. 1, 7, 2. Dem. 1436, 6. Herodot. 9, 17. et 76. 3 Macc. 7, 18.)

Ἀφίστημι, f. ἀποστήσω, (ex ἀπό et ἵστημι) **1.**, praes., imperf., fut., aor. 1. act.: absistere facio, removeo (Xen. H. G. 7, 5, 23.), ad defectionem sollicito, Act. 5, 37. (ἀφίστησι λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ.) — **2.**, perf., plusq., aor. 2. act.: desisto ab aliquo, i. e. missum facio, Act. 5, 38. (ἀπόστητε ἀπὸ τῶν

ἀνθρώπων τούτων.) 22, 29. (ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ.) 2 Cor. 12, 8. Luc. 4, 13. (ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ.) 13, 27. 2 Tim. 2, 19. — *b.*, discedo ab aliquo, Act. 12, 10. 19, 9. abtreten. — *c.*, Med. ἀφίσταμαι, me abstineo, ἀπό τινος, Luc. 2, 37. (οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, nullo die in templo non fuit. Levit. 10, 7.) — vito (sich entfernt halten von), 1 Tim. 6, 5. (ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων.) — *d.*, deficio, Luc. 8, 13. (ἀφίστανται.) 1 Tim. 4, 1. (ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως.) Ita etiam ἀποστῆναι, Hebr. 3, 12. (ἀπὸ τοῦ θεοῦ.) — *e.*, desero, Act. 15, 38. (τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν.)

Ἄφνω, adv., i. q. ἄφνως, (ex ἀφανῶς ab ἀφανής, α priv. et φαίνω) repente, Act. 2, 2. 16, 26. 28, 6. — Jes. 10, 9. (Diod. Sic. 1, 57.) V. supra αἰφνίδιος.

Ἀφόβως, adv., (ab ἄφοβος, ex α priv. et φόβος) sine metu, tuto, Luc. 1, 74. Phil. 1, 14. 1 Cor. 16, 10. (βλέπετε, ἵνα ἀφόβως γίνηται πρὸς ὑμᾶς, scil. Timotheus. Adverbium cum γίνομαι iunctum v. Hom. Il. 3, 95.) — *b.*, Jud. v. 12. impudenter. (Herodian. 7, 1.)

Ἀφομοιόω (ῶ), f. ώσω, in simile efformo, (ex ὅμοιος et ἀπό. Cf. ἀπογλυκαίνω, ἀπογανιόω, ἀποδενδρόω, ἀποθεόω, ἀποκαισαρόω, al. Signif. ergo ἀπό ita efformo, ut in formam similem a b e a t; — τὰ εἴδη, Xen. Mem. 3, 10, 2.) similem reddo, τινά τινι, Hebr. 7, 3. (verähnlichen.)

Ἀφοράω (ῶ), f. ἀπόψομαι, perf. ἀφεώρακα, (ex ὁράω et ἀπό) *a.*, procul, e longinquo video. — *b.*, oculos averto retrospiciens, Xen. Cyr. 7, 1, 36. — *c.*, oculos, ab aliis rebus aversos, in aliquo defigo; vid. ἀποβλέπω. — εἴς τι, intueor aliquid, animum ad aliquid adverto, Hebr. 12, 2. (Plut. Lycurg. c. 7.)

Ἀφορίζω, f. σω, fut. att. ιῶ, (ex ὁρίζω, i. e. ὅρον facio, fines describo, determino, et ἀπό, rem separans ab aliis) separo, Act. 19, 9 Gal. 2, 12. (ἑαυτόν.) — ἐκ μέσου τινῶν, Matth. 13, 49. — Pass. signif. med., 2 Cor. 6, 17. — ἀπό τινος, Matth. 25, 32. — secludo ut infamia notatum, Luc. 6, 22. (Jes. 66, 5.) v. ἀποσυνάγωγος, ἀνάθεμα. — τινὰ εἴς τι, destino, seligo aliquem ad aliquid (ut aliquid agat), Act. 13, 2. Rom. 1, 1. Gal. 1, 15. (Levit. 20, 26.)

Ἀφορμή, ῆς, ἡ, (ex ὁρμή, q. v. et ἀπό) inceptio, invasio, id quo studium excitatur et unde digreditur, id quod conatui ansam praebet et materiam suppeditat, incitamentum. Xen. Mem. 3, 12, 4. τοῖς ἑαυτῶν παισὶ καλλίους ἀφορμὰς εἰς τὸν βίον καταλείπουσι, i. e. Anlage, Anfang, womit sich etwas beginnen lässt. Demosth. ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν. Rom. 7, 8. 11. (λαμβάνω — incitamentum.) 2 Cor. 5, 12. et 1 Tim. 5, 14 (διδόναι.) 2 Cor. 11, 12. (ἐκκόπτειν.) Gal. 5, 13. μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί, scil. κατέχητε, modo ne libertate abutamini, ut carni, quippe de cuius circumcisione sermo erat, i. e.

libidinibus indulgeatis. Vid. de huius vocis significatt. Viger. p. 81. s. Phryn. ed. Lob. p. 223.

Ἀφρίζω, f. σω, (ἀφρόν facio) spumo, Marc. 9, 18. 20. (Diod. Sic. 3, 9.)

Ἀφρός, οῦ, ὁ, spuma, Luc. 9, 39. (Hom. Il. 20, 168.)

Ἀφροσύνη, ης, ἡ, (ab ἄφρων, q. v. Cf. ἐλεημοσύνη, ἀσχημοσύνη) stultitia, insipientia, amentia, 2 Cor. 11, 1. 17. 21. Significatur his in locis iactantia, cf. 2 Cor. 12, 6. Quare non mirum est, quod Marc. 7, 22. ὑπερηφανία et ἀφροσύνη copulata sint. (Male Wahl.: perdita nequitia.)

Ἄφρων, ονος, ὁ, ἡ, (ex α priv. et φρών. Cf. lat. frons, — εὔφρων, σώφρων) sensu et ratione carens (Xen. Mem. 1, 4, 14.), amens, stolidus, Luc. 11, 40. 12, 20. 1 Cor. 15, 36. Rom. 2, 20. 2 Cor. 11, 16. 19. (oppon. φρόνιμος.) 12, 6. 11. Eph. 5, 17. 1 Petr. 2, 15.

Ἀφυπνόω (ῶ), f. ώσω, potest esse vel 1., verbum derivatum a composito ἄφυπνος, i. e. expergefactus, ex ἀπό et ὕπνος, cf. ἀτιμόω ab ἄτιμος; ergo i. q. ἄφυπνον ποιῶ, i. e. *a.*, excito alium. — *b.*, intransit., expergefio (Anthol. gr. tom. 2. p. 103. n. 28. ed. Jacobs.) — pro quo ἀφυπνίζομαι, Aelian. V. H. 1, 13. alii etiam ἐξυπνίζομαι; vel potest esse 2., praepositio ἀπό cum verbo simplici ὑπνόω, i. e. dormio, iuncta. Hac altera ratione dicitur Luc. 8, 23. obdormio. (Vett. dixerunt καθυπνόω, v. Lobeck. ad Phrynich. p. 224.)

Ἄφωνος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et φωνή) vocis expers, mutus, 1 Cor. 12, 2. (sermonis facultate destitutus, Ps. 115, 5. Habac. 2, 18.) 2 Petr. 2, 16. — *b.*, taciturnus, obmutescens, Act. 8, 32. (ἀμνός. Jes. 53, 7.) — *c.*, 1 Cor. 14, 10. (τοιαῦτα γένη φωνῶν καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον, i. e. nulla lingua est, quae linguae vim non habeat. Cf. formulam: βίος ἀβίωτος, vita non vitalis.)

Ἀχαΐα, ας, ἡ, Achaia, nomen regionis Graeciae: 1., Sensu angustiori: provincia sita in Peloponneso aut Morea, regione Graeciae versus septentrionem. Huius provinciae caput Corinthus erat, sedes Proconsulis. (Sub Augusto provincia erat proconsularis. Tiberius eam cum Macedonia fecit provinciam Caesareanam, Claudius vero utramque senatui reddidit.) Sueton. vit. Claudii c. 25. — 2., latiori sensu: Peloponnesus et Graecia, h. e. regiones omnes inter Peloponnesum et Thessaliam interceptae (simul cum Macedonia), Polyb. 2, 38. v. Cellar. Notit. Orbis antiq. tom. 1. p. 1170. — sensu latiori: Act. 19, 21. Rom. 15, 26. 2 Cor. 11, 10. 1 Thess. 1, 7. 8. — angustiori: Act. 18, 12. 1 Cor. 16, 15. 2 Cor. 1, 1.

Ἀχάριστος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et χαρίζομαι) ingratus, beneficii immemor, Luc. 6, 35. 2 Tim. 3, 2. (explicat. vid. Xen. Mem. 2, 1, 1—3.)

Ἀχειροποίητος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et χειροποίητος,

Marc. 14, 58. a χείρ et ποιέω) manibus non factus, Marc. 14, 58. 2 Cor. 5, 1. Col. 2, 11.

Ἀχλύς, ύος, ἡ, nebula, caligo (Hom. Od. 7, 41.), Act. 13, 11. (Plut. Alex. M. c. 45.) Suid. σκότος, ὀμίχλη, ζόφος, ἀμβλυωπία.

Ἀχρεῖος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et χρεῖος, utilis) inutilis, qui nihil praestat, Luc. 17, 10. et Matth. 25, 30. (δοῦλος. cf. Plato Alcibiad. τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον. — Xen. Mem. 1, 2, 54. ἀχρεῖον καὶ ἀνωφελές.)

Ἀχρειόω (ῶ), f. ώσω, (i. e. reddo ἀχρεῖον, q. v.) inutilem reddo. Pass., Rom. 3, 12. (ex Ps. 14, 3.)

Ἄχρηστος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et χρηστός, qui usui est, a χράομαι, f. χρήσομαι) inutilis, qui non frugi est, Philem. v. 11. (oppon. h. l. εὔχρηστος.) — Xen. Oecon. 1, 10.

Ἄχρι et ἄχρις, (sive sequatur vocalis, sive non, formatum ex μέχρι abiecta littera μ, ut observat Eustathius) praepositio sibi adsciscens genit., usque ad. 1., de termino temporis: ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης, Act. 2, 19. 23, 1. 26, 22. — ἄχρι ἧς ἡμ., Act. 1, 2. Luc. 1, 20. 17, 27. (Matth. 24, 38.) Sed differt ἄχρι a μέχρι sic, ut hoc (μέχρι) intervallum quoddam describat et terminum aliquem ponat, quo sciamus, quousque progrediendum sit, ἄχρι vero dicat aliquid adeo tamdiu et continuo quidem duravisse, usque dum terminus a scriptore notatus appropinquaret, Act. 3, 21. (ἄχρι χρόνων, i. e. per totum intervallum ante.) 20, 6. (ἄχρι ἡμερῶν πέντε, i. e. post iter quinque dierum.) v. 11. (ἄχρις αὐγῆς, per totum tempus, quod τὴν αὐγήν antecederet.) 22, 22. (ἄχρι τούτου τοῦ λόγου, i. e. omnem orationem ad hanc usque vocem) Rom. 1, 13. (ἄχρι τοῦ δεῦρο, i. e. per totum tempus, quod hunc diem antecessit.) 5, 13. (ἄχρι νόμου.) Sed μέχρι v. 14. unum cum altero terminum coniungit, id quod sono distingui potest: bis auf Moses (μέχρι), et: bis auf Moses (ἄχρι). v. μέχρι. — 8, 22. (i. e. ne nunc quidem suspirandi finem fecit ἡ κτίσις.) 1 Cor. 4, 11. 2 Cor. 3, 14. Gal. 4, 2. Phil. 1, 5. 6. Hebr. 6, 11. Apoc. 2, 26. — ἄχρι καιροῦ, per aliquod tempus, eine Zeit lang, satis diu (geraume Zeit), Luc. 4, 13. Act. 13, 11. Dicitur etiam ἄχρι παντός apud Philon. — *b*., cum relativi pronominis genere neutro: ἄχρις οὗ adverbiascit: usque dum, donec, Hebr. 3, 13. (ἄχρις οὗ καλεῖται, durch die ganze Zeit hin, wo es heisst, i. e. quamdiu.) Act. 7, 18. (ἄχρις οὗ ἀνέστη, cf. ἕως, Matth. 2, 9.) 27, 33. — seq. coni. aor., qui vim habet fut. exacti, Rom. 11, 25. Gal. 3, 19. 4, 19. Apoc. 7, 3. 20, 3. 5. — interposito ἄν accentu notes τὸ bis, i. e. usque dum, quocumque tempore fiat, 1 Cor. 11, 26. 15, 25. Apoc. 2, 25. sine οὗ, Luc. 21, 24. (ἄχρι τελεσθῶσι, usque dum consumati fuerint.) Apoc. 15, 18. — futurum, Apoc. 7, 17. — 2., de loco, Act. 11, 5. 13, 6. 20, 4. 18, 15. 2 Cor. 10, 13. 14. Apoc. 14, 20. 18, 5. — 3., ἄχρι θα-

νάτου, Apoc. 2, 10. 12, 11. Act. 22, 4. — Hebr. 4, 12. ponitur sic extremum s. summum. V. ἕως, μέχρι.

Ἄχυρον, ου, τό, palea, Matth. 3, 12. (Luc. 3, 17.)

Ἀψευδής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (α priv. et ψεῦδος) mendacii expers, verax, Tit. 1, 2.

Ἄψινθος, ου, ὁ, Absinthus, Apoc. 8, 11. stellae nomen.

Ἄψυχος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et ψυχή) exanimis, 1 Cor. 14, 7.

B.

Βαάλ, ὁ et ἡ, nomen indeclinabile hebraicum: בַּעַל, dominus; gessit hoc nomen idolum quoddam Phoeniciorum et Caanitarum, solem repraesentans, quod sub nomine בֵּל (contractis syllabis בַּעַל) Assyrii quoque et Babylonii et qui erant vicini populi sacrum habuerunt, Dan. 14, 5. s. cf. Herodot. 1, 183. Jerem. 50, 2. 51, 44. Diod. 2, 8. Διός, ὃν καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον. — ὁ Βαάλ, Num. 22, 41. 1 Sam. 16, 31. — ἡ Βαάλ, Zeph. 1, 4. Hos. 2, 8. — Rom. 11, 4. (τῇ Βαάλ. 1 Reg. 19, 18.) Judaeos ipsos cultum huius idoli amplexos fuisse, memoratur Jud. 2, 11. 13. 3, 7. 8, 33. 1 Reg. 16, 31.

Βαβυλών, ῶνος, ἡ, Babylon. (Nomen derivatur a בָּלַל, confudit, Gen. 9, 11. cf. Aesch. Pers. 51. Βαβυλὼν δ' ἡ πολύχρυσος πάμμικτον ὄχλον πέμπει σύρδην. — Eichhornius nomen ortum putabat ex בָּאב בֵּל i. e. porta Beli.) — Urbs olim celeberrima et amplissima (Aristot. Polit. 3, 2.), sedes regum Babyloniorum, ad Euphratem sita. Expugnaverat eam iam olim Cyrus (Xen. Cyr. 7, 5, 15. 26 — 30. Herodot. 1, 191.), sed diruit portas eius et muros Darius Hystaspes, templum Beli destruxit Xerxes. Tandem urbs plane in solitudinem rediit exhausta vicinitate Seleuciae ob id (ad Tigridem) conditae a Seleuco Nicanore. Plin. H. N. 6, 26. Curt. 5, 1. De reliquiis huius urbis hodie superstitibus exposuit James Rich: memoirs of the ruine of Babylon, Londin. 1818. — Ponitur in N. T. pro tota terra Babyloniorum (Chaldaeorum), Matth. 1, 11. 12. 17. Act. 7, 43. 1 Petr. 5, 13. (h. l. alii dici putant Babylonem, Aegypti urbem prope Heliopolin sitam.) — 2., nomen allegoricum s. symbolicum, per quod significatur Roma, Apoc. 14, 8. 16, 19. 17, 5. 18, 2. 10. 21.

Βαθμός, οῦ, ὁ, (ab obsol. βάω, βάζω, i. q. βαίνω) ion. βασμός, Pausan. 8, 6. Callixen. Athen. 5, 20. 270.) gradus, 1 Tim. 3, 13. (Habent vocem Strabo, Lucian., Appian., Artemid., Plutarch. — ἀναβαθμός, Aelian. H. A. 6, 61. 11, 31. Dio Cass. 65, 21. 68, 5. cf. κλαυθμός et ἀνακλαυσμός. Sed unam formam habent σταθμός, ῥυθμός, ἀριθμός, ἀρθμός, al.)

Βάθος, εος (ους), τό, profunditas, altitudo (cohaeret cum verbo obsoleto βάζω, βάω — cf. βαθύς, βάσσων et ὁ βυθός, i. q. ὁ βυσσός, nostr. Boden), Marc. 4, 5. (Matth. 13, 5.) Rom. 8, 39. (opponitur ὕψωμα.) Eph. 3, 18. (oppon. ὕψος.) — 2 Cor.

8, 2. (ἡ κατὰ βάθος πτωχεία αὐτῶν, i. e. extrema, infima, die tiefste Armuth.) — 2., significatur mentis consilia agitantis profunditas inexplorata, τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, 1 Cor. 2, 10. — τοῦ σατανᾶ, Apoc. 2, 24. (cf. βάθος καρδίας ἀνθρώπου, Judith. 8, 14. φρὴν βαθεῖα, Hom. Il. 19, 125.) — tribuitur rei, ut inexhausta dicatur, Rom. 11, 33. (βάθος πλούτου. Sic et ap. Graec.: βαθὺς πλοῦτος, v. Passov. Lex. sub v. βαθύς.)

Βαθύνω, f. υνῶ, (a βαθύς, q. v. cf. ταχύνω, εὐθύνω, βραδύνω, παχύνω, al. — facio βαθύ), profundum facio, Luc. 6, 48. (excavo.) ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε καὶ ἔθηκε non dictum est pro σκάψας ἐβάθυνε, nec pro βαθέως ἔσκαψε, multo minus pro: βαθύνας ἔθηκε, sed usus est verbo finito ἔσκαψε Lucas, ut opus aggredientem cum iis conferret, qui ad Jesum accederent eum audituri et nomina ipsi professuri. Nam ad hos oratio montana habita est; — ἐβάθυνε dicit operis continuationem, quae esset loci excavatio. — Et cum eo, qui hoc opus peragit, Jesus eos comparat, qui non solum audiunt, sed etiam constanter tenent, quae audiverunt, et peragunt.

Βαθύς, εῖα, ύ, profundus (innumera est adiectivorum in -ύς efformatorum multitudo, v. c. εὐρύς, εὐθύς, ὀξύς, ὠκύς, βραχύς, παχύς, γλυκύς, λιγύς, βριθύς, al.), Joh. 4, 11. — ὕπνος, sopor altus, Act. 20, 9. (Aelian. V. H. 9, 13.) — ὄρθρος, primum diluculum, Luc. 24, 1.

Βαΐον, ου, τό, pl. τὰ βαΐα, rami palmarum, Joh. 12, 13. (Levit. 23, 40.)

Βαλάντιον, ίου, τό, crumena, Geldbeutel, Luc. 10, 4. 12, 33. 22, 35. 36. (οἱ ο', Job. 14, 7. Prov. 1, 4. — Aristoph. Ran. 772. Herodian. 5, 4, 4. Xen. Symp. 4, 2.) Marc. et Matth. habent voc. πήρα.

Βάλλω, f. βαλῶ, perf. βέβληκα, (a βαλήσω, ut παραβλήσομαι, per syncopen τοῦ α, cf. κέκληκα a καλέω, τέτμηκα, τέθνηκα a τάμω, θάνω, ἔσκληκα [σκέλλω] pro ἐσκέληκα, πτήσομαι [πέτομαι], κέκραμαι [κεκέραμαι], al.) iacio, de iis rebus, quae aut vi et impetu, aut sine vi at dedita opera, aut sic e manu mittuntur, ut non cures, quo cadant. — 1., vi et impetu, ut nos: schmeissen, stürzen, wegwerfen etc. a., βάλλειν τινὰ ῥαπίσμασι, Marc. 14, 65. ferio. (Hom. Il. 5, 73.) — b., βάλλειν τι (τινὰ) ἐπί, εἰς, ἔξω, κάτω cet. v. c. βάλλειν λίθους ἐπί τινι s. τινά, Joh. 8, 7. 59. Apoc. 18, 19. 2, 14. — κονιορτὸν εἰς τὸν ἀέρα, Act. 22, 13. — τὶ εἰς τὴν θάλασσαν, Marc. 9, 42. (εἰ βέβληται, si abiectus est; neutiquam est pro praesenti positum.) Apoc. 18, 21. — εἰς τὸ πῦρ, Matth. 3, 10. (Luc. 3, 9.) 18, 9. (Marc. 9, 47.) Marc. 9, 22. Joh. 15, 6. — εἰς κλίβανον, Matth. 6, 30. (Luc. 12, 28.) Apoc. 8, 7. 8. 12, 4. 9. 13. 14, 19. 18, 21. 19, 20. 20, 3. 10. 14. 15. — de morborum aliquem invadentium impetu: βάλλειν τινὰ εἰς κλίνην, Apoc. 2, 22. Pass., aegrotus decumbo lecto affixus; βέβλημαι ἐπὶ κλίνης, Matth. 9, 2. Marc. 7, 30. Luc.

16, 20. omisso *ἐπὶ κλίνης*, Matth. 8, 6. 14. — *τινὰ εἰς φυλακήν*, in vincula, carcerem coniicere, Joh. 3, 24. Luc. 12, 58. (Matth. 5, 25. futurum *βληθήσῃ* post *μήποτε* positum inde explicandum, quod scriptor ex constructa oratione in absolutam transiit: und dann wirst du. Haec longe expeditior ratio est, quam commendata illa a Fritzschio ad h. l., quae si quid explicat, ab ea, quam proposuimus, non differt. V. Lucian. Navig. c. 30. *δέδια τοίνυν μὴ — ἢ καὶ θυμοειδὴς ὁ ἵππος ὢν ἐξενέγκῃ με — ἢ δεήσει καταδεθῆναι με πρὸς τὸ ἐφιππεῖον.*) Matth. 18, 30. Apoc. 2, 10. Luc. 23, 19. 25. Act. 16, 23. 24. 37. — *δρέπανον ἐπὶ τὴν γῆν*, vi admovere falcem, Apoc. 14, 19. Differt phrasis, Matth. 10, 34. *μάχαιραν βάλλειν* (immittere, iniicere) *ἐπὶ τὴν γῆν*, quae phrasis alteram peperit in eodem loco obviam hanc: *εἰρήνην βάλλειν ἐπὶ τὴν γῆν*, a qua Luc. 12, 51. se abstinuit. — *ἔξω*, eiicio, Matth. 5, 13. 13, 48. Luc. 14, 35. 1 Joh. 4, 18. Joh. 15, 6. — *κάτω*, v. c. se praecipitem dare, ubi nos: sich stürzen; — *βάλε σεαυτὸν κάτω*, Matth. 4, 6. (Luc. 4, 9.) — *βάλλειν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλ.*, Joh. 21, 7. — Pass. (med.) *βλήθητι*, Matth. 21, 21. (Marc. 11, 23.) — *βάλλω*, intrans., ruo, Act. 27, 14. — *c.*, *βάλλειν τινὰ ἀπό τινος*, wegjagen, wegtreiben von jem., v. c. daemones, Marc. 16, 10. (coll. Luc. 8, 2.) — *βάλλειν τί ἀφ' ἑαυτοῦ*, abiicere, Matth. 5, 29. 30. 18, 8. — *ἐκ*, v. c. *ὕδωρ ἐκ τοῦ στόματος*, Apoc. 12, 15. 16. (bene Luth.: schoss aus ihrem Munde.) — *d.*, *βάλλειν τινά*, simpliciter, iacere aliquem ut lapidem, schleudern, hinwerfen, Apoc. 18, 21. — *e.*, hastig hinlegen, Apoc. 4, 10. cf. *ῥίπτειν*, Matth. 15, 30. — **2.**, sine vi et impetu: rem ita manu mittere, ut non cures, quo cadat; *a.*, *τί*, — ita v. c. *βάλλειν κλῆρον* (hoc est aut coniicere in urnam sortem, aut sortem ex urna iactata educere, emittere), Matth. 27, 35. (Marc. 15, 24. Luc. 23, 34. Joh. 19, 24.) — *οἱ ο'*, 2 Chron. 25, 8. Ps. 22, 19. — *ψῆφον βάλλειν*, Plut. apophth. reg. Mor. 2. — *b.*, *εἴς τι*, *ἐπί τι*, i. q. spargere, Luc. 13, 8. — *βάλλειν σπορόν*, Marc. 4, 26. (*ἐπὶ τῆς γῆς.*) — *εἰς τὸν κῆπον*, Luc. 13, 19. — iniicio, *ἀργύριον εἰς τὸν κορβανᾶν*, Matth. 27, 6. — *χαλκὸν* vel *δῶρα εἰς τὸ γαζοφυλάκιον*, Marc. 12, 41. 43. (Luc. 21, 1. 4.) 44. (Luc. 21, 3.) cf. Joh. 12, 6. — *c.*, *βάλλειν τί τινι*, *aa.*, obiicere, v. c. *τὸν ἄρτον τοῖς κυναρίοις*, Matth. 15, 26. (Marc. 7, 27.) *ἔμπροσθέν τινος*, Matth. 7, 6. — *ἐνώπιόν τινος*, Apoc. 2, 14. (*σκάνδαλον.*) — *bb.*, aufs Ungewisse hingeben: *ἀργύριον τοῖς τραπεζίταις* (depono apud), Matth. 25, 27. — *d.*, decidere de me sino, Apoc. 18, 21. — *e.*, de rebus fluidis: infundo (einlaufen lassen), *εἰς*, Matth. 9, 17. (Luc. 5, 37.) Marc. 2, 22. (Luc. 5, 38.) v. *βλητέος*. — Joh. 13, 5. (Hom. Od. 4, 220.) *ἐπί τινος*, Matth. 26, 12. — **3.**, non impetu, at data opera procedere facio; *εἴς τι*, indo, insero (absichtlich hineindrücken), Marc. 7, 33. (*ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ.*) — Joh. 20, 25. 27. — Joh. 18, 11. — anlegen, lat. iniicere: *χαλίνους εἰς τὸ*

στόμα, Jac. 3, 3. — demitto, hinabsenken, Joh. 5, 7. — ἄγκιστρον εἰς τὴν θάλασσαν, Matth. 17, 27. — ἀμφίβληστρον, Matth. 4, 18. — metaph.: εἰς τὴν καρδίαν τινός (suggero), Joh. 13, 2. (βάλλειν τι ἐν θυμῷ τινος, Hom. Od. 1, 201. — ἐμβάλλειν εἰς νοῦν τινι, Plut. vit. Timol. c. 3. Pindar. Olymp. 13, 21.) (Sic derivatur βάλλω a βάω, ut στέλλω, i. e. facio, ut res per se stet ipsa, a στάω, στέω. Ergo est facere, ut aliquid per se eat, hinc: iacio, i. e. aut vi adhibita mitto, aut moveo, ut res ipsa cadat, currat. Ubi est insero, videtur indicari, digitum v. c. lente et vi iteratis vicibus adhibita [durch Nachschieben] ad terminum certum usque immitti.)

Βαπτίζω, f. σω, (i. e. βαπτόν [a βάφω, βάπτω], tinctum, immersum facio, aut saepius repetitis vicibus immergo, cf. βαλλίζω, ἀγνίζω. — Vocem habent de submersione Diod. Sic. 1, 36. Strabo, lib. 12. p. 391. 14. p. 458. edit. Casaub. Polyb. 3, 72.) in N. T. 1., de lotionibus ante coenam vel sacrificia. Med., me lavo, Marc. 7, 4. (me abluo, lustro.) Luc. 11, 38. — *b.*, tropice, Luc. 12, 50. πῦρ et βάπτισμα, videtur eo alludi, quod qui incendere vellent sacrificia, loti esse debebant. Sens.: priusquam ignis adolescat, ego submersus ero. — Marc. 10, 38. 39. (οἱ ό pro טָבַל, 2 Reg. 5, 14. Judith. 12, 7. Sirac. 31 vel 34, 27.) — 2., de sacra lotione ritu solenni a Joanne baptista primum instituto et a Christianis recepto, h. e. immersione in aquam idcirco facta, ut signum esset abstersorum vitiorum ac scelerum, atque suscepta ab iis, qui vitae sanctioris studium pollicerentur. — Scil. *a.*, hic ritus habuit rationem immersionis. Hinc: ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, Matth. 3, 6. (Marc. 1, 5.) Marc. 1, 9. (ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ἰορδάνην) et Matth. 3, 16. ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος (Marc. 1, 10.). Cf. Act. 8, 38. 39. Rom. 6, 4. — *b.*, significabat abstersionem vitiorum. Hinc Act. 22, 16. βάπτισαι καὶ ἀπολέλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, et quod Joannes Jesum a lavacro prohibiturus esset, Matth. 3, 15. cf. vocem βάπτισμα μετανοίας, Marc. 1, 4. (Luc. 3, 3.) Act. 13, 24. et Joh. 3, 25. καθαρισμός. Legitur verbum *aa.*, absolute positum; activ.: sacra lotione tingo, baptismo initio aliquem; sine accus.: sacram lotionem administro, 1 Cor. 1, 17. Marc. 1, 4. 6, 14. Joh. 1, 28. 3, 22. 23. 26. 4, 2. 10, 40. — *bb.*, τινά, Joh. 4, 1. Act. 8, 38. 1 Cor. 1, 14. 16. — Pass., Matth. 3, 13. 14. (ὑπό τινος.) 16. (Luc. 3, 21.) Marc. 1, 5. 16, 16. Act. 2, 41. 8, 12. 13. 10, 47. 16, 15. — Pass. vi medii instructum: baptismo initiandum me curo, baptismum suscipio, Luc. 7, 29. 30. Act. 2, 38. 9, 18. 16, 33. 18, 8. 22, 16. (loci tamen Luc. 3, 7. 12. Matth. 3, 13. huc non pertinent; cf. enim Matth. 4, 1.) — *cc.*, βαπτίζειν ἐν τῷ — εἰς τὸν Ἰορδ., ut locus indicetur, Marc. 1, 5. 9. Matth. 3, 6. Joh. 3, 23. immergo sacrae lustrationis caussa in —. Sed aliud est *dd.*, ἔν τινι sine articulo; sic enim denotatur instrumentum: ἐν ὕδατι, i. e. ope aquae, aqua adhibita, hebr. בְּ, Marc. 1, 8. (Matth. 3, 11. i. q. Luc. 3, 16. ὕδατι, ut Act. 1, 5. 11, 16.) Joh. 1, 33. — ἐν

πνεύματι ἁγίῳ, Marc. 1, 8. Joh. 1, 33. cui additur ἐν πυρί, Matth. 3, 11. (Luc. 3, 16.) Hoc male explicant: spiritu S. vos largiter imbuet. Quis enim verterit ἐν ὕδατι, adhibita praepositione (i. e. aquae ope), βαπτίζειν τινά: aliquem largiter imbuere? Immo vertendum: ego vos aquae ope lustro, ille autem vos lustrabit s. purgabit ope spiritus S. (et ignis, quippe quo paleam comburet). Male Wahl.: ἐν, in Begleitung, quod quid sit, ego non assequor. — 1 Cor. 12, 13. ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες ἐβαπτίσθημεν εἰς ἓν σῶμα, i. e. unam eandemque fidem animo amplexi s. uno spiritu animati baptismum suscepimus, adeo ut iam unum efficiamus corpus. (Nam ubi unus spiritus, ibi unum est corpus.) — ee., βαπτίζειν et βαπτίζεσθαι εἴς τι, i. e. α., ad aliquid amplectendum, auf etwas, Act. 19, 3. εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; i. e. cuinam vosmet tum, cum baptismum subiretis, obstrinxistis? (Male Wahl.: quorsum spectavit quod subiistis lavacrum sacrum?) Ex responsione addita patet, quaestionem hoc sibi velle: εἰς τί βάπτισμα ἐβαπτίσθητε; (videntur vero illi homines non ab ipso Joanne, sed ab aliis, ad auctoritatem Joannis provocantibus baptismum accepisse. Hoc demum posito lux loco potest affundi.) — β., εἰς τὸ ὄνομά τινος, Act. 19, 5. (τοῦ κυρίου, i. e. ut nomen Domini profiterentur, ut se facerent asseclas Domini.) 1 Cor. 1, 13. 15. Matth. 28, 19. (i. e. ut se addicant patri, mundi conditori, filio, generis humani servatori, et spiritui Sancto, mentem a rebus terrenis ad coelestia avocanti; v. πνεῦμα.) Act. 8, 16. — γ., εἰς χριστόν (ut Christo adhaereant), Gal. 3, 27. Rom. 6, 3. ibid. εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, cf. Phil. 3, 10. (ergo i. q. ὥςτε συμμορφουμένους εἶναι τῷ θανάτῳ αὐτοῦ.) — 1 Cor. 10, 2. εἰς Μωϋσῆν, i. e. ut Mosen ducem sequerentur, ἐβαπτίσαντο (non pro: ἐβαπτίσθησαν, sed: sie haben sich taufen lassen) ἐν τῇ νεφέλῃ κ. ἐν τῇ θαλ., per nubem et per mare. (Scil. cum Mose sponte ex Aegypto egressi aquam transierunt, nubem subierunt, eo eventu, ut obligarentur ad obsequium Mosi pariter atque ii, qui baptismum subeunt nomen alicui daturi. — Non satis recte ad ἐν τῇ νεφέλῃ, θαλ. supplent ὄντες, et falsum est quod dicunt, ἐβαπτίσαντο h. l. passive dici.) — Non differt hinc phrasis δ., ἐν τῷ ὀνόματί τινος, Act. 10, 48. agnito nomine Domini (non: adhibito nomine, hoc enim nihili est). — ε., ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ χριστοῦ, Act. 2, 38. spem reponentes s. nixi in Jesu Christo, v. ἐπί. — ζ., εἴς τι, notans finem et effectum actionis; — εἰς μετάνοιαν, Matth. 3, 11. ad efficiendam morum emendationem, eo fine, ut vos mores emendetis. (Male Wahl. huc retulit Rom. 6, 3. et 1 Cor. 12, 15. quod est: in einen Körper, non: auf einen Körper.) Act. 2, 38. εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ut potiamini; cf. Matth. 26, 28. Marc. 1, 4. — η., ὑπέρ τινος, 1 Cor. 15, 29. i. e. propter mortuos, qualis Jesus est. — ff., βαπτίζειν βάπτισμα. Hoc α., ita ponitur, ut adiunctum habeat genitivum, Act. 19, 4. (ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας.) Luc. 7, 29. (βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. — Ita Graeci et La-

tini.) — *β.*, ut substantivum accentu notetur, Luc. 12, 50. *βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι* (ipsi verbo apposito substituenda est notio latior, v. c. *ποιηθῆναι*), eine Reinigung habe ich zu passiren. De sensu v. paullo ante n. 1. — *γ.*, ut cum nomine verbum coniugetur, ope pronominis relativi, Marc. 10, 38. 39. (Matth. 20, 22. 23.) *τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι*, lotionem, quam ego ante coenam subeo; v. supra n. 1. Scil. sens.: priusquam felicitate mecum perfrui possitis (ad mensam discumbentes), num potestis eam immersionem s. lotionem subire, quam me subire oportet? i. e. easdem mecum calamitates perferre? Cum phrasi effectionem rei per id verbum, unde nomen rei deductum est, exprimente cf. illas, quae iam supra obviam factae sunt sub verb. *ἀγών, αἰχμαλωτεύω*, et quae infra recurrent sub v. *κρίσις, φόβος, χαρά*, et Aristoph. Plut. act. 1. sc. 1. *μέμφιν δικαίαν μέμφομαι.* act. 2. sc. 4. *τολμημὰ τολμᾶν*, et: *δεινότατον ἔργον ἐργάσασθαι.* Lucian. Gall. ab init.: *θαυμαστὴν εὐδαιμονίαν εὐδαιμονεῖν*, ibid. *ἀθλιώτερον βίον βιοῦν.* — Hesiod. op. v. 82.

Βάπτισμα, τος, τό, (a *βαπτίζω*, 1. perf. pass., propr. id, quod immersum est, immersio facta; sunt ex eo genere nostra: Wurf, Griff, al. **1.**, lotio, lustratio, immersio, Marc. 10, 38. 39. Luc. 12, 50. (*βάπτισμα βαπτίζεσθαι*, v. *βαπτίζω.*) tropice de laborum et calamitatum perpessione. (Non clarum est, utrum tertium comparationis insit in lotione, an in submersione.) — **2.**, de sacra lotione, civibus regni coelestis futuris praescripta, i. q. *καθαρισμός*, Joh. 3, 25. — Eph. 4, 5. Col. 2, 12. 1 Petr. 3, 21. — Rom. 6, 4. (*εἰς θάνατον* non pertinet ad *τὸ βάπτισμα*, sed ad *συνετάφημεν*, v. *εἰς.*) — c. gen. *a.*, *βάπτισμα μετανοίας*, Marc. 1, 4. Luc. 3, 3. Act. 13, 24. (i. e. ad morum emendationem obstringens.) — *b.*, gen. subiecti, eius, qui hunc ritum administrabat, Matth. 3, 7. (*τὸ βάπτσμα αὐτοῦ.*) *Ἰωάννου*, Matth. 21, 25. (Marc. 11, 30. Luc. 20, 4.) 7, 29. Act. 1, 22. 18, 25. 19, 3. (*εἰς τό* —, ut nomen Joanni profiteremur, ut Joannis asseclae essemus, v. *βαπτίζω.*) — *κηρύσσειν τὸ βάπτισμα*, Act. 10, 37. 13, 24.

Βαπτισμός, οῦ, ὁ, (a *βαπτίζω*) lotio, purgatio, ablutio, Marc. 7, 8 (*βαπτισμὸς ξεστῶν καὶ ποτηρίων.*) — pl., Hebr. 6, 2. (difficile dictu est, sintne verba *βαπτισμῶν διδαχῆς* separanda an coniungenda.) 9, 10.

Βαπτιστής, οῦ, ὁ, (a *βαπτίζω*, 3. perf. pass.) baptista, qui ritum baptismi administrat, Matth. 3, 1. 11, 11. 12. Marc. 6, 24. 25. 8, 28. Luc. 7, 20. 28. 33. 9, 19. pro quo Marc. 6, 14. *ὁ βαπτίζων.*

Βάπτω, f. *βάψω*, **1.**, mergo, immergo; *τί*, Joh. 13, 26. (*τὸ ψωμίον.*) — tingo, *τί τινος*, Luc. 16, 24. (*ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος* (cf. *ἅπτεσθαί τινος*, — *λούεσθαι ποταμοῖο*, Hom. Il. 5, 5. 6, 508. — v. Wineri gramm. N. T. §. 23.). — **2.**, tingo, *τινί* (färben), Apoc. 19, 13. (*ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι.* οἱ ὁ, Num. 19, 18. 1 Sam. 14, 27.: טָבַל.)

Βάρβαρος, ου, ὁ, ἡ, videtur proprie esse, qui incompto, aspero et rauco loquendi genere utitur (quasi repetens syllabas βαρβάρ). Hinc, qui lingua utitur peregrina s. exotica (Ovid. Trist. 5, 10, 37. barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli). Sic Aegyptii (Herodot. 2, 158.), Graeci et Latini pariter eos, qui non sua uterentur lingua, vocabant barbaros. — *a.*, Non-Graecus, Rom. 1, 14. (Isocr. Euag. c. 11. Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων.) — *b.*, Non-Romanus, Act. 28, 2. 4. — *c.*, Non-Judaeus, Col. 3, 11.

Βαρέω (ῶ), f. ήσω, gravo, degravo, onero. In N. T. solum passivum occurrit; **1.**, simpliciter, oneror. gravor, vel onere, ad quod ferendum viribus opus est corpori, vel re ad similitudinem oneris molestiam creante, 2 Cor. 5, 4. (βαρούμενοι scil. mole corporis. Scriptoribus melioris aevi praesentis usus nullus est; utuntur solis partic. βεβαρηώς et βεβαρημένος, v. Matth. grammat. §. 227.) 1 Tim. 5, 16. — vel doloribus corporis, 2 Cor. 1, 8. Act. 19, 23 — 29. 1 Cor. 15, 32. et 2 Cor. 1, 10. — **2.**, τινί, Luc. 9, 32. (βεβαρημένοι ὕπνῳ.) — Matth. 26, 43. (Marc. 14, 40. ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι.) — **3.**, ἔν τινι (ב), Luc. 21, 34. μήποτε βαρηθῶσιν αἱ καρδίαι ὑμῶν ἐν κραιπάλῃ (Graeci: τινί, Hom. Od. 19, 122. οἴνῳ βεβαρηότες, Diod. Sic. 4, 38. τῇ νόσῳ), v. βαρύνω.

Βαρέως, adv., (βαρύς, cf. βραχέως, τάχέως, ἡδέως, βαθέως; sed ab ής — έως, ῶς, v. c. ἀληθῶς, cet.) difficulter, Matth. 13, 15. et Act. 28, 27. (Jes. 6, 10.)

Βάρος, εος (ους), τό, **1.**, pondus (opponitur τῷ ἐλαφρῷ, levi), 2 Cor. 4, 17. h. l. sibi invicem opponuntur τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, i. e. ἡ ἐλαφρὰ θλίψις ἡ παραυτίκα, et τὸ αἰώνιον βάρος (τῆς) δόξης, i. e. ἡ βαρεῖα δόξα ἡ αἰώνιος. Sed dic. ἡ θλίψις ideo ἐλαφρά (levis) esse, quia momentanea est, felicitas contra gravis ac ponderosa, quia aeterna sit. Verte: et levitas aerumnarum nostrarum, quae momento inhaeret, pondus gloriae nobis parat, quod sempiternum est (die dem Augenblick angehörende Leichtigkeit der Trübsal und die auf dem Ewigen beruhende Schwere der Herrlichkeit). — **2**, gravitas, Wichtigkeit, 1 Thess. 2, 7. (quamquam poteramus ἐν βάρει εἶναι, auctoritate pollere, graves esse.) — **3.**, onus, Bürde; — ἐπιτιθέναι τινί (Xen. Oecon. 17, 9.), praestanda imperare alicui, quae difficulter praestari possunt, Act. 15, 28. (ne quid vobis amplius oneris ferendum imponatur praeter.) — βάλλειν ἐπί τινα, Apoc. 2, 24. (ἄλλο βάρος, i. e. non vobis iniungam praeceptum, quod difficilius observatu esset.) v. φορτίον. — βαστάζειν τὸ βάρος τινός, i. e. vel onus, quod res aliqua habet; — τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, molestum laborem diei, Matth. 20, 12. — vel quod quis fert, Gal. 6, 2. (ferte alter alterius onus.)

Βαρύνω, f. νῶ, aor. 1. pass. ἐβαρύνθην, (a βαρύς, cf. βαθύνω) gravo. Pass., Luc. 21, 34. (ex nonnullor. codd. lectione

μήποτε βαρυνθῶσιν. Diod. Sic. 4, 38. — al. codd. βαρυθῶσιν a βαρύθω, gravor. v. βαρέω.)

Βαρύς, εῖα, ύ, 1., gravis, i. e. onerosus. — φορτίον, Matth. 23, 4. (oppositum ἐλαφρόν habes Matth. 11, 30.) — ἐντολή, 1 Joh. 5, 3. — 2., severus, gravis, 2 Cor. 10, 10. (ἐπιστολή.) — 3., gravis i. e. magni momenti, oppon. ἐξουθενημένος, humilis; — τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, graviora legis praecepta, Matth. 23, 23. — Act. 25, 7. (αἰτιάματα.) — 4., violentus, qui non parcit, Act. 20, 29. (λύκος, Hom. Il. 1, 89. Aelian. V. H. 1, 34.)

Βαρύτιμος, ου, ὁ, ἡ, (ex βαρύς et τιμή) pretiosus, Matth. 26, 7. (Heliodor. 2. p. 113.)

Βασανίζω, f. σω, (a βάσανος, q. v., propr. βασάνῳ utor, — τινά, propr.: βασάνου vim aliquem pati facio. Cf. nostra: Folter, foltern, einen foltern) 1., propr., exploro (metalla) per lapidem Lydium. — 2., inquiro tormentis adhibitis. — 3., doloribus gravibus vexo. Activ., Matth. 8, 29. Marc. 5, 7. (Luc. 8, 28.) martern, quälen. 2 Petr. 2, 8. Apoc. 11, 10. Passiv., δεινῶς βασανίζομαι, Matth. 8, 6. Apoc. 9, 5. 12, 2. de partus doloribus, v. Anth. gr. 2. p. 205. Jac. — Apoc. 20, 10. (ἡμέρας καὶ νυκτός.) 14, 10. (ἐν πυρὶ καὶ θείῳ.) — vexor, laboro, Marc. 6, 48. (ἐν τῷ ἐλαύνειν.) — metaph., Matth. 14, 24. (τὸ πλοῖον ἦν βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων.)

Βασανισμός, οῦ, ὁ, (a βασανίζω) 1., exploratio per lapidem Lydium aut per tormenta. — 2., cruciatus; *a.*, active: die Quälung, αὐτῶν, quo vexabant, Apoc. 9, 5. — *b.*, de statu et conditione, Apoc. 18, 7. 10. 15. (αὐτῆς, quo affligitur.) — 14, 11. ὁ κάπνος τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν, fumus ignis illius, quo cruciantur.

Βασανιστής, οῦ, ὁ, ἡ, (s. βασανιστήρ, a βασανίζω) 1., qui tormentis veritatem eruit (tortor quaestionarius. Philo: Quod omn. prob. lib. p. 88.); etiam qui damnatos morte afficit. — 2., carceris praefectus, Matth. 18, 34 (Act. 16, 23. δεσμοφύλαξ dictus. Cf. ad locum Jerem. 20, 2. Symmachus, qui vocabulum carcerem denotans vertit βασανιστήριον.)

Βάσανος, ου, ἡ, (cf. ἡ ψῆφος) *a.*, lapis Lydius, quo aurum et metalla explorantur, Prüfstein. — *b.*, tormentum, quo quis ad veritatem confitendam adigitur. — Hinc *c.*, cruciatus, acres dolores. Dicitur ὁ τόπος τῆς βασάνου infernus, Luc. 16, 28. — pl., ἐν βασάνοις εἶναι, Luc. 16, 23. (doloribus cruciari.) — συνέχεσθαι βασάνοις, Matth. 4, 24.

Βασιλεία, ας, ἡ, (adi. βασίλειος, εία, ον, regius, a, um, ion. βασιλήϊος, ηΐα, ήϊον. Sed femininum, ut saepius in aliis adiectivis vidimus, cf. v. c. αἴτιος, ία, ιον, vim accipit notionis communis: ἡ βασιλεία, i. e. attributum eius, qui βασιλεύει, et hoc nomen penacutum [solent enim ea ex eo genere penacuta esse, quae functionem s. munus s. opificium denotant, cf. ἡ βουλεία, ἱε-

ρεία, ἱκετεία, ἁγνεία, al.] distinguitur ab eadem voce antepenacuta: ἡ βασίλεια, regia uxor, regina, quemadmodum significatione differunt ἡ ἱερεία et ἡ ἱέρεια, ἡ πρυτανεία et τὰ πρυτάνεια. Ita feminino adiectivi in substantivum mutato, loquendi consuetudo, si adiectivum exprimendum esset, ei reservavit formam masculin., quae iam generis communis esse coepit: ὁ, ἡ βασίλειος, quamquam apud tragicos femininum formam sibi propriam retinuit. Neutr. τὸ βασίλειον et ipsum substantive usurpatur: arx regia) **1.**, imperium, imperii administratio (munus τοῦ βασιλέως), Matth. 12, 26. 20, 21. (Marc. 10, 37. δόξα.) Luc. 1, 33. 22, 29. Act. 1, 6. Hebr. 1, 8. Luc. 19, 12. 15. 1 Cor. 15, 24. Apoc. 17, 12. Joh. 18, 36. — **2.**, terra regis imperio subiecta, Matth. 12, 25. (Marc. 3, 24. Luc. 11, 17.) 24, 7. (Marc. 13, 8. Luc. 21, 10.) Marc. 6, 13. — pl., Matth. 4, 8. (Luc. 4, 5. 8.) Hebr. 11, 33. — mira locutio, Apoc. 1, 6., βασιλείαν ἱερεῖς (i. q. βασίλειον ἱεράτευμα s. βασιλεία ἱερέων? Ex. 19, 6. 1 Petr. 2, 9.) — **3.**, In primis celebratur formula: ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, et quae Matthaeo peculiaris est, ἡ βασ. τῶν οὐρανῶν. Est *a.*, ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ quidem imperium, quod deus, omnium rerum creator et moderator pro sua omnipotentia in omnem terrarum orbem exercet, Dan. 3, 33. 4, 31. (i. q. ἡ ἐξουσία.) 4, 34. (ὁ βασιλεὺς τοῦ οὐρανοῦ.) 6, 27. (i. q. ἡ κυριεία αὐτοῦ.) Luc. 11, 20. Matth. 6, 13. Apoc. 12, 10. Sed h. l. *b.*, sermo est de regno dei condendo et instaurando, quod quale futurum omnino esset, discebatur ex oraculis Danielis. Hic vates scil. esse in decretis dei dixerat, ut, postquam quatuor regna vasta et ampla deinceps sese excepissent, atque eorum ultimum populo dei infestum fuisset, tandem fracta eius tyrannide imperium orbis terrarum transferatur ad populum deo sacrum, qui id perpetuum teneat, Dan. 2, 44. 7, 14. 27. Intelligitur ex his locis, regnum dei, quod Judaei occupaturi sint, esse imperium in omnes terrarum gentes et dei dictum esse vel ut summo numine instituendum, vel quod divini imperii imaginem referret. Nolumus hic vaticinii a Daniele editi origines in religione Judaeorum latentes indagare, sed accuratius *c.*, definiendum erit, quid sit, quod Judaeorum vati fidem habentium opinio spectaverit. Scil. *aa.*, Judaei, cum nec potiri rerum sine duce, nec tueri occupatum regnum sine rege potuissent, ducem et regem aliquem exspectarent necesse erat, Joh. 1, 49. Exspectabant igitur regem e sua gente profecturum, spem suam reponentes in familia Davidis, Luc. 1, 32. 69. Jerem. 33, 12 — 18. 21. 30, 21. Zach. 3, 8. 6, 12. 9, 9. 10. Ez. 34, 23. — Dan. 9, 5. Matth. 2, 5. 6. Mich. 5, 2. Hinc dicitur etiam regnum Davidis, Marc. 11, 10. — *bb.*, Cum non possent felicitate a regno divino speranda omnes dignos iudicare, aeque suae gentis homines ante illius regni inaugurationem lustratum atque inimicos suos punitum iri existimabant, Luc. 1, 77. Marc. 9, 11. (Matth. 17, 10.) — *cc.*, tribus suae gentis inter caeteras nationes dispersas collectum atque redu-

ctum iri credebant in communem patriam, Jes. 43, 6. 1 Macc. 2, 17. — Denique *dd.*, defunctos Israelitas in vitam revocatum iri sperabant (a qua tamen spe abfuisse dicuntur Sadducaei), Joh. 11, 24. Iam ut Joannes lustrationis ritum instituerat propterea, quod appropinquaret regnum div., Matth. 3, 2., ita Jesus ipse huius regni praenuntius haberi voluit, quamquam ab initio, cum doctoris publici partes agere coepisset, non disertis verbis, se Messiam esse, professus est, Marc. 8, 29. 30. (Luc. 9, 20. 21. Matth. 16, 16. 20. Luc. 7, 22. (Matth. 11, 5.) Atque hoc coeleste regnum *d.*, Jesus docuit post mortuorum resurrectionem sic instauratum iri, ut habito iudicio sollenni et impiis in tartara detrusis omnes pii vitae aeternae felicitate donentur, *aa.*, igitur solos pios atque probos ad hoc regnum adspirare posse docuit, Matth. 5, 3. 10. (Luc. 6, 20.) 7, 2. Marc. 9, 43 — 46. (Matth. 18, 8. 9.) Matth. 19, 17. (Marc. 10, 19. Luc. 18, 20.) Dicuntur hi *οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας*, Matth. 13, 38. — *bb.*, tribui iis, qui in hoc regnum recipiantur, vitam aeternam. Quare formulae permutantur: *εἰςελθεῖν εἰς τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ* et *εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωήν*, Joh. 1, 5. Matth. 19, 17. 23. (Marc. 10, 23. Luc. 18, 24.) 25, 46. 7, 14. *κληρονομεῖν ζωὴν αἰώνιον*, Matth. 19, 16. (Marc. 10, 1. Luc. 18, 18.) Luc. 10, 25. *σωθῆναι*, Matth. 19, 25. (Marc. 10, 26. Luc. 18, 26.) *ἰδεῖν τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ*, Joh. 3, 3. 3, 36. — *cc.*, post mortuorum resurrectionem, Luc. 14, 14. 20, 36. coll. 35. (*τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν*) die novissimo, Matth. 13, 39. Joh. 6, 54. cf. Marc. 10, 30. (Luc. 18, 30.) Dan. 7, 14. — *dd.*, habito a Messia iudicio, Matth. 25, 31 — 46. Joh. 5, 22. 27. alibi vero dicuntur pios ab impiis segregaturi esse angeli, Matth. 13, 49. 50., iussi hoc facere a Messia, v. 41. cf. Marc. 8, 38. (Luc. 9, 26. Matth. 16, 27.) — *ee.*, hoc regnum mox instauratum iri, priusquam haec *γενεά* praeterlapsa sit, et venturum quidem ad id instaurandum Messiam esse tempore excidii Hierosolymorum, Matth. 24, 30. 31. 34. (Marc. 13, 26. 27. 30. Luc. 21, 17. 32.) 16, 28. (Marc. 9, 1. Luc. 9, 27.) — *ff.*, dicuntur pii virtutis praemia accepturi esse in coelis, adeo ut videatur Jesus instaurationem illius regni eam intellexisse, quod pii atque vita aeterna digni homines colligantur in coelum, Matth. 5, 12. (Luc. 6, 12.), atque eandem ob rationem Matthaeus phrasin: *ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*, i. e. regnum coeleste, praeoptasse videtur. His de domini ipsius sententia annotatis *e.*, explicabimus nonnullas formulas, quibus de regno divino ipse usus esse memoratur. *aa.*, *κηρύσσειν* s. *εὐαγγελίζεσθαι*, *διαγγέλλειν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, i. e. docere tum id regnum proxime instare, Matth. 10, 7., tum, quid ad id adspirantibus sequendum sit, Luc. 4, 43. 8, 1. 9, 60. 16, 16. (Act. 20, 25. 28, 23. 31.), quare dicitur iis, qui hoc docentur, offerri seu appropinquasse, Luc. 10, 11. (lege: *ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς.*) — hominibus claudi ab iis, qui alios a via ad vitam aeternam ducente aberrare sinant,

Matth. 23, 14. — auferri ab aliquo, Matth. 21, 43. et tradi aliis, ibid. — dicitur crescere crescente numero eorum, qui veram doctrinam amplectuntur atque se dignos reddunt vita aeterna, Marc. 4, 26 — 29. — dic. βιάζεσθαι, ἁρπάζεσθαι, Matth. 11, 12. cf. Luc. 16, 16. (vim pati, auferri eo, quod doctores idonei vel opprimuntur, ut Joannes baptista, vel odio habentur, ut Jesus ipse.) v. βιάζω et ἁρπάζω. — ζητεῖσθαι, Matth. 10, 33. — Dic. οὐ μακρὰν εἶναι ἀπὸ τῆς βασ. τοῦ θεοῦ, Marc. 12, 34., is, qui veri cognitione imbutus est, ut si eam sequatur, felicitatis aeternae compos fieri possit. — μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλ. τῶν οὐρ., Matth. 13, 52. (al.: τῇ βασιλείᾳ τ. οὐρ.) qui est institutus sic, ut alios ad regnum coeleste adducere possit. — *bb.*, per similitudines interdum adumbratur habita iudicii ipsum antecessuri ratione, Matth. 18, 23 — 35., aut spectata dei, felicitatem aeternam largientis benignitate, Matth. 20, 1 — 16., aut cum palatio confertur, cuius portae serius venientibus claudantur, Luc. 13, 24 — 28. (Matth. 7, 14. 22.) Matth. 25, 10., cum convivio, Luc. 13, 29. (Matth. 8, 11. 12.) 14, 16 — 24., ad quod homines invitentur, ibid. et Matth. 25, 10. 22, 1 — 14. — Interdum eo respicitur, quod hoc regnum initium habiturum sit ab excidio Hierosolymorum; quare negatur ad Judaeorum fines appropinquaturum esse exteriores et μετὰ παρατηρήσεως venire, sed intus esse asseritur in civitatis centro, ut, cum hoc destruatur, vis Messiae ubique locorum sentiatur, Luc. 17, 20 — 24. 36. (Matth. 24, 26 — 28.) — *c.*, formulae: μείζονα et ἐλάχιστον εἶναι ἐν τῇ βασιλείᾳ τ. οὐρ. (i. e. tum, cum — venerit) apud Matth. ita usurpantur, ut illa sortem eorum innuat, qui felicitate aeterna digni iudicantur, haec eorum, qui ab ea excluduntur, Matth. 18, 1. 3. 4. 5, 19. 20. — αἱ κλεῖς τῆς βασ. τ. οὐρ., Matth. 16, 19. v. κλείς. — *e.*, Apostolis regnum dei nihil aliud est, quam is rerum status, qui erit immutata vita temporali in immortalitatem, cum profligata ac superata morte omnes pii in coelis aeterna felicitate perfruentur, Rom. 8, 19 — 21. 1 Cor. 15, 50. al. Hinc *aa.*, Jesus muneris Messiani dignitatem recepisse dicitur eo ipso tempore, quo e mortuis resuscitatus sit, Rom. 1, 4. Eph. 1, 10. 20. — *bb.*, dicitur tum, cum omnes suos hostes et ipsam vicerit mortem, traditurus esse suam potestatem in manus dei, ut deus suo imperio subdita habeat omnia, atque vis divina omnia permeet, 1 Cor. 15, 24 — 28. Eph. 1, 22. — Rom. 14, 17. οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασ. τοῦ θ. βρῶσις κ. πόσις cett., regno dei non res est cum cibo ac potu, non leges scribit ad ciborum et potuum delectum spectantes, sed in pacis amore atque animo per Spiritum sanctum exhilarato vis eius cernitur. — Dicitur etiam regnum filii dei Col. 1, 13. — Sed Joh. 18, 37. Jesus se dicit regem esse, quia imperium exerceat in omnes, qui veri amantes sint, i. e. quia hi omnes sponte ipsius auctoritate moveantur.

Βασίλειος, ου, ὁ, ἡ, regius, regalis, 1 Petr. 2, 9. (ἱερά-

τευμα.) — τὸ βασίλειον (βασιλεῖον), arx regia; pl., Luc. 7, 25. (Matth. 11, 8. οἱ οἶκοι τῶν βασιλέων.)

Βασιλεύς, έως, ὁ, (princeps, imperator. Occurrit ap. Graecos comparat. βασιλεύτερος et superl. βασιλεύτατος) rex (Xen. Mem. 3, 9. 10.). — de deo, Matth. 5, 35. 1 Tim. 1, 17. — de Jesu Messia, Matth. 21, 5. (Zach. 9, 9.) Joh. 1, 50. 18, 37. v. βασιλεία. — de imperatore Romano, 1 Tim. 2, 2. 1 Petr. 2, 17. — de Herode rege, Matth. 1, 6. 2, 3. — de tetrarcha, Matth. 14, 9. (Marc. 6, 22.) Act. 12, 1. — de geniorum malorum principe, Apoc. 9, 11. — de civibus regni div., (Apoc. 1, 6.) 5, 10.

Βασιλεύω, f. σω, (sum βασιλεύς) rex sum, 1 Tim. 6, 15. — me regem praesto, Apoc. 19, 6. 11, 17. — regno, 1 Cor. 15, 25. Rom. 5, 17. Apoc. 5, 10. 20, 4. 6. 22, 4. 1 Cor. 4, 8. — trop., dominium exerceo, Rom. 5, 14. 17. 21. 6, 12. — ἐπί τινα, Rom. 5, 14. Luc. 1, 33. 19, 14. 27. — ἐπί τινος, Matth. 2, 22. (de eo, qui alicui terrae praeest, quamvis regiam dignitatem non habeat.)

Βασιλικός, ή, όν, (adiectiva in ικος cum verbis cohaerent in ίζω desinentibus; βασιλίζω, a partibus regis sum; βασιλικός, qui ad splendorem et honorem regis pertinet) de homine: minister regius, aulicus, Joh. 4, 46. 49. — de regione, Act. 12, 20. — *b*., metaph., egregius, regalis (Cic. de Offic. 1, 12.); νόμος, Jac. 2, 8. (Xen. Symp. 1, 8.)

Βασίλισσα, ας, ἡ, (reiicit hanc formam Phrynichus praeferens alteras βασιλίς et βασίλεια. Habent tamen Aristot., Palaeph. f. 32. Plut. Apophth. reg. mor. 2. Polyb. 23, 18, 2. Xen. Oecon. 9, 15.) regina, Matth. 12, 42. (Luc. 11, 31.) Act. 8, 21. Apoc. 18, 7.

Βάσις, εως, ἡ, (βάω, βαίνω) **1.**, gressus, passus. Herodian. 6, 5, 12. — **2.**, planta pedis; pl., Act. 3, 7. (sing., Sap. 13, 19.)

Βασκαίνω, f. ανῶ, aor. 1. ἐβάσκανα, Herodian. 2, 4, 11.: ἐβάσκηνα (cf. formas: γλυκαίνω, μαραίνω, μελαίνω, περαίνω, αὐαίνω, cett.). Derivat Schol. ad Aristoph. Plut. a φάεσι καίνειν, ὅ ἔστι τοῖς ὀφθαλμοῖς κτείνειν, διὰ τοῦ βλέμματος φθείρειν, sed est latinum fascinare oculos, i. q. φασκαίνω, magicis artibus excantare aliquem, bezaubern, behexen, beschreien — malis artibus aliquem decipio; τινά, Gal. 3, 1. (i. q. ἐξαπατᾷν. Attici: τινί, vid. Phryn. ed. Lobeck. p. 462.)

Βαστάζω, f. σω, (βάω, inusit. βαστός) aor. 1. p. ἐβαστάχθην, **1.**, gesto, fero, i. e. *a*., porto e loco in locum, Marc. 14, 13. (Luc. 22, 10.) Luc. 7, 14. Act. 9, 15 (perferet nomen meum ad gentes.) Act. 21, 35. pass., Act. 3, 2. — *b*., fero, ut onus impositum, Matth. 3, 11. Joh. 12, 6. 19, 17. Apoc. 17, 7. Luc. 14, 27. Act. 15, 10. Matth. 20, 12. Gal. 6, 2. 5. 17. Luc. 11, 22. (Hom. Il. 6, 59.) Rom. 15, 1. Apoc. 2, 2. 8. (patienter fero.) — *c*., in me suscipio, Joh. 19, 17. 16, 12.

(vobis tradi non potest.) Matth. 8, 17. — d., mecum gesto, Luc. 10, 4. — e., sustineo, fulcio, Rom. 11, 18. (οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις cett.) — 2., accipio, reporto, Gal. 5, 10. (τὸ κρίμα, sententiam condemnatricem feret.) Luc. 20, 47. Rom. 13, 2. — 3., tollo (in altum), aufheben, Joh. 10, 31. (Hom. Od. 11, 492. 21, 405.) — 4., aufero, ich nehme weg, Matth. 8, 17. (τὰς νόσους ἡμῶν ἐβάστασε.)

Βάτος, ου, ἡ, rubus, sentis, Luc. 20, 37. ὁ? Marc. 12, 26. — οἱ ὁ, Ex. 3, 2. 3. 4.

Βάτος, ου, ὁ, hebr. בַּת, batus, genus mensurae liquidorum apud Judaeos capientis sextarios 72 (Jos. Antiq. 8, 2.), Luc. 16, 6.

Βάτραχος, ου, ὁ, rana, Apoc. 16, 13.

Βαττολογέω (ῶ), f. ήσω, balbutio (a βαττολόγος. Explicarunt sic, quasi esset: ad similitudinem Batti, regis Cyrenaici, loquor. Fertur enim hic balbutiisse. Sed si verba βατταρίζειν et βαμβαίνειν, quae idem significant, et βαρβαρίζειν contuleris, longe tibi videbitur probabilius, esse haec verba ex genere τῶν ὀνοματοπεποιημένων, h. e. quae sonos ab homine editos ludibrii caussa imitentur. Quem βαττολογεῖν Graeci, hunc Latini garrire dicunt), Matth. 6, 7. (ex quo loco intell. dici πολυλογίαν. — Simplic. in Epict. 212.)

Βδέλυγμα, τος, τό, (βδελύσσομαι, q. v.) res tetra (id quod ob foetorem abominationi est), Luc. 16, 15. (ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, non: deo iudice, sed i. q. ἔναντι, Prov. 3, 32. 11, 1. coram θεῷ, Prov. 11, 21. — Apoc. 21, 27. (πᾶν κοινὸν καὶ ποιοῦν βδέλυγμα. Intelliguntur quidem homines, sed hi dicuntur arceri ob id ipsum, quod omnino nihil impuri intrare debeat. V. supr. ἀσθενής, cf. Joh. 6, 37. 39. 17, 2. οἱ ὁ, Ex. 22, 18. et Wineri gr. §. 21.) — b., idolum, ut hebr. תּוֹעֵבָה, 2 Reg. 23, 13. Eodem hoc l. permutatur cum hebr. שִׁקּוּץ, ut 1 Reg. 11, 5., quod ipsum οἱ ὁ βδέλυγμα vertunt, ut Ez. 20, 7. Ita in iis locis, qui nunc excitandi sunt, scil. Matth. 24, 15. (Marc. 13, 14.) τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως repetitur ex Dan. 12, 11. שִׁקּוּץ שֹׁמֵם, cf. 1 Macc. 1, 54. 6, 7. (partic. שֹׁמֵם οἱ ὁ vertunt, ἐρήμωσις etiam Dan. 8, 13. 9, 27.), pro quo הַשִּׁקּוּץ מְשׁוֹמֵם, Dan. 11, 31. (οἱ ὁ: βδέλυγμα ἠφανισμένον.) Intelligitur in iis locis idoli statua (Iovis Olympii, s. ut mihi videtur, idoli אֱלֹהַּ מָעֻזִּים dicti Dan. 11, 38.), quam in templi Hierosolymitani tecto aut in altari holocaustorum, 1 Macc. 1, 54., collocari iussit Antiochus Epiphanes. Sed ut Jesus plura ex oraculis Danielis in tempora transtulit post mortem suam futura, ita etiam ante suam παρουσίαν in loco sacro conspectum iri dixit illud βδέλυγμα, quod Lucas quidem (c. 21, 20.) interpretatus esse de exercitu Romano, urbem vastaturo, videtur. — βδέλυγμα ἐρημώσεως non dictum est pro: ἡ ἐρήμωσις ἡ βδελυκτή (Wahl. clav.), sed pro: τὸ βδέλυγμα τὸ ἐρημουμένον.

— de urbe idololatriae dedita, Apoc. 17, 4. 5. (ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν καὶ βδελυγμάτων τῆς γῆς.) — ποιεῖν, de idololatris, 21, 27.

Βδελυκτός, ἡ, όν, (a βδελύσσομαι, q. v.) abominandus, abominabilis, Tit. 1, 16.

Βδελύσσομαι, f. ξομαι, med. (supponit inus. βδελύς a βδέω, foetorem e ventre edo, fiesten) **1.**, aversor ob foetorem (Aristoph. Plut. 700.), τί. — **2.**, aversor, abominor aliquid, Rom. 2, 22. — **3.**, οἱ ἐβδελυγμένοι, Apoc. 21, 8. qui se abominandos reddiderunt (commercium habentes cum idolis. Non est: qui abominandi sunt, id enim esset βδελυκτοί).

Βέβαιος, αία, ον, (βάω, βαίνω) stabilis, firmus; — ἄγκυρα, Hebr. 6, 19. — διαθήκη, Hebr. 9, 17. — ἐπαγγελία, Rom. 4, 16. — ἐλπίς, 2 Cor. 1, 7. 2 Petr. 1, 10. — παῤῥησία, Hebr. 3, 6. 14. — λόγος βέβαιος, Hebr. 2, 2. 2 Petr. 1, 9.

Βεβαιόω (ῶ), f. ώσω, confirmo, certum facio; *a.*, de dictis et factis, Marc. 16, 20. (τὸν λόγον.) Rom. 15, 8. (τὰς ἐπαγγελίας.) — pass., 1 Cor. 1, 6. (τὸ μαρτύριον τοῦ χριστοῦ.) — Hebr. 2, 3. (ἡ σωτηρία, ἥτις ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ὑμᾶς ἐβεβαιώθη, constr. praegnans: ab iis qui audiverunt, ad nos perlata est, ut sic rata sit.) — *b.*, de hominibus: firmum, constantem reddo, 1 Cor. 1, 8. (βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους. — Not.: hic ponas virgulam.) — 2 Cor. 1, 21. (ὃς βεβαιῶν ἡμᾶς εἰς χριστόν, i. e. nos firmiter adhaerere facit Christo, ita firmos nos reddit, ut affixi s. annexi simus Christo. — εἰς non est: quod attinet ad [Wahl.], sed indicat terminum.) — ἔν τινι, Col. 2, 7. — de animo, Hebr. 13, 9.

Βεβαίωσις, εως, ἡ, (βεβαιόω) confirmatio, Phil. 1, 7. (τοῦ εὐαγγελίου.) Hebr. 6, 16. (εἰς βεβαίωσιν, ut res rata sit.) Sap. 6, 19.

Βέβηλος, ου, ὁ, ἡ, (βάω, βαίνω) **1.**, locus, ad quem adire (quem calcare) cuilibet fas est, — quasi calcabilis et calcari solitus. (Senec.: calcata quaestio, i. e. trita.) — Hinc **2.**, profanus; — de hominibus: impius, 1 Tim. 1, 9. Hebr. 12, 16. qui sacrum contemnit. — βέβηλοι μῦθοι, 1 Tim. 4, 7. (superstitiosae fabulae.) 6, 20. et 2 Tim. 2, 16. (κενοφωνίαι.) Levit. 10, 10.

Βεβηλόω (ῶ), f. ώσω, (a βέβηλος) profano, violo, v. c. τὸ σάββατον, Matth. 12, 5. h. l. καταχρηστικῶς dictum, pro: id facere, quo vulgo sabbatum violari creditur.) — τὸ ἱερόν, Act. 24, 6. — οἱ ὁ, hebr. חִלֵּל, Levit. 19, 8. Ex. 31, 14.

Βεελζεβούλ (alia codicum scriptura: βεελζεβούβ, nomen numinis Ecronitarum בַּעַל זְבוּב, i. e. dominus muscarum, 2 Reg. 1, 2. Quam lectionem etsi Hieronymus probavit, tamen posthabeamus alteri, quae meminit dominum stercoris: זֶבֶל, stercus, fimus. Hoc enim nomine Judaeos principem eorum geniorum, quos mpuros [πνεύματα ἀκάθαρτα] vocarent, facile appellare potuisse, in promtu est), Matth. 10, 25. 12, 24. 27. (Marc. 3, 22. Luc. 11, 15. 18. 19.)

Βελίαλ, ὁ, (hebr. בְּלִיַּעַל, malitia, nequitia, 1 Sam. 25, 25.)

Belial, cognomen Satanae, 2 Cor. 6, 15. (Sed codd. opt. *βελίαρ*, ut scribitur in testamento 12 patriarch.)

Βελόνη, *ης*, *ἡ*, (cuspis hastae, v. *βέλος*. Cf. *σφενδόνη*) acus, Luc. 13, 25.

Βέλος, *εος*, *τό*, (*βάλλω*) telum, iaculum, sagitta, Eph. 6, 16.

Βελτίων, *ονος*, *ὁ*, *ἡ*, melior, *βελτίον*, melius. — adv., 2 Tim. 1, 18. (*βελτίον*, i. e. quam ego. De comparativo non otioso v. Wineri grammat. Sect. 3. §. 28.)

Βέροια, *ας*, *ἡ*, (etiam *Βέῤῥοια*) Beroea, urbs Macedonica prope Pellam ad montem Bermium sita, post Irenopolis, hodie Boor appellata, Act. 17, 10. 13. Hinc seq.

Βεροιαῖος, *α*, *ον*, Beroënsis, Act. 20, 4.

Βηθαβαρά, *ᾶς*, *ἡ*, Bethabara, hebr. בֵּית עֲבָרָה, locus traiectionis, i. e. ubi traiicitur, Joh. 1, 28. (al. codd. *Βηθανίᾳ*. Hanc lectionem qui praeferunt, dicunt illam ex ingenio Origenis profectam esse.)

Βηθανία, *ας*, *ἡ*, (בֵּית חִינֵי, domus s. locus dactylorum, Dattelplatz) Bethania, oppidum vel vicus ultra montem oliveti situs, 15 stadiis ab Hierosolymis distans, Joh. 11, 1. 18. Matth. 21, 17. Luc. 19, 29. Marc. 11, 1.

Βηθεσδά, *ᾶς*, *ἡ*, Bethesda, hebr. בֵּית חֶסְדָּא, domus misericordiae, i. e. aedificium excipiendis curandisque aegrotis destinatum, nosodochium. Non longe distabat a templo Hieros. thermis s. aquis medicatis superstructum, Joh. 5, 2.

Βηθλεέμ, *ἡ*, Bethlehem (בֵּית לֶחֶם, domus panis) oppidum situm in tribu Juda, et nomen nactum a fertilitate soli, Matth. 2, 1. 5. Luc. 2, 4. Joh. 7, 42.

Βηθσαϊδά, *ᾶς*, *ἡ*, Bethsaida (hebr. בֵּית צַיְּדָה, locus venationis s. piscationis) oppidum in ripa lacus Genesarethici occidentali situm, Joh. 1, 45. Matth. 11, 21. Marc. 6, 45. (Luc. 9, 10.) Luc. 10, 13. (Matth. 11, 21.) — In his locc. plures codd. habent *Βηθσαϊδάν*. — Commemorat Josephus aliud huius nominis oppidum in Gaulanitide inferiori ad lacum Genesareth (in orientali eius ripa) situm, a Philippo tetrarcha restauratum, incolis auctum et in honorem Iuliae, Augusti imperatoris filiae, Iulias appellatum. Huius et ipsius urbis in N. T. mentionem fieri, id doceri non potest.

Βηθφαγή, *ῆς*, *ἡ*, Bethphage (בֵּית פַּגָּא, domus ficuum), nomen villae vel vici, ad montem olivarum siti, Matth. 21, 1. (Marc. 11, 1. Luc. 19, 29.)

Βῆμα, *τος*, *τό*, (ab inus. *βάω*, *βίβημι*, *βαίνω*) 1., gressus, passus, Act. 7, 5. (*οὐδὲ βῆμα ποδός*, ne latum quidem pedem. Deut. 2, 5. [Xen. Cyr. 7, 5, 6.]) — 2., suggestus; *a.*, tribunal, *καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ* —, Matth. 27, 19. Joh. 19, 13. Act. 25, 6. 18, 12. (*ἄγειν ἐπὶ τό.*) 16. 17. (Habebantur iudicia in provinciis sub dio, sedente magistratu in tribunali, quod positum erat in loco editiore, tesseris marmoreis strato, Herodian. 2, 10, 2. Dionys. Halic. 12, 30.) — Act. 25, 10. (*ἐπὶ τοῦ βήματος*

Καίσαρος ἑστώς εἰμι, coll. v. 11.) — tribunal Christi, Rom. 14, 10. (*παραστησόμεθα τῷ.*) 2 Cor. 5, 10. (*φανερωθῆναι ἐπὶ τοῦ.*) — *b.*, suggestus, throni speciem referens, in theatro Caesareensi ab Herode M. exstructus, unde et spectabat ludos, et verba faciebat in concione, Act. 12, 21. (cf. 2 Macc. 13, 26. Nehem. 8, 4.)

Βήρυλλος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, (s. *βηρίλλιος*, *βηρύλλιος*, *βηρύλλιον*) beryllus, gemma coloris viridis languidioris, nascens apud Indos (Plin. H. N. 37, c. 5.), Apoc. 21, 20. — Ex. 28, 20. 39, 11.

Βία, *ας*, *ἡ*, (robur. Hom. Il. 7, 197.) vis, Act. 5, 26. (*μετὰ βίας.*) — impetus, 21, 35. 27, 41. — violentia, 24, 7. (*μετὰ πολλῆς βίας.*)

Βιάζω, f. *σω*, (a *βία*) vi utor, vim adhibeo; *τινά*, cogo, vim infero alicui; pass., Matth. 11, 12. *ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ βιάζεται*, regno divino vis infertur (cuius rei initium factum est coniecto Joanne baptista in carcerem. Perperam nonnulli enarrant: cum vi expetitur. Nam quid tum esset: *ἁρπάζουσιν αὐτὴν βιασταί?* Hoc nihil aliud sign. potest, quam: abripiunt, auferunt aliis; at hoc ipsum fecerunt, qui doctoribus vim inferebant, ut Joanni Herodes). Petita sunt haec verba e Luc. 16, 16. ubi legitur med.: *πᾶς εἰς αὐτὴν* (scil. *τὴν βασ. τοῦ θεοῦ*) *βιάζεται.* quae vocc. vertunt: jeder drängt sich in dasselbe hinein. At vero nihil hoc gratius Jesu esse potuisset, praesertim cum conquerendum ei esset, quod claudatur regnum dei ab iis, qui claves teneant. Certum est, hanc interpretationem falsam esse. Consule contextum. Jesus dicit: *a.*, etsi *πᾶς* — *βιάζεται*, tamen multum abesse, ut legis infringatur auctoritas. — *b.*, Contra eos, qui legem contemnunt, profert parabolam de divite helluone, qui ab Abrahamo discit, quaenam sint praecepta hominibus in terra viventibus sequenda. Patet ergo, *βιάζεσθαι εἰς τὴν* — *θεοῦ* dici eos, qui legem contemnant, et doctores, auctoritatem legis propugnantes, aut persequantur, aut derisui habeant (Herodes, Pharisaei). Atque sic verba eandem vim habent apud Lucam atque apud Matthaeum. Et quidni *βιάζεσθαι εἰς* vi mediae formae praeditum, significare possit: niti, contendere contra —, sich stemmen gegen —, aut violentia uti contra —, aut irruere in aliquid, sive ut habeas, sive (ut h. l.) ut res capiatur, auferatur, evertatur? (*βιάζεσθαι εἰς τὰ πεδιά*, Arrian. de venat. 7, 2. *εἰς τὴν παρεμβολήν*, Polyb. 1, 74, 5. *εἰς τὸ στρατόπεδον*, Plut. Vit. Othon. c. 12. *εἰς τὴν ἀρχήν*, Appian. B. C. 1. p. 695. Plut. vit. Flamin. *εἰςβιάζεσθαι τὴν ἀρχήν.*)

Βίαιος, *α*, *ον*, (a *βία*) impetuosus, vehemens, Act. 2, 2. (*βιαία πνοή.*)

Βιαστής, *οῦ*, *ὁ*, (a *βιάζω*) qui vim infert —, violentus, Matth. 11, 12. (*βιασταί* dicuntur, a quibus regnum dei *βιάζεται*, h. e. qui id eripere, *ἁρπάζειν*, conantur aliis.)

Βιβλαρίδιον, *ου*, *τό*, (*ἡ βίβλος*, deminutivum deminutivi. Nam *βιβλάριον* deminutivum iam est) libellus, Apoc. 10, 2. 8. 9. 10.

Βιβλίον, *ου*, *τό*, (deminut. vocis: *βίβλος*) libellus, Luc. 4,

17. 20. Joh. 20, 30. 21, 25. — βιβλίον ζωῆς, Apoc. 13, 8. 17, 8. 20, 12. et 21, 17. coll. Ps. 69, 29. Ex. 32, 32. 33.

Βίβλος, ου, ἡ, (s. ἡ βύβλος, planta, cui nomen papyrus [Theophr. Hist. plant. 4, 9.], e cuius libro confici charta consueverat) liber scriptus, volumen, Matth. 1, 1. Luc. 3, 4. Marc. 12, 25.

Βιβρώσκω (s. βρώσκω a βρόω, unde nostrum: Brodt), f. ώσω, comedo, Joh. 6, 13.

Βιθυνία, ας, ἡ, Bithynia, provincia Asiae minoris, Ponto adiacens Euxino, Propontidi, Phrygiae, Mysiae et Paphlagoniae, Act. 16, 1. 1 Petr. 1, 1.

Βίος, ου, ὁ, vita, Luc. 8, 14. (αἱ ἡδοναὶ τοῦ βίου.) 1 Tim. 2, 2. (ἡσύχιον βίον διάγειν.) 2 Tim. 2, 4. (τὰ τοῦ βίου.) 1 Petr. 4, 3. (ὁ χρόνος τοῦ βίου.) — *b.*, id, unde vivitur, opes, facultates, Marc. 7, 44. (Luc. 8, 43.) Luc. 15, 12. 30. 21, 4. 1 Joh. 2, 16. 3, 17. (Diod. Sic. 12, 40.) Cf. Hom. Il. 6, 14. ἀφνειὸς βιότοιο.

Βιόω (ῶ), f. ώσω, (a βίος) vitam ago, vivo, 1 Petr. 4, 2. (οἱ ὁ, Prov. 4, 2.) verleben — χρόνον (Xen. Mem. 4, 8, 2).

Βίωσις, εως, ἡ, vivendi et agendi ratio, Act. 26, 4. — in Prologo Sirac. διὰ τῆς ἐννόμου βιώσεως.

Βιωτικός, ή, όν, ad vitam et res huius vitae pertinens, Luc. 21, 34. (αἱ μέριμναι βιωτικαί.) (Philo de V. M. 3, 677. χρεῖαι βιωτικαί, ut Diod. Sic. et Artemid.) 1 Cor. 6, 3. 4. (βιωτικὰ κριτήρια, lites de rebus huius vitae.) Vocem habent praeter Philon., Diod. et Artemidorum Aristoteles H. A. 10, 16. 434. et Plut. (v. Lobeck. ad Phrynich. p. 355.)

Βλαβερός, ά, όν, (pro quo poëtae etiam βλαβόεις, εσσα, εν, a βλάπτω, obsol. βλάβω, unde aor. 2. pass. ἐβλάβην et nomina: ἡ βλάβη, τὸ βλάβος, damnum, detrimentum) noxius (Xen. Mem. 1, 5, 3. oppon. ὠφέλιμος), 1 Tim. 6, 9. (ἐπιθυμίαι βλαβεραί.)

Βλάπτω, f. ψω, laedo, τινά, Marc. 16, 18. Luc. 4, 35. (μηδὲν βλάψαν αὐτόν.)

Βλαστάνω (βλάστω *a.*, aor. ἔβλαστον, hinc βλαστέω. — *b.*, a βλάστω descendit ἡ βλάστη [i. q. ὁ βλαστός, germen, frons, dis] cf. nostrum: Blatt, et hinc derivatur βλαστάω. Utriusque verbi derivati βλαστέω et βλαστάω futurum ήσω, aor. 1. ἐβλάστησα [Graeci vett. non aoristo verborum derivatorum, sed verbi primitivi ἔβλαστον usi sunt — cf. lat. planto, pflanzen). Habet hoc verbum significat. intransit. et transit. ut φύω: **1.**, intransit., progermino, frondesco, Marc. 4, 24. Matth. 13, 26. (ὁ χόρτος.) Hebr. 9, 4. — **2.**, transit., produco, Jac. 5, 18. (τὸν καρπόν. Aeschyl. fragm. p. 619.)

Βλασφημέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum βλάσφημος, q. v.) convicior (Graeci: εἴς τινα, περί τινα, ὑπέρ τινος); **1.**, absol. *α.*, convicia evomo, Act. 13, 45. 18, 6. 26, 11. 1 Petr. 4, 4.

(2 Macc. 10, 34. 12, 14.) — *b.*, κατ' ἐξοχήν: de verbis numinis maiestatem laedentibus, Matth. 9, 3. 26, 65. Joh. 10, 36. Luc. 22, 65. Marc. 3, 28. (βλασφημίας, ὅσας βλασφ., i. e. quaecunque convicia proferant, v. ἀσεβέω, ἀγαπάω.) — **2.**, constr. *a.*, εἴς τινα, Marc. 3, 29. (Luc. 12, 10.) — ἔν τινι, 2 Petr. 2, 12. (ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφ., v. ἀγνοέω.) — *b.*, τινά, ut τὸν θεόν, Apoc. 16, 11. 21. Act. 19, 37. Tit. 3, 2. 2 Petr. 2, 10. (δόξας.) et Judae v. 8. Matth. 27, 39. (Marc. 15, 29. Luc. 23, 39.) — τὸ ὄνομά τινος, Jac. 2, 7. Rom. 2, 24. 1 Tim. 6, 1. Apoc. 13, 6. 16, 9. — pass., Tit. 2, 5. 1 Petr. 4, 14. (oppon. δοξάζεσθαι.) 2 Petr. 2, 2. — *bb.*, criminor, Rom. 5, 8. (καθὼς βλασφημούμεθα.) 14, 16. 1 Cor. 4, 13. 10, 30. (enarra: τοῦτο, ὑπὲρ οὗ.) 4, 13.

Βλασφημία, ας, ἡ, (vox, qua quis se βλάσφημον prodit, v. not. ad βασιλεία) convicium; *a.*, universe, vox, quae alterius famae noxia est, vox contumeliosa, Matth. 15, 19. 12, 31. (πᾶς h. l. quaevis alia praeter.) Marc. 7, 22. Eph. 4, 31. Col. 3, 8. 1 Tim. 6, 4. Judae v. 9. (κρίσις βλασφημίας, i. e. κρίσις βλάσφημος, ut legitur 2 Petr. 2, 11. (sententia malis verbis pronuntiata.) — *b.*, κατ' ἐξοχήν, vox impia, qua summi numinis laeditur maiestas, Marc. 2, 7. (Luc. 5, 21. λαλεῖν βλασφ.) Apoc. 13, 5. Marc. 14, 64. (Matth. 26, 65.) Joh. 10, 33. Apoc. 2, 9. 13, 1. et 17, 2. (ὀνόματα βλασφημίας i. e. βλάσφημα, v. ἀνομία, ex hebr.) — τινός, gen. obi., Matth. 12, 31. — πρὸς τὸν θεόν, Apoc. 13, 6. — οἱ ὁ, Ez. 35, 12.

Βλάσφημος, ου, ὁ, ἡ, (a βλάξ, piger, stolidus, et φήμη, fama, Aelian. V. H. 12, 57. Herodian. 7, 8, 12.) maledicus, contumeliosus, Act. 6, 11. (ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωϋσῆν καὶ τὸν θεόν.) 2 Petr. 2, 11. — substantive, 1 Tim. 1, 13. 2 Tim. 3, 2.

Βλέμμα, τος, τό, (βλέπω, perf. pass. βέβλεμμαι) visus, adspectus, 2 Petr. 2, 8. (βλέμματι καὶ ἀκοῇ, i. e. iis, quae videbat audiebatque.)

Βλέπω, f. ψω, **1.**, video, cerno. *a.*, absol. *aa.*, visu (facultate cernendi) gaudeo (Xen. Mem. 1, 3, 4.), Matth. 12, 22. (Marc. 4, 12.) 15, 31. Joh. 9, 7. 15. 25. Act. 9, 9. Apoc. 3, 18. — τὸ βλέπειν, visus, Luc. 7, 21. — Rom. 11, 8. (τοῦ μὴ βλέπειν, hebr. לְ. cf. Deut. 29, 4. Ez. 12, 2. oculos, ut ne videant.) v. ὁ, ἡ, τό. — Joh. 9, 39. 41. Matth. 13, 13. Luc. 8, 10. 16. — *bb.*, rem habeo visui obiectam; med., Rom. 8, 24. — *cc.*, metaph., facultate videndi h. e. intelligendi utor, Matth. 13, 16. Joh. 9, 39. (sapere.) — *b.*, cum acc., βλέπω τινά vel τί, *aa.*, conspicio aliquem vel aliquid, erblicken, Matth. 7, 3. (Luc. 6, 41.) Marc. 8, 23. Luc. 8, 16. Apoc. 1, 11. (v. 12. φωνήν, h. e. eum, qui vocem ederet.) Matth. 6, 4. 6. (suppl. αὐτό.) 18. — 11, 4. (Luc. 7, 22. ἃ εἴδετε.) cf. Act. 2, 33. 8, 6. — Luc. 10, 23. 24. (haec a Matthaeo c. 13, 16. in alium

sensum detorsa sunt.) Matth. 24, 2. Luc. 7, 44. 11, 33. Act. 9, 8. 12, 9. (ὅραμα.) Apoc. 11, 9. 16, 15. — τὸ πρόςωπόν τινος, Matth. 18, 10. (dicitur h. l. is, cui aditus ad aliquem patet, cf. 2 Reg. 25, 19. Esth. 1, 4. Jerem. 52, 25. — pass. τὰ βλεπόμενα, quae oculis cernuntur, 2 Cor. 4, 18. Hebr. 11, 1. 3. 7. — *bb.*, intueor, specto, i. q. θεωρῶ, Act. 1, 9. 1 Cor. 13, 12. Marc. 13, 2. — Matth. 5, 28. (γυναῖκα, oculos converto in aliquam.) — τὸ βιβλίον, inspicio, Apoc. 5, 3. 4. — *cc.*, respicio, berücksichtigen, auf etwas sehen, 1 Cor. 1, 26. 10, 18. Phil. 3, 2. Col. 2, 5. 4, 17. 2 Cor. 10, 7. — **2.**, video, intelligo, sentio; — *a.*, sequente acc. cum participio: video, Matth. 15, 31. Marc. 5, 31. 8, 24. Joh. 1, 29. 5, 19. 20, 1. 5. 21, 9. 20. Act. 4, 14. — sentio, Rom. 7, 23. cf. Matth. 14, 30. (βλέπων τὸν ἄνεμον ἰσχυρόν.) — animadverto, Hebr. 10, 25. — distingue Hebr. 2, 9. τὸν βραχύ τι — ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, eum, qui — inferior sit, cernimus Jesum, als denjenigen, der — sehen wir Jesum (cf. Aeschyl. Sept. c. Theb. v. 100. κτύπον δέδορκα). — elliptice, 2 Cor. 12, 6. (ὑπὲρ ὅ, s. ὑπὲρ τοῦτο, ὃ — βλέπει με, scil. ποιοῦντα.) — *b.*, seq. ὅτι, video, intelligo, animadverto, 2 Cor. 7, 8. Hebr. 3, 19. Jac. 2, 22. — Attractionem vide Apoc. 17, 8. (τὸ θηρίον, ὅτι, cf. Matth. 6, 26. 28. Luc. 12, 24. 27. v. ἐμβλέπω, καταμανθάνω, κατανοῶ. — **3.**, εἴς τινα, εἴς τι, oculos converto in aliquem, in aliquid, Luc. 9, 62. (εἰς τὰ ὀπίσω, retro.) — adspicio, Joh. 13, 22. Act. 3, 4. (Aelian. V. H. 14, 42. Xen. Anab. 4, 1, 28.) — εἰς πρόςωπόν τινος, partium studio ducor, Matth. 22, 16. (Marc. 12, 14.) — metaph., ut lat. specto, de loco versus regionem aliquam sito, Act. 28, 12. Ez. 11, 1. 40, 22. 23. 32. (πρός, Herodian. 2, 11, 16. Xen. Mem. 3, 8, 9.) — **4.**, provideo, curo; absol., Marc. 13, 23. 33. (imperat.) — ἑαυτόν, sibi cavere, 2 Joh. v. 8. *a.*, seq. ἵνα, v. loc. l. 1 Cor. 16, 10. — seq. μή cum coni., Matth. 24, 4. (Marc. 13, 5. Luc. 21, 8.) Act. 13, 40. 1 Cor. 8, 9. 10, 12. Gal. 5, 15. Hebr. 12, 25. — seq. μή cum fut. indic., Gal. 2, 8. Hebr. 3, 12. — v. μή. — *b.*, seq. ἀπό: caveo mihi ab aliquo, Marc. 8, 15. 12, 38. (Matth. 16, 4. et Luc. 20, 45. προςέχετε ἀπό.) hebr. מִן. Etiam Graeci: φυλάττεσθαι ἀπό, Xen. Cyr. 2, 3, 9. coll. 1, 4, 7. — *c.*, seq. interrog. indic., Marc. 4, 24. (βλέπετε, τί ἀκούετε, i. e. quantum animi quasi ad dicta advertatis.) — πῶς, Luc. 8, 18. 1 Cor. 3, 10. Eph. 4, 15.

Βλητέος, έα, έον, (adi. verbale a βάλλω, βλητός) coniiciendus, fundendus; neutr., Marc. 2, 22. (Luc. 5, 39. βλητέον ἐστί seq. acc. τὸν οἶνον. Nam verbalia ex se fundunt casus verborum, unde derivata sunt.)

Βοανεργές, Boanerges, vox hebr. בְּנֵי־רֶגֶשׁ, i. e. filii tonitru, Marc. 3, 17. (Ps. 64, 3.) בְּ pronuntiatum: boa, ut Noabhyim pro Nebhyim; v. Ligtfoot hor. hebr. ad h. l.

Βοάω (ῶ), f. ήσω, (ab ἡ βοή) clamo, vociferor; **1.**, cla-

morem tollo, de laetantibus, Gal. 4, 27. (Xen. Cyr. 7, 5, 76. Jes. 54, 1.) — de dolentibus, Act. 8, 7. — **2.**, intenta voce aliquid dico, Matth. 3, 3. (Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. Joh. 1, 23. Jes. 40, 3.) Act. 17, 6. 21, 34. — **3.**, πρός τινα, opem alicuius et auxilium imploro (אֶל זָעַק, Hos. 7, 14.), Luc. 18, 7.

Βοή, ῆς, ἡ, clamor, Jac. 5, 4.

Βοήθεια, ας, ἡ, (v. βοηθέω) **1.**, auxilium, Hebr. 4, 16. (Thuc. 3, 113.) — **2.**, pl. αἱ βοήθειαι, adminicula, Act. 27, 17.

Βοηθέω (ῶ), f. ήσω, (ex βοή, clamor, et θέω, curro) **1.**, currens clamo, s. clamans curro. — **2.**, ad clamorem (periclitantium) accurro, Xen. Cyr. 3, 2, 1. Polyb. 3, 104, 3. — auxilior, opem fero; τινί, Matth 15, 25. Marc. 9, 22. 24. Act. 16, 9. 21, 28. 2 Cor. 6, 2. Hebr. 2, 18. Apoc. 12, 16.

Βοηθός, οῦ, ὁ, auxiliator, Hebr. 3, 6. (Xen. Mem. 2, 1, 14.)

Βόθυνος, ου, ὁ, (v. descendere ab obsoleto βόθω, unde lat. fodo, cui affinia sunt βύθος, βυσσός, unde lat. puteus, ut et nostr. Boden) fovea, scrobs, Matth. 12, 11. 15, 14. Luc. 6, 39. — οἱ ό, 2 Sam. 18, 17.

Βολή, ῆς, ἡ, (βάλλω, perf. 2.) iactus (ut in vernacula lingua: geworfen, Wurf), Luc. 22, 41.

Βολίζω, f. σω, (βολίς, *a.*, iaculum; *b.*, bolis, i. e. perpendiculum nauticum, quo explorant nautae maris altitudinem) bolidem i. e. perpendiculum nauticum demitto, Act. 27, 28.

Βολίς, ίδος, ἡ, (βάλλω) telum, iaculum, Hebr. 12, 20. — Neh. 4, 17. Num. 24, 8.

Βόρβορος, ου, ὁ, (Etym. M. ἡ ἐκ τῆς τροφῆς γενηθεῖσα ὕλη) stercus, coenum, 2 Petr. 2, 22. — Jerem. 38, 6. Dem. p. 1259, 11. Plut. de gen. Socr. c. 10. Arrian. Epict. 4, 11. cf. lat. furfur.

Βοῤῥᾶς, ᾶ, ὁ, s. Βορέας, έου, (ion. Βορέης, contr. βορῆς, έω) **1.**, boreas, aquilo, Nord-Nord-Ost, Gen. 13, 14. Num. 2, 25. — **2.**, plaga septentrionalis, Luc. 13, 29. Apoc. 21, 13. (Aelian. V H. 12, 61. Job. 37, 22. Gen. 13, 14.)

Βόσκω, f. ήσω, lat. pasco alium (cf. etiam vescor), de pastoribus pecora in pascua ducentibus (alo, Hom. Od. 14, 325. 19, 294.), Joh. 21, 15. 17. (τὰ ἀρνία. τὰ πρόβατα.) — Pass. et med. βόσκομαι, pascor, me pasco, Marc. 5, 11. (Matth. 8, 30. Luc. 8, 32. ἀγέλη χοίρων.) Luc. 15, 15.

Βοτάνη, ης, ἡ, (βόω, βόσκω) herba, unde nostr.: Futter (-άνη terminatio vocum instrumentum significantium, cf. βουκάνη, δοκάνη, ἐλάνη, ῥυκάνη), Hebr. 6, 7. (Gen. 40, 10. Aelian. V. H. 2, 40.)

Βότρυς, υος, ὁ, racemus, uva, Apoc. 14, 18. (οἱ ό, Gen. 40, 10. Xen. Oecon. 19, 18.)

Βουλεύω, f. σω, (propr. sum βουλεύς. Hoc quidem non occurrit, sed altera forma: βουλῆς, contr. ex βουλήεις, gen. ῆν-

τος, Thuc. 3, 70. Ergo *a*., sum senator, a consiliis, Xen. Mem. 1, 1, 18. Anab. 2, 5, 16. senatoris munus administro, v. c. κατὰ τοὺς νόμους. — *b*., consilium do, Jes. 23, 8.) in N. T. med. βουλεύομαι, f. σομαι, 1., mecum delibero, seq. εἰ, Luc. 14, 31. (Xen. Mem. 3, 6, 8.) pl. ἐβουλεύσαντο, inter se consultabant, seq. ἵνα, Joh. 12, 10. — seq. infin., Act. 5, 33. (ἀνελεῖν αὐτούς.) — 2., consilium cepi, beabsichtigen, seq. inf., Act. 15, 37. 27, 39. — τί, 2 Cor. 1, 17. (Codd. nonnulli: βουλόμενος, ut Act. 15, 37. ἐβούλετο pro ἐβουλεύετο.) — ἃ βουλεύομαι, ibid. Sens.: quae consilia cepi, num cepi humano more? — (Cf. Jes. 46, 10. Xen. Mem. 1, 4, 7. Herodian. 1, 16, 8.)

Βουλευτής, οῦ, ὁ, (a βουλεύω) senator (qui est a consiliis), Xen. H. G. 2, 3, 23. Thuc. 8, 69. — assessor synedrii magni, Marc. 15, 43. (Luc. 23, 50.)

Βουλή, ῆς, ἡ, (a βούλομαι) consilium, decretum (Il. 1, 5.); *a*., consilium, Luc. 7, 30. (εἰς ἑαυτούς pertinet ad ἀθέτησαν, non ut sit: sibi in detrimentum, sed vertendum: quoad se ipsos spectabat.) pl., consilia, 1 Cor. 4, 5. — *b*., decretum, Beschluss, Act. 2, 28. (ὡρισμένῃ βουλῇ.) 4, 23. (ἡ βουλή σου.) 13, 36. (τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ, decreto dei.) 20, 27. (πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ, omne decreti divini argumentum.) Hebr. 6, 17. (τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς.) Eph. 1, 11. (ἡ βουλὴ τοῦ θελήματος αὐτοῦ.) Luc. 23, 51. (distinguitur ἡ πρᾶξις.) Act. 27, 12. (ἔθεντο βουλήν, seq. infinit.) 27, 42. (τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο, ἵνα κ. τ. λ.) cf. βούλημα. — *c*., institutum, inceptum (id, quod quis molitur), Act. 5, 38. (ἡ βουλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τοῦτο.)

Βούλημα, τος, τό, (a βούλομαι, perf. βεβούλημαι, quamquam in usu est βέβουλα) decretum, propositum, Rom. 9, 19. Act. 27, 43.

Βούλομαι, f. ήσομαι, (2. praes. βούλει, Luc. 22, 42. attice pro: βούλῃ, cf. Matth. gr. §. 203. Exod. 9, 2. — imperf. ἐβουλόμην, Act. 25, 20. 28, 18. 2 Cor. 1, 15. ut Lucian. dial. D. 8, 3. Attici ἠβουλόμην, aor. 2. ἐβουλήθην, Jac. 4, 4. et ἠβουλήθην, 2 Joh. v. 12. vide grammaticos libros Buttmanni, Matthiaei, Wineri) 1., pro deliberato consilio aliquid volo, propositum habeo, willens sein, paro, seq. inf., Matth. 1, 19. (ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν, coll. v. 20. ἐνθυμεῖσθαι.) Marc. 15, 15. Act. 5, 28. 12, 4. 18, 27. 19, 30. 22, 30. 23, 28. 27, 43. 28, 18. 2 Cor. 1, 15. 1 Tim. 6, 9. Jac. 3, 4. 4, 4. 2 Joh. v. 12. Hebr. 6, 17. Matth. 11, 27. (Luc. 10, 22.) — aposiopes.: εἰ βούλει παρενεγκεῖν, suppl. καλόν ἐστι, Luc. 22, 42. — καθὼς βούλεται, pro suo arbitrio, 1 Cor. 12, 11. — 2., cupio, Act. 17, 20. 25, 20. 22. (ἐβουλόμην, ut Philem. v. 3. vellem.) — seq. acc. c. inf., Phil. 1, 12. (γινώσκειν ὑμᾶς βούλομαι.) 1 Tim. 2, 8. 5, 14. Tit. 3, 8. Judae v. 5. 2 Petr. 3, 9. — οὐ βούλομαι, nolo, Act. 18, 15. — seq. coni. aor., Joh. 18, 39.

(βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω;) — **3.**, interdum significat: aliquid sponte ab aliquo effici, 3 Joh. 10. — Jac. 1, 18. βουληθεὶς ἀπεκύησε, ex libera benignitate nos genuit. — hebr. לְ חָפֵץ, Judic. 13, 23.

Βουνός, οῦ, ὁ, clivus, tumulus (forsitan a βῶ, ascendo), cf. nostr.: Bühne, Luc. 3, 5. (Jes. 40, 4.) 23, 30. (Hos. 10, 8.) „Vox Cyrenaicis usitata; a Doriensibus in Sicilia vocem transsumsisse videtur Aeschylus; a Cyrenaicis accipere potuerunt Alexandrini. Recentiores Graeci quivis colles et tumulos βουνοὺς dixerunt et μαστούς, Aetoli veteres βωμούς." Verba Valkenarii ad Herodot. 4, 351.

Βοῦς, βοός, ὁ, ἡ, bos, vacca, Luc. 13, 15. 14, 5. 19.

Βραβεῖον, ου, τό, (βράβης s. quod usitatius βραβεύς, arbiter et moderator certaminis, qui dat praemium certaminis, dictus etiam βραβευτής, Latinis designator) praemium, quod certaminis victori decernitur (Tertullian.: brabium. Interpres Vulg.: bravium. De genere neutro, ad praemium indicandum posito, cf. τὸ μαίωτρον, τὸ ἀριστεῖον, χειρωνάξιον, δίδακτρον, διδασκάλιον, εὐαγγέλιον, al.), 1 Cor. 9, 24. (λαμβάνω.) Phil. 3, 14. (διώκω ἐπὶ τό.)

Βραβεύω, f. σω, **1.**, sum βραβεύς, v. βραβεῖον. — **2.**, dirigo, moderor, guberno, Col. 3, 15. (regno.) — (Sap. 10, 12.)

Βραδύνω, f. υνῶ, (a βραδύς, εῖα, ύ, tardus, cf. βαρύνω) tardo; **1.**, intransit., cunctor, 1 Tim. 3, 15. (Aelian. V. H. 3, 48. Herodian. 3, 7, 10.) — **2.**, τινός, 2 Petr. 3, 9. (οὐ βραδύνει ὁ κύριος τῆς ἐπαγγελίας. Grotius legi mavult τὰς ἐπαγγελίας. Male dicunt, verbum h. l. transitivi vim habere, nos: er verzieht nicht mit der Verheissung. Videtur genitivus inde explicari, quod scriptor cogitaverit: βραδεῖαν ἔχει τὴν ἐπαγγελίαν.)

Βραδυπλοέω, f. ήσω, (a βραδύπλοος, et hoc ex βραδύς et πλέω. Verba enim cum adiectivis aut α priv. et δυς aut εὖ composita formantur ab adiectivis compositis. De qua compositionis lege v. Lobeck. ad Phryn. p. 487. seq. Cf. quae supra diximus ad litt. α) tarde navigo, Act. 27, 7.

Βραδύς, εῖα, ύ, tardus, Jac. 1, 19. (εἴς τι.) Luc. 24, 25. (βραδὺς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν, phrasis hebraica [v. καρδία] de eo, qui sero ac vi demum adduci potest, ut credat.)

Βραδυτής, ῆτος, ἡ, (a βραδύς, q. v. Xen. H. G. 4, 6, 3.) tarditas, cunctatio, 2 Petr. 3, 9.

Βραχίων, ονος, ὁ, brachium; — dei, ex hebr. loquendi consuet., vis, potentia (dei), Luc. 1, 51. (cf. Deut. 4, 34. 5, 15. 26, 8.) Joh. 12, 38. (Jes. 53, 1.) Act. 13, 17.

Βραχύς, εῖα, ύ, brevis, Joh. 6, 7. (βραχύ τι, exiguum quid.) Hebr. 13, 22. (διὰ βραχέων, paucis, scil. verbis; v. διά.) — neutrum adverb. βραχύ τι de loco: parum, paullulum, Act. 27, 28. διαστήσαντες, cf. Xen. Cyr. 5, 4, 47. Thuc. 1, 63.) Hebr. 2, 7. 9. (ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους.) — de tem-

pore: paullisper, Act. 5, 34. — μετὰ βραχύ, paullo post, Luc. 22, 58. Videtur radici huius vocis adhaerere lat. parco.

Βρέφος, εος (ους), τό, a., i. q. ἔμβρυον, embryo, foetus, Luc. 1, 41. (Hom. Il. 23, 265. Dioscor. 5, 74. Xen. Mem. 2, 2, 5.) — b., infans recens natus, Luc. 2, 12. 16. Act. 7, 19. 1 Petr. 2, 2. (male dicunt h. l. tropice dici.) — c., i. q. τὸ παιδίον, puer, Luc. 18, 15. 2 Tim. 3, 15. (ἀπὸ βρέφους, a teneris inde.)

Βρέχω, f. ξω, 1., madefacio, humecto, Luc. 7, 38. (τοὺς πόδας τοῖς δάκρυσι, cf. Ps. 6, 6.) — 2., pluo, Apoc. 11, 6. (ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετός.) Matth. 5, 45. (βρέχει, scil. ὁ θεός, ἐπί τινα.) Luc. 17, 29. (ἔβρεξε, imperson. ut βροντᾷ, acc. πῦρ καὶ θεῖον, cf. Ex. 9, 23.) Jac. 5, 17. (προςηύξατο τοῦ μὴ βρέξαι, i. q. ὥστε μὴ βρ.) Antiqui: ὕειν. v. Phryn. ed. Lob. p. 291.

Βροντή, ῆς, ἡ, tonitru, Marc. 3, 17. Joh. 12, 29. Apoc. 4, 5. 6, 1. (Hom. Il. 21, 199.)

Βροχή, ῆς, ἡ, (v. βρέχω) pluvia, Matth. 7, 25. 27. (vox, quae e sermone poëtico serius in vulgarem abiit, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 291. Antiqui: ὑετός.)

Βρόχος, ου, ὁ, laqueus, 1 Cor. 7, 35. (βρόχον ἐπιβάλλειν τινί, illaqueare. Sens.: non ut vobis vim inferam, non ut vos cogam. — Aelian. V. H. 13, 36. Xen. de Ven. 2, 5. Polyb. 12, 16, 10.)

Βρυγμός, οῦ, ὁ, (a βρύχω, q. v.) stridor dentium, fremitus, Matth. 8, 12. 13, 42. 50. 22, 13. 24, 51. 25, 30. Luc. 13, 28.

Βρύχω, f. ξω, strideo, frendeo dentibus, Act. 7, 54. (ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ᾽ αὐτόν.) — οἱ ὁ, Job. 16, 9. Ps. 35, 6. Eiusdem originis est ac βρύκω (cf. δέχω et δέκω), quamquam βρύκειν significare coepit mandere, v. Hermann. ad Soph. Philoct. v. 735.

Βρύω, f. σω, (propr. ebullio, succis abundo, unde nostr.: Brust, Brühe) scatere facio, Jac. 3, 11. — Xen. de Venat. 5, 12. ἡ γῆ βρύει. (Dic. etiam intransit., cf. φύω, βλαστέω, ἀνατέλλω, al.)

Βρῶμα, τος, τό, (βρόω = βιβρώσκω, perf. pass.) id, quod comeditur, cibus, Joh. 4, 34. (mihi id cibi deputatum est.) — oppon. τῷ γάλακτι utpote στερεὰ τροφή, 1 Cor. 3, 2. 8, 8. (Hebr. 5, 12.) Rom. 14, 15. 20. 1 Cor. 8, 13. — βρῶμα πνευματικόν, 1 Cor. 10, 3. (cibus miraculo div. datus.) — pl., Matth. 14, 15. (Marc. 7, 19. Luc. 9, 13.) Luc. 3, 11. 1 Cor. 6, 13. 1 Tim. 4, 3. (Xen. Mem. 3, 11, 13.) Hebr. 9, 10. 13, 9.

Βρώσιμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (βρόω, βιβρώσκω. Adiectivum verbi futuro vel aoristo accommodatum, cf. ἀρνήσιμος, βάσιμος, βοηθήσιμος, γελάσιμος, ἀρόσιμος, ἀποδόσιμος, βάψιμος, αὔξιμος, ἐγέρσιμος, ἀπολύσιμος, al.) qui comedi potest, edulis,

esculentus, essbar, Luc. 24, 41. — οἱ ό, Levit. 19, 23. Ez. 47, 12.

Βρῶσις, εως, ἡ, (βρόω, βιβρώσκω) **1.**, esus (actus comedendi), gen. obi., 1 Cor. 8, 4. — 2 Cor. 9, 10. (ἄρτον εἰς βρῶσιν.) Rom. 14, 17. (v. βασιλεία ad fin.) Col. 2, 16. — (Xen. Mem. 1, 3, 15.) Ita etiam Joh. 6, 27. ἐργάζετε τὴν βρῶσιν, quare praeponitur articulus, ut in phrasibus: τὴν ἀνομίαν, τὴν ἀδικίαν cett. ἐργάζεσθαι: bewirket, vollziehet die Geniessung. Ibid. διδόναι, praebere, nimirum suppeditando eo, quod comedi possit. — *b.*, corrosio, Matth. 6, 19. 20. — **2.**, cibus, ut πόσις = potus, Joh. 4, 32. (βρῶσιν ἔχω φαγεῖν.) 6, 55. (elicienda h. l. e voce est nutrimenti notio.)

Βρώσκω, f. ώσω, (ex βρόω, hinc τὸ ω ante syllab. σκω) comedo, Joh. 6, 13. (τοῖς βεβρωκόσι.)

Βυθίζω, f. ίσω, (a βυθός, q. v.) demergo, versenken, vertiefen; *a.*, intransit., Luc. 5, 7. — *b.*, transit., 1 Tim. 6, 9. (αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον.)

Βυθός, οῦ, ὁ, (i. q. ὁ βυσσός) fundus (Xen. Oecon. 19, 11.). — mare altum, 2 Cor. 11, 25. — οἱ ό, Ps. 107, 24. Ex. 15, 5. (Aelian. H. A. 8, 3. Artemidor. 4, 53. Diod. Sic. 3, 21.)

Βυρσεύς, έως, ὁ, (a βύρσα, cutis detracta, corium. Nomina in ευς munus aut opificium designant, cf. βασιλεύς, ἱερεύς, ἁλιεύς, γραφεύς, al.) coriarius, der Gerber (Aristoph. Plut. v. 167. Nub. 581.), Act. 9, 43. 10, 6. 32.

Βύσσινος, η, ον, (ἡ βύσσος, q. v. — cf. ἀκάνθινος, ἀμαράντινος) byssinus, e bysso confectus. — neutr. τὸ βύσσινον, vestis byssina (cf. τὸ αὐλαῖον, τὸ περιβόλαιον), Apoc. 18, 12. 16. 19, 8. 14. (οἱ ό, Gen. 41, 42. 1 Chron. 15, 27. Diod. Sic. 1, 85.)

Βύσσος, ου, ἡ, byssus, hebr. בּוּץ, 2 Chron. 5, 12. Species lini Aegyptiaci tenuissimi, mollissimi et candidissimi, de quo Pollux Onomast. 7, c. 17. sect. 75. ἡ βύσσος λίνον τι εἶδος παρ' Ἰνδοῖς, ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ἔριον γίγνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λίνου ἂν τις μᾶλλον φαίη προςεοικέναι πλὴν τοῦ πάχους. Ἔτι γὰρ παχύτερος τῷ δένδρῳ καρπὸς ἐπιφύεται καρύῳ μάλιστα προςεοικώς, τριπλῷ τὴν διάφυσιν. Ἧς διαστάσης ἐπειδὰν ἀνανθῇ τὸ ὥσπερ κάρυον, ἔνδοθεν ἐξαιρεῖται τὸ ὥσπερ ἔριον, ἀφ' οὗ κρόκη γίγνεται. Τὸν δὲ στήμονα, ὑφιστᾶσιν αὐτῷ λινοῦν. Caeterum v. Wineri Reallex. sub verbo: Baumwolle. Luc. 16, 19. Apoc. 18, 12. (οἱ ό, Ex. 28, 39. Ez. 16, 13. 1 Chron. 15, 27. 2 Chron. 5, 12. Pausan. 5, 5. 6, 26.)

Βωμός, οῦ, ὁ, (v. supra βουνός) locus editus. — *b.*, ara, altare (Xen. Mem. 1, 1, 2. Thuc. 4, 98.), Act. 17, 23. (altaria in locis editioribus erant erecta, — vid. lexicon hebr. Gesenii sub v. בָּמָה.)

Γ.

Γαββαθά, ἡ, (s. *Γαβαθᾶ*) Gabbatha, nomen Syrochaldaicum גַּבְּתָא (in statu emphatico, cf. hebr. גִּבְעָה, collis), Joh. 19, 13 (h. l. addita interpretatio: *λιθόστρωτον*, i. e. pavimentum lapidibus stratum. Putant nonnulli interpretes h. l. dici pavimentum portabile s. tesseras, quales Romanos constat secum tulisse, cum sedibus omnino, tum sedibus, unde ius dicerent, substernendas. Sed hac explicatione non poterimus uti. Nam 1., Joannes, ubi interpretationem graecam locis hebraice dictis addit, solet eam adiicere locis, quae Hierosolymis invenirentur, Joh. 5, 2. 9, 7. 19, 17. — 2., Non secus esse hoc loco, patet etiam inde, quod auctor dixerit: *εἰς τόπον*, i. e. in loco aliquo, cui illud nomen esset. — Accedit 3., quod Josephus (de B. J. 6, 7.) templi Hierosolymitani partes exteriores describens diserte *λιθόστρωτον* aliquod commemoravit. V. Hug., Einleit. ins N. T. tom. 1. p. 17. ed. 3.)

Γάγγραινα, ης, ἡ, (unde *γαγγραινόομαι* et subst. *γαγγραίνωσις* a *γράω* [s. *γραίνω*], corrodo) morbus, quo pars quaedam corporis, laborans vi inflammationis ita emortua et corrupta est, ut nisi medela opportune afferatur, malum latius indies serpens reliquas simul corporis partes invadat, et ossa tandem carie arrodat — der kalte Brand, 2 Tim. 2, 17. cf. *φαγέδαινα*.

Γαδαρηνός, ή, όν, (a nomine pr. *Γαδαρά*, cf. *Ἀβιληνή*, *Μαγδαληνή*) Gadarenus. Erat Gadara metropolis Peraeae, littori orientali lacus Genesareth adiacens, 60 stadiis a Tiberiade distans, a gentilibus maxime habitata, — *χώρα τῶν Γαδαρηνῶν* i. e. Gadaris, Matth. 8, 28. (Marc. 5, 1. Luc. 8, 26. Joseph. de B. J. 3, 3.)

Γάζα, ης, ἡ, (voc. persic. a Graecis et Lat. receptum, aerarium regium, thesaurum significans. Diod. Sic. 17, 64. Curt. 3, 12, 17.) aerarium publicum, Act. 8, 27. (*οἱ ο'*, Esth. 3, 9.)

Γάζα, ης, ἡ, hebr. עַזָּה, i. e. robusta, *τῷ* ע per *γ* pronuntiato (cf. עֲמֹרָה, *γομόῤῥα*), urbs Philistaeorum versus fines terrae Israeliticae australes (Gen. 10, 9.), Raphiam inter et Ascalonem in colle sita (cf. B. J. 5, 14.), viginti stadiis a mari et undecim milliaribus ab Hierosolyma distans. Erat munita et muro cincta. (Arrian. 2, 27.) Praesidium cum haberet Persicum, Alexander M. post obsidionem quinque mensium eam expugnavit, neque tamen delevit. (Plut. Alex. c. 25. Curt. 4, 6.) Post vero anno 96. ante Chr. Alexander dictus Jannaeus, rex Judaeorum, captam post anni unius obsidionem diruit (Jos. l. c. 13, 13.), dirutam aliquot annis post instauravit Gabinius. (Jos. 14, 10.) Denique Augustus imperator eandem donavit Herodi M., quo mortuo Syriae adiecta est. (Jos. Ant. 15, 13.) v. Wineri Reall. Gaza. — Act. 8, 26. *αὕτη ἐστὶν ἔρημος*. Haec verba *a.*, ad Gazam referentes interpr. duas distinxerunt huius nominis urbes, alteram veterem, celebrem illam, alteram vero

sitam in tribu Ephraim (1 Chron. 7, 28.). Sine caussa. Nam *b.*, haec verba pertinent ad ἡ ὁδός. Iubetur Philippus viam ingredi, quae sit ἔρημος, solitaria. Atque hoc afferens scriptor explicat, qui Philippus cum Aethiope in hoc itinere agere potuerit.

Γαζοφυλάκιον, ου, τό, (ex γάζα, thesaurus, et φυλακή) i. q. θησαυροφυλάκιον, thesauri reconditorium,. Eph. 3, 9. Speciatim: aerarium sacrum. Dicitur **1.**, de cistis illis 13, quae erant in atrio mulierum positae, Rabbinis שׁוֹפָרוֹת i. e. tubae appellatae (ob formam tubis non dissimilem), in quibus condebantur nummi in templi usum et pauperum sustentationem vel sponte oblati, vel quotannis a Judaeis pendendi, Marc. 12, 41. 43. (Luc. 21, 1.) — **2.**, locus, in quo et illae cistae et alia cimelia templi (vasa aurea et argentea) asservabantur (Nehem. 13, 7. 10, 37 — 39. cf. Jos. B. J. 6, 5, 2.), atrium mulierum, Joh. 8, 20.

Γάλα, λακτος, τό, lac, 1 Cor. 9, 7. — parabolice, 1 Cor. 3, 2. (imago institutionis facilioris; ita quoque Hebr. 5, 12. 13. 1 Petr. 2, 2. (commemoratur ut nutrimentum, quo infantes alun tur.) Quintil. 2, 4.: doctoribus hoc esse curae velim, ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant et satiari velut quodam iucundioris disciplinae lacte patiantur.

Γαλάτης, ου, ὁ, Galata, incola Galatiae, Gal. 3, 1.

Γαλατία, ας, ἡ, Galatia, Gallograecia, regio Asiae minoris, confinis Paphlagoniae, Ponto, Cappadociae, Phrygiae, Lycaoniae et Bithyniae. Nomen traxit ab iis populis Galliae, qui, cum relicta patria in Thraciam immigrassent, inde tertio ante Christum saeculo, Leonnorio et Lutario ducibus in Asiam traiecerunt, ibique diu circumvagati tandem regionem inter Sangarium Thymbrідemque et Halyn fluvios sitam occuparunt et connubiis sese commiscuerunt cum Graecis. (Appellant Strabo et Plin. hos populos Tlistoboios, Tectosages, v. Caes. B. Gall. 6, 22. et Trocmos.) Imperante Augusto eorum Romanis iam pridem subiectorum terra in provinciae Romanae formam redacta est (a. 26. ante Ch.). Mox plures eo deductae sunt coloniae, quas partim soli fertilitas, partim mercandi opportunitas alliceret, in his etiam Judaeorum sat magnus numerus fuit. Cf. Liv. 37, 8. 38, 16. 18. Jos. Ant. 16, 6. Strab. 12, p. 394. 567. Eutrop. 7, 5. — Gal. 1, 2. 1 Cor. 16, 1. 2 Tim. 4, 10. 1 Petr. 1, 1.

Γαλατικός, ή, όν, Galaticus, ad Galatiam pertinens, Act. 16, 6. 18, 23.

Γαλήνη, ης, ἡ, (adi. ὁ, ἡ γαληνός, serenus, hilaris) serenitas, tranquillitas maris (poët. ἡ γαληναία), Marc. 4, 39. (Luc. 8, 24.) — Hom. Od. 7, 319. Xen. Anab. 5, 7, 8.

Γαλιλαία, ας, ἡ, Galilaea, a גְּלִילָה, 2 Reg. 16, 24. גָּלִיל, 1 Reg. 9, 11. i. e. orbis, Kreis. Nomen regionis Palaestinae septentrionalis a Syrorum finibus inter Jordanem et mare mediterraneum ultra lacum Genesareth productae, divisae in Galilaeam superiorem (quae a finibus Tyriorum et Sidoniorum incipit et usque

ad Jordanis fontes procurrit) et inferiorem (quae plana magis et depressa terras tribuum Isaschar et Sabulon et partem Naphthali ad mare Galilaeum sitam complectebatur), ἡ ἄνω καὶ ἡ κάτω Γαλιλαία (Jos. B. J. 3, 3. ubi fines eius describuntur). Erat regio fertilissima, incolis abundans, atque oppida vicosque habebat 404. Urbes primarias Josephus appellat Tiberiadem, Sepphoridem et Gabaram. In N. T. celebrantur Nazaretha, Cana, Capharnaum, Marc. 1, 9. Luc. 2, 39. 4, 14. 8, 26. Joh. 7, 52. — Matth. 4, 15. γαλιλαία τῶν ἐθνῶν (Jes. 8, 23. 9, 1.), et 1 Macc. 3, 15. γαλιλαία ἀλλοφύλων, tractus, qui multos habet incolas gentiles (Jos. 20, 7. 21, 32. 1 Reg. 9, 11.). Quare Galilaei Judaeis contemtui habiti, Joh. 1, 46. 7, 52. Matth. 29, 69.

Γαλιλαῖος, α, ον, Galilaeus, Galilaea oriundus, Matth. 26, 69. (Marc. 14, 70. Luc. 22, 59.) Luc. 13, 1. 2. 23, 6.

Γαμέω (ῶ), (γήμω s. γάμω, f. γαμέσω, aor. 1. ἔγημα, aor. 2. ἔγαμον, unde γαμέω, imperf. ἐγάμουν, f. γαμήσω, perf. γεγάμηκα, aor. 1. [serioris aevi] ἐγάμησα [v. supr. ἐβλάστησα], aor. 1. pass. ἐγαμήθην) **1.**, uxorem duco, Luc. 14, 20. (γυναῖκα ἔγημα. Xen. Mem. 1, 1, 8.) Marc. 10, 11. (Matth. 19, 9. 5, 32. Luc. 16, 18.) ὃς ἂν γαμήσῃ ἄλλην. — Marc. 6, 17. — sine casu, absolute, Matth. 19, 10. 22, 25. 30. (Marc. 12, 25. Luc. 20, 34. 35.) 24, 38. 1 Cor. 7, 28. (Xen. Hier. 1, 27. Aelian. V. H. 4, 1.) — **2.**, de feminis: in matrimonium me do; *a.*, activ. absol., 1 Cor. 7, 28. (ἐὰν γήμῃ ἡ πάρθενος.) v. 34. (ἡ γαμήσασα, oppon. ἡ ἄγαμος.) v. 36. 1 Tim. 5, 11. 14. — *b.*, pass. γαμεῖσθαί τινι, ut med. ἐγημάμην, nubo alicui, Marc. 10, 12. 1 Cor. 7, 39. — Not.: γαμηθῆναι reiiciunt Atticistae (quod habent Philo, Plut., Philostrat., Lucian., Dio Cass., Apollod.); nam etsi exstiterunt in vetere graecitate formae: γαμῆσαι et γαμηθῆναι, peculiari tamen significatione erant praeditae, ut illa diceret: desponsavisse alicui aliquam, haec: desideratam esse uxorem. Contra si exprimendum esset: uxorem duxi, et nupsi, veteres scribebant: ἐγάμεσα et ἐγαμέθην, v. Hermann. ad Elmsl. Med. Eurip. p. 353. et in Ephem. Lips. 1817. n. 37. p. 294. — **3.**, Loci, ubi verbum de utriusque sexus hominibus promiscue dicitur: 1 Tim. 4, 3. 1 Cor. 7, 9. 10.

Γαμίζω, f. σω, (i. q. γαμίσκω, v. γάμος) nuptui do, colloco filiam, 1 Cor. 7, 38. (i. q. ἐκγαμίζω, q. v., pro quo vett. ἐγάμεσα, γαμέσαι, v. Hom. Il. 9, 394. — cf. autem ἐνδιδύσκω.)

Γάμος, ου, ὁ, **1.**, nuptiae s. festum nuptiale, Joh. 2, 1. 2. Apoc. 19, 7. i. q. v. 9. τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου (cf. Gen. 29, 22. Tob. 9, 19. 1 Macc. 10, 58. Lucian. dial. Deor. 20, 23. Xen. Ven. 1, 8.), Matth. 22, 8. 10. 12. — plur., Matth. 22, 2. 25, 10. Luc. 14, 8. 12, 36. — **2.**, coniugium, matrimonium, Hebr. 13, 4. (Diod. Sic. 2, 5.)

Γάρ, coniunctio caussalis: n a m, e n i m, quae ponitur secunda

aut tertia vox enuntiandae sententiae, rationem reddens eorum, quae modo dicta sunt, aut caussam afferens, ob quam res se sic, ut dictum est, habet. Congeramus 1., nonnullos locos, in quibus sententiam sententiae nectit, ut alterutra confirmetur et comprobetur (logischer Nexus): Matth. 2, 5. 7, 25. (Luc. 6, 48.) Marc. 4, 28. 6, 29. Luc. 7, 5. 8, 46. 14, 14. Matth. 18, 20. Joh. 3, 34. Rom. 3, 7. 23. 4, 14. 5, 13. cett. Iam haec est ratio sententiarum nectendarum, ut vel *a.*, dictum aliquod comprobetur per notionem aliquam universam (das Besondere durch ein Allgemeines), ut Matth. 7, 8. 13, 12. (Marc. 4, 22. 25. Luc. 8, 18.) 22, 14. Joh. 3, 20. Rom. 7, 14. 1 Cor. 12, 12. Gal. 3, 10. Hebr. 5, 13. cett. — vel *b.*, ut id, quod universe dictum est, quam recte dictum sit, exemplo singulatim commemorato demonstretur aut illustretur (das Allgemeine durch das Besondere), Luc. 7, 33. (Matth. 11, 18.) Matth. 13, 15. 15, 14. (Marc. 7, 8. 10.) 19, 12. 22, 30. (Marc. 12, 25.) 24, 38. Luc. 11, 30. 12, 52. 58. Marc. 13, 6. (Matth. 24, 5. Luc. 21, 8.) 12, 44. (Luc. 21, 4.) Luc. 18, 32. Rom. 7, 2. 1 Cor. 1, 26. 12, 8. 1 Thess. 4, 3. Hebr. 2, 2. cett. — *c.*, Sed ut scriptoris ingenio arbitrioque relictum est, vel ab universe dictis ad exempla transire, vel a singulatim commemoratis rebus ad notiones recurrere universas, ita quoque in eius dicendi ac disserendi consuetudine situm est, ut sint sententiae aut arctiori nexae aut laxiori vinculo. Consuerunt nostri *aa.*, ubi sermone adhortante et imperativis usi sunt, his sententiam addere, quae argumento sit, Matth. 1, 20. 3, 9. 6, 7. 8. 21. (Luc. 12, 34.) 7, 2. 8. 9, 10. 24. 26. 10, 10. 16. 18, 11. 23, 3. 25, 35. Marc. 4, 25. 6, 36. 8, 35. (Matth. 16, 25. Luc. 9, 24.) 9, 39. 10, 14. (Matth. 19, 14. Luc. 18, 16.) 13, 9. (Matth. 24, 21.) Luc. 1, 30. 7, 6. 9, 14. 50. 10, 7. 14, 24. 17, 24. 18, 16. 19, 6. Joh. 20, 11. Phil. 3, 18. Col. 3, 3. — *bb.*, idem faciunt motis quaestionibus, ad quas aut negando aut affirmando respondeas, Rom. 4, 2. 14, 10. Gal. 1, 10. Jac. 4, 14. Matth. 9, 5. — 1 Thess. 2, 20. (Luc. 12, 58.) — *cc.*, saepissime τὸ γάϱ ita adhibent, ut non tam habeat comprobandi vim, quam illustrandi, atque verti possit: s c i l i c e t. Nimirum *α.*, hi scriptores saepe id, quod dicturi sunt, in superioribus occuparunt, aut verbis latioribus ac minus definitis comprehenderunt. Quare τὸ γάϱ etsi ad dicta comprobanda additur, saepe tamen nullas alias partes agit, quam ut e sermone evolvat, quae ipsi erant involuta, 1 Cor. 12, 12. 13. 15, 25. Hebr. 3, 3. Exempla sunt innumera. Sed eandem vim τὸ γάϱ habebit, ubi *β.*, universe et generatim dicta illustrata sunt speciatim dictis. Exempla iam supra attulimus. Solent nostri vero etiam *γ.*, iis, quae speciatim commemorarunt, appendicis loco (lectorum caussa) adiungere observationes, particulam caussalem involventes, quae et tum verti potest: scilicet (nachträgliche Bemerkungen). Exempla habeto haec: Marc. 1, 16. 22. 3, 10. 5, 8. 28. 42. 6, 18. 48. 50. 9, 6. 31. 34.

10, 22. 14, 40. 15, 10. 16, 4. (cf. locos Matth. et Lucae parallelos.) Luc. 9, 14. 8, 40. 23, 12. Joh. 3, 16. 20. 24. 4, 8. 6, 54. 13, 11. 19, 36. Act. 13, 8. 18, 3. 18. 19. 24. 32. 21, 19. 28, 20. Rom. 7, 1. 11, 13. 1 Cor. 11, 26. 15, 52. 16, 5. 2 Cor. 5, 7. 2 Petr. 2, 8. Apoc. 19, 8. 10. — *dd.*, interdum particula adhibita est ideo tantum, ut scriptor se significaret ad rem aliquam accuratius declarandam accedere, Matth. 1, 18. Luc. 9, 44. Act. 24, 5. Etiam sic posita i. est q. scilicet. — *d.*, ibi posita est, ubi intermediae sunt interiiciendae sententiae *aa.*, ante enuntiationes directas, e peculiari scriptorum consuetudine, Matth. 2, 2. (supple: natus alicubi est, εἴδομεν γάρ.) 12, 8. (supple: ἀναίτιοι δέ εἰσι· κύριος γάρ.) Marc. 8, 36. (Matth. 16, 26. Luc. 9, 25. supple: et quidni quis σῶσαι τὴν ψυχὴν studeat?) v. 38. (supple: sed periculum est, ne vita perdatur, cf. Matth. et Luc.) Luc. 1, 44. (supple: tu autem mater domini mei es.) 18, 14. (γάρ non habet cod. L.) 19, 26. (γάρ eiiciendum est.) Joh. 4, 45. (suppl.: non abiit in urbem patriam, αὐτός enim i. e. ipse priusquam experiretur.) 9, 30. (supple: hoc dicere non debebatis.) Act. 9, 11. (supple: certo invenies eum.) 2 Cor. 12, 1. (supple: quamquam haberem, quo gloriarer.) Gal. 2, 19. (supple: hoc fieri non potest.) v. 21. (supple: in lege spem meam non repono.) Eph. 5, 9. (sequamini, quae spiritu S. agitatos decet.) 1 Thess. 2, 1. (supple: et vere hoc dicunt.) 3, 11. (supple: hoc meminisse iuvat.) 2 Petr. 2, 10. (supple: et hi potissimum servi sunt.) Hebr. 2, 8. (supple: haec vox πάντα urgenda est.) Quos praeterea locos Wahlius attulit p. 219., ei alieni sunt. — *bb.*, ante γάρ cum pronominibus aut adverbiis interrogativis coniunctum ex more Graecorum: τίς, τί γάρ; ποῖος γάρ, πῶς γάρ. Distinguimus enim hic *α.*, eos locos, ubi τίς, τί γάρ signif. nam quis, nam quid? ut Matth. 9, 5. 10, 26. 23, 17. 19. Marc. 8, 16. (Matth. 16, 26. Luc. 9, 25.) Luc. 22, 27. Rom. 3, 3. 4, 3. 11, 34. 1 Cor. 2, 16. Hebr. 1, 5. 12, 7. 1 Petr. 2, 1. Jac. 4, 14. Non tam de his quaerimus, quam *β.*, de illis, in quibus γάρ encliticum videtur esse, ut Latinorum illud: nam, pronominibus interrogat. affixum: quisnam, quidnam? Act. 19, 35. Matth. 27, 23. (Marc. 15, 14. Luc. 23, 22.) πῶς γάρ, Act. 8, 31. — ποία γάρ, Jac. 4, 14. — μὴ γάρ cum indic., Joh. 7, 41. 1 Cor. 11, 22. In his enim locis nonnulli τὸ γάρ differre ab enclitico nam Latinorum negant, alii tamen pro coniunctione sumunt caussali: quis, quid enim? ante quam aut οὔ, aut ναί interiiciendum sit, ad quod coniunctio respiciat. Certe sic positum est *cc.*, οὐ γάρ, quod est: nullo modo, minime vero, Act. 16, 37. (Justin. M. dial. p. 221.) Quod 2 Tim. 2, 7. occurrit, δῴη γάρ: möchte doch geben, id non omnes codd. praestant (alii: δώσει γάρ). — *e.*, Nonnunquam τὸ γάρ redordiendae orationi inservit, ut idem sit q. utique, inquam, Rom. 15, 27. (coll. v. 26.) Hebr. 12, 3. (al.: οὖν.) Sed male affertur locus Rom. 5, 15. (Sens.: atvero non est eadem ra-

tio poenae atque beneficii. — Quidni? — Nam beneficii longe latius patebit, quam poenae communio, quamvis late poena serpserit.) — **2.**, τὸ γάρ cum coniunctionibus aut adverbiis aut aliis particulis coniunctum *a.*, in sententiis negativis: οὐ γάρ, cett. — τὸ οὐ antithetice ponitur: nec enim, neutiquam enim (ut vox proxima sono efferatur), Matth. 9, 13. 10, 20. Marc. 12, 14. (denn nicht siehest du, scil. wie viele.) 13, 11. Luc. 6, 43 — 45. Joh. 3, 27. Act. 2, 14. 4, 20. Rom. 2, 13. 28. 4, 13. 9, 6. 1 Cor. 4, 30. Hebr. 2, 2. 5. al. — in sententiis prohibitivis: μὴ γάρ cum coni., Jac. 1, 7. 1 Petr. 4, 15. — v. οὐδέ, οὔτε. — *b.*, καὶ γάρ, quod est vel *aa.*, nam etiam, Luc. 6, 32. 33. 34. 7, 8. (Matth. 8, 9. nam ego quoque.) 11, 4. Marc. 10, 45. (Matth. 20, 28.) Joh. 4, 45. (καὶ αὐτοὶ γάρ.) Rom. 11, 1. 15, 3. 16, 2. 2 Cor. 2, 10. 13, 4. (denn auch, wenn er.) 1 Thess. 3, 4. 4, 10. (nam facitis quoque.) — *bb.*, etenim, addens aliquid, quod insuper valere dicatur, denn — ja, Matth. 26, 73. (denn es verräth dich ja.) Marc. 14, 70. (Luc. 22, 59.) Joh. 4, 45. Act. 19, 40. (wir sind ja auch in Gefahr.) 1 Cor. 5, 7. adde: Marc. 7, 28. [Matth. 15, 17. denn die Hündchen essen ja.) Notandus locus 2 Cor. 2, 9. (εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα.) — Act. 17, 28. 2 Cor. 3, 10. 5, 2. (wir seufzen ja auch.) Phil. 2, 27. — **3.**, γάρ tertio loco positum *a.*, post praepositionem et casum cum ea coniunctum: Matth. 2, 6. (ἐκ σοῦ γάρ.) Marc. 1, 38. et 2 Cor. 2, 9. et 1 Tim. 4, 10. (εἰς τοῦτο γάρ.) Marc. 9, 34. (πρὸς ἀλλήλους γάρ.) Luc. 6, 23. 26. (κατὰ ταῦτα γάρ.) Joh. 12, 8. Rom. 2, 1. Gal. 2, 12. Eph. 5, 6. — *b.*, ὡς — γάρ, Luc. 21, 35. (ὡς παγὶς γάρ.) — *c.*, anteposito μέν, Act. 4, 16. (num h. l. legendum ὅ,τι μὲν γὰρ γνωστόν, i. e. quantum quidem constat?) 13, 16. 23, 8. 28, 22. Rom. 2, 25. 3, 2. 1 Cor. 5, 3. 11, 7. 2 Cor. 9, 1. 11, 4. 18. Hebr. 7, 18. 20. 6, 16. 8, 4. 12, 10. v. μέν.) — *d.*, post οὐ cum verbo coniunctum, Act. 4, 20. — *e.*, post articulum cum nomine coniunctum, 1 Cor. 1, 18. Not.: in his locis omnibus voculae ante γάρ positae sono destitutae sunt, quippe quo efferuntur verba ῥήσεως posteriora. — **4.**, Ut ex hactenus allatis sequitur, dictam coniunctionem repeti posse in enuntiationibus pluribus sese invicem excipientibus, quia earum aut altera alteri subiecta esse, aut γάρ modo vim comprobandi, modo declarandi habere possit, ita tenendum interpreti est, hanc particulam nuspiam sua vi privari, quamvis difficulter intermediae, ad quas referatur, sententiae e textu eliciantur. — De nexu Marc. 4, 25. desperavit Wahlius, quamquam vel maxime salvus et perspicuus est. (Sens.: nam qui habet intelligendi facultatem eamque ad audiendum adfert, (qui mihi dat,) is a me accipit, i. e. scientia augetur. Contra qui ad parabolarum a me traditarum sensum non penetrat, ei e mente et ea excidunt, quae se arbitratur audivisse ac tenere.) — Marc. 9, 49. (Equidem existimo his verbis glossema contineri olim margini ad illustranda verba:

καλὸν τὸ ἅλας, v. 50., adscriptum, postea vero in textum receptum. V. voc. ἅλας et ἄναλος.)

Γαστήρ, έρος, ἡ, (alvus, Xen. Mem. 1, 3, 6.) **1.**, uterus, Luc. 1, 31. Matth. 1, 18. 23. 24, 19. 1 Thess. 5, 3. (Gen. 16, 4. 38, 25.) — **2.**, ventriculus, stomachus, Tit. 1, 12. (γαστέρες ἀργαί, vox, qua usus esse dicitur Epimenides. Etiam in fabula Menenii Agrippae stomachus a reliquis membris accusatur segnitiei.)

Γέ, particula enclitica, certe, wenigstens, ja. Adiungitur, etsi sonum in verbum aliud sequens remittit, *a.*, praepositionibus, v. c. διά, Luc. 11, 8. 18, 5. — *b.*, pronomini relat. ὅς, Rom. 8, 32. (qui certe filio non pepercit, i. e. qui certe hoc nobis beneficium praestitit, ut.) — *c.*, coniunctionibus: *aa.*, ἀλλά (at certe), 1 Cor. 9, 2. Luc. 24, 21. (es ist aber eben der dritte Tag.) — *bb.*, εἴγε, si nimirum, vorausgesetzt dass, Eph. 3, 2. (Xen. Mem. 1, 5, 3.) — sollte aber auch, angenommen aber auch, 2 Cor. 5, 3. Col. 1, 23. Gal. 3, 4. (εἴγε καὶ εἰκῇ, i. e. sumto scil. interim, frustra quemquam haec pati posse, sit illud εἰκῇ interim positum.) — *cc.*, καίγε, quamquam vis τοῦ καί, ubi vel est: et, vel: etiam, vel repetitum: et — et —, non mutatur, Luc. 19, 42. (certe etiam.) Act. 2, 18. (quin effundam et in — et in.) — *dd.*, καίτοιγε, quamquam, Joh. 4, 2. (wiewohl nun eben.) Act. 14, 17. 17, 27. — *ee.*, μὲν οὖνγε, nun denn, nun ja, Luc. 11, 28. Rom. 9, 20. 10, 18. Phil. 3, 8. (aber so glaub' ich denn.) — *ff.*, ἄραγε, v. supra ἄρα. Adde: μήτιγε, neutiquam certe? 1 Cor. 6, 3. — εἰ δὲ μήγε, v. εἰ.

Γεέννα, ης, ἡ, (ex גֵּי בֶן־הִנֹּם, Jos. 15, 8. 18, 6. 2 Chron. 28, 3 33, 6. Jerem. 7, 32. 2 Reg. 23, 10. גֵּיא הִנֹּם, Neh. 11, 30. i. e. vallis filii lamentationis; vocabulo הִנֹּם pro נֹהַם, lamentatio, dicto (v. Hilleri Onomastic.), nomen vallis prope Hierosolymam ad torrentem Kidron sitae, quae a lamentatione filiorum brachiis ignitis Molochi i. e. idoli, imaginem tauri referentis, tradendorum sic appellata est. Hunc locum, postquam horrenda sacra a Josia rege abrogata erant (2 Reg. 23, 10.), ita abominati sunt Judaei, ut in eum non solum omnes sordes eiicerent, sed etiam cadavera animalium et ultimo supplicio affectos insepultos eo proiicerent. Et cum ad cadavera consumenda, ne ex putredine inficeretur aër, continuis ignibus opus esset, factum est, ut et ille locus diceretur γεέννα τοῦ πυρός, et eius nomine etiam infernus, s. locus is, ubi impii homines post fata poenas luant, appellaretur) — Gehenna, ignis infernalis, Marc. 9, 43. 45. 47. (Matth. 18, 8. 9. 5, 29. 30.) cf. Jes. 66, 24. — Matth. 5, 22. 23, 15. 23. Luc. 12, 5. Jac. 3, 6.

Γεθσημανῆ vel γεθσημανεΐ, (a גַּת, torcular, et שְׁמָנָא, oleum) Gethsemane, nomen agri (χωρίου) ad radicem montis oliveti ultra torrentem Kidron siti, Matth. 26, 36. (Marc. 14, 32.)

Γείτων, ονος, ὁ, ἡ, vicinus, Luc. 14, 12. 15, 6. 9. Joh. 9, 8 (Xen. Mem. 2, 2, 12.)

Γελάω (ῶ), f. άσω (Graeci antiq. άσομαι), rideo, Luc. 6, 21. (oppon. κλαίω.) v. 25.

Γέλως, ωτος, ὁ, (cf. graec. ὁ ἔρως) risus, Jac. 4, 9. (Xen. Mem. 4, 2, 5.)

Γεμίζω, f. σω, (a τὸ γέμος, moles navi imposita i. q. ὁ γόμος) in N. T. nonnisi transit.: repleo; *a.*, absol., pass., Marc. 4, 37. Luc. 14, 23. — *b.*, τί τινος, impleo aliquid aliqua re, Marc. 15, 36. Joh. 2, 7. 6, 18. Apoc. 15, 8. — *c.*, τὶ ἀπό τινος, i. e. aliquo ad implendum alterum adhibito, i. q. ἐκ, cf. Matth. 23, 25. v. γέμω et supr. ἀπό. — Luc. 15, 16. Apoc. 8, 5. (Etiam Hebr. מִלֵּא מִן, Ex. 16, 32. Jes. 51, 34.)

Γέμω, f. ῶ, plenus, refertus sum; *a.*, τινός, Matth. 23, 27. Luc. 11, 39. Rom. 3, 14. Apoc. 4, 6. 8. 5, 8. 15, 7. 17, 3. 4. 21, 9. — *b.*, ἔκ τινος, Matth. 23, 25. γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς, i. e. adhibita est ad eas implendas ἁρπαγή, res rapta; ihr Vollsein kommt vom Geraubten; v. γεμίζω. (Simplex gen. denotat rei implentis quantitatem s. copiam, ἀπό vero qualitatem s. indolem.)

Γενεά, ᾶς, ἡ, (γένω = γίγνομαι) ap. Graec. procreatio, nativitas (Hom. Il. 2, 107. Xen. Cyr. 1, 2, 8.); in N. T. **1.**, aevum, aetas, Generation; ita Luc. 7, 31. (ἄνθρωποι τῆς γενεᾶς ταύτης.) Marc. 13, 30. (Matth. 24, 34. Luc. 21, 32. pl. aetates; εἰς γενεὰς γενεῶν, Luc. 1, 50. דּוֹר דּוֹרִים, Ps. 72, 5. 102, 25. — i. q. tempora, Act. 14, 15. 15, 21. (ἐκ γενεῶν ἀρχαίων.) — Eph. 3, 5. 21. — *a.*, pl., abstr. pro concr., aetatum homines, Luc. 1, 48. (πᾶσαι αἱ γενεαί.) — Col. 1, 26. (ἀπὸ τῶν αἰώνων κ. ἀπὸ τῶν γενεῶν. Videntur h. l. γενεαί tempora dici, ex quibus homines nati sunt.) — *b.*, sing., abstr. pro concr., homines alicuius aetatis (aliqua aetate simul viventes), Matth. 11, 16. Luc. 11, 29. 31. 32. (Matth. 12, 39. 41. 42. 45.) 11, 50. 51. (Matth. 23, 35. 17, 25.) Marc. 8, 12. (Matth. 16, 4.) 38. 9, 19. (Matth. 17, 17. Luc. 9, 41.) Act. 2, 40. Hebr. 3, 10. — **2.**, genus (i. e. plures, qui unum eundemque parentem habent, qui unius stirpis sunt), Phil. 2, 15. (— γενεᾶς σκολιᾶς.) Jerem. 8, 3. — **3.**, pl., procreationes, die Zeugungen, i. e. propagatio generis per filios et filiorum filios, ita continuata, ut in familia pater patri succedat, Matth. 1, 17. (hebr. תּוֹלְדוֹת.) — **4.**, vitae spatium, quod quis emetitur, Lebzeit, Luc. 16, 8. (φρονιμώτεροί εἰσι εἰς τὴν γενεὰν αὐτῶν, sui aevi, i. e. temporis sibi instantis rationibus magis prospiciunt.) — Act. 13, 36. (τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ, tempori, quo ipse vivebat.) Act. 8, 33.

Γενεαλογέω (ῶ), f. ήσω, **1.**, i. e. γενεαλόγον ago (a γενεά et λέγω), genus et familiarum origines recenseo. (Xen. Symp. 4, 51.) — **2.**, τινὰ ἔκ τινος, s. pass. γενεαλογεῖσθαι ἔκ τινος, Hebr. 7, 6. (ille, cuius genus non deducitur ex illis, scil. Levit.)

Γενεαλογία, ας, ἡ, genealogia, generis s. stemmatum recensio; pl., 1 Tim. 1, 4. Tit. 3, 9.

Γενέσια, ων, τά, (adi. γενέσιος a γένεσις, neutr. plurale ad denominanda festa, cf. τὰ ἀσκώλια, ἕρμαια, ἅλῶα, ἐπαύλια, ἐπινικία cett. Sic et Lat. ambarvalia, natalitia cett.) natalitia, festum diei natalis, Marc. 6, 21. (Matth. 14, 6.) – Alciphron. 3, epist. 18. et 35. Jos. Antiqu. 12, 4, 7. Dio Cass. 47, 18. — Vett. Graeci: γενέθλια, γενέσια vero de feriis denicalibus, Todtenfeier, v. Lobeck. ad Phrynich. p. 104.

Γένεσις, εως, ἡ, 1., generatio, Xen. de republ. Lac. 2, 1. — 2., origo, nativitas, Matth. 1, 1. (βίβλος γενέσεώς τινος, i. e. liber, in quo stirpes s. maiores alicuius recensentur, סֵפֶר תּוֹלְדוֹת. Sic vero γένεσις non denotat genus, quasi auctori animus esset, recensere eos, qui ad unam stirpem pertineant, sed nativitatem. Nam si quis alicuius derivare nativitatem ex initiis vult, is ad eius maiores regrediatur necesse est.) v. 18. Luc. 1, 14. — Jac. 1, 23. πρόςωπον τῆς γενέσεως, forma nativa. — 3., vita, Jac. 3, 6. ὁ τροχὸς τῆς γενέσεως, rota vitae, cf. Cohel. 12, 6. Judith. 12, 19. πάσας τὰς ἡμέρας γενέσεώς μου.)

Γενετή, ῆς, ἡ, (adi. obsol. γενετός, ή, όν, ortus, a, um, a verbo γένω. cf. εὑρετός. Femininum vi instruitur notionis communis, quasi: die Gewordenheit, ortus. Latini seriores: genitus, us. V. supra ad voc. βασιλεία) nativitas, Joh. 9, 1. (ἐκ γενετῆς, a natalibus inde.) Diod. Sic. 1, 24. Polyb. 3, 20. Hom. Il. 24, 535.

Γεννάω (ῶ), f. ήσω, aor. 1. ἐγέννησα (pro quo Graeci melioris aevi ἐγεννησάμην, v. Moer. p. 416.), gigno (de viris, procreo); 1., propr., Matth. 1, 1 — 16. Act. 7, 8. 29. 1 Joh. 5, 1. — adiuncto ἐκ c. genit. matris, Matth. 1, 3. 5. 6. suscipio ex. (Palaeph. fab. 45. Lucian. Dial. D. 22, 2.) — Pass. gignor, τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθέν, Matth. 1, 20. — nascor, Matth. 2, 1. 4. 19, 12. 26, 24. (Marc. 14, 21.) Act. 22, 3. (natus ubi?) Hebr. 11, 23. — ἀπό τινος, Hebr. 11, 12. (nasci s. potius oriri, proficisci ab aliqua matre.) — ἔκ τινος (nasci matre), Matth. 1, 16. Luc. 1, 35. Gal. 4, 23. — ἐξ αἱμάτων, ἐκ θελήματος ἀνδρός, Joh. 1, 13. — ἐκ τῆς σαρκός, Joh. 3, 6. (neutrum non positum est pro masculino.) — εἴς τι, ad aliquid nascor, Joh. 18, 37. 2 Petr. 2, 12. pario, Gal. 4, 24. — cum adi., τυφλὸς γεγέννημαι, Joh. 9, 2. 19. 32. 34. Act. 22, 28. — τῇ διαλέκτῳ, ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν, Act. 2, 8. — 2., Metaph., a., γεννᾶσθαι s. γεννηθῆναι ἐκ θεοῦ, Joh. 1, 13. 1 Joh. 2, 29. 4, 7. 5, 1. 4. 18. — divino quasi semine nasci, cf. σπέρμα, 1 Joh. 3, 9. i. e. virtutis studio duci dei instinctu, ita ad dei voluntatem suam conformare cogitandi ac sentiendi rationem, ut ab ipsa numinis natura profecta esse videatur. — ἐκ τοῦ πνεύματος, Joh. 3, 8. virtutis amore imbui, quasi insitum vel innatum haberes ab ipso spiritu S. — ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, Joh. 3, 5. ex aquis baptismi emergere animo sic mutato, ut spiritus S. instinctu moveri videatur. (Latet dilogia in praepositione ἐξ, et est constructio praegnans: ex aqua prodire, et natum a spiritu S. esse.) — ἄνωθεν γεννηθῆναι,

Joh. 3, 3. 7. v. ἄνωθεν. — *b.*, deus dicitur genuisse eum, quem filium suum i. e. imperii socium declaravit, Act. 13, 33. Hebr. 1, 5. 5, 5. (Ps. 2, 7. coll. Rom. 1, 4.) — Paulus se dicit Corinthios γεννῆσαι διὰ τοῦ εὐαγγελίου, 1 Cor. 4, 15. utpote quorum coetum condiderit. Cf. Philem. v. 10. v. υἱός et ἀποκυέω. — *c.*, ut τίκτω et lat. pario: oriri facio, excito, 2 Tim. 2, 23.

Γέννημα, τος, τό, (a γεννάω, γεγέννημαι) **1.**, quod natum s. procreatum est, suboles, progenies, Matth. 3, 7. Luc. 3, 7. (ἐχιδνῶν.) Matth. 12, 34. 23, 33. Ita Graeci. — **2.**, i. q. καρπός, fructus, Matth. 26, 29. (Marc. 14, 25. Luc. 22, 18. τῆς ἀμπέλου.) — pl., agrorum proventus, Luc. 12, 18. (codd.: γενήματα. cod. C. τὸν σῖτον. Ex. 23, 10.) — Ita Diod. Sic. 5, 17. Polyb. 1, 71, 1. Sed eo sensu antiquiores Graeci non dixerunt, v. Lobeck. ad Phryn. p. 286. — metaph., fructus, 2 Cor. 9, 10. (codd. γένημα τῆς δικαιοσύνης, quippe quae h. l. seri dicitur.) Cf. τοὺς ὁ, Hos. 10, 13.

Γεννησαρέτ, ἡ, Gennesareth. (Chald. Targum. ad Num. 34, 11. Jos. 13, 27. 12, 3. גְּנֵיסַר s. גְּנוֹסַר. Syri et Josephus et 1 Macc. 11, 67. γεννησάρ.) Regio ad mare Galilaeum sita (quam Joseph. de B. J. 3, 10. his verbis describit: — χώρα θαυμαστὴ φύσιν τε καὶ κάλλος· οὔτε γάρ αὐτή τι φυτὸν ἀρνεῖται, διὰ τὴν πιότητα, καὶ πᾶν πεφυτεύκασιν οἱ νεμόμενοι· τοῦ δὲ ἀέρος τὸ εὔκρατον ἁρμόζει καὶ τοῖς διαφόροις κ. τ. λ.). — ἡ γῆ γεννησ. (cod. D. γεννήσαρ), Matth. 14, 34. (Marc. 6, 53. cod. D. γεννήσαρ.) — ἡ λίμνη γεννησαρέτ, Luc. 5, 1. (nomine prisco: יָם כִּנֶּרֶת, Num. 34, 11. s. יָם כִּנְּרוֹת, Jos. 12, 3. ab urbe כִּנֶּרֶת, Deut. 3, 17. quae prope sita fuit, dicta.) Vocatur in evang. ἡ θάλασσα τῆς γαλιλαίας, Marc. 1, 16. (Matth. 4, 18.) ἡ θάλασσα τῆς Τιβεριάδος, Joh. 6, 1. 21, 1. — (Jos. l. l. §. 7. de lacu Gen.: σταδίων δὲ εὖρος οὖσα τεσσαράκοντα, καὶ πρὸς τούτοις ἑτέρων ἑκατὸν τὸ μῆκος, γλυκεῖα δὲ ὅμως ἐστὶ καὶ ποτιμωτάτη κ. τ. λ.)

Γέννησις, εως, ἡ, (a γεννάω) generatio (i. e. propr. παιδοποιΐα). Offerunt nonnulli codd. Matth. 1, 18. ut significet nativitatem. Praefero lect. γένεσις, quia Matthaeus praefigere narrationi suae non potuisset βίβλον γενέσεως Ἰησοῦ χριστοῦ (v. enim voc. γένεσις), nisi de γενέσει Christi exponere ei animus fuisset. Deinde mire scriptum esset: ἡ γέννησις οὕτως ἦν, quasi noster procreationem Jesu describere verbis voluisset, quod profecto nec voluit, nec potuit. Merito praefertur etiam lectio γενέσει alteri: γεννήσει, Luc. 1, 14.

Γεννητός, ή, όν, adi. verbale (γεννάω, γεγέννημαι), genitus, natus, Luc. 7, 28. (Matth. 11, 11.) γεννητοὶ γυναικῶν, Job. 14, 1. 15, 14. cf. Joh. 6, 45. διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, v. Wineri gramm. N. T. §. 23. Est locutio hebraica. Nam *a.*, ex Graecis vix similiter structam phrasin proferent, nisi forte ex poëtis.

b., Graecis non in usu est, homines vocare eos, qui mulieribus nati sint.

Γένος, *εος* (*ους*), *τό*, (*γένω*, *γίγνομαι*) **1.**, progenies, *τινός*, Apoc. 22, 16. — **2.**, familia, Act. 7, 13. 13, 26. 4, 6. 1 Petr. 2, 9. — **3.**, gens, Act. 7, 19. 2 Cor. 11, 26. Phil. 3, 5. Gal. 1, 14. — **4.**, natio (Abstammung von einem bestimmten Volke), Marc. 7, 26. (*συροφοίνισσα τῷ γένει.*) Act. 4, 36. 18, 2. — **5.**, genus; *a.*, abstr., *γένος εἶναι τοῦ θεοῦ*, Act. 17, 28. 29. (i. e. consortem esse divinae naturae; excitantur verba Arati poëtae. Alii: progenies, quod ego h. l. non probo.) — *b.*, concr., complexus plurium, qui eiusdem naturae sunt: Gattung, Art, species, Matth. 13, 47. 17, 21. (Marc. 9, 29.) 1 Cor. 12, 10. 28. i. q. *τὸ εἶδος* (c. genitivo generis).

Γερασηνός, *οῦ*, *ὁ*, Gerasenus, i. e. ad Gerasam urbem pertinens. Ita Marc. 5, 1. (Luc. 8, 26. Matth. 8, 28.) codices permulti, maxima pars eorum, quos vidit Origenes. Sed cum Gerasa fuerit urbs in finibus meridionalibus Peraeae (Jos. B. J. 1, 4. 3, 2.) vel in Arabia sita (Orig. opp. Tom. 4, 140.), de ea h. l. cogitari non potest.

Γεργεσηνός, *ή*, *όν*, Gergesenus, pertinens ad urbem Gergesam, Matth. 8, 28. (Marc. 5, 1. Luc. 8, 26.) e lectione nonnullorum codicum. Sed nititur haec lectio auctoritate et ingenio Origenis, qui quam in suis codicibus repererat variam scripturam: *τῶν γαδαρηνῶν* et: *τῶν γερασηνῶν* ita immutandam censuit ad eorum fidem, qui priscis temporibus urbem quandam Gergesam ad lacum Galilaeae sitam fuisse dicerent.

Γερουσία, *ας*, *ἡ*, (adi. *γερούσιος*, *ία*, *ιον*, a *γέρων*, q. v., cf. *περιούσιος*. Femininum vi instructum notionis communis nominisque substantivi, v. supr. *βασιλεία*) senatus, seniorum concilium; — de Judaeorum magno synedrio, Act. 5, 21. (cf. 2 Macc. 1, 10. 4, 44. 3 Macc. 1, 8. Judith. 4, 6. 15, 10. Dion. Halic. Ant. 2, 12. Plut. an seni admin. resp. p. 789. *ἡ δὲ Ῥωμαίων σύγκλητος ἄχρι νῦν γερουσία καλεῖται.*)

Γέρων, *οντος*, *ὁ*, senex, Joh. 3, 4. (*γέρων ὤν*, cum senex est.)

Γεύω, f. *σω*, *τινά*, gustare facio alterum, gustandum praebeo alteri (Gen. 25, 30.). In N. T. med. *γεύομαι*, f. *σομαι*, **1.**, gusto, sapio (saporem exploro), Matth. 27, 34. — *τί*, Joh. 2, 9. (c. acc. Herodot. 2, 14.) — **2.**, sapore alicuius rei afficior, saporem percipio, fruor aliquo, *τινός*, Luc. 14, 24. (*γεύσεταί μου τοῦ δείπνου*, i. e. convivii mei particeps erit.) Hinc i. q. sentio, experior, Hebr. 6, 4. (*τῆς δωρεᾶς*) v. 5. (*ῥῆμα θεοῦ.*) Herodot. 6, 5. — *τοῦ θανάτου*, Matth. 16, 28. (Marc. 9, 1. Luc. 9, 27.) Joh. 8, 52. Hebr. 2, 9. (Talmud. Beresch. Rab. טְעַם מִיתָה, v. Buxtorf. lex. talm.) — seq. *ὅτι*, 1 Petr. 2, 3. (Ps. 34, 9.) — **3.**, cibum capio, Act. 10, 10. 20, 11. den Appetit stillen. (2 Sam. 14, 24. 30. 45.) — **4.**, comedo, c. gen. *μηδενός*, Act. 23, 14.

subintellecto gen. aliquo, Col. 2, 21. (Aelian. V. H. 1, 8. H. A. 16, 37. γεύσασθαι ὑείων.)

Γεωργέω (ῶ), f. ήσω, (sum γεωργός, q. v.) agriculturam exerceo, agrum colo. — Pass., Hebr. 6, 7. (ἡ γῆ — γεωργεῖται, colitur.)

Γεώργιον, ου, τό, arvum (cf. χωρίον, neutr. de locis), 1 Cor. 3, 9. (Prov. 24, 30. Strab. 14. p. 687. S.)

Γεωργός, οῦ, ὁ, (ex ἡ γῆ et ἔργω) agricola, qui vel agrum colit, 2 Tim. 2, 6. Jac. 5, 7. — vel vineam, Matth. 21, 33. (Marc. 12, 1. Luc. 20, 9.) Joh. 15, 1. (γεωργεῖν, vineam colere, Plat. Eutyphr. c. 4.)

Γῆ, gen. γῆς, ἡ, (contr. ex γέα, poët. γαῖα s. γαίη, ab obsol. γάω, quod i. q. γίγνομαι, cf. lat. tellus a τέλλω) terra, i. e. **1.**, terra arabilis, tellus, Erdreich, Matth. 13, 5. (Marc. 4, 5.) 12, 8. 23. (Marc. 4, 8. 20. 26. 28. 31.) Luc. 13, 7. 14, 35. Joh. 12, 24. Hebr. 6, 7. Jac. 5, 7. Apoc. 14, 16. — **2.**, humus, Boden, Matth. 10, 29. (πίπτειν ἐπὶ τὴν γῆν.) 15, 35. (Marc. 8, 6.) 23, 35. 27, 51. 25, 18. 25. Marc. 9, 20. 14, 35. Luc. 22, 44. 24, 5. 6, 49. Joh. 10, 6. 8. Act. 9, 4. 8. — **3.**, terra continens (mari vel aquis opposita), Marc. 4, 1. 6, 47. Luc. 5, 3. 8, 21. Joh. 6, 21. 21, 8. 9. 11. Apoc. 12, 12. (Xen. Anab. 1, 1, 7.) — **4.**, terra (coelo opposita, et tamquam sedes hominum spectata), Matth. 5, 35. 6, 10. 19. 16, 19. (18, 18.) 24, 35. (Marc. 13, 31. Luc. 21, 25. 33.) Luc. 2, 14. Act. 2, 19. 2 Petr. 3, 5. 7. 10. 13. Apoc. 21, 1. Eph. 1, 10. Col. 1, 16. Joh. 12, 32. — τὰ ἄνω et τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, res terrestres, Col. 3, 2. 5. — ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν, Joh. 3, 30. cf. 3, 12. (τὰ ἐπίγεια λαλεῖν.) — terrarum orbis (terra habitata), Act. 1, 8. 10, 12. et 11, 6. 17, 26. Hebr. 11, 13. Apoc. 3, 10. — αἴρειν ζωήν τινος ἀπὸ τῆς γῆς, Act. 8, 33. 22, 22. — τὸ ἅλας τῆς γῆς, Matth. 5, 13. i. e. hominum. — πῦρ βάλλειν ἐπὶ τὴν γῆν, i. e. inter homines, Luc. 12, 49. cf. 51. (Matth. 10, 34.) — ἐπὶ τῆς γῆς, inter homines, Luc. 18, 8. Joh. 17, 4. — **5.**, terra i. e. regio, das Land, Gebiet; *a.*, κατ' ἐξοχήν: terra Canaanitica, Luc. 4, 25. 21, 23. 35. Rom. 9, 28. Eph. 6, 3. Jac. 5, 17. Matth. 5, 5. (κληρονομεῖν τὴν γῆν, Ps. 37, 9. 11.) 27, 45. (Marc. 15, 33. Luc. 23, 44.) Act. 4, 26. coll. v. 27. (Ps. 2, 2.) — *b.*, addito nomine gentis, v. c. γῆ Ἰσραήλ, Matth. 2, 20. 21. — Ἰούδα, 2, 6. — νεφθαλείμ, 4, 15. — γεννησαρέτ, 14, 34. (Marc. 6, 53.) — σοδόμων κ. γομόῤῥων, Matth. 10, 15. 11, 24. (Luc. 10, 12. vero: σόδομα.) — χαλδαίων, Act. 7, 4. — ἡ γῆ Αἰγύπτου, Act. 7, 11. 36. 40. — ἡ Ἰουδαία γῆ, Joh. 3, 22. — *c.*, addito adi., ἀλλοτρία, Act. 7, 6. — ἐκείνη, Matth. 9, 26. 31. — *d.*, cum gen. pers., terra patria alicuius, Act. 7, 3.

Γῆρας, αος (ως), τό, (ion. γήρεος, γήρεϊ = γήρει) senectus, Luc. 1, 36. ἐν γήρει αὐτῆς (quae forma ionica exstat Si-

rac. 8, 6. 46, 9. Ps. 91, 14. 1 Reg. 11, 4.), lectio vulgaris: ἐν γήρᾳ (Diod. Sic. 1, 84. Xen. Cyr. 1, 5, 10. Gen. 21, 7.).

Γηράσκω (γηράω), f. άσω (attic. άσομαι), consenesco, Joh. 21, 18. Hebr. 8, 13. (οἱ ὁ, Job. 14, 8.) — Xen. de Vectig. 1, 4. τοῖς ἐπ' ἐνιαυτὸν θάλλουσι δὲ καὶ γηράσκουσιν.

Γίνομαι (γένομαι, cum reduplic. γίγνομαι, ut Attici scribunt, cf. πέτω = πίπτω), f. γενήσομαι, aor. 1. ἐγενήθην (ab Atticistis reprobatus. Habent Archytas, Polyb., Athen., Diod. Sic., Paus., Diog. Laërt., οἱ ὁ. V. Lobeck. ad Phryn. p. 108. 109.), aor. 2. ἐγενόμην, perf. γεγένημαι, perf. 2. γέγονα, natu factus sum.

I., fio, i. e. **1.**, existo, esse incipio, das Dasein erhalten; *a.*, absol., Joh. 8, 58. (πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι.) 1 Cor. 15, 37. (τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον.) — ubi subiectum de eodem ipso praedicatur, Marc. 2, 27. der Sabbath ist das, was er ist, geworden. — *b.*, constr. *aa.*, ἔκ τινος, nascor, Rom. 1, 3. (ἐκ σπέρματος Δαβίδ.) Joh. 8, 41. (ἐκ πορνείας.) Gal. 4, 4. (ἐκ γυναικός.) Matth. 21, 19. (μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται.) Hebr. 11, 3. — *bb.*, διά τινος, Joh. 1, 3. 10. 17. — **2.**, orior (ubi nos v. c.: es wird Streit, ita ut id, quod fieri dicitur, vim potius praedicati habeat), v. c. γίνεται ἀστραπή, βροντή, Joh. 12, 29. Apoc. 8, 5. 16, 18. 21, 19. (Xen. Anab. 3, 1, 11.) — γαλήνη, Matth. 8, 26. (Marc. 4, 39. Luc. 8, 24.) — λαίλαψ, Marc. 4, 37. v. vocabula: γογγυσμός, διωγμός, θλίψις, θόρυβος, ἦχος, ζήτησις, κλαυθμός, κραυγή, λιμός, νεφέλη, ὁρμή, παροξυσμός, πλημμύρα, πόλεμος, ῥῆγμα, σεισμός, σιγή, σκότος, στάσις, συζήτησις, συνδρομή, σχίσμα, τάραχος, φθόνος, φιλονεικία, φωνή, χάλαζα, χαρά. Huc pertinent etiam phrases: γίνεται ἡμέρα, dies illucescit, Luc. 4, 42. 6, 13. 22, 66. Act. 12, 18. 16, 35. 23, 12. 27, 29. 33. 39. — ὀψέ, Marc. 11, 19. (ingruit vespera.) i. q. ὀψία, Matth. 8, 16. (Marc. 1, 32.) 14, 15. (Marc. 6, 15. ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης.) v. 23. (Marc. 6, 47.) 16, 2. 26, 20. (Marc. 14, 17. Luc. 22, 14. vero: ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα, da es die Zeit geworden war.) 27, 57. (Marc. 15, 42.) Joh. 6, 16. — πρωΐα, Matth. 27, 1. Joh. 21, 4. (tempore matutino facto.) — νύξ (ingruit), Act. 27, 27. — Huc pertinent formulae de festis institutis usurpatae, v. c. es wird das Pascha, Matth. 26, 2. (cf. Marc. 14, 1. ἦν, et Luc. 22, 1. ἤγγιζε.) — Sabbath, Marc. 6, 2 — 21. Joh. 2, 1. 10, 22. 13, 2. — **3.**, efficior; v. c. *a.*, ἔργα, Hebr. 4, 3. (cum perfecta essent.) — διὰ χειρῶν τινος, de rebus arte fabricatis, Act. 19, 26. (Herodian. 8, 4. Diod. Sic. 1, 43.) de miraculis, Marc. 6, 2. Act. 6, 2. 14, 3. quae etiam fieri s. patrari dicuntur. — διά τινος, Act. 2, 43. 4, 16. 30. 12, 9. 24, 3. s. ὑπό τινος, Luc. 9, 7. 13, 17. 23, 8. Eph. 5, 12. — s. γενέσθαι simpliciter, Luc. 10, 13. (Matth. 11, 20. 21. 23.) 4, 23. (h. l. si legis εἰς Καπ., verte: in commodum, s. quae beneficia collata abs te sunt in Capharnaumi urbem. Wah-

lius: διὰ σοῦ ἐλθόντος εἰς Καπερν., quasi nobis h. l. dicendum esset, was geschehen ist in Capernaum hinein, quae esset dictio sane mira.) cf. Act. 4, 22. ἐφ' ὃν ἐγεγόνει. — *b.*, ubi cum aliis nominibus actionem certam significantibus iungitur, Marc. 14, 4. (ἡ ἀπώλεια γέγονε.) Act. 26, 6. (ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ θεοῦ.) 20, 3. (γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων.) Hebr. 7, 12. (νόμου μετάθεσις.) Act. 25, 26. (ἀπόκρισις.) Hebr. 9, 22. (ἄφεσις.) — **4.**, peragor, de mandatis, consiliis etc., Matth. 5, 18. 6, 10. (γενηθήτω τὸ θέλημά σου.) 9, 20. Luc. 14, 22. (γέγονεν ὡς ἐπέταξας.) 22, 42. Act. 21, 14. 1 Cor. 15, 54. Luc. 23, 24. (τὸ αἴτημα.) Matth. 21, 21. 24. (Marc. 13, 30. Luc. 21, 32.) 26, 54. Marc. 11, 23. Luc. 21, 7. Joh. 3, 9. — **5.**, accido, ubi nos: geschehen, de eventis; τοῦτο γέγονεν, ἵνα, hoc factum est, ut cett., Matth. 1, 22. 26, 56. Luc. 8, 34. Joh. 1, 28. — τὰ γενόμενα, Matth. 18, 31. 24, 6. (Marc. 13, 7. Luc. 21, 9.) 20. (Marc. 13, 8.) 27, 54. 28, 11. Luc. 23, 47. 48. — τὸ γεγονός, Marc. 5, 14. (Luc. 8, 35.) 12, 11. (Matth. 21, 42.) Luc. 1, 20. 2, 15. (τὸ ῥῆμα τὸ γεγονός.) 24, 12. Act. 4, 21. — Luc. 12, 54. (γίνεται οὕτω.) 21, 28. 36. 23, 47. 48. 24, 18. Joh. 13, 19. 14, 29. cett. — τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, Luc. 21, 7. 36. Act. 26, 22. — 2 Tim. 2, 18. (τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι.) — Hebr. 9, 15. (θανάτου γενομένου, nach erfolgtem Tode.) — μὴ γένοιτο, absit! deus avertat! Luc. 20, 16. Rom. 3, 4. 6. 31. 6, 2. 15. 7, 7. 13. 9, 14. 11, 11. 1 Cor. 6, 15. Gal. 2, 17. 3, 21. — *b.*, cum dat., accidit mihi, seq. inf., Act. 20, 16. (ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι.) Gal. 6, 14. (ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, absit a me, ut glorier.) cf. Gen. 44, 7. 17. 1 Reg. 20, 3. — πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ, Marc. 9, 21. — ἵνα εὖ σοι γένηται, Eph. 6, 3. (Aelian. V. H. 9, 36. μή γένοιτό σοι οὕτω κακῶς.) Matth. 8, 13. 9, 29. 15, 28. Luc. 1, 38. — τί γέγονεν αὐτῷ, Act. 7, 40. (Ex. 32, 1.) — ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ, Matth. 9, 21. Joh. 5, 14. (ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται.) Act. 7, 40. 2 Cor. 1, 8. 2 Tim. 3, 11. 1 Petr. 4, 12. — ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος, Act. 2, 43. — *c.*, γίνεσθαι ἐπί τινι, Marc. 5, 33. (ὃ γέγονεν ἐπὶ αὐτῇ, was an ihr geschehen war.) — *d.*, γίνεσθαι ἔν τινι, Luc. 23, 31. (ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; quid — fieri oportebit? al. codd. τί γενήσεται.) — *e.*, trita est formula hebr.: καὶ ἐγένετο (וַיְהִי seq. וְ); *aa.*, καὶ ἐγένετο καί cum verbo finito, Luc. 2, 15. 5, 1. 11, 1. 12, 17. 8, 1. 9, 28. 51. 10, 38. 14, 1. 17, 11. 19, 15. Act. 5, 7. — sequente καὶ ἰδού, Matth. 9, 10. cf. Gen. 39, 7. 13. 19. 43, 1. Jerem. 13, 6. — *bb.*, non iterato καί, Luc. 2, 46. 6, 12. 9, 57. 8, 40. 7, 11. 9, 18. 33. 37. 11, 1. 14. 18, 35. 19, 29. — *cc.*, καὶ ἐγέν. seq. acc. c. inf., Luc. 3, 21. 6, 1. 6. — *dd.*, ἐγένετο μετὰ — ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ, Luc. 9, 28. (Lucian. dial. meretr. 10, 1. οὐ γὰρ ἑώρακα, πολὺς ἤδη χρόνος, αὐτὸν παρ' ὑμῖν.) Huc pertinet etiam *ee.*, periphrasis illa,

Matth. 18, 13. ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτόν (cf. Rom. 9, 26. καὶ ἔσται, et Luc. 13, 35. ἕως ἂν ἥξῃ, ὅτε). — τί γέγονεν ὅτι, cur? quare? Joh. 14, 22. — 6., fio, i. e. transeo in aliquem statum; a., addito praedicato per substantivum aut adiectivum expresso: evado, Matth. 5, 45. (ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν.) 12, 45. (Luc. 11, 26.) 2 Petr. 2, 20. Marc. 1, 17. (ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς.) 4, 22. 6, 26. 9, 26. 10, 43. 44. Luc. 6, 16. 18, 20. 23. 33. 23, 12. Joh. 1, 12. 4, 14. 5, 4. 6. 9. 9, 22. 12, 36. Act. 12, 23. 26, 28. Rom. 4, 18. 7, 12. 1 Cor. 3, 18. 4, 9. 9, 23. 27. 13, 11. 2 Cor. 5, 17. 21. al. — Matth. 4, 3. (Luc. 4, 3. ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.) 13, 32. Joh. 1, 14. 2, 9. 20, 16. Apoc. 8, 8. — Locutiones hebraicae: γενέσθαι ὥς τις, Rom. 9, 29. (Jes. 1, 9.) similem fieri alicui. — 1 Cor. 4, 13. Matth. 10, 25. (sorte similem.) 18, 3. — γενέσθαι εἴς τι, Luc. 13, 19. Matth. 21, 42. (Marc. 12, 10. Luc. 10, 17.) et Act. 4, 11. et 1 Petr. 2, 7. (ex Ps. 118, 22.) — Joh. 16, 20. Act. 5, 36. Rom. 11, 9. 1 Thess. 3, 5. Apoc. 8, 11. 16, 19. — γενέσθαι καθ' ὁμοίωσιν, Jac. 3, 9. (Gen. 1, 26.) — Act. 12, 18. (τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο, cf. Luc. 1, 66.) — 7., γίνομαί τινι: a., reddor alicui, in alicuius ius et potestatem venio, Matth. 18, 12. ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα (Luc. 15, 4. τίς — ἔχων ἑκατὸν πρόβατα). Rom. 7, 3. 4. — b., evenit, contingit mihi aliquid, Marc. 4, 11. Luc. 19, 9. 1 Cor. 4, 5. Joh. 15, 7. — Act. 20, 3. (ἐγένετο αὐτῷ γνώμη, consilium cepit.) — Vid. n. II. — 8., notato termino motus: a., γενέσθαι εἰς τόπον τινά, venisse aliquo, ad aliquid, Act. 20, 16. 21, 17. 35. 25, 15. — Joh. 6, 25. (ὧδε.) — Luc. 1, 44. (ὡς ἐγένετο — εἰς τὰ ὦτά μου, cum auribus perciperem vocem.) — εἴς τινα ἄνθρωπον, de malis, invadere aliquem, auf einen kommen, Act. 28, 6. Apoc. 16, 2. — de beneficiis in aliquem collatis, Gal. 3, 14. 1 Thess. 1, 5. — b., ἐπὶ τοῦ τόπου, Luc. 22, 40. Joh. 6, 21. — ἐπί c. acc., Luc. 24, 22. (γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον.) Act. 21, 35. cf. Act. 8, 1. (ἐγένετο διωγμὸς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν.) — ἐγένετο φόβος ἐπὶ πάντας (עַל, über), Luc. 1, 65. 4, 36. Act. 5, 5. 11. — c., πρός τινα, ad aliquem venisse, 1 Cor. 7, 3. 2 Joh. v. 12. (πρός τινι, Herodian. 8, 4, 2. Xen. Cyr. 7, 2, 2.) — Nota phrasin: ἐγένετο ῥῆμα ἐπί τινα, s. λόγος πρός τινα (es ergieng — an), Luc. 3, 2. Joh. 10, 35. Act. 7, 31. 10, 13. 32. (οἱ ὁ, Gen. 15, 1. 4. Jerem. 1, 2. 11. 13, 8. Ez. 6, 1. Hos. 1, 1.) — d., κατά c. acc., Luc. 10, 32. Act. 27, 7. (Xen. Cyr. 7, 1, 15.) — κατά c. gen., Act. 10, 37. (τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, res, cuius fama omnem Judaeam peragravit.) — e., ἐγγύς τινος, prope aliquem locum venisse, Joh. 6, 19. (Xen. Cyr. 7, 1, 7.) Eph. 2, 13. (nunc aditus vobis datur, scil. ad benevolentiam divinam.) — Adde: f., γενέσθαι ἐκ μέσου, e medio discedere, i. e. e medio tolli, 2 Thess. 2, 7. — g., γενέσθαι ὁμο-

ϑυμαδόν de pluribus in unum congregatis, Act. 15, 25. coll. 2, 1. — h., γίνεσϑαι ὑπό τι, subiici alicuius imperio, Gal. 4, 4. (γενόμενος ὑπὸ νόμον. Aelian. V. H. 7, 26. ἀξιῶν Ἐφεσίους ὑπ' αὐτῷ γενέσϑαι.) — 9., γίνομαι cum participio, non est mera periphrasis verbi illius, cuius participium in usum vocatum est, sed innuit participium statum per aliquod tempus permanentem, v. c. ἐγένετο βαπτίζων, Marc. 1, 4. (exstitit lustrans.) 9, 4. Luc. 24, 37. 2 Cor. 6, 14. Apoc. 16, 10. Hebr. 5, 12. v. εἰμί.

II., γίνομαι i. q. εἰμί, sum. **1.**, absol. — ἐγένετο i. q. ἦν, i. e. erat, fuit, Luc. 1, 5. Joh. 1, 6. 15. (addito: ἔμπροσϑέν μου.) 2 Petr. 2, 1. (ἐγένοντο, respondent verba: ὡς καὶ ἔσονται.) Apoc. 16, 18. — γέγονα, fui, Joh. 1, 30. (Sed loci a Wahlio adscripti 1 Joh. 2, 18. ubi γέγονα significat: exstiti, i. e. sum, et Rom. 11, 5. ubi est: factus sum, non huc, sed ad n. I. pertinent.) — **2.**, nectens praedicatum cum subiecto, ut ap. Hom. Il. 6, 153. (κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν.) Frequentissimus est imperativus adhortantium, γίνου, γίνετε, v. c. 1 Tim. 4, 12. — γίνεσϑε, Luc. 6, 36. (Matth. 5, 48. ἔσεσϑε.) 12, 40. Matth. 24, 44. Eph. 4, 32. 5, 1. Col. 3, 15. — μὴ γίνου (noli esse), Joh. 20, 27. — μὴ γίνεσϑε, Matth. 6, 16. 10, 16. Eph. 5, 7. 17. 1 Cor. 10, 7. — μὴ γινώμεϑα, Gal. 5, 26. — aor. 2. eram, Luc. 2, 2. 13, 2. 19, 17. 24, 19. Rom. 11, 34. 2 Cor. 1, 18. — imperat., Luc. 22, 26. Rom. 3, 4. — coni., Rom. 15, 16. 31. Phil. 2, 15. — partic., Luc. 1, 2. 24, 5. Phil. 3, 6. — ἐγενήϑην, fui, Rom. 16, 2. 2 Cor. 7, 14. 1 Thess. 1, 6. 2, 5. — partic., 2 Petr. 1, 16. (quia fuimus.) — γέγονα, fui, 1 Thess. 2, 1. — infin., Luc. 10, 36. Sed oci in Wahlii clavi p. 235. adscripti, Matth. 13, 22. 18, 3. 19, 3. 28, 4. Marc. 4, 19. 22. 32. 9, 30. Luc. 21, 30. 24, 22. Act. 1, 20. 22, 4. 7, 52. 10, 10. Rom. 2, 25. 11, 17. 12, 16. 15, 2. 16. 1 Cor. 4, 13. et alii insuper allati non huc, sed ad n. I. pertinent. — **3.**, γίνεσϑαι, esse, cum adverbiis; οὕτως, Jac. 3, 10. — ὥς τινα, Gal. 4, 12. — καϑὼς ἐγένετο, Luc. 17, 26. 28. (sicut erat, sicut se habebat, acciderat.) — **4.**, γίνεσϑαι cum casibus constructum; *a.*, cum genitivo, Luc. 2, 42. (ὅτι ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα.) — 2 Petr. 1, 20. (πᾶσα προφητεία ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται.) — Sed loci Apoc. 11, 15. 12, 10. male huc referuntur, nec non Luc. 20, 14. ἵνα γένηται ἡμῶν ἡ κληρονομία. Nam in hoc l. aoristus ostendit, subesse verbo significationem supra n. **I.** positam. Verte: ut ad nos perveniat.) — *b.*, cum dat., 1 Cor. 9, 20 — 22. ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, erga Judaeos me gessi Judaeum. — τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, in omnes me formas verti, prout ferebat utilitas eorum, quibuscum mihi res erat. Male his locis admiscentur phrases, quarum dativus non cum verbo γενέσϑαι iunctus est, sed a nomine subst. pendet, v. c. 1 Thess. 1, 2. 8. (ἀγαπητός τινι.) Joh. 15, 8. (μαϑητής τινι.) Act. 1, 16. (ὁδηγός τινι.) Luc. 10, 30. (σημεῖόν τινι.) 1 Cor. 8, 9. (πρόςκομμα.) 1 Thess. 1, 7. (τύπος.)

1 Cor. 4, 9. (θέατρον.) — 5., γίνεσθαι adiunctis praepositionibus et nominibus subst. — a., ἐπάνω τινός, praeesse alicui, Luc. 19, 19. — b., μετά τινος, sum cum aliquo, versor cum aliquo, Marc. 16, 10. Act. 9, 19. 20, 18. — c., ἔν τινι: aa., in loco Act. 26, 4. (τὴν βίωσιν τὴν γενομένην μου cett. vivendi rationem, quae fuit.) 1 Thess. 1, 5. — bb., ut status et conditio significetur, v. c. ἐν ἀγωνίᾳ, Luc. 22, 44. — ἐν πνεύματι, i. e. sentiebam instinctum spiritus S., Apoc. 1, 10. 4, 2. ἐν τρόμῳ πολλῷ, magna cum submissione animi, 1 Cor. 2, 3. (Xen. Cyr. 1, 5, 1.) — ἐν ἐκστάσει, Act. 22, 17. — γενέσθαι ἐν χριστῷ, Rom. 16, 7. (i. e. Christo adhaerere, cum Christo coniunctum esse.) ἐν δόξῃ, 2 Cor. 3, 7. (i. q. ἔνδοξον εἶναι, magnificum esse.) — ἐν ὁμοιώματί τινος γενέσθαι, Phil. 2, 7. (i. e. similem factum esse.) — ἐν λόγῳ κολακείας, 1 Thess. 2, 5. (non usi sumus adulatione.) — ἐν παραβάσει γέγονε, 1 Tim. 2, 14. — Polyb. 1, 49. Xen. Anab. 1, 5, 15. — ἐν ἑαυτῷ, apud se esse, ad se rediisse, Act. 12, 11. — d., πρός τινα (ut εἶναι πρός τινα), 1 Cor. 16, 10. (constructio praegnans: ut sit apud nos, et ad vos conversus maneat.) — e., σύν τινι, Luc. 2, 13. (socium adesse alicui.)

Γινώσκω (forma antiquior et attic. γιγνώσκω a γνόω, v. supra βιβρώσκω), f. γνώσομαι, aor. 2. ἔγνων (a γνῶμι), perf. ἔγνωκα (Joh. 17, 7. ἔγνωκαν pro ἐγνώκασι, v. Wineri grammat. N. T. §. 9. 2.), perf. pass. ἔγνωσμαι, aor. 1. p. ἐγνώσθην, fut. 1. p. γνωσθήσομαι.

I., Praesens γινώσκω, cognosco, novi; **1.**, absolute: 1 Cor. 13, 9. (ἐκ μέρους γινώσκομεν, i. e. γνῶσιν habemus ex parte i. e. imperfectam.)

2., cum accus., a., cum accus. pers. τινά, novi aliquem, aa., eius personam, i. e. vel eius speciem externam, faciem, i. q. εἰδέναι τινά, 2 Cor. 5, 16. Joh. 1, 49. 10, 14. 15. 27. 14, 7. (adiungitur h. l. ἑωρακέναι τινά.) Act. 19, 25. i. q. ἐπίσταμαι. — vel mentem et animum eius perspectum habeo, Joh. 2, 24. 25. — οὐ γινώσκειν τινά, rationes alicuius non nosse, ideoque de eo non recte statuere, non agnoscere, 1 Joh. 3, 1. — pass. γινώσκομαι ὑπό τινος, Joh. 19, 14. — bb., γινώσκ. τὸν θεόν, scire, qui deus sit, 1 Joh. 3, 1. 4, 6. 7. 5, 20. — explicatur, quid de deo et quid de Christo sit cognoscendum, Joh. 17, 3. Speciatim Christus apud Joannem singularem sibi tribuit dei patris notitiam, cum apud patrem fuerit, Joh. 17, 25. — cc., de re venerea, γινώσκ. γυναῖκα, rem habere cum femina, Matth. 1, 25. — ἄνδρα, Luc. 1, 34. (ex hebr. יָדַע, v. c. Gen. 4, 1.) Sed sic etiam Graeci, Callim. ep. 58, 3. et Latini: novi, cognosco, Iustin. 5, 2. 27, 3. Ovid. Metam. 4, 594. Caes. B. G. 6, 21. feminae notitiam habere. — b., cum acc. rei, τί, scio; ταῦτα, Joh. 3, 10. λαλίαν, novi. 8, 43. intelligo. — τὰ λεγόμενα, Luc. 18, 34. — scio, τὸν νόμον, Joh. 7, 49. Rom. 7, 1. — τὸ θέλημα, Rom. 2, 18. — cognosco, τὴν χάριν, 2 Cor. 8, 9. — perspicio, τὰς καρ-

δίας, Luc. 16, 15. — τοὺς διαλογισμούς, ὅτι, 1 Cor. 3, 20. — *c.*, adiunctis praepositionibus et nominibus subst. γινώσκ. τι ἔκ τινος, ut τὸ δένδρον ἐκ τοῦ καρποῦ, cognoscere aliquem vel aliquid ex aliqua re, Matth. 12, 33. (Luc. 6, 44.) — ἐκ τούτου, 1 Joh. 4, 6. — ἔν τινι, ἐν τούτῳ, inde perspicio, 1 Joh. 3, 6. coll. v. 19. 4, 13. eo mihi innotescit, perspicuum, manifestum fit, 1 Joh. 4, 2.

3., scio, intelligo; *a.*, sequente interrogatione indirecta, τί, Joh. 2, 25. — Luc. 7, 39. 10, 22. Joh. 13, 12. πόθεν, 7, 27. — ἃ ἀναγινώσκω, Act. 8, 30. — *b.*, seq. acc. c. partic., Act. 19, 35. Hebr. 13, 23. non recte Schulz.: ihr kennet den Losgekommenen; verte: scitis, dimissum esse. — *c.*, seq. ὅτι, Joh. 21, 17. Jac. 1, 3. 2 Petr. 1, 20. Marc. 15, 10. Phil. 1, 12. — imperat., Matth. 24, 33. (Marc. 13, 29. Luc. 21, 31.) 43. (Luc. 12, 39.) Joh. 15, 18. Act. 2, 36. (ἀσφαλῶς γινώσκετε.) — ante ὅτι posito demonstrativo τοῦτο, Matth. 9, 30. — ἴστε γινώσκοντες, ὅτι, Eph. 5, 5. — ante phrasin: γινώσκω, ὅτι — posito ἐν τούτῳ, 1 Joh. 3, 19. 4, 13. 5, 2. — ὅθεν, 1 Joh. 2, 18. — *d.*, cum adverbio: ἑλληνιστί, graece scio (calleo linguam graecam), Act. 21, 37. (Nehem. 13, 24. Xen. Cyr. 7, 5, 31.) — *e.*, Nonnunquam accusat. ex oratione contexta eliciendus est, ut Luc. 12, 46. et Matth. 24, 50. (ᾗ οὐ γινώσκει scil. αὐτὸν ἐρχόμενον.)

II., Aorist. ἔγνων, aor. 2. **1.**, quoad pertinet ad res et eventus; *a.*, attendebam; *aa.*, absol., Matth. 24, 39. — *bb.*, τί, aliquid; τὰς ὁδοὺς τοῦ θεοῦ, Hebr. 3, 10. — τὰ πρὸς εἰρήνην, Luc. 19, 42. — *b.*, exploratum habeo, scio, ita ut notio sciendi prematur, idque ei, quod discendum aliunde est, opponatur), Luc. 16, 4. ἔγνων, τί ποιήσω; *c.*, scio, notum mihi factum est aliquid, Kunde haben von etwas; *aa.*, universe, seq. ὅτι, Joh. 14, 31. (damit die Welt das Factum habe.) — Luc. 12, 47. 48. τὸ θέλημα τοῦ κυρίου. — (pass. ἐγνώσθη τινί, Act. 9, 24.) — *bb.*, comperi, τί, Marc. 5, 43. ἵνα μηδεὶς γνῷ τοῦτο, Luc. 24, 18. Act. 1, 7. (Apoc. 3, 3.) Joh. 13, 7. — seq. ὅτι, Matth. 16, 8. (Marc. 8, 17.) Joh. 4, 1. 12, 9. — seq. interrog. indir., Joh. 11, 57. — exploratione aliorum, erkunden, τί, Act. 21, 34. 22, 30. Col. 4, 8. — τὴν αἰτίαν, δι' ἥν, Act. 23, 28. (Xen. Cyr. 1, 2, 6. et 7.) Joh. 7, 51. (num lex quemquam condemnat, ante quam exploraverit, quid agat? i. e. num nobis ad legem iudicium laturis licet condemnare quemquam, priusquam nobis exploratum sit, quid agat? τί ποιεῖ non est pro aoristo: τί ἐποίησε positum.) Luc. 19, 15. (τίς τί διεπραγματεύσατο, v. τίς.) — γνῶναί τι, sciscitari, quomodo res aliqua se habeat, explorare aliquid, 1 Thess. 3, 5. ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν. — (γνώσομαι οὐ τὸν λόγον, ἀλλὰ τὴν δύναμιν, i. e. experiar, 1 Cor. 4, 19.) — γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντουρίωνος, Marc. 15, 45. — *cc.*, sensi, merken, inne werden, an einem Merkmal erkennen; — τί, Luc. 2, 43. Matth. 22, 18.

(Marc. 12, 15. εἰδώς.) Eph. 3, 19. — κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; Luc. 1, 18. — seq. interrogat. indir., Matth. 6, 3. — γνώσεται περὶ διδαχῆς, πότερον cett., Joh. 7, 17. — seq. accus. c. participio, Luc. 8, 46. (Marc. 5, 30. ἐπιγνούς.) — seq. ὅτι, Marc. 5, 29. Matth. 21, 46. 24, 32. Joh. 6, 15. 16, 19. 4, 53. 8, 27. — *dd.*, animadverti, bemerken, seq. ὅτι, Joh. 5, 6. Act. 23, 6. — *d.*, cognovi, perspexi aliquid, Matth. 13, 11. (Marc. 8, 11. Luc. 8, 10.) τὰ μυστήρια. — σοφίαν τοῦ θεοῦ, 1 Cor. 2, 8. — v. 14. τὰ τοῦ πνεύματος. — Rom. 11, 34. νοῦν κυρίου. — Sic et futur. γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, Joh. 8, 32. — τὰς παραβολάς, Marc. 4, 13. — seq. interrog. indir., Joh. 10, 6. 7, 51. — seq. ὅτι, Joh. 7, 26. 17, 8. Jac. 2, 20. — *e.*, οὐ γνῶναι ἁμαρτίαν, peccati nescium esse, 2 Cor. 5, 21.

2., ἔγνων τινά, *a.*, agnovi, Joh. 1, 10. 2 Tim. 2, 19. — *b.*, notitiam alicuius habere coepi, in meam notitiam venit aliquis, Matth. 7, 23. Speciatim: τὸν θεόν, cognitione dei imbui, Gal. 4, 9. Hebr. 8, 11. — Joh. 17, 25. videtur haec cognitio speciatim referri ad dei consilia. — οὐκ ἔγνων, non ad dei cognitionem pertingit, et hoc dicitur h. l. de iis, qui a mente ad dei similitudinem conformata alieni sunt. — τὴν ἁμαρτίαν, Rom. 7, 7. non coepi cum peccato rem habere, nisi intercedente lege. — ἔγνων σε, ὅτι (attractio, cf. 1 Cor. 3, 20.), Matth. 25, 24. innotuit mihi, experientia edoctus novi ingenium tuum, cett.

III., reliqua tempora: perfectum ἔγνωκα habes Joh. 5, 42. novi, argumentis (attractio h. l. ὑμᾶς, ὅτι). 1 Joh. 3, 16. 4, 16. — seq. ὅτι, 6, 69. 8, 52. 17, 7. — θεόν, dei notitia imbutus sum, 1 Joh. 2, 3. 4. 3, 6. — cognovi, didici (σοφίαν), 1 Cor. 2, 8. — plusquamperf., Matth. 12, 7. si didicissetis, si sciretis. — futurum γνώσομαι occurrit Marc. 4, 13. Luc. 1, 18. Joh. 7, 17. 8, 28. 32. 14, 20. 1 Cor. 4, 19. — Passiv. ἔγνωσμαι ὑπό τινος, 1 Cor. 8, 3. Gal. 4, 9. — ἐγνώσθη τινί τις, cognitus factus est (ut agnosceretur), Luc. 24, 35. — τί, Act. 9, 24. (dativus commodi in his locis plus dicit quam ὑπό τινος.) — γνωσθήσεται, Luc. 8, 16. 1 Cor. 14, 7.

Γλεῦκος, εος (ους), τό, succus dulcis, mustum, vinum recens ex uvis expressum. — *b.*, vinum dulce, Act. 2, 13.

Γλυκύς, εῖα, ύ, dulcis, Jac. 3, 11. (oppon. τὸ πικρόν.) ὕδωρ, v. 12. (oppon. ἁλυκόν.) Apoc. 10, 9. (γλυκὺ ὡς μέλι.)

Γλῶσσα s. γλῶττα, ης, ἡ, **1.**, lingua, die Zunge, Marc. 7, 33. 35. Luc. 1, 64. 16, 24. Jac. 1, 26. 3, 5 6. 8. Apoc. 16, 10. 1 Petr. 3, 10. — commemoratur lingua ut instrumentum sermonis, Act. 2, 26. (ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου, i. e. hymnos canet.) — Rom. 3, 13. 14, 11. Phil. 2, 11. (Jes. 45, 23.) 1 Joh. 3, 18. (μηδὲ ἀγαπῶμεν λόγῳ μηδὲ τῇ γλώσσῃ.) Phil. 2, 12. (cuiusvis hominis lingua.) — *b.*, sermo, Act. 2, 11. 1 Cor. 13, 1. (Aelian. V. H. 14, 22. Xen. Oecon. 13, 8.) Marc. 16, 17. καιναῖς γλώσσαις λαλεῖν.) Act. 2, 4. (ἑτέραις γλώσσαις.) 10, 46.

(λαλεῖν γλώσσαις καὶ μεγαλύνειν θεόν.) 19, 6. (λαλεῖν γλώσσαις καὶ προφητεύειν.) 1 Cor. 12, 10. (γένη γλωσσῶν, et ἑρμηνεία γλωσσῶν.) coll. v. 28 et 30. Explicat Paulus hanc phrasin 1 Cor. 14, 2 — 5. (πνεύματι λαλεῖν μυστήρια, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖν, quippe quia homines dicta non intelligant, nisi διερμηνεύωνται. Quare distinguitur a τῷ προφητεύειν.) v. 13. 14. (i. q. προςεύχεσθαι, sed ita, ut nisi accedat interpretatio, τὸ πνεῦμα quidem preces faciat, ὁ νοῦς vero nullum inde percipiat fructum.) Ex v. 19. intelligitur, morem τοῦ γλώσσαις λαλεῖν in conventibus Christianorum sacris invaluisse. — ad v. 23. cf. Act. 2, 13. — ex v. 28. patet, verbis τοῦ γλώσσῃ λαλήσαντος interpretationem adhiberi ab adstante alio potuisse, ergo certa verba fuisse, quae ὁ γλώσσῃ λαλῶν proloquutus fuerit. — Viderint interpretes, quid ex his locis omnibus colligendum sit. De peregrinis linguis certe Lucam non cogitasse, locus Act. 10, 46. satis clare ostendit. Nam quid Cornelio ad significandos pectoris sensus opus fuerit peregrinis linguis? — Ad Pauli vero sensum hi non penetrant, qui de verbis in extasi factis phrasin illam capiunt. — γλῶσσαν distinguit Clemens Alex. Stromat. 1. a dialecto, eam dicens esse φωνὴν ἀπερίληπτον, qualis sit barbarorum. Sed ad quid in coetibus sacris Christianis in usum vertendae fuerint linguae barbarorum? — *c.*, metaph., lingula flammae s. ignis, Act. 2, 3. (cf. Jes. 5, 24.) — **2.**, cum sermo s. dialectus sit nota gentis et nationis cuiusdam: gens, natio; omnes nationes, Apoc. 5, 9. 7, 9. 10, 11. 11, 9. 13, 7. 14, 6. 17, 15. (Dan. 3, 4. 7, 31. 6, 26.)

Γλωσσόκομον, ου, τό, (antiquiores: γλωσσοκομεῖον s. γλωσσοκόμιον, a γλῶσσα et κομέω) *a.*, cistella, in qua tibicines tibiarum lingulas reponebant. — *b.*, arcula, etiam aliis usibus destinata (Lobeck. ad Phrynich. p. 98. 99.); speciatim: loculus, marsupium, in quo argentum reconditur, Joh. 12, 6. 13, 29.

Γναφεύς, έως, ὁ, (a γνάπτω, pecto; voces in εύς desinentes munus aut opificium designant, v. ἁλιεύς) fullo, Marc. 9, 3.

Γνήσιος, ου, ὁ, ἡ, (a γένω, f. γενήσω, γενήσιος, syncop. γνήσιος) genuinus, i. e. legitime natus; oppon. spurius, nothus, 1 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4. (γνησίῳ τέκνῳ.) 2 Cor. 8, 8. (τὸ τῆς ἀγάπης ὑμετέρας γνήσιον δοκιμάζων, i. q. τὴν γνησιότητα.) Phil. 4, 3. (σύζυγε γνήσιε.)

Γνησίως, adv., genuine, germane, sincere, Phil. 2, 20.

Γνόφος, ου, ὁ, tenebrae, caligo, Hebr. 12, 18.

Γνώμη, ης, ἡ, **1.**, sententia, 1 Cor. 1, 10. iudicium, 1 Cor. 7, 40. (κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην.) Apoc. 17, 17. — **2.**, voluntas, Absicht, Act. 20, 3. (ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν.) Philem. v. 14. — **3.**, consilium, Rath, 1 Cor. 7, 25. (γνώμην δίδωμι.) 2 Cor. 8, 10.

Γνωρίζω, fut. attic. γνωριῶ (Col. 4, 9.), τινί τι, notum facio, Joh. 15, 15. 17, 26. 2 Petr. 1, 16. Luc. 2, 15. (τὸ γεγονός, ὃ ὁ κύριος ἐγνώρισεν ὑμῖν.) Act. 2, 28. (ἐγνώρισάς με

ὁδοὺς ζωῆς, Ps. 16, 11.) — Eph. 1, 9. 6, 19. 21. Col. 4, 7. Phil. 4, 6. (constr. praegnans: γνωριζέσθω πρὸς τὸν θεόν, i. e. deo nota fiat et ad deum perveniat.) — γνωρίζεσθαι εἰς πάντα τὰ ἔθνη, Rom. 16, 26. divulgari inter omnes gentes. — c. dat., Eph. 3, 5. 10. — seq. interrog. indirecta, Col. 1, 27. — **2.**, in memoriam revoco, 2 Cor. 8, 1. 1 Cor. 15, 1. — seq. ὅτι, 1 Cor. 12, 3. — **3.**, intrans., scio, novi, Phil. 1, 22. τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω (Herodian. 2, 1, 23. 2, 14, 9. Plut. Vit. Coriol. c. 23.).

Γνῶσις, εως, ἡ, (a γνόω = γιγνώσκω) cognitio, Luc. 11, 52. Rom. 2, 20. 15, 14. 1 Cor. 1, 5. 14, 6. 2 Cor. 6, 6. 8, 7. Col. 2, 3. 1 Cor. 8, 1. 7. 10. 11. 12, 8. (λόγος γνώσεως, facultas cognitionis rerum div. perfectioris, disting. λόγος σοφίας, facultas prudenter de doctrina Christiana loquendi aliosque instituendi.) 13, 2. (ex h. l. intellig. τὴν γνῶσιν niti in arte ex certis principiis argumentandi, coll. v. 12.) ἡ ὑπερβάλλουσα τῆς γνώσεως ἀγάπη, Eph. 3, 19. (omni cogitatione humana superior amor.) 2 Cor. 11, 6. — c. gen. obi., Luc. 1, 77. (γνῶσις σωτηρίας.) 2 Petr. 3, 18. (ἡ γνῶσις Ἰησοῦ χριστοῦ.) 2 Cor. 2, 14. 4, 6. 10, 5. Phil. 3, 8. — c. gen. subi., Rom. 11, 33. — **2.**, prudentia, 1 Petr. 3, 7. (κατὰ γνῶσιν, prudenter.) 2 Petr. 1, 5.

Γνώστης, ου, ὁ, gnarus alicuius rei, Act. 26, 3. (μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σοῦ σήμερον, γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν, accusat. absol., de quo v. Wineri grammat. N. T. §. 25. Sed quod locum attinet Luc. 24, 46. v. supra ἄρχομαι.)

Γνωστός, ή, όν, — τινί, **1.**, notus, Joh. 18, 15. 16. Act. 1, 19. 9, 42. 15, 18. 19, 17. 28, 22. — γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, scitote igitur, Act. 2, 14. 4, 10. 13, 38. 28, 28. — Rom. 1, 19. τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ (cf. Rom. 8, 3.), i. e. id, quod in deo cognosci potest. — Act. 4, 16. videtur legendum: ὅ,τι μὲν γὰρ γνωστόν. v. supra voc. γάρ. — plur., οἱ γνωστοί, familiares, Luc. 2, 44. 23, 49. (Caeterum cf. phrasin: ἀκουστὸν ποιεῖν.)

Γογγύζω, f. ύσω, murmuro, musso (Cic. in Pison. c. 25. fin. secum commurmuratus est); cf. formas: μύζω, κλύζω, τονθορύζω. Polluce et Phavorino testibus verbum γογγύζω usurpatur de nativa columbarum voce, ut verbum τονθορύζω. — Hic adhibetur de indignantibus, 1 Cor. 10, 10. Luc. 5, 30. Joh. 6, 43. — γογγ. κατά τινος, Matth. 20, 11. — περί τινος, Joh. 6, 41. 61. 7, 32. Cf. διαγογγύζω.

Γογγυσμός, οῦ, ὁ, (a γογγύζω) murmur, mussitatio, i. q. τονθορυσμός. Appellatur ita **1.**, disputatio clandestina; — περί τινος, Joh. 7, 12. — **2.**, indignatio clandestina, quae non palam profertur; — plur., Phil. 2, 14. 1 Petr. 4, 9. — γογγυσμὸς πρός τινα, Act. 6, 1. — οἱ ὁ, Exod. 16, 7 — 9.

Γογγυστής, οῦ, ὁ, murmurator, Jud. v. 15. (homines, qui Christianorum spem de Christo ad regnum inaugurandum olim redituro ludibrio exponerent.)

Γόης, *ητος*, *ὁ*, (praestigiator, incantator,) impostor, 2 Tim. 3, 13.

Γολγαθά, Golgatha, chald. גָּלְגָּלְתָּא, hebr. גֻּלְגֹּלֶת, i. e. *κρανίον*, calva s. calvaria (propter formam rotundam, a גָּלַל, volvit), *κρανίου τόπος*, nomen loci extra Hierolymas siti, ubi malefici supplicio afficiebantur, inde ductum, quod locus ille craniis refertus esset, Matth. 27, 33. Joh. 19, 17.

Γόμοῤῥα, *ας*, *ἡ*, et *γόμοῤῥα*, *ων*, *τά*, Gomorrha (עֲמֹרָה cf. עַזָּה, Gaza, Gen. 19, 23. צוֹעַר, *σηγώρ*, Gen. 36, 24.), nomen urbis (*πενταπόλεως*, Gen. 14, 2.) ad plagam orientalem terrae Judaeae sitae, quae ob summam civium impietatem cum Sodoma et reliquis vicinis oppidis eodem eversa est incendio, Gen. 19, 24. Nunc harum urbium loca occupata tenet asphaltites lacus s. mare mortuum. Matth. 10, 15. Marc. 6, 11. Rom. 9, 29. 2 Petr. 2, 6. Jud. v. 7.

Γόμος, *ου*, *ὁ*, (*γέμω*, plenus, onustus sum) **1.**, onus navis (i. q. *φορτίον*), merces, quae navi vehuntur, Act. 21, 3. (Herodot. 1, 194.) — **2.**, merces quaevis, Apoc. 18, 11.

Γονεύς, *έως*, *ὁ*, (a *γένω*, *γέγονα*) parens; — plur. *οἱ γονεῖς*, parentes, Joh. 9, 2. 3. 23. 1 Cor. 12, 14. Rom. 1, 30. Eph. 6, 1. Col. 3, 20. 2 Tim. 3, 2. Luc. 2, 41. 21, 16. De accusativi pluralis forma: *τοὺς γονεῖς* (*υἱεῖς*, *γραμματεῖς*, al.), Matth. 10, 21. Luc. 2, 27. Marc. 13, 12., quae forma, etsi apud Atticos occurrit, ab Atticistis tamen reprobatur, v. Wineri grammat. N. T. Sect. 2. §. 7.

Γόνυ, *νος* et *γόνατος*, *τό*, genu, Hebr. 12, 2. — *τιθέναι τὰ γόνατα*, flectere genua, dicitur de precantibus, Luc. 22, 41. Act. 7, 60. 9, 40. 20, 36. 21, 5. — de salutantibus, ut et *προςπίπτειν τοῖς γόνασι*, Luc. 5, 8. (v. *γονυπετῶ*, *προςκυνῶ*.) cf. Xen. Cyr. 7, 3, 4. — *κάμπτειν τὰ γόνατα*, flectere genua, de iis, qui deum aut Jesum Christum adorant, aut qui omnino preces faciunt, Rom. 11, 4. 14, 11. Eph. 3, 14. Phil. 2, 10. (formulam hebraicam vid. Jes. 45, 23.)

Γονυπετέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (ex *γόνυ* et *πέτω* s. *πίπτω*, cado, unde adiect. *γονυπετής*. Cf. supr. *ἀθετέω*. Ita etiam a voc. *γονυκλινής* est *γονυκλινέω*) in genua procido, Matth. 17, 14. 27, 29. Marc. 1, 40. 10, 17. — Moris erat hominum orientalium, ut si obviam alicui facti essent reverentia colendo aut aliquem supplicibus precibus adirent, modestiam ei venerationemque testificarentur humum se prosternentes.

Γράμμα, *τος*, *τό*, (*γράφω*) **1.**, littera, Luc. 23, 38. Gal. 6, 11. — Rom. 2, 27. (opponitur *πνεῦμα*.) 29. 7, 6. — **2.**, scriptum aliquod; speciatim: *a.*, chirographum, i. e. scripta contractus formula, Handschrift, i. e. Schuldverschreibung, Obligation, Luc. 16, 6. 7. (Vulgatus vertit: cautio.) Jos. Antiq. 18, 6. 3. — *b.*, litterae, epistola, Act. 28, 21. (Xen. H. G. 1, 1, 13. Herodian. 4, 10, 3.) — *c.*, *τὰ γράμματα*, litterae sacrae (Veteris Testam.), Joh.

7, 15. 2 Tim. 3, 15. — **3.**. τὰ γράμματα, ut lat. litterae, i. q. studia liberalia, quae litterarum monumentis continentur, Wissenschaften, Act. 26, 24. (τὰ πολλά σε γράμματα cett., doctrina, eruditio tua cett.)

Γραμματεύς, έως, ὁ, (γράμμα) propr.: **1.**, scriba, qui scribendi exercet officium. — **2.**, scriba publicus (hebr. סֹפֵר). Ut hoc nomen gesserunt priscis Hebraeorum temporibus *a.*, is, qui mandata regis, leges et acta conscribebat, 2 Sam. 8, 17. 20, 25. 2 Reg. 12, 11. 19, 2. 22, 3. seq. — *b.*, notarii publici in synedriis, et qui hominibus privatis scribebant libellos repudii, contractuum, emtionis ac venditionis, phylacteria etc., cf. 1 Chron. 2, 55. — ita in graecis civitatibus οἱ γραμματεῖς erant magistratus, iique honoratissimi, qui curam haberent tabularum publicarum (des Archivs), qui, quae in concione populi praelegenda essent, praelegerent et in senatoribus civitatis censerentur, Act. 19, 35. — **3.**, γραμματεύς, doctor, interpres τῶν γραμμάτων, i. e. scripturae sacrae, legis divinae enarrator et magister, Matth. 23, 34. (dictus quoque νομικός, Luc. 10, 25. et νομοδιδάσκαλος, Luc. 5, 17.) Nehem. 8, 1. s. 12, 26. 36. Esdr. 7, 11. Interpretabantur οἱ γράμματ. sensum oraculorum divinorum, Matth. 2, 4. 17, 10. (Marc. 9, 11.) Marc. 12, 35., quaestiones de lege excutiebant difficiliores ac subtiliores, Matth. 5, 20. 9, 3. (Marc. 2, 6. 7. Luc. 5, 21.) 23, 2. Marc. 12, 28., addebant legi Mosaicae varii generis placita, quibus eius sensum et argumentum explicari opinarentur. Quo officio, qui aetate Jesu γραμματέας agebant, functi sunt in detrimentum religionis, Marc. 1, 22. (Matth. 7, 29.) 7, 5. 9 — 13. (Matth. 15, 2. 3 — 6.) Luc. 11, 46. (Matth. 23, 4.) 52. (Matth. 23, 14.) — Cum legis peritorum consilio utendum esset in caussis cognoscendis et in solvendis difficilioribus quaestionibus, mirum non est, eos adscriptos fuisse synedrio magno et in N. T. passim commemorari simul cum sacerdotibus et presbyteris populi, Matth. 21, 15. (Marc. 11, 18. Luc. 19, 47.) Marc. 11, 27. (Luc. 20, 1.) Matth. 26, 3. (Marc. 14, 1. Luc. 22, 2.) Marc. 15, 1. — γραμματεύς appellatur, ubi refert nominasse hominem, qui famam eruditionis possideat iactetque scientiam, 1 Cor. 1, 20. (ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς;) — **4.**, omnino: religionis doctor, Matth. 13, 52. (γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ, doctor sic institutus, ut ex eius doctrina et docendi facultate utilitas redundet ad regnum divinum.)

Γραπτός, ή, όν, scriptus, Rom. 2, 15. (τὸ ἔργον νόμου γραπτόν scil. εἶναι, scriptum exstare, ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.)

Γραφή, ῆς, ἡ, (γράφω, cf. γλυφή a γλύφω) **1.**, scriptura, scriptum, 2 Tim. 3, 16. — plur. γραφαὶ ἅγιαι, scripta sacra, libri sacri (scil. Veteris Testam.), Rom. 1, 2. — προφητικαί, scripta prophetica, Rom. 16, 26. αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν, Matth. 26, 56. — **2.**, ἡ γραφή, κατ' ἐξοχήν scriptura sacra, Joh. 7, 38. 10, 35. 26, 9. Act. 8, 32. Rom. 9, 17. Gal. 3, 8. 22. 4,

30. Jac. 2, 8. 1 Petr. 2, 6. 2 Petr. 1, 20. — aliis in locis pluralis: αἱ γραφαί, Matth. 21, 42. 26, 54. Joh. 5, 39. Marc. 14, 49. Act. 17, 2. 11. 18, 28. 1 Cor. 15, 3. 4. (κατὰ τὰς γραφάς.) — εἰδέναι τὰς γραφάς, Matth. 22, 29. (Marc. 12, 24.) — συνιέναι, Luc. 24, 45. 27. — **3.**, pars, pericopa quaedam scripturae sacrae, Joh. 19, 24. Marc. 12, 10. — τὴν γραφὴν ταύτην (Luc. 20, 17. τὸ γεγραμμένον τοῦτο), Act. 1, 16. — Jac. 2, 23. (ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα, i. e. effatum scripturae hoc.) — ἡ γραφὴ αὕτη, Luc. 4, 21. — Per se patet, ubi legatur, scripturam debuisse eventum habere s. impleri, s. Christum exposuisse, quae de se in scriptis S. dicta reperiantur, s. discipulos Christi fata magistri intuentes intelligere mentem scripturae coepisse, ibi cogitandum esse de scriptis s. oraculis prophetarum.

Γράφω, f. ψω, (insculpo, cf. nostrum: graben, eingraben. Hom. Il. 4, 139. ὀϊστὸς ἐπέγραψε χρόα φωτός, sagitta perstrinxit cutem viri) scribo;

1., ut spectetur forma litterarum: litteras pingo (exaro) in tabula, membrana, charta aliave materia, Joh. 8, 6. (τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν, figuras insculpsit humo.) 2 Thess. 3, 17. (οὕτω γράφω, ita ego litteras pingere consuevi.) — Xen. Mem. 4, 2, 20. Dem. p. 121, 22.

2., ut spectetur scriptionis argumentum: — *a.*, litteris exprimo, sequentibus verbis, quae litteris expressa sunt, Luc. 1, 63. ἔγραψε λέγων· Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. — Joh. 19, 19. — Apoc. 14, 13. 21, 5. — Luc. 16, 6. γράψον· πεντήκοντα. — Joh. 19, 21. μὴ γράφε· ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος εἶπε· κ. τ. λ. — γράφω τι, Joh. 19, 22. (ὃ γέγραφα, γέγραφα.) — Apoc. 1, 3. (τὰ ἐν αὐτῇ, scil. τῇ προφητείᾳ, γεγραμμένα.) — γράφειν τι ἐπί τι, v. c. ὄνομά τι ἐπὶ τὴν ψῆφον, Apoc. 2, 17. — 3, 12. 19, 16. ἐπί τινος, 14, 1.

b., litteris mando (res, ne oblivioni dentur), aufzeichnen, Apoc. 1, 19. (γράψον, ἃ εἶδες.) 10, 4. 1, 11. — γράφειν εἰς βιβλίον, Apoc. 1, 11. — ἐπὶ τὸ βιβλίον (τῆς ζωῆς), Apoc. 17, 8. — ἐν τῷ βιβλίῳ (τῆς ζωῆς), Apoc. 13, 8. 20, 12. — γράφειν τινὰ ἐν τῷ βιβλίῳ (τῆς ζωῆς), i. e. referre aliquem (alicuius nomen) in librum, ut in libro exstet, Apoc. 20, 12. 15. 21, 27. — 22, 19. 18. (αἱ πληγαὶ αἱ γεγραμμέναι ἐν βιβλίῳ τούτῳ.) — τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς, Luc. 10, 20. (cf. Num. 11, 26.) Sens.: vestra nomina accensentur iis, quibus aeterna felicitas parata est (sie sind im Himmel aufnotirt). — γράφειν τί τινι (dat. commodi), in usum alicuius litteris aliquid mandare, Luc. 1, 3.

c., ἐγράφη, γέγραπται, γεγραμμένον ἐστί, de iis, quae scripta exstant in libris sacris (scil. Vet. Test.): *aa.*, absolute: γέγραπται, sequentibus verbis, quae e sacro codice excitantur, Matth. 4, 4. 6. 7. 10. (Luc. 4, 8. 10. v. 12. legitur: εἴρηται.) 21, 13. (Marc. 11, 17. Luc. 19, 46.) 26, 31. (Marc. 14, 27.) Marc. 7,

6. Luc. 24, 46. Act. 15, 15. — *καθὼς γέγραπται*, Rom. 1, 17. 2, 24. 3, 4. 10. 4, 17. 8, 36. 9, 13. 33. 10, 15. 11, 8. 26. 12, 19. 14, 11. 15, 3. 9. 21. 1 Cor. 1, 19. 31. 2, 9. 3, 19. 10, 7. 15, 45. 2 Cor. 8, 15. 9, 9. Gal. 3, 10. 13. 4, 22. 27. 1 Petr. 1, 16. — *ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος*, 1 Cor. 15, 54. — *κατὰ τὸ γεγραμμένον*, 2 Cor. 4, 13. — Luc. 20, 17. 22, 37. — *γεγραμμένον ἐστί*, Joh. 2, 17. 6, 31. 12, 14. — 1 Cor. 10, 11. *ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν*, scriptum vero est, scil. in iis libris, qui scripturae nomine veniunt; ita quoque Rom. 4, 23. 1 Cor. 9, 10. — *bb.*, nominatis auctoribus verborum scriptorum, Luc. 18, 31. *τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν*. — Marc. 12, 19. *Μωϋσῆς ἔγραψεν ὑμῖν* (Luc. 20, 28.). — *cc.*, formulae de ea re vel persona, ad quam, quae scripta sunt, referuntur. *α.*, dicitur scriptor sacer *γεγραφέναι τινά*, Joh. 1, 46. (*ὃν ἔγραψε Μωϋσῆς*, i. e. qui Mosi de Messia scribenti obversatus est, s. cuius imaginem expressit Moses.) — *τί*, Rom. 10, 5. (*Μωϋσῆς γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου*, i. e. Moses dum scribit: *ὅτι ὁ ποιήσας αὐτά κ. τ. λ.* haec scribens innuit s. dicit iustitiam, quae est ex lege. Ita Graeci dicunt: *εἰπεῖν τι*, Latini: dicere aliquid s. aliquem, einen oder etwas meinen.) — *β.*, *περί τινος*, scriptum est de aliquo, Matth. 26, 24. (Marc. 14, 21. — Luc. vero c. 22, 22. *κατὰ τὸ ὡρισμένον*, cf. Act. 2, 23.) Joh. 5, 45. Act. 13, 29. — *γ.*, *ἐπί τινα*, Marc. 9, 12. 13. (*γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου*, i. e. ut in eo eventum habeat.) — *ἐπ' αὐτῷ*, Joh. 12, 16. (ut sit lator quasi eorum, quae dicta s. scripta sunt.) — *δ.*, *τὰ γεγραμμένα τινί*, Luc. 18, 31. (*τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρ.*, i. e. quae scripta filio hominis sunt, ut peragat.)

d., *γράφειν*, *γεγραφέναι*, *γράψαι τινί*, per litteras (in epistola scripta) alicui aliquid significare, significasse, 2 Cor. 2, 9. Philem. v. 21. 2 Petr. 3, 15. 1 Joh. 2, 21. 3 Joh. v. 9. — *δι' ὀλίγων*, 1 Petr. 5, 12. — *τολμηρότερον ἔγραψα ὑμῖν ἀπὸ μέρους*, Rom. 15, 15. — *διὰ πολλῶν δακρύων ἔγραψα ὑμῖν*, 2 Cor. 2, 4. 7, 12. — *πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί*, Gal. 6, 11. — *διὰ μέλανος καὶ καλάμου*, 3 Joh. v. 13. — sequentibus verbis in epistola scriptis aut scribendis, Act. 15, 23. Apoc. 2, 1. 8. 12. 18. 3, 1. 7. 14. — *γράφειν τινί τι*, 1 Cor. 7, 1. 14, 37. 2 Cor. 1, 13. 2, 3. Gal. 1, 20. 1 Tim. 3, 14. 1 Joh. 1, 4. 2, 1. — *πολλά*, 2 Joh. v. 12. 3 Joh. v. 13. — *περί τινος*, 1 Joh. 2, 26. Act. 25, 26. 2 Cor. 9, 1. (*περὶ — περισσόν μοί ἐστι τὸ γράφειν ὑμῖν*.) 1 Thess. 4, 9. (*περὶ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν ὑμῖν*, de quo infinit. cf. Wineri grammat. N. T. Sect. 3. §. 38. et Hebr. 5, 12.) 5, 1. (*οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι*.) Jud. v. 3. — *γράφειν τινί*, seq. infinit., per litteras aliquem iubere aliquid facere, Act. 18, 27. — seq. *μή* cum infinit. (interdicere), 1 Cor. 5, 9. 11.

3., scribendo compono, — litteris exaro, cum accusat., v. c. *a.*, *βιβλίον* (*ἀποστασίου*), Marc. 10, 4. Joh. 21, 25. Apoc.

5, 1. βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, liber ex utraque parte litteris exaratus. (Erant scil. Hebraeorum libri volumina ad morem cylindri convolubilia, v. supra ἀναπτύσσω, ideoque intus tantum scribebantur, forinsecus vero involucro quodam tegebantur. Qui libri simul ὄπισθεν, i. e. ab extus, auf der Rückseite, scribebantur, hi aliquid habebant peculiare et dicebantur ὀπισθόγραφα. Plin. l. 3. epist. 5. Quod eius generis fuisse dicitur liber, de quo in loco laudato sermo est, eo significatur contenta fuisse illius libri plurima. Similis vero descriptio libri ex utraque parte exarati exstat Ezech. 2, 11. 3, 1.) — ἐπέθηκαν — τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, Matth. 27, 37. pro quo Luc. 23, 18. ἦν ἐπιγραφὴ γεγραμμένη (al. codd. ἐπιγεγραμμένη, e glossemate) ἐπ' αὐτῷ (i. q. ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, Matth. 27, 37.). — ἔγραψε τίτλον, Joh. 19, 19. — ἐπιστολήν, Act. 23, 25. Rom. 16, 22. 2 Petr. 3, 1. (Sic et Latini: scribere libros, poëmata, versus, orationes, testamenta.) — *b.*, ἐντολήν τινι, legem scribo alicui, Marc. 10, 5. 1 Joh. 2, 7. 8. 2 Joh. v. 5. (Aelian. V. H. 6, 10. Xen. H. G. 2, 5, 21.) — Moses dicitur Judaeis γράψαι (tamquam legislator), ἵνα, Marc. 12, 19. (Luc. 20, 28.) pro quo Matth. 22, 24. Μωϋσῆς εἶπεν.

Γραώδης, εος (ους), ὁ, ἡ, (a γραῦς, anus; i. q. γραϊκός, ή, όν) anilis, 1 Tim. 4, 7. (Strabo 1. p. 32. A.)

Γρηγορέω (ῶ), f. ήσω, (ἐγείρω, excito, perf. 2. ἤγορα cum reduplicat. ἐγήγορα. Sed littera r [εγρ] influxit ex forma syncopata: ἔγρομαι [ἐγέρομαι, ἐγείρομαι]. Ab hoc perfecto ducitur verbum γρηγορέω) vigilo, Matth. 24, 43. 26, 38. (Marc. 14, 34.) 40. (Marc. 14, 38.) Luc. 12, 37. 39. 1 Thess. 5, 10. (oppon. καθεύδω.) — tropice: caveo, ne imminente tempestate exitiali socordiae atque ignaviae me tradam, Matth. 24, 42. 25, 13. Marc. 13, 35. 1 Thess. 5, 6. (cf. Luc. 21, 34.) Apoc. 3, 2. 3. 16, 15. — attendo (ne corrumpar erroribus), Act. 20, 31. 1 Cor. 16, 13. 1 Petr. 5, 8. — curam exactissimam adhibeo, Col. 4, 2.

Γυμνάζω, f. άσω, (a γυμνός, nudus, propr. nudum facio, scil. corpus in palaestra exercitationis caussa, ut assuefiat certaminibus) exerceo; — γυμνάζειν ἑαυτόν, 1 Tim. 4, 7. — pass., Hebr. 5, 14. (γεγυμνασμένα αἰσθητήρια, sensus exercitatos, acres.) — 12, 11. — 2 Petr. 2, 14. καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας (lectio vulgar. πλεονεξίαις) ἔχοντες, animum, quem in artibus suis exercuit avaritia s. lucri studium. De genitivo v. Wineri grammat. N. T. Sect. 3. §. 23.

Γυμνασία, ας, ἡ, (a γυμνάζω) *a.*, propr., exercitatio in palaestra. — *b.*, omnino: exercitatio, 1 Tim. 4, 8. (ἡ σωματικὴ γυμνασία, corporis exercitatio more athletarum facta cursu, lucta, pugnis, abstinentia a cibis acrioribus, a re venerea etc. Cum hac autem exercitatione conferri h. l. τὴν εὐσέβειαν, patet inde, quod ἡ εὐσέβεια dicitur ἐπαγγελίαν ἔχειν, quemadmodum et illa exercitatio

spem praebebat accipiendae palmae, coronae etc. Illustratur hic locus verbis Pauli 1 Cor. 9, 25.)

Γυμνητεύω, f. σω, (vi vocis: γυμνήτην ago) ex eorum grege sum, qui leviter induti, s. qui male vestiti sunt, 1 Cor. 4, 11.

Γυμνός, ή, όν, nudus; **1.**, propr. *a.*, qui nullis vestibus indutus est, Marc. 14, 51. (ἐπὶ γυμνοῦ, scil. σώματος, super nudo corpore.) 52. — *b.*, male vestitus, Matth. 25, 36. 38. 43. 44. Act. 19, 16. (laceris vestibus.) Jac. 2, 15. — עָרוֹם, Job. 22, 6. 24, 10. 26, 6. — *c.*, veste interiore tantum (subucula) indutus (toga aut pallio depositis), Joh. 21, 7. cf. 1 Sam. 19, 24. Jes. 20, 2. Hesiod. Opp. v. 389. Virgil. Georg. 1, 299. — **2.**, trop., *a.*, 2 Cor. 5, 3. (licet exuerimus, tamen non erimus nudi, i. e. sine corpore. Cf. Plat. Crat. 20. καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ γυμνὴ τοῦ σώματος παρ' ἐκεῖνον ἀπέρχεται.) — *b.*, metaph., Hebr. 4, 13. i. q. denudatus, i. e. apertus. — *c.*, solus, merus, i. q. ψιλός (ut lat. nudus), 1 Cor. 15, 37. (γυμνὸς κόκκος.) — *d.*, egenus, quemadmodum is, qui vel vestibus caret, Apoc. 3, 17. 16, 15. — 17, 16. (meretrix denudata, imago regni cuiusdam omni ornatu omnibusque opibus privati.)

Γυμνότης, τητος, ἡ, (a γυμνός) nuditas, 2 Cor. 11, 27. (in vestium penuria.) Rom. 8, 35. — Apoc. 3, 18. (v. αἰσχύνη.) i. e. ne oculis pudenda tua s. nuditas, quae tibi turpitudini est. — vid. τοὺς ὁ, Gen. 19, 22. 23.

Γυναικάριον, ου, τό, diminutiv. vocis γυνή, γυναικός, cf. ἀνδράριον, κυνάριον, παιδάριον, χιτωνάριον. In scriptis graecis etiam τὸ γύναιον) muliercula (Terent. Heautontim. 3, 1, 35.), 2 Tim. 3, 6.

Γυναικεῖος, εία, εῖον, muliebris, 1 Petr. 3, 7. ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει γυναικείῳ, v. σκεῦος. (στολὴ γυναικεία, Deut. 22, 5. Xen. Mem. 2, 7, 5. ἱμάτια ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα.)

Γυνή, αικός, ἡ, **1.**, mulier, femina quaevis in genere tam coniux, quam virgo, Matth. 5, 28. 26, 6. 10. Luc. 13, 10. 21. Act. 5, 14. 8, 3. 9, 2. 22, 4. — Vocat. ὦ γύναι, allocutio comis et benigna, gute Frau! o bona! Matth. 15, 28. Luc. 13, 12. 22, 57. (cf. ἄνθρωπε, Luc. 5, 20. 12, 14. 22, 58.) Joh. 2, 4. 19, 26. 20, 15. (Hom. Il. 3, 204. Xen. Cyr. 5, 1, 6.) — iunct. cum adiectivis, Matth. 15, 22. γυνὴ χαναναία, mulier Cananaea, eine Cananäerin. (Marc. 7, 26. γυνὴ ἑλληνίς, συροφοίνισσα.) — χήρα, Luc. 4, 26. ita Hebraei pariter ac Graeci, v. 1 Reg. 7, 14. — **2.**, uxor, γυνή τινος, Matth. 5, 31. 32. et 19, 3. 5. 8. 9. 10. (Marc. 10, 2. 7. 11. 12. Luc. 16, 18.) Matth. 18, 25. Luc. 1, 18. 24. 3, 19. (Matth. 14, 3. Marc. 6, 17.) 8, 3. 1 Cor. 7, 2. — ἡ ὕπανδρος γυνή, Rom. 7, 2. — subintellecto γυνή, Joh. 19, 25. (ἡ τοῦ Κλωπᾶ.) Matth. 1, 6. — intelliguntur etiam uxores, Matth. 5, 28. 14, 21. 15, 38. — ἡ γυνὴ τοῦ πατρός, noverca, 1 Cor. 5, 1. (Levit. 18, 8.) —

Ut porro dicitur γυνή τινος uxor, quam quis habuit, quam viduam reliquit (Matth. 22, 24. 29. 30. 32. et loc. parall.), ita etiam virgo aliqua γυνή eius esse dicitur, cui iam desponsata est, Luc. 2, 5. Matth. 1, 20. (verte: ne dubites in domum recipere Mariam, sponsam tuam, i. e. quae est sponsa tua. Nam ne vertas cum doctiss. Fritzschio: ne reformides Mariam velut tuam uxorem, i. e. ut tua uxor sit, adsciscere, vetat articulus: τὴν γυναῖκά σου. Secus esset, si Matth. scripsisset: μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ γυναῖκα.) — cf. Apoc. 19, 7. 21, 9. — ἔχειν γυναῖκα, Matth. 14, 4. (Marc. 6, 18.) 22, 28. (Marc. 12, 23. Luc. 20, 33.) ut de uxore: ἔχειν ἄνδρα, v. ἔχω.

Γώγ, ὁ, Gog, Apoc. 20, 8. Nomen proprium indeclinabile gentis, ut videtur, Asiaticae septentrionalis s. scythicae. V. μάγωγ. (Apud Ezechielem 38, 3. 14. s. 39, 11. nomine Gog appellatur rex populi cuiusdam Magog dicti, qui ex septentrionalibus regionibus sit proruptarus atque terram Israëliticam invasurus.)

Γωνία, ας, ἡ, angulus, i. e. *a.*, quod nos dicimus: Ecke (v. Exod. 26, 23. 27, 2.), Matth. 6, 5. — κεφαλὴ γωνίας, Matth. 21, 42. (Marc. 12, 10. Luc. 20, 17.) Act. 4, 11. 1 Petr. 2, 7. caput anguli (רֹאשׁ פִּנָּה, Ps. 118, 22.), i. e. lapis angularis (ἀκρογωνιαῖος). — αἱ τέσσαρες γωνίαι τῆς γῆς, Apoc. 7, 1. 20, 8. quatuor anguli terrae, i. e. quatuor plagae mundi. — *b.*, ut nostrum: Winkel, et lat. angulus: locus abditus, Act. 26, 26. (Plato in Gorgia: βίον βιῶσαι ἐν γωνίᾳ. — Arrian. Dissertat. Epictet. 2, 12, 17. Cic. de orat. 1, c. 13.)

Δ.

Δαιμονίζομαι, f. ίσομαι, (a δαίμων) daemonis vi agitor (Plutarch. Symp. 7. Philem. ap. Stob. eccl. p. 196. ἄλλος κατ' ἄλλην δαιμονίζεται τύχην. Antiquiores Graeci: δαιμονιάω et δαιμονάω, quod de furentibus dicitur, Xen. Mem. 1, 1, 9. cf. δαιμόνιον ἔχειν, Joh. 10, 20. 21.). In N. T. δαιμονιζόμενοι fuisse dicuntur morbis afflicti homines, qui a daemonibus s. malis geniis obsessi esse, et ad quorum sanationem requiri putaretur daemonis ex eorum corpore eiectio. Occurrunt ex eo genere furibundi Marc. 5, 15. 16. coll. v. 3 — 10. (Luc. 8, 27 — 35. Matth. 8, 28.) Matth. 15, 22. (Marc. 7, 26.), qui expulso daemone dicuntur coepisse σωφρονεῖν, Marc. 5, 15. (Luc. 8, 35.) — caeci et muti, Luc. 11, 14. (Matth. 12, 22. 9, 32 — 34.) — morbo comitiali laborantes, Marc. 9, 18 — 22. 25. (Luc. 9, 39 — 42. Matth. 17, 15.) — cernui et incurvati, Luc. 13, 11. 13. 16. — Mentio eorum fit in genere, Matth. 8, 16. (Marc. 1, 32.) 4, 24. — dicuntur etiam ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, Luc. 6, 18. Act. 5, 16. — καταδυναστευόμενοι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, Act. 10, 38. Eiusmodi homines intelliguntur, ubi Jesus et apostoli perhibentur ἐκβεβληκέναι τὰ δαιμόνια, Marc. 1, 39. 3, 12. 22, 6. 7.

(Matth. 10, 1. Luc. 9, 1.) 13. — Sed Joh. 10, 20. 21. nihil aliud significatur, quam insania, τὸ μαίνεσθαι, ut diximus. Cf. Matth. 11, 18. — Lucas in suis commentar. hoc verbo abstinuit.

Δαιμόνιον, ου, τό, (a δαίμων, neutr. adi. δαιμόνιος, ία, ον) 1., numen, deus, genius, Schutzgott, Act. 17, 18. 1 Cor. 10, 20. 21. Apoc. 9, 20. (Diod. Sic. 20, 20. Aelian. V. H. 12, 57. Xen. Mem. 1, 1, 1.) Ex Judaeorum (et Christianorum) opinione numina illa, quibus gentiles sacra faciebant, diabolus et mali genii erant, honorem divinum sibi arrogantes, hominesque ad idololatriam seducentes, v. τοὺς ὁ, Ps. 96, 5. Baruch. 4, 7. Quare scriptoribus sacris 2., δαιμόνιον dicitur genius malus. Atque ut mali genii credebantur occupasse hominum, qui insanabilibus laborarent morbis, corpora, ita et iidem malorum et morborum auctores nomine appellantur δαιμονίων, Luc. 9, 1. (Marc. 6, 7. Matth. 10, 1. πνεύματα dicunt ἀκάθαρτα.) 49. (Marc. 9, 38.) 10, 17. 8, 28. 29. 33. 35. 38. Marc. 7, 29. Hi daemones dicuntur εἰςέρχεσθαι εἴς τινα, Luc. 8, 32. 33. — ἐκβληθῆναι et ἐξέρχεσθαι ἔκ τινος vel ἀπό τινος, Matth. 9, 33. 17, 18. Marc. 7, 29. 30. Luc. 8, 2. 33. 35. 4, 35. 41. Et homines, quibus insedisse putabatur daemon, dicuntur ἔχειν δαιμόνιον (s. δαιμόνια), Luc. 4, 33. 8, 27. — Id quod de Jesu ipso dictum, sibi vult, eum habuisse adiutorem diabolum, Marc. 3, 22. 30. — Sed auctore Joanne cap. 8, 48. 49. 52. 10, 21. coll. Matth. 11, 18. Luc. 7, 33., nihil aliud exprimere voluerunt calumniantes Judaei, quam eum, quem δαιμόνιον ἔχειν dicerent, insanire. V. δαιμονίζομαι. — πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, Luc. 4, 58. — πνεύματα δαιμονίων, Apoc. 16, 14. (v. πνεῦμα.) — A daemonibus etiam repetuntur pravi errores inter homines sparsi, quibus a salubri doctrina abducuntur, 1 Tim. 4, 1. — Dicuntur τὰ δαιμόνια et ipsa deum nosse et horrere, Jac. 2, 19.

Δαιμονιώδης, εος (ους), ὁ, ἡ, (Graecis: numini similis, divinus, a numine profectus) in N. T.: a malo genio proficiscens, Jac. 3, 15.

Δαίμων, ονος, ὁ, ἡ. (Apud Graecos: numen diis quidem inferius, sed heroibus superius, quod praesto esse credebant hominum cuicumque, numen tutelare, Hom. Il. 1, 222., nato ei additum pro monitore vigile atque morum censore (εὐδαίμων, ἀγαθοδαίμων). Alios contra putabant hominibus infensos esse, malorum, quae hominum vitae molesta essent, auctores, κακοδαίμονας. Demosth. p. 124, 26.) In N. T.: genius malus (v. δαιμόνιον), Marc. 5, 12. (Matth. 8, 31. Luc. 8, 29.) Apoc. 16, 14. (e vulgar. lect.) 18, 2.

Δάκνω, f. δήξομαι, 1., mordeo (propr., Aelian. V. H. 14, 4. Xen. Anab. 3, 2, 18. Deut. 8, 15.). — 2., metaph., conviciis proscindo, laedo, Gal. 5, 15. (Xen. Cyr. 1, 4, 13. 4, 3, 2. Arrian. Diss. Epictet. 2, 22.)

Δάκρυ, υος, τό, lacryma, Luc. 7, 38. 44. (βρέχειν τοῖς

δάκρυσι. Dativ., Hom. Il. 10, 566. Dem. p. 872. ult.) — μετὰ δακρύων, Marc. 9, 24. Act. 20, 19. 31. Hebr. 5, 7. 12, 17. — 2 Cor. 2, 4. (διὰ πολλῶν δακρύων.) — 2 Tim. 1, 4. (μεμνημένος σου τῶν δακρύων.) — Formam nominativi: τὸ δάκρυον, habes Apoc. 7, 17. 21, 4. (τοῖς δακρύοις, Aelian. V. H. 14, 22. Xen. Oecon. 10, 8.)

Δακρύω, f. ύσω, lacrymor, fleó, Joh. 11, 35. (Herodian. 6, 4, 3. Xen. Cyr. 3, 1, 7.)

Δακτύλιος, ου, ὁ, annulus, Luc. 15, 22. (δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, — ornamentum ditiorum et honoratiorum, cf. Gen. 41, 43. 1 Macc. 6, 16. Jac. 2, 2.)

Δάκτυλος, ου, ὁ, digitus, Matth. 23, 4. (Luc. 11, 46.) Marc. 7, 33. Joh. 8, 6. 20, 25. 27. — Luc. 11, 20. (ἐν δακτύλῳ θεοῦ, per dei potentiam, vi divina. Exod. 8, 15. — Matth. 12, 28. ἐν πνεύματι θεοῦ, mutata voce propter verba versus 31. ἡ τοῦ πνεύματος βλασφημία.)

Δαλμανουθά, ἡ, Dalmanutha, nomen oppiduli vel vici haud procul ab urbe Magdala dissiti, Marc. 8, 10. (coll. Matth. 15, 39.)

Δαλματία, ας, ἡ, Dalmatia, provincia Europae, Illyrici magni s. Slavoniae pars, ad mare Adriaticum sita, contermina Macedoniae et Mysiae superiori, a Liburnia Titio amne, qui nunc est Chaerea, separata. (Nomen a Dalmio s. Dalminio metropoli accepit secundum Strabon. 7, p. 484. B. et Stephanum sub v. Δάλμιον.) 2 Tim. 4, 10.

Δαμάζω (vel δαμάω), f. άσω, domo, Marc. 5, 4. — pass., Jac. 3, 7. (δαμάζεται καὶ δεδάμασται φύσει ἀνθρωπίνῃ. Xen. Mem. 4, 1, 3.) 8. (τὴν γλῶσσαν, i. e. coërcere.)

Δάμαλις, εως, ἡ, (cohaeret cum verbo δαμαλίζω, quod ap. Pindarum occurrit, a δαμάλης ductum atque idem significans, quod δαμάω) vacca, iuvenca, Hebr. 9, 13. (οἱ ὁ, Jes. 7, 21. 15, 5. Hos. 4, 16.)

Δαμασκηνός, ή, όν, (v. Δαμασκός) Damascenus, Damasco oriundus, 2 Cor. 11, 33.

Δαμασκός, οῦ, ἡ, Damascus (hebr. דַּמֶּשֶׂק s. דַּרְמֶשֶׂק, 1 Chron. 18, 5. 6.), urbs celeberrima et florentissima Coelesyriae (Strab. 16. p. 1095.) inter Libanum et Antilibanum in regione amoenissima ac fertilissima sita, distans a mari 400 circiter stadiis, condita ad Chrysorrhoam amnem, quo interfluo media quasi scinditur. Exstitit haec urbs iam Abrahami temporibus, Gen. 14, 15. 15, 12. Pauli aetate eam rex Arabiae Petraeae, Aretas dictus (qui socer erat Herodis Antipae), expugnavit, 2 Cor. 11, 32. Gal. 1, 17. Magna ibi versabatur Judaeorum multitudo, quandoquidem Josephus memoriae prodidit, Nerone imperante a Damascenis Judaeorum decem millia, collecta forte in thermis publicis, trucidata esse, Bell. Jud. 2, 35. In eam urbem se contulit Paulus, ut, quos ibi offendis-

set Christianos, eos captivos Hierosolyma deduceret, Act. 9, 2 seq. 22, 5.

Δανείζω, f. *είσω*, (a *δάνειον*, q. v.) mutuam do pecuniam sine usuris (siquidem Judaeis pecuniam apud populares in foenore ponere lege vetitum erat, Levit. 25, 36. s.), Luc. 6, 34. 35. (Aelian. V. H. 4, 1. Xen. Symp. 4, 45. Cyrop. 3, 1, 34.) Cf. *ἐκδανείζω*, Exod. 22, 24. (25.) Pass. *δανείζεσθαι* pecunia dicitur, quae mutua datur. Sed med. *δανείζομαι*, mutuam sumo s. mutuor pecuniam, Matth. 5, 42. — *δανείζομαι ἀργύριον*, Xen. Mem. 2, 7, 2. (Differunt ergo *ὁ δανειστής*, der Darleiher, et *ὁ δανειζόμενος*, der Erborger. — Signif. quidem *δανείζειν* etiam mutuam dare pecuniam cum usura, s. foenori dare; attamen si hanc Graeci verbo subiici volunt vim, ei fere semper addunt: *ἐπὶ τόκῳ*, ut notavit Salmasius in libro de usuris, Lugd. B. 1638. 8.)

Δάνειον, *είου*, *τό*, (neutr. adiectivi *δάνειος*, a *δάνος*, donum, Gabe) quod mutuum datur sine usura et foenore, Matth. 18, 27. (*καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ*. Recte Vulgatus: et debitum dimisit ei.) Deut. 24, 11. — Hesych. *δάνειον· ὄφλημα, χρέος, δῶρον*.

Δανειστής, *οῦ*, *ὁ*, (a *δανείζω*, q. v.) creditor, qui mutuam pecuniam dedit, Luc. 7, 41. — *οἱ ὁ*, 2 Reg. 4, 1. Ps. 109, 11. (Sed apud Graecos invalescente foenore dici sic coepit foenerator, i. e. qui foenore vel usura elocat pecuniam, ein Wucherer; et iactatur vox danistae a Graecis mutuata etiam in latinis comoediis Plauti, ubi adiect. quoque occurrit: danisticus.)

Δαπανάω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a *δαπάνη*) **1.**, sumtus facio, insumo, impendo, Marc. 5, 26. (*δαπανήσασα τὰ παρ' αὐτῆς πάντα*.) — Xen. Mem. 1, 7, 2. *δαπανᾷν πολλά*. — *ἐπί τινι*, Act. 21, 24. (*δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς*, sumtus fac in eos, wende die Kosten auf sie.) — *ὑπέρ τινος*, 2 Cor. 12, 15. (*ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν*, ego lubentissime bona mea insumam et consumar propter vos.) — **2.**, sensu malo: perdo, dilapido, abligurio bona, Luc. 15, 14. (*δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα*.) Jac. 4, 3. (*ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε*, ut voluptatibus vestris indulgentes s. luxuriose bona accepta consumatis, profundatis. Male alii h. l. construunt *δαπανᾷν ἔν τινι* conferentes formulam: *τιθέναι ἔν τινι*. Nam hac ratione scribendum auctori fuisset verbis transpositis: *ἵνα δαπαν. ἐν ταῖς ἡδ. ὑμῶν*.)

Δαπάνη, *ης*, *ἡ*, (a *δάπτω*) impensa, sumtus, Luc. 14, 28. (plural., Xen. Mem. 3, 6, 6.) — *οἱ ὁ*, Esdr. 6, 4.

Δέ, coniunctio, **1.**, vim habens adversativam et distinctivam: autem, vero. *a.*, constat particulas *μέν* et *δέ* sibi invicem respondere in enuntiationibus distributivis atque alteram personam vel rem ab altera distinguentibus, Marc. 1, 7. 4, 4. 5. Matth. 13, 20. 22. 23 (Luc. 8, 13. 14. 15.) 38. (*ὁ δὲ ἀγρὸς — τὸ δὲ καλὸν σπέρμα*.) 39. (*ὁ δὲ ἐχθρὸς — ὁ δὲ θερισμός*.) 8, 21. (coll. v. 19.)

9, 37. (ὁ μὲν θερισμὸς — οἱ δὲ ἐργάται. Cf. Luc. 10, 2.) 20, 23. (τὸ μὲν ποτήριον — τὸ δὲ καθίσαι κ. τ. λ. Cf. Marc. 10, 39. 40.) Rom. 8, 10. 1 Cor. 12, 8 — 11. Gal. 4, 25. Hebr. 1, 7. 8. 11. (αὐτοὶ — σὺ δέ.) 7, 21. 23 et 24. 9, 23. Luc. 7, 44 — 46. — Loci huius generis sunt innumeri. Pertinent huc vero etiam *b.*, narrationes, quae plures homines secum invicem colloquentes aut agentes faciunt, atque eum, qui notatus nomine iam est, aut qui primas partes agit, a caeteris distinguunt pronominis ope et coniunctionis illius distinctivae: ὁ δέ, αὐτὸς δέ (er aber), v. c. Marc. 1, 45. (coll. v. 44.) 5, 34. 6, 28. (coll. v. 27.) 37. 7, 6. (Matth. 15, 3.) Matth. 13, 29. 37. 52. 15, 23. 24. 25. 26. Luc. 4, 40. 43. 5, 16. 6, 8. 8, 10. 54. 15, 29. — οἱ δέ, Marc. 3, 4. 8, 28. cf. 8, 29. ὑμεῖς δέ. — Luc. 6, 11. ut fit in sexcentis locis, addito quidem etiam nomine proprio, v. c. ὁ δὲ Ἰησοῦς (ἀποκριθεὶς) εἶπε, Matth. 8, 22. 9, 12. 22. 13, 57. Marc. 1, 40. Luc. 7, 43. 2, 19. al. (Loci tamen paralleli saepius *aa.*, coniunctionem non cum pronomine aut nomine proprio, sed cum alia sententiae parte, potissimum cum verbo, consociant, v. c. Marc. 1, 45. ὁ δὲ ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν κ. τ. λ. Luc. 5, 15. contra: διήρχετο δὲ μᾶλλον κ. τ. λ. — Matth. 8, 22. ὁ δὲ Ἰησ. εἶπεν αὐτῷ; — sed Luc. 9, 60. εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησ. — Marc. 6, 37. et Matth. 14, 16. ὁ δὲ — εἶπεν αὐτοῖς, sed Luc. 9, 13. εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, cf. Luc. 15, 3. alios l. omittimus. Nonnunquam loci paralleli *bb.*, sic differunt, ut ubi in altero loco membra orationis particula adversativa δέ disiuncta sunt, ibi in altero coniunctio obtineat copulativa: καί, e. g. Matth. 4, 4. ὁ δὲ ἀποκριθείς, sed Luc. 4, 4. καὶ ἀπεκρίθη. — Cf. Matth. 4, 22. et Marc. 1, 20. — Marc. 1, 28. et Luc. 4, 37. — Matth. 9, 12. et Marc. 2, 17. Luc. 5, 31. — Matth. 14, 6. et Marc. 6, 21. — Matth. 14, 15. et Marc. 6, 35. — Matth. 14, 21. 23. et Marc. 6, 44. 47. — Matth. 20, 22. et Marc. 10, 38. — Luc. 6, 7. et Marc. 3, 2. — Luc. 8, 21. 24. 27. et Marc. 3, 34. 38. 5, 2. — Luc. 11, 18. 19. et Matth. 12, 26. 27. al.) — *c.*, Ponitur δέ in oratione membratim divisa sic, ut etiamsi μέν non praecesserit, id tamen antecedentibus cogitando possit addi, atque sententiae hanc mutuam rationem habeant, quasi essent coniunctionibus latinis: quidem — atvero, s. quamquam (quamvis, licet) — tamen, distinctae, 1 Cor. 7, 25. 2 Cor. 6, 10. — Rom. 7, 14. Luc. 7, 28. — Matth. 8, 20. et Luc. 9, 58. (αἱ ἀλώπεκες — ὁ δὲ υἱὸς τ. ἀνθρ.) Luc. 12, 48. (ὁ δὲ μὴ γνούς, ποιήσας δέ.) Marc. 9, 50. et Luc. 14, 34. i. e. conceditur, salem esse rem bonam, atvero cett.) Matth. 7, 15. (οἵτινες ἔρχονται — ἔσωθεν δέ κ. τ. λ.) cf. Luc. 16, 17. Hebr. 1, 11. al.) — *d.*, legitur ante sententiam praecedenti contrariam, Matth. 6, 14. 15. (ἐὰν ἀφῆτε — ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε.) 23. Luc. 6, 49. (ὁ δὲ ἀκούσας κ. μὴ ποιήσας.) Marc. 3, 29. (ὃς δ᾽ ἂν βλασφημήσῃ κ. τ. λ.) 8, 35. et Matth. 16, 25. Luc. 9, 24. (— ὃς δ᾽ ἂν ἀπολέσῃ.) Matth.

18, 16. Marc. 2, 18. Luc. 10, 10. 11, 22. 12, 45. 1 Cor. 7, 39. al. Tritissima est formula: εἰ δὲ μή (μήγε), sin minus, Marc. 2, 22. (cf. loc. parall.) Matth. 6, 1. Luc. 14, 32. Joh. 14, 2. 11. al. — Hinc δέ etiam corrigendi aut limitandi vim accipit, ut sit i. q. πλήν, potius, v. c. Matth. 6, 19. 20. (μὴ θησαυρίζετε — θησαυρίζετε δέ.) 10, 28. (μὴ φοβηθῆτε — φοβήθητε δὲ μᾶλλον. cf. Luc. 12, 4. 5.) Matth. 10, 5. 6. 6, 33. (Luc. 12, 31. πλήν.) — i. q. immo vero, et nostr.: wohl aber, 1 Petr. 1, 12. (οὐχ ἑαυτοῖς, ἡμῖν δέ.) Hebr. 9, 12. (οὐδὲ δι' αἵματος τράγων — διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος.) Jac. 1, 14. 2, 11. (εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δέ.) cf. Rom. 3, 4. 4, 5. 6, 22. 1 Cor. 7, 37. Gal. 3, 20. — ἑνὸς οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστιν — wohl aber Gott ist ein einiger. — 2 Tim. 2, 22. Hebr. 4, 15. 12, 13. Gal. 2, 20. 1 Cor. 3, 15. (οὕτως δέ.) — atque ut limitandi, ita etiam vi pollet explicandi, v. c. Joh. 3, 19. 6, 39. Rom. 9, 30. (δικαιοσύνην· δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως, i. e. iustitiam videlicet, quae est e fide.) cf. 3, 22. 1 Cor. 1, 12. 2, 6. (σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου.) 7, 29. 15, 23. Gal. 2, 2. al.

2., Dicunt, δέ habere interdum vim transitivam et copulativam. Rectius dices, coniunctione δέ *a.*, in narrationibus historicis *aa.*, a scriptore terminum notari, unde transitus ad rem primariam fiat; h. e. ad eam rem, cuius caussa ea, quae antecesserunt, praemissa sunt, ideoque saepissime poni cum aliquo participio, Matth. 1, 24. 2, 3. 10. 13. 19. 22. 3, 7. 4, 18. (Marc. 1, 16.) 8, 16. (Marc. 1, 32. Luc. 4, 40.) Marc. 1, 14. 9, 25. 10, 14. 15, 33. (coll. Matth. 27, 45.) Luc. 1, 26. (coll. v. 24.) 39. 2, 17. 3, 15. 4, 42. 5, 4. 7, 3. 9. 12. 20. 8, 4. 15, 17. al. Joh. 2, 9. (ὡς δέ.) 23. 6, 12. 16. 7, 10. — Marc. 13, 11. (ὅταν δέ.) Joh. 4, 31. (ἐν δὲ τῷ μεταξύ.) 51. 7, 37. al. — Sed *bb.*, etiam occurrit in observationibus narrationi interiectis vel praemissis, Marc. 2, 6. (ἦσαν δέ τινες κ. τ. λ.) 10, 32. 14, 44. 15, 6. 7. (Matth. 27, 15, 16.) Luc. 9, 7. 46. 13, 1. 10. 15, 1. 16, 14. al. — Joh. 1, 45. 2, 6. 4, 4. 34. 5, 2. 5. 6, 6. 10. 7, 2. 39. al. — *cc.*, ab initio pericoparum collocatur plerumque formulam explens: ἐγένετο δέ (quae formula tamen semper ante se habet alias narrationes, easque ita sequitur, ut sensus sit: sed quod hactenus dictum est, non unice memorabile est, accidit enim et hoc, quod nunc dicetur), Luc. 3, 21. 6, 1. 12. 8, 40. 9, 28. 37. 51. 10, 38. al. — *b.*, in explicatione sententiarum logica coniunctio δέ ad argumentationem adhibetur, et facit *aa.*, addita coniunctioni εἰ protasin, ubi ratio concluditur ex aliquo posito et in progressis iam commemorato, Matth. 6, 30. 1 Cor. 12, 19. 15, 12. 13. 14. 16. 19. al. — *bb.*, saepius urget notionem, voce aliqua expressam, atque idem est quod: iam vero, atqui, Rom. 5, 23. (ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται.) Gal. 3, 20. (ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστι.) Hebr. 7, 7. 8, 13. 11, 6. (6, 11.) al. — *cc.*, ubi cum interrogatione ponitur, plerumque ante interrogationem sententia aliqua supplenda

est, v. c. Matth. 6, 27. (τίς δὲ ἐξ ὑμῶν, h. e. sed si hoc, quod dixi, non reputatis, dicite mihi, quis vestrum cett.) cf. Luc. 6, 46. — Luc. 11, 11. (τίνα δέ — supple: sed si petenti cuique ad deum aditum patere creditis, quid respondebitis ad quaestionem hanc?) 7, 3. (supple: sed si haec vera sunt, quid tu nihilominus cett.) 11, 16. (suppl.: quae cum ita sint, dicite mihi, cui — comparem.) Luc. 17, 7. (suppl.: sed si vobis quaedam dubitatio remanet, quaero ego cett.) — excipe locum Hebr. 3, 17. 18.

3., Dicunt, δέ ibi legi, ubi γάρ exspectasses, Matth. 23, 5. Marc. 16, 8. At mihi crede, nihil falsius dici. (Sens. loci prioris est: multa quidem praeter necessitatem hominibus iniungunt, quae vero faciunt bona opera aliisque hominibus imperanda, ea faciunt, ut cett. — In altero loco sens. est: celerrime a sepulcro aufugerunt, sed pervaserat eas tremor et horror, et ob id ipsum nemini quidquam dicebant, quippe quia timore perculsae erant.)

Δέησις, εως, ἡ, (a δέομαί τινος, quod signif. *a*., indigeo; *b*., rogo, precor) **1**., indigentia (Aeschin. Dial. Socr. 2, 39. 40.). — **2**., precatio. Coniungitur cum voc. προςευχῆς. Act. 1, 14. (προςκαρτεροῦντες τῇ προςευχῇ καὶ τῇ δεήσει.) Eph. 6, 18. Phil. 4, 6. — 1 Tim. 5, 5. h. l. plural. ut Luc. 2, 37. (νηστεύαις καὶ δεήσεσι λατρεύειν.) 5, 33. (δεήσεις ποιεῖσθαι.) — ἡ δέησίς σου, Luc. 1, 13. (εἰςηκούσθη.) — αὐτῶν (scil. τῶν δικαίων), 1 Petr. 3, 12. — ἐν ταῖς δεήσεσί μου, 2 Tim. 1, 3. — ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν θεόν, Rom. 10, 1. — addito ὑπέρ τινος, 2 Cor. 9, 14. Phil. 1, 4. et seq. ἵνα, 2 Cor. 1, 11. — περί τινος, Eph. 6, 18. — δέησις speciatim: preces pro aliis factae, deprecatio, Fürbitte, Phil. 1, 19. Jac. 1, 16. 1 Tim. 2, 1. (ποιεῖσθαι δεήσεις, προςευχάς κ. τ. λ.)

Δεῖ, impersonal. oportet, imperf. ἔδει, oportebat, fut. δεήσει, oportebit (hoc in N. T. non occurrit). Cf. nostr.: es bedarf, (a δέω, scil. τινός, f. δεήσω, opus habeo, indigeo) *a*., seq. solo infinit.: man muss, 2 Cor. 11, 30. (εἰ καυχᾶσθαι δεῖ.) Act. 5, 29. (πειθαρχεῖν δεῖ.) 15, 5. Tit. 1, 11. (οὓς non pertinet ad δεῖ, sed ad ἐπιστομίζειν.) Joh. 4, 20. (ὅπου δεῖ προςκυνεῖν.) Luc. 13, 14. (ἐργάζεσθαι.) 18, 1. (πρὸς τὸ δεῖν προςεύχεσθαι.) — Rom. 12, 3. (παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν.) — subintellecto pron. ὑμᾶς, Act. 27, 21. ut Luc. 15, 32. subintellecto: σέ. Infinit. aor., Luc. 12, 12. (ἃ δεῖ εἰπεῖν.) 11, 42. et Matth. 23, 24. (ἔδει ποιῆσαι ταῦτα.) — *b*., seq. accusat. cum infinit.: me, te, eum cett. oportet. *aa*., infinit. praesentis, Luc. 2, 49. (δεῖ εἶναί με.) Act. 16, 30. (τί με δεῖ ποιεῖν;) — Act. 9, 6. (τί σε δεῖ ποιεῖν;) Joh. 3, 30. (ἐκεῖνον — αὐξάνειν.) 4, 24. 9, 4. 1 Tim. 3, 7. (δεῖ αὐτὸν ἔχειν.) Act. 25, 24. Col. 4, 6. (πῶς δεῖ ὑμᾶς ἀποκρίνεσθαι;) — 1 Thess. 4, 1. 2 Tim. 2, 6. 24. 1 Cor. 11, 19. 2 Cor. 2, 3. — infinit. praes. pass., Luc. 22, 7. (ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα.) Act. 25, 10. (οὗ με δεῖ κρίνεσθαι.) — οὓς ἔδει — παρεῖναι, εἴ τι ἔχοιεν πρός με, quos oporteret — adesse, si quid ha-

berent, quod adversus me proferrent, Act. 24, 19. — *bb.*, infinit. aoristi, Matth. 16, 21. (ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν — καὶ — παθεῖν. coll. Marc. 8, 31. Luc. 9, 22.) Act. 9, 16. Matth. 17, 10. et Marc. 9, 11. (ἐλθεῖν.) — δεῖ — γενέσθαι, Matth. 26, 54. 24, 6. (Marc. 13, 7. Luc. 21, 9.) — Joh. 10, 16. (κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν.) Luc. 4, 43. (μὲ δεῖ — εὐαγγελίσασθαι.) 19, 5. (μεῖναι.) 18, 21. — 1 Cor. 15, 53. (δεῖ — ἐνδύσασθαι.) Hebr. 11, 6. (πιστεῦσαι.) Act. 21, 22. (συνελθεῖν.) Act. 3, 21. Joh. 3, 14. — εἰςελθεῖν, Act. 14, 21. Marc. 13, 10. (δεῖ κηρυχθῆναι.) — ἔδει (αὐτὸν παθεῖν) — ἀναστῆναι, Luc. 24, 26. 46. 47. Hebr. 9, 26. Joh. 20, 9. — πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύτην, Act. 1, 16. — οὐκ ἔδει καὶ σέ, Matth. 18, 33. (ἐλεῆσαι.) 25, 27. (ἔδει σε βαλεῖν.) — κἂν δέῃ με, ἐάν με δέῃ, Matth. 26, 35. et Marc. 14, 31. (συναποθανεῖν σοι.) — cum pronominibus vel adverbiis relativis positum nonnunquam infinitivum sibi e praecedentibus attrahit, Marc. 13, 14. ὅπου οὐ δεῖ, scil. στῆναι.) — Tit. 1, 11. (ἃ μὴ δεῖ, scil. διδαχθῆναι.) — Rom. 1, 27. τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, scil. ἀπολαμβάνεσθαι (compensationem debitam). Significatio non mutatur Act. 4, 12. (ὄνομα, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. Sens.: nullum alium inter homines ea deus auctoritate instruxit, ut nos oporteat per eum salvos fieri cett.)

Δεῖγμα, τος, τό, (a perfecto pass. δέδειγμαι verbi δείκω = δείκνυμι, q. v.) **1.**, propr., quod ostenditur vel ostensum est. Harpocration: δεῖγμα κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πωλουμένων, i. e. specimen rerum venalium, quod emtoribus monstrari ac proponi solebat. — Hinc **2.**, cuiusvis rei specimen et exemplum (Polyb. 3, 69, 3. 5, 88, 8. 6, 58, 1.); ita Judae v. 7. (δεῖγμα πυρὸς αἰωνίου, cf. 2 Petr. 2, 6. et 3 Macc. 2, 5.) — Ab hac voce deriv. verbum sequens.

Δειγματίζω, f. σω, ostendo in exemplum; — τινά, contumeliae s. ignominiae expono (cf. παραδειγματίζω, θεατρίζω), Col. 2, 15. (τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισε.) Vox Graecis incognita.

Δεικνύω (unde infin. praes., Matt. 16, 21. — δεικνύεις, Joh. 2, 18. — τοῦ δεικνύοντος, Apoc. 22, 8. Hesiod. ἔργ. v. 421. 472. Cebet. Tab. c. 4.) vel δείκνυμι (Matth. 4, 8. 1 Cor. 12, 31. Joh. 5, 20. qua forma ad exprimendum praesens et imperfectum tempus Attici fere sola utuntur, v. Matthiaei gramm. Gr. §. 210. not. 1.), f. δείξω, monstro, ostendo; — τινί τι, Matth. 4, 8. (Luc. 4, 5.) Joh. 14, 8. 9. (δεῖξον.) 20, 20. — 1 Cor. 12, 31. (ὁδόν τινι, qua via incedendum, i. e. quid agendum sit, aliquem docere.) cf. 1 Sam. 12, 23. Hebr. 8, 5. (κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι.) — Marc. 14, 15. et Luc. 22, 12. (ὑμῖν δείξει.) — ἑαυτὸν δεικνύναι τινί, Matth. 8, 4. (Marc. 1, 44. Luc. 5, 14.) — de iis, quae alicui in visione repraesentantur, τινί τι, Apoc. 17, 1. 22, 1. 8. — δεῖξαί τινι, ἃ δεῖ γενέσθαι, Apoc. 1, 1. 4, 1. 22, 6. — *b.*, conspiciendum dare, i. e. efficere ea, quae quis conspicere potest, sehen lassen, de miracu-

lis, quae auctor aliis conspicienda praebet, i. e. coram iis edit, Joh. 2, 18. (τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν;) 10, 38. (cf. ἐπιδεῖξαι, Matth. 16, 1.) Sed aliter hoc dicitur Joh. 5, 20. (opera monstrare alicui, qui ea peragat.) — 1 Tim. 6, 15. (ἥν, scil. τὴν ἐπιφάνειαν, δείξει.) — δεῖξαί τι ἔκ τινος, v. c. Jac. 2, 18. (τὴν πίστιν ἐκ τῶν ἔργων.) 3, 13. (τὰ ἔργα ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς.) — c., verbis demonstro, doceo, seq. ὅτι, Matth. 16, 21. (pro δεικνύειν Marc. 8, 31. διδάσκειν.) — seq. acc. c. inf., Act. 10, 28.

Δειλία, ας, ἡ, (a δειλός, q. v.) timiditas, Feigheit, 2 Tim. 1, 7. (πνεῦμα δειλίας, i. e. qui nos timidos faciat, oppon. δύναμις. Cf. Rom. 8, 15. πνεῦμα δουλείας.) Xen. Mem. 1, 1, 16. oppon. ἀνδρία.

Δειλιάω (ῶ), f. άσω, (a δειλία) timidus sum, Joh. 14, 27. (μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω. cf. Deut. 31, 6. 1, 31. Graeci potius utuntur composito: ἀποδειλιῶ, cf. Passow. lex. Graec. tom. 1. p. 311. ed. 2.

Δειλός, ή, όν, (a δείω = δείδω, timeo) qui in timorem inclinat, timidus, ignavus, meticulosus, Matth. 8, 26. (Marc. 4, 40.) Apoc. 21, 8.

Δεῖνα, ὁ, ἡ, τό, gen. δεῖνος, dat. δεῖνι, acc. τόν, τήν, τὸ δεῖνα, (v. Matthiaei gr. Graec. §. 151.) ille quidam, h. e. quem statim nominare nequeo, aut cuius dici nomen nihil attinet, Matth. 26, 18.

Δεινῶς, adv., (a δεινός, terribilis, quod formatur a δείω, timeo, ut ἐλεεινός ab ἐλεέω) terribiliter, vehementer, Matth. 8, 6. (δεινῶς βασανιζόμενος.) Luc. 11, 53. (δεινῶς ἐνέχειν, cod. lat. graviter insistere.)

Δειπνέω (ῶ), f. ήσω, (a δεῖπνον, q. v.) coeno, absol. (Xen. Mem. 2, 7, 12.), Luc. 17, 8. (ἑτοίμασον, τί δειπνήσω.) 22, 20. et 1 Cor. 11, 25. (μετὰ τὸ δειπνῆσαι.) — metaph., Apoc. 3, 20. (δειπνεῖν μετά τινος.)

Δεῖπνον, ου, τό, (apud Hom. epulum matutinum s. ientaculum, Il. 2, 381. 8, 53. coll. v. 66. quod seriores Graeci τὸ ἄριστον vocant [v. supr. ἄριστον], τὸ δεῖπνον contra dicentes epulum vespertinum, coenam, Eustath. ad Hom. Od. 1, 124. Pollucis Onomast. 6, 1.) coena, Luc. 14, 12. 16. (δεῖπνον ποιεῖν, ita et) Marc. 6, 21. (δ. ποιεῖν τινι.) Joh. 12, 2. — cf. Gen. 40, 20. Dan. 5, 1. — Joh. 21, 20. (ἐν τῷ δείπνῳ, inter coenam.) — 1 Cor. 11, 20. 21. (δεῖπνον φαγεῖν, i. e. cibum capere in memoriam coenae dominicae, v. κυριακόν.) Joh. 13, 2. (δείπνου γενομένου, i. e. coena parata, cf. Tob. 2, 2. Athen. 4, 4.) — ἡ ὥρα τοῦ δείπνου, Luc. 14, 17. — γεύεσθαι τοῦ δείπνου, Luc. 14, 24. v. γεύω. — ἐγείρεσθαι ἐκ τοῦ δείπνου, Joh. 13, 4. — καλεῖσθαι εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου, Apoc. 19, 9. — συνάγεσθαι εἰς τ. δ., v. 17. — plur., Marc. 12, 39. (Luc.

20, 46. πρωτοκλισίας, et Matth. 23, 6. τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις.)

Δεισιδαίμων, ονος, ὁ, ἡ, (a δείδω, timeo, et δαίμων, numen; v. supr. ἀνεξίκακος) i. q. δεισίθεος, qui numen (numina) metuit (Xen. Cyr. 3, 3, 58. Ages. 11, 8.), qui de rerum suarum eventu sollicitus est ideoque curat, ne quis deus sibi infensus sit (de superstitioso Theophr. capit, Char. 16. (22.) cui δεισιδαιμονία est δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον, et Plutarch. lib. de δεισιδαιμονίᾳ, Opp. Tom. 2, p. 460.), Act. 17, 22. (κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ, omnino vos tamquam religiosiores, i. e. qui prae caeteris religionis studio teneantur, specto.) Hinc voc. sequens.

Δεισιδαιμονία, ας, ἡ, metus deorum (est eius, qui anxie curat, ne deos sibi infensos reddat). Etym. M. δεισιδαιμονία· ἡ πρὸς τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐπιμέλεια καὶ φόβος. Ergo etiam de religione dic., quae speciem habet superstitionis. Ita Act. 25, 19.

Δέκα, οἱ, αἱ, τά, decem, Matth. 20, 24. — Apoc. 2, 10. (θλίψις ἡμερῶν δέκα, decem i. e. paucorum deorum. Cf. Amos. 5, 3. Dan. 1, 12.)

Δεκαδύω, i. q. δώδεκα, duodecim, Act. 19, 7. 24, 11.

Δεκαπέντε, i. q. πεντεκαίδεκα, quindecim, Joh. 11, 18. Act. 27, 28. Gal. 1, 18.

Δεκάπολις, εως, ἡ, Decapolis, regio Decapolitana, i. e. regio, decem urbes comprehendens. Appellatur hoc nomine regio tribus Manassiticae trans Jordanem sita et fines Syriae attingens, decem urbes primarias, quibus quidem et alia oppidula interiecta erant, complexa. Sed in enumeratione harum decem urbium scriptores geographici variant. Plin. H. N. 5, 18. iis annumerat Damascum, quam exclusisse videtur Josephus, Scythopolin μεγίστην τῆς Δεκαπόλεως dicens, B. J. 3, 16. Alias accensent Brocardus (Palaest. Colon. 1724. 8.) Ligtfoot. (hor. hebr. p. 563. seq.) Cellar. (Notit. orb. ant. 2, 630.). In eo consentire videntur omnes, quod ex earum urbium numero fuerint Gadara, Hippo, Pella, Scythopolis. V. Winer., bibl. Reallex. sub voc. Decapol. — Matth. 4, 25. Marc. 5, 20. 7, 31.

Δεκατέσσαρες, ων, οἱ, αἱ, quatuordecim, Matth. 1, 17. 2 Cor. 12, 2. Gal. 2, 1.

Δέκατος, η, ον, (a δέκα) decimus, Joh. 1, 40. — Apoc. 11, 13. (τὸ δέκατον τῆς πόλεως, decima urbis pars.) — Hunc et alios numeros ordinales habes Apoc. 21, 20.

Δεκάτη, ης, ἡ, decima pars cuiuscunque rei, decimae, der Zehend. Speciatim decima pars praedae ab hoste captae, Hebr. 7, 2. 4. (δεκάτην μερίζειν, διδόναι, ἀπό s. ἔκ τινος.) — decimae, quae lege Mosaica e frugibus terrae et pecoribus in ecclesia Israëlitica Levitis offerebantur, Hebr. 7, 8. (δεκάτας λαμβάνειν.)

Δεκατόω (ῶ), f. ώσω, (a δέκατος) decimo, decimam par-

tem excerpo (Graeci: δεκατεύω); — τινά, decimo aliquem, decimas exigo vel accipio ab aliquo, Hebr. 7; 6. — pass. decimor, i. e. decimas persolvo, Hebr. 7, 9.

Δεκτός, ή, όν, (a δέχομαι, q. v., 3. perf. pass. δέδεκται) *a.*, acceptus. — *b.*, ut lat. acceptus i. q. gratus, Luc. 4, 24. Phil. 4, 18. (θυσία δεκτή.) — τινί, Act. 10, 35. — καιρῷ δεκτῷ, tempore iucundo, cui respondet in altero versus membro ἡμέρα σωτηρίας, 2 Cor. 6, 2. (ex Jes. 49, 8.) — ἐνιαυτὸς δεκτός, annus laetus, felix, Luc. 4, 19. (ex Jes. 61, 2. cf. 49, 8. — ἐνιαυτὸν κηρύσσειν, similitudine sumta ab anno iubilaeo, Levit. 25, 8 — 17. 39 — 41. qui per praeconem buccinae sono indici solebat.)

Δελεάζω, f. άσω, (a δέλεαρ, esca) **1.**, propr. inesco, esca capio, mit Lockspeise kirren. (Ita dicuntur v. c. aves γαστρί i. e. τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ φαγεῖν, appetitu, δελεάζεσθαι s. ἄγεσθαι πρὸς τὸ δέλεαρ, Xen. Mem. 2, 1, 4. — dicitur etiam de piscibus aliisque animalibus.) — **2.**, metaph. τινά, inesco i. e. blandimentis circumvenio aliquem, 2 Petr. 2, 14. 18. — pass. ὑπό τινος, Jac. 1, 14. (h. l. accuratius eo definitur verbum ἐξέλκομαι.)

Δένδρον, ου, τό, arbor, Matth. 7, 17. 3, 10. Marc. 8, 24. al. — de sinapi, Matth. 13, 32. (Marc. 4, 32. Luc. 13, 19.) γίνεται δένδρον, i. e. in arboris magnitudinem excrescit.

Δεξιολάβος, ου, ὁ, ἡ, (compos. ex δεξιός, q. v., et λήβω = λαμβάνω) plur., Act. 23, 23. cum eorum h. l. praesto esse iubeantur ducenti, videntur intelligendi esse lancearii (dextera lanceam gestantes), quos intellexit etiam interpres Vulgatus. Nam si alii cogitant de tribunis militum, quorum fuerit custodire captivos, a manu dextera catenae alligatos, his obstare videtur horum hominum h. l. commemorata multitudo.

Δεξιός, ά, όν, (a δέχομαι, f. ξομαι vel δέκω, quod affine est verbo δείκνυμι, propr. de manu ea, qua capi pariter solet atque monstrari; oppon. ἀριστερός, ά, όν, sinister) dexter, Matth. 5, 29. (ὁ ὀφθαλμός.) Apoc. 10, 2. (ὁ πούς.) Luc. 22, 50. (τὸ οὖς.) Joh. 18, 10. (τὸ ὠτίον.) Matth. 5, 39. (ἡ σιαγών.) — ἡ δεξιὰ χείρ, Matth. 5, 30. Luc. 6, 6. Apoc. 1, 16. 10, 1. 13, 16. — Act. 3, 7. (πιάσαι τινὰ τῆς δεξιᾶς χειρός.) Apoc. 1, 17. — sive omisso nomine χείρ, ἡ δεξιά (ut ἡ ἀριστερά) simpliciter, Matth. 27, 29. 6, 3. (Sens.: ne lucri cupidus recipere sinistra stude, quod benigne tribuisse videris dextera.) — Apoc. 1, 20. 2, 1. (κρατεῖν τι ἐν τῇ δεξιᾷ.) 5, 7. — διδόναι τὴν δεξιάν s. τὰς δεξιάς, data dextera fidem firmare, Gal. 2, 9. — Deus hoc illudve effecisse dicitur τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ e consuetudine loquendi hebraica, i. e. potentia sua, Act. 2, 33. 5, 31. — 2 Cor. 6, 7. (τὰ ὅπλα τὰ δεξιά, i. e. gladius, καὶ ἀριστερά, i. e. scutum.) Joh. 21, 6. (τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου.) — *b.*, ἡ δεξιά — ἐπὶ τὴν δεξιάν, ad dexteram, i. e. ad dexterum latus, Apoc. 1, 5. — τὰ δεξιά, latus dexterum, Marc. 6, 5. — ἐκ δεξιῶν τινος, lat. ad dextram, v. c. ἱστάναι τινά (oppon. ἐξ εὐωνύμων), Matth. 25,

33. 34. — σταυρῶσαί τινα, Matth. 27, 38. et Marc. 15, 27. Luc. 23, 33. (ἐκ δεξιῶν scil. αὐτοῦ.) — ἑστάναι, Luc. 1, 11. (ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου.) — εἶναι, Act. 2, 25. (ex Ps. 16, 8. mihi a dextris est, scil. tamquam dux, qui me sustentet, ut patet e verbis: ἵνα μὴ σαλευθῶ.) Ut in his formulis Graeci praepositione ἐκ, ita Hebraei interdum praepos. מִן vel מִ (מִימִין a dextera, "מֵאֵצֶל פ, a latere alicuius) et Latini praepos. ab utuntur (v. c. sedere a dextera alic., proximum esse ab aliquo), quia situm assidentis vel adstantis definiunt ab eo proficiscentes, cui quis adstare vel assidere dicitur. — καθίσαι vel καθῆσθαι ἐκ δεξιῶν κ. ἐξ εὐωνύμων τινὸς βασιλέως, i. e. proximos ab eo locos et honores occupare, tenere, Marc. 10, 37. 40. (Matth. 20, 21. 23. — Hebr. "יָשַׁב לִימִין פ, 1 Reg. 2, 19. Ps. 45, 10.) — concisius: οἱ ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, Matth. 25, 34. coll. v. 41. καθῆσθαι ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ, ad dei dexteram sedentis in solio h. e. regnantis; sedere h. e. cum deo regnare. Hoc in loco Ps. 110, 1. de Judaeorum rege, qui Jehovae vices gerere putabatur, dictum tamquam promissum spectatur, quod Davides, Psalmi auctor, factum a deo crediderit Messiae, Matth. 22, 44. 45. (Marc. 12, 36. 37. Luc. 20, 42 — 44.) Ratum id in se fore in coelum discessuro, asserit ipse Jesus, Matth. 26, 64. (Marc. 14, 62. Luc. 22, 69. ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. v. δύναμις.) et apostoli tradunt, Jesum post suam e mortuis resurrectionem ad dei dexteram consedisse, i. e. regni socium a deo constitutum esse, Marc. 16, 19. Act. 2, 33 — 36. Rom. 8, 34. et 1 Petr. 3, 22. (ἐστιν ἐν δεξιᾷ τ. θεοῦ.) Eph. 1, 20. (ἐκάθισεν ἐν τ. δεξ. τοῦ θεοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.) Hebr. 10, 12. Col. 3, 1. (ἐστὶ καθήμενος ἐν τ. δεξ. τ. θεοῦ.) Hebr. 1, 3. (ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς.) 13. 8, 1. (ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσ. ἐν τοῖς οὐρανοῖς.) 12, 2. (ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ.) cf. βασιλεύειν, 1 Cor. 15, 25. (ubi ad Ps. 110, 1. alluditur.) Dicitur etiam ἑστάναι ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ, Act. 7, 56.

Δέομαι, f. δεήσομαι, aor. 1. ἐδεήθην, verbum depon., (Phrynichus reprehendit formas, quae duplex ε non contractum habent, ut δέεσθαι, ad morem Ionum. Occurrunt vero apud Atticos plura neglectae contractionis exempla, v. c. ῥέει, ἔπλεε, πλέειν et ἐδέετο, obvium illud Luc. 8, 38. Hiob. 19, 16. habet ipse Xen. H. G. 6, 1, 6. v. Lobeck. ad Phryn. p. 220.) — τινός: **1.**, careo, indigeo. — **2.**, rogo aliquem, in blandis allocutionibus, Gal. 4, 12. — *a.*, ita positum, ut res petita oratione directa sequatur enuntiata, Luc. 8, 28. (δέομαί σου, μή με βασανίσῃς.) 9, 38. Act. 21, 39. — 8, 34. (δέομαί σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει τοῦτο; de quonam, quaeso, vates haec dicit?) 2 Cor. 5, 20. Luc. 5, 12. — *b.*, constructe: *aa.*, seq. infinitivo, Luc. 8, 38. (ἐδέετο αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ — εἶναι σὺν αὐτῷ, id quod Marc. 5, 18. sic expressit: παρεκάλει αὐτὸν ὁ —, ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ.) Act. 26, 3. (δέομαί σου, μακροθύμως ἀκοῦσαί με.) Ita et Graeci. V. Wi-

neri gramm. N. T. Sect. 3. §. 38. — *bb.*, seq. accus. c. infinit, 2 Cor. 8, 14. (δεόμενοι ἡμῶν, δέξασθαι ἡμᾶς τὴν χάριν —.) 2 Cor. 10, 2. (δέομαι τὸ μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί κ. τ. λ., quod sic explica: δέομαι τὸ μὴ θαῤῥῆσαί με παρόντα, rogo, ne praesens utar, s. ne mihi praesenti utendum sit illa licentia, qua quid ausus esse existimor contra etc. Sed pro accusativo cum infinitivo positus est h. l. nominativus propter δέομαι. De qua constructione v. Matth. gramm. Graec. §. 536.) — *cc.*, seq. ὅπως, Luc. 10, 2. (Matth. 9, 38.) — ἵνα, Luc. 9, 40. — *dd.*, seq. εἰ ἄρα, si forte, Act. 8, 22. — εἴ πως, Rom. 1, 10. (in utroque loco εἰ cum futuro.) — **3.**, preces facio; *a.*, absol., Act. 4, 31. 1 Thess. 3, 10. — *b.*, constr., *aa.*, — τοῦ θεοῦ, Act. 10, 2. — *bb.*, seq. ἵνα, orare, ut, sich erbitten, dass (cf. Marc. 13, 18. Matth. 24, 20.), Luc. 21, 36. (male Wahl. cum Fritzschio: eo fine, ut.) 22, 32. — *cc.*, πρὸς θεόν s. πρὸς τὸν κύριον, ὅπως, Act. 8, 24.

Δέον, οντος, τό, (a δέω, opus habeo, deficio, v. δεῖ. Conferri potest cum lat. debitum) *a.*, quod decet, quod convenit; — τὰ μὴ δέοντα, 1 Tim. 5, 13. — *b.*, δέον ἐστί, opus est, Act. 19, 36. seq. acc. c. inf. — εἰ δέον ἐστί, si opus est, 1 Petr. 1, 6.

Δέος, ους, τό, (a δέω = δείδω, metuo) metus, Hebr. 12, 28. (e lectione nonnullor. codd.)

Δερβαῖος, ου, ὁ, Derbensis, Derbe oriundus, Act. 20, 4.

Δέρβη, ης, ἡ, Derbe, urbs Lycaoniae in confiniis Isauriae, quae etiam Δέλβεια, Delbia, nomine Lycaonibus iuniperum significante, appellabatur, Act. 14, 6. 20. 16, 1.

Δέρμα, τος, τό, (a δέρω s. δείρω, excorio, ut κέρμα a κείρω) cutis, pellis, Hebr. 11, 37. (ἐν αἰγείοις δέρμασιν.)

Δερμάτινος, η, ον, (a δέρμα, τος, cf. κεράτινος, al.) coriaceus; — ζώνη δερματίνη, Matth. 3, 4. (Marc. 1, 6. cf. 2 Reg. 1, 8.)

Δέρω, f. δερῶ, (aor. 1. ἔδειρα, aor. 2. pass. ἐδάρην, f. 2. pass. δαρήσομαι) **1.**, excorio, corium detraho, Hom. Il. 1, 459. — **2.**, percutio, verbero, durchgerben; — τινά, Matth. 21, 35. (Marc. 12, 3. 5. Luc. 20, 10. 11.) Joh. 18, 23. (τί με δέρεις;) Act. 5, 40. 16, 37. 22, 19. — 2 Cor. 11, 20. (εἰς πρόςωπον δέρειν τινά.) — ἀέρα δέρειν, 1 Cor. 9, 26. v. ἀήρ. — Pass., Marc. 13, 9. (lege: καὶ ἐν συναγωγαῖς δαρήσεσθε, cf. Act. 22, 19.) Luc. 12, 47. (δαρήσεται πολλάς, scil. πληγάς, multis verberibus afficietur.) v. 48. (ὀλίγας, cf. Xen. Anab. 5, 3, 12. παίειν ὀλίγας. Soph. Ant. v. 1412. παίειν διπλῆν. Aristoph. Nub. v. 968. τύπτεσθαι πολλάς.)

Δεσμεύω, f. εύσω, (s. δεσμέω, q. v., a δεσμός, vinculum, quod formatur a δέω, vincio, quamquam perf. pass. non habet δέδεσμαι, ut τελέω, τετέλεσμαι, sed δέδεμαι) *a.*, vinculis constringo,

Act. 22, 4. — *b.*, colligo, zusammenbinden, Matth. 23, 4. (δεσμεύουσι φορτία βαρέα.)

Δεσμέω (ῶ), f. ήσω, vincio, ligo, Luc. 8, 29. (ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι.)

Δέσμη, ης, ἡ, (a δέω, v. δεσμεύω) fasciculus, manipulus, Bündel, Matth. 13, 30. (δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας, colligate illa in fasciculos.) Exod. 12, 22.

Δέσμιος, ίου, ὁ, vinctus, in vincula coniectus, Matth. 27, 15. 16. (Marc. 15, 6. 7.) Act. 16, 25. 27. 23, 18. (ὁ δέσμιος Παῦλος.) 28, 16. 17. (δέσμιος παρεδόθην.) — ὁ δέσμιος τοῦ χριστοῦ Ἰησοῦ, i. e. Jesu Christi caussa.) Eph. 3, 1. 2 Tim. 1, 8. Philem. v. 7. 9. — ὁ δέσμιος ἐν κυρίῳ, Eph. 4, 1. (sed ἐν κυρίῳ h. l. potius iungendum est cum παρακαλῶ.) plur., Hebr. 13, 3. — οἱ ὁ, Eccles. 4, 14. Zach. 9, 11. 12.

Δεσμός, οῦ, ὁ, (a δέω, v. supr. δεσμεύω) vinculum, Marc. 7, 35. (ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, i. e. sublatum est impedimentum loquelae.) Luc. 13, 16. (λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ, de muliere incurvata et quasi vinculis constricta.) — Plural. (forma Atticis usitata) τὰ δεσμά, Luc. 8, 29. (διαῤῥήσσειν.) Act. 16, 26. (τὰ δεσμὰ ἀνέθη.) 20, 23. Alteram formam: οἱ δεσμοί, habes Phil. 1, 13. (ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν χριστῷ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, i. e. ut captivitas mea tamquam caussa Christi omnium oculos in se convertat in toto praetorio.) — genitivus et dativus in locis sequentibus: Act. 22, 30. (λύειν τινὰ ἀπὸ τῶν δεσμῶν.) 23, 29. 26, 29. 31. — Phil. 1, 7. 14. Col. 4, 18. — 2 Tim. 2, 9. Philem. v. 10. Hebr. 10, 34. (al. h. l. legi volunt δεσμίοις.) 11, 36. Jud. v. 6. (αὐτοὺς δεσμοῖς ἀϊδίοις τετήρηκεν.) — Philem. v. 13. (ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου, in vinculis, in quae mecum doctrina de hominum salute coniecta est.)

Δεσμοφύλαξ, κος, ὁ, (ex δεσμός et φύλαξ a φυλάσσω, cf. θησαυροφύλαξ) carceris et vinctorum custos, commentariensis, Act. 16, 23. 27. 36. — Gen. 39, 21. 22. 23.

Δεσμωτήριον, ίου, τό, (propr. adi., ad quod suppletur δῶμα, a δεσμωτήρ, quod est i. q. δεσμώτης, vinctus, captivus; v. supr. αἰσθητήριον, ἀκροατήριον) carcer, Matth. 11, 2. Act. 5, 21. 23. 16, 26. — Cf. Gen. 40, 3. Aelian. V. H. 1, 6. Herodot. 3, 28.

Δεσμώτης, ου, ὁ, (i. q. δεσμωτήρ) vinctus, captivus, Act. 27, 1. 42. — οἱ ὁ, Gen. 39, 21.

Δεσπότης, ου, ὁ, herus (cui subsunt δοῦλοι, οἰκέται), pater familias, 1 Tim. 6, 1. 2 Tim. 2, 21. Tit. 2, 9. 1 Petr. 2, 18. — Deus hoc nomine salutatur ab eo, qui se eius δοῦλον appellat, Luc. 2, 29. cf. Act. 4, 24. 29., aut eum omnibus imperare dicit, Apoc. 6, 10. (Gen. 15, 8.) Judae v. 4. — Christus, qui servos sibi emerit, 2 Petr. 2, 1.

Δεῦρο, adv., 1., de loco, huc, veni, Matth. 19, 21. (Marc.

10, 21. Luc. 18, 22.) oppon. ὕπαγε. Joh. 11, 43. δεῦρο ἔξω. — Act. 7, 34. (δεῦρο ἀποστελῶ σε.) Apoc. 17, 1. (δεῦρο δείξω σοι.) 21, 9. Act. 7, 3. (δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω, Gen. 12, 1. οἱ ὁ sic vertunt לֵךְ et לְכִי, Judic. 4, 22. 9, 4. בּוֹאִי, 2 Sam. 13, 11. — Hom. Il. 3, 130. 23, 485. Aristoph. Thesmoph. v. 325. — 2., de tempore: ἄχρι τοῦ δεῦρο, ad hunc usque diem, hucusque, Rom. 1, 13. (μέχρι τοῦ δεῦρο. Thucyd. μέχρι δεῦρο. Plut. vit. Pomp. c. 24.) — Plur.: δεῦτε, venite, Matth. 25, 34. (δεῦτε οἱ — κληρονομήσατε.) 28, 6. et Joh. 4, 29. (δεῦτε, ἴδετε.) 21, 12. (δεῦτε, ἀριστήσατε.) Apoc. 19, 17. (δεῦτε καὶ συνάγεσθε.) — δεῦτε ὀπίσω μου, Matth. 4, 19. (Marc. 1, 17.) — δεῦτε εἰς (τοὺς γάμους), Matth. 22, 4. — Marc. 6, 31. (εἰς ἔρημον τόπον.) — δεῦτε πρός μέ, Matth. 11, 28. (2 Reg. 3, 13.) — i. q. ἄγε ante coniunctiv.: δεῦτε, ἀποκτείνωμεν, Matth. 21, 38. (Marc. 12, 7. Luc. 20, 14. Gen. 37, 19. לְכוּ. Jud. 9, 15. בֹּאוּ.)

Δευτεραῖος, αία, αῖον, (a δεύτερος) secundarius, secundo die aliquid faciens (cf. τριταῖος, τεταρταῖος, πεμπταῖος, ἑκταῖος, etc.), Act. 28, 23. (δευτεραῖοι ἤλθομεν, secundo die venimus.) Cf. Xen. Cyr. 5, 2, 1. Arrian. Expedit. Alex. 1, 1. δεκαταῖος ἀφίκετο. V. Viger. edit. Herm. p. 71.

Δεύτερον, v. δεύτερος.

Δευτερόπρωτος, ου, ὁ, ἡ, secundo primus, der Zweiterste, Luc. 6, 1. ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ, putant dici primum sabbatum, a die secundo festi paschalis (maxime festivo, quippe quo primitiae messis deo offerebantur, Levit. 23, 11.) numeratum, sabbatum igitur, quod simul πρῶτον et δεύτερον dici potuerit. (Sed uti hanc vocem illo loco ignorant plures codd. et verss. orient., ita conflata esse videtur ex duplici glossemate. Cum nimirum Luc. 6, 6. legatur: ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ, adscribendam nescio quis duxit σαββάτῳ, 6, 1. commemorato, ordinis notationem: πρώτῳ. Alius vero respiciens primum illud sabbatum, Luc. 4, 31. commemoratum, in margine adspersit δεύτερον. Utraque notatio coaluit post in monstrum vocis: δευτερόπρωτον. Facile quoque patet, Lucam noluisse afferre, quoto et quali sabbato res narranda acciderit, verum eam accidisse aliquo sabbato, id quod eo magis patebit, si construxeris: καὶ ἐγένετο, ἐν σαββάτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν κ. τ. λ.)

Δεύτερος, έρα, ον, secundus, Matth. 22, 26. (Marc. 12, 21. Luc. 20, 30.) Joh. 4, 54. Luc. 19, 18. 12, 38. Act. 13, 33. Apoc. 4, 7. 6, 3. 16, 3. 21, 19. — alter (ex duobus), Matth. 22, 39. (Marc. 12, 31.) 1 Cor. 15, 47. 2 Petr. 3, 1. Hebr. 8, 7. 10, 9. Apoc. 2, 11. et 20, 14. et 21, 8. (ὁ δεύτερος θάνατος.) Tit. 3, 10. (μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν.) ratione loci et situs habita, Act. 12, 10. Hebr. 9, 3. 7. — 2 Cor. 1, 13. (ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε, ut geminum vel iteratum beneficium haberetis, ex ulteriore scil. et copiosiore institutione captum.) — 2., δεύτερον, neutr. adverb. *a.*, iterum, Joh. 3, 4.

Apoc. 19, 3. — addito πάλιν (iterum altera vice), Joh. 21, 16. (sequitur enim v. 17. τὸ τρίτον.) — *b.*, secundo, deinde, 1 Cor. 12, 28. (ut ibid. τρίτον, tertio.) — τὸ δεύτερον, secunda vice, 2 Cor. 13, 2. Judae v. 5. (ubi ἅπαξ et τὸ δεύτ. invicem opponuntur, ut Hebr. 9, 28. ἅπαξ et ἐκ δευτέρου.) — ἐκ δευτέρου, Marc. 14, 72. Joh. 9, 24. Act. 11, 9. Hebr. 9, 28. (in omnibus his l. de re sermo est bis aut pluries repetita.) — addito πάλιν, Matth. 26, 42. Act. 10, 15. (ita Graeci, Hom. Od. 3, 161. ἐπὶ δεύτερον αὖτις. Aristoph. Nub. v. 971. αὖ πάλιν αὖθις. — Max. Tyr. 15, 3. πάλιν αὖ, quibus formulis pleonasmi speciem exuit Weiskius de pleon. p. 142.) — ἐν τῷ δευτέρῳ, beim zweiten Male, Act. 7, 13. (cum altera vice venissent.)

Δέχομαι, f. ξομαι, perf. δέδεγμαι, verb. depon. — τινά vel τί: 1., capio, τί, rem aliquam, i. e. *a.*, sumo in manus, nehmen, Luc. 16, 6. 7. (τὸ γράμμα.) 22, 17. (τὸ ποτήριον.) apprehendo, suscipio, Eph. 6, 17. (τὴν περικεφαλίαν, τὴν μάχαιραν.) Luc. 2, 28. (— εἰς τὰς ἀγκάλας.) — *b.*, oblatum aliquid recipio; — trop., τὸν λόγον, Luc. 8, 13. (Matth. et Marc. λαμβάνειν.) Act. 8, 14. 11, 1. 17, 11. 1 Thess. 1, 6. 2, 13. 1 Cor. 2, 14. (οὐ δέχεται, quia ipsi μωρία est.) Jac. 1, 21. — τὴν παράκλησιν, 2 Cor. 8, 17. (additur: σπουδαιοτέρως.) — τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας, 2 Thess. 2, 10. (oppon. τῇ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας per paronomasian.) — εὐαγγέλιον, 2 Cor. 11, 4. — *c.*, τινὰ ἄνθρωπον, excipio aliquem (hospitio), Matth. 10, 41. 42. Marc. 6, 11. (Matth. 10, 14. Luc. 9, 5.) Marc. 9, 37. (Matth. 18, 5. Luc. 9, 48.) Luc. 9, 53. 10, 8. 10. Act. 21, 17. (ἀσμένως.) Gal. 4, 14. Col. 4, 10. — Hebr. 11, 31. (μετ' εἰρήνης.) — 2 Cor. 7, 15. (μετὰ φόβου καὶ τρόμου.) — 2 Cor. 11, 16. ὡς ἄφρονα δέξασθέ με, ut vanum s. stultum ferte me. — δέξασθαί τινα εἰς οἶκον, Luc. 16, 4. 9. (cf. ὑποδέχομαι, Luc. 10, 38.) aliquem in domum recipere, eique domicilium ac victum praebere. — 2., occupo, Act. 3, 21. (δέχομαι οὐρανόν. Alii οὐρανόν subiectum faciunt, cui rationi obstat, quod non scriptum est τὸν οὐρανόν.) — 3., accipio, Marc. 10, 15. (Luc. 8, 17. τὴν βασ. τοῦ θεοῦ.) Act. 7, 38. (λόγια ζῶντα.) 2 Cor. 6, 1. — τὶ παρά τινος, Act. 22, 5. (ἐπιστολάς.) Act. 28, 21. (γράμματα ἀπὸ Ἰουδαίας.) — *b.*, accipio, i. e. disco, Phil. 4, 18. (δεξάμενος τὰ περὶ ὑμῶν. — παρά τινος.) Huc ref. Matth. 11, 14.

Δέω, f. δήσω, aor. ἔδησα, perf. δέδεκα, pass. δέδημαι et δέδεμαι, — τινά, vel τί (hominem vel rem, oppon. λύειν); *a.*, de rebus: ligo, Matth. 13, 30. (δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας.) — Act. 10, 11. (ὀθόνην τέσσαρσι ἀρχαῖς δεδεμένην, linteum, quatuor extremitatibus alligatum.) — *b.*, de animali aliquo, quod impediatur, ne circumvagetur, anbinden, Matth. 21, 2. (Marc. 11, 2. Luc. 19, 30. ὄνος δεδεμένος, alligatus.) — ita de ventis, Apoc. 9, 14. — *c.*, de hominibus: vincire; *aa.*, de furibundis, Marc. 5, 3. 4. (pass. δέεσθαι πέδαις ἁλύσεσι, cf. Act. 12, 6. 21, 33. — Luc. 8, 29.

δεσμεῖσθαι), aut eis, quos prohibere volunt, quominus suis viribus utantur, Marc. 3, 27. (Matth. 12, 29.) — *bb.*, de iis, qui captivi ducuntur et in carcerem coniiciuntur. Activum habes in locis sequentibus: Marc. 6, 17. (Matth. 14, 3. Ἡρώδης ἔδησεν αὐτόν, scil. τὸν Ἰωάννην, vinculis eum constringi iussit.) 15, 1. (Matth. 17, 2. δήσαντες αὐτὸν ἀπήγαγον s. ἀπήνεγκαν.) Joh. 18, 12. (ἔδησαν αὐτόν.) Act. 9, 14. (ἔχει ἐξουσίαν δῆσαι πάντας, potestatem omnes vinctos ducendi.) 21, 11. (δήσουσιν αὐτόν.) — vinctum aliquem tenere, Apoc. 20, 2. (ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη.) — Matth. 22, 13. (δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας — ἐκβάλετε cett.) Act. 22, 29. (δεδεκώς.) — Passivum in locis hisce: Joh. 18, 24. (ἀπέστειλαν αὐτὸν δεδεμένον πρός.) Act. 9, 2. et 21. (δεδεμένον ἄγειν τινά.) 21, 13. (δεθῆναι ἑτοίμως ἔχω.) Col. 4, 3. (δι' ὃ καὶ δέδημαι, vinctus teneor.) Marc. 15, 7. (ἦν — δεδεμένος, i. e. detinebatur δέσμιος, cf. Matth. 27, 16.) Scil. perfectum de statu adhuc durante, ut in hac phrasi, 2 Tim. 2, 9. ὁ λόγος τοῦ θεοῦ οὐ δέδεται, nullis vinculis constrictus tenetur. (Sens.: haec vincula mea nullo modo impediunt cursum evangelii.) — Act. 24, 27. (κατέλιπε τὸν Παῦλον δεδεμένον.) — *cc.*, Satanas mulierem incurvatam dicitur δῆσαι, vinculis constrinxisse, Luc. 13, 16. — *dd.*, occurrit de mortuorum corporibus dictum, quae fasciis et linteis vinciri solebant, Joh. 11, 44. (ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τοὺς πόδας κ. τὰς χεῖρας κειρίαις, fasciis ligatus pedibus manibusque, cf. ibid. λύσατε αὐτόν. De accusat. v. Wineri grammat. Sect. 3. §. 26. et cf. loc. 1 Tim. 6, 5. 2 Tim. 4, 3.) — Joh. 19, 40. (ἔδησαν τὸ σῶμα ὀθονίοις, i. e. obvinxerunt illud linteis.) Ita dativum instrumenti: δέειν τινά τινι, vincire aliqua re, habes Marc. 5, 3. Act. 12, 6. 21, 33. Joh. 11, 44. 19, 40. — Graeci etiam ἔν τινι, Herodot. 3, 23. Xen. Anab. 4, 3. 8. — *d.*, trop. et metaph., Act. 20, 22. (ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι πορεύομαι εἰς, vinctus animo s. potius a spiritu divino vinctus abducor, i. e. impulsum divinum sequens proficiscor, cf. τὸ πνεῦμα, Act. 8, 29. 39.) — cum dat. pers., δεδέσθαι τινί, i. q. πρός τινα, obstrictum esse alicui, an jemand gebunden sein, Rom. 7, 2. (ἡ γυνὴ — τῷ ἀνδρί.) 1 Cor. 7, 27. (δέδεσαι γυναικί, — oppon. λέλυσαι ἀπό.) v. 39. (δέδεται, absolute, oppon. ἐλευθέρα ἐστί.) — δέειν et λύειν, Matth. 16, 19. voces ita dictae, ut δέω, ligo, respondens τῷ אָסַר Rabbinorum, significet: interdico, et λύω ex usu hebr. הִתִּיר sit contrarium: licitum pronuntio, v. Ligtfoot. ad h. l. Gesen. lex. s. v. אָסַר. Sens.: quamcumque rem in terra concesseris, in coelo concessa erit, et quamcumque in terra interdixeris, interdicta erit in coelo.) Matth. 18, 18.

Δή, particula, orta, ut videtur, a coniunct. ἤδη (Hesych. δὴ γάρ· ἤδη γάρ. cf. Xen. Cyr. 3, 3, 24. 43. Viger. p. 501. — in soluta oratione nunquam ab initio, apud poëtas Homer. et Pindar. tamen etiam ab initio ponitur), est **1.**, vox adhortantis. Quare ut in Graecor. libris (v. Matthiaei gr. §. 603.), ita et in N. T. cum

imperativis et 1. pers. coniunctivi consociatur, Act. 13, 2. (ἀφορίσατε δή.) 1 Cor. 6, 20. (δοξάσατε δή.) Luc. 2, 15. (διέλθωμεν δή.) Act. 15, 36. (ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα.) — 2., igitur, 2 Cor. 12, 1. Matth. 13, 23. ubi ad id oratio revolvitur, quod in superioribus iam assertum est. — (Xen. Oecon. 1, 14. Polyb. 2, 5, 2. 2, 12, 8. Lucian. Dial. Deor. 4, 5.)

Δῆλος, η, ον, (de etymo non constat) conspicuus, manifestus, Matth. 26, 73. (δῆλόν σε ποιεῖ.) — δῆλον, scil. ἐστί, manifestum est, patet, seq. ὅτι, 1 Cor. 15, 27. Gal. 3, 11. 1 Tim. 6, 7. — (Xen. Anab. 1, 3. 9.) Hinc verbum sequens.

Δηλόω (ῶ), f. ώσω, i. e. δῆλον ποιῶ, manifestum facio; — τί, 1 Cor. 3, 13. (i. q. φανερὸν ποιῆσαι.) — *b.*, notum facio, Col. 1, 8. (τὴν ἀγάπην τινός.) — τινὶ περί τινος, ὅτι, 1 Cor. 1, 11. — *c.*, cognoscendum do, indico, zu verstehen geben; τί, Hebr. 12, 27. — 2 Petr. 1, 14. (καθὼς ἐδήλωσέ μοι.) — seq. acc. c. inf., Hebr. 9, 8. — *d.*, δηλοῦν εἰς καιρόν τινα, hindeuten, 1 Petr. 1, 11. (quod aut quale tempus designaret.)

Δημηγορέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum δημηγόρος, a δῆμος, populus, et ἤγορα ab ἀγείρω, convoco, cf. θεολόγος ab ἔλογα verbi λέγω, θεοτόκος ab ἔτοκα verbi τέκω s. τίκτω, al.) concionor, verba ad populum facio (absolute, Xen. Mem. 3, 6, 1.); ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς, Act. 12, 21. (Verbum simplex est ἀγορεύω, non ἀγορέω, ut cum Schleusnero Wahlius posuit.)

Δημιουργός, οῦ, ὁ, (ex δήμιος, publicus, ad populum, τὸν δῆμον, pertinens, et ἐργός ab ἔργω, ut in vocibus ἀγαθοεργός s. ἀγαθουργός, κακουργός, ἀμπελουργός, al.) *a.*, propr. opifex publicus. — *b.*, omnino opifex, Werkmeister, Hebr. 11, 10. (τεχνίτης κ. δημιουργός.) — Xen. Mem. 1, 4, 7. (τὸ τέχνημα σοφοῦ τινος δημιουργοῦ.)

Δῆμος, ου, ὁ, (a δέμω, aedifico, domum mihi exstruo) populus, Act. 12, 22. 19, 33. — εἰς τὸν δῆμον, in publicum, Act. 17, 5. 19, 30.

Δημόσιος, ία, ιον, populo proprius, publicus (oppon. ἴδιος, Xen. Mem. 3, 11, 16.), Act. 5, 18. (ἡ τήρησις ἡ δημοσία.) — δημοσίᾳ adverbial. (supplent χώρᾳ, cf. κατ' ἰδίαν), publice, Act. 16, 37. (Xen. Mem. 3, 12, 5. oppon. ἰδίᾳ, privatim.)

Δηνάριον, ίου, τό, vox lat. denarius (gezehnt), nummus decem assibus constans (quamquam serius etiam 16 apud Romanos valebat), constituit octavam partem Joachimici (s. vallensis) i. e. tres grossos. Hac nummi specie Romanos tributum exegisse docet narratio Matth. 22, 19. 20. (Marc. 12, 15. Luc. 20, 24.) — denarius, merces unius diei, Matth. 20, 2. 9. Luc. 10, 35. Apoc. 7, 6. — ἑκατὸν δηνάρια, i. e. ad nostram monetam: duodecim vallenses et dimidium, Matth. 18, 28. — Marc. 6, 37. et Joh. 6, 7. — Marc. 14, 5. et Joh. 12, 5. Luc. 7, 41.

Δήποτε, adv., unquam, demum, Joh. 5, 4. (ᾧ δήποτε — νοσήματι, quocunque demum morbo. — V. infr. ποτέ.)

Δήπου, adv., (ex δή et ποῦ) sane, profecto, Hebr. 11, 16. (οὐ γὰρ δήπου, non enim profecto.) — Xen. Anab. 7, 6, 11. Cyr. 1, 6, 7.

Διά, praepositio regens pro certa, qua in contexta oratione pollet vi, aut genitivum aut accusativum; genitivum, ubi latino respondet: per; accusativum, ubi vim exaequat latini: propter. (Διά cohaeret cum adverbio δίς, cui respondet lat.: bis, et quod in compositionis elementis deprehenditur dis, v. c. distinguere, dissipare, al. Ut dis in compositione denotat divisionem in duas pluresve partes, ita adv. bis certe significat unitatem ad binarium numerum redactam, adeo ut, si bipartitum aliquid dicatur, per id intelligatur totum aliquod in duas partes dispertitum. Ergo dis et bis sibi cognata invicem esse, ex sermone latino liquet. Iam si praepositio διά latinae per respondet, et huic significatui notionem divisionis subesse, facile intelligitur. Quod enim per aliquam rem transit, id rem, per quam transit, certe in duas partes disiungit aut dissolvit. Cohaerere autem praepositionem διά cum Latinorum disiunctiva particula dis, verba demonstrant graeca ex διά et verbo simplici composita, in quibus τὸ διά vel exprimit latinorum per, vel vim habet latinae particulae dis, v. c. in διέρχομαι, διοδεύω, quod est vel: eo per aliquem locum, vel: digredior in diversas partes. Genitivum autem sibi adsciscere τὸ διά, ubi latino per respondet, non mirum est. Genitivo casu enim, ubi ei vel nomen vel praepositio adiungitur, id poni solet, unde aliud sumitur, et cuius alia res pars est. Non proxima ei est significatio digressionis, sed partitionis.)

I., c. gen. per, ubi **1.**, sermo est de motu per locum atque praepositio nomini associata secum habet verba eundi et veniendi, v. c. Matth. 2, 12. Rom. 15, 28. δι' ἡμῶν. — Hebr. 11, 29. Joh. 10, 9., aut alia verba, quae motum per locum adsignificant, v. c. διαγγέλλειν, 2 Cor. 8, 18., aut motus illius notionem involvunt, ut σωθείς, 1 Cor. 3, 15. Huc ref. phrases transitum per aperturam aut per intervallum aliquod significantes, ut καθιέναι, Luc. 5, 19. Matth. 9, 25. 2 Cor. 11, 33. — item phrases similes huic: 1 Cor. 13, 12. βλέπομεν δι' ἐσόπτρου, videmus per specular. — Adde: δι' ὅλου, per totum, Joh. 19, 23. usque ad imum.

2., Proxime ad hanc significationem accedit ille praepositionis διά c. genit. usus, quo quid evenisse et factum esse, aut aliquid quidquam effecisse vel habere per aliquem s. per aliquid dicitur, quasi id, quod factum sic esse, aut is, qui sic quidquam effecisse vel habere traditur, eo ipso dicatur per aliam personam aut rem, ut ad scopum perveniret, transiisse. Hunc usum respicientes notamus, διά τινος primum dici de auctore, ad quem vel actio, tum quoad materiam, tum quoad formam spectata referatur, vel cui certe is, qui ipse auctor actionis est, hoc, quod peragere eam potuerit, debeat (wo das Prädicat des Subiects,

oder die Handlung, wenn auch nicht der Form, doch der realen Möglichkeit nach, durch einen anderen oder durch ein anderes bedingt ist), deinde dici de eo, quo quis ad aliquid efficiendum ministro vel instrumento usus sit (ita ut ad effectionem rei, sive ad actionis formam respiciatur). — Ergo

a., de auctore, et *aa.*, quidem eo, qui pariter auctor et instrumentum actionis est, h. e. de caussa efficiente. Huc pertinent loci, in quibus phrasis formulam illam (διά τινος) cum verbo passivo iungens facile in alteram transmutari potest, quae subiecto verbum addit activum: Rom. 11, 36. (δι' αὐτοῦ, scil. τοῦ θεοῦ, τὰ πάντα scil. ἐστί s. ἐγένετο, i. q. τὰ πάντα αὐτὸς ἐποίησε.) Hebr. 2, 10. — 1 Cor. 1, 9. (δι' οὗ ἐκλήθητε, i. q. ὅς ὑμᾶς ἐκάλεσε.) Rom. 1, 5. (δι' οὗ ἐλάβομεν, i. q. ὅς ἡμῖν ἔδωκε, coll. v. 6. κλητοὶ τοῦ χριστοῦ.) Act. 4, 16. (γέγονε δι' αὐτῶν, i. e. πεποιήκασιν αὐτό.) 12, 9. Matth. 26, 24. (Marc. 14, 21. Luc. 22, 22.) Rom. 5, 9. Philem. v. 7. Hebr. 7, 21. — Phrases concisae et ellipticae Act. 3, 16. (ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ, das Vertrauen durch ihn, i. e. fiducia per eum effecta. Cf. Plat. Phaedr. c. 9: αἱ ἡδοναὶ αἱ διὰ τοῦ σώματος, i. e. quae corpore percipiuntur.) Rom. 3, 20. cf. 11, 36. — 7, 5. (τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ νόμου, cupiditates per legem excitatae.) Gal. 2, 21. — *bb.*, de eo, cui id, quod aliquis habet, aut perfecit, debetur (de caussa remotiori, wo die Handlung zwar die Wirkung des beigesetzten Subiects, aber der Möglichkeit nach doch auch durch ein Anderes bedingt ist). In locis huc spectantibus τὸ διά τινος verti potest *a.*, virtute (merito) aut culpa alicuius; — culpa v. c. Matth. 18, 7. (— δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται.) Rom. 5, 12. (δι' ἑνὸς ἀνθρ.. ἡ ἁμαρτία — εἰςῆλθε.) v. 17. (ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνός.) coll. v. 18. 19. — vitio alicuius, Rom. 8, 3. (ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός.) — merito (virtute) alic., Rom. 5, 17. (ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διά —.) coll. v. 18. 19. et 1 Cor. 15, 21. — Rom. 5, 1. (εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν θεόν, et v. 2. προςαγωγὴν ἐσχήκαμεν διὰ τοῦ χριστοῦ, cf. Eph. 2, 18.) v. 11. (δι' οὗ τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν.) cf. Act. 10, 43. (ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.) Gal. 4, 7. (υἱὸς — καὶ κληρονόμος θεοῦ διὰ χριστοῦ.) — *β.*, beneficio alic. (ubi de commodis, quibus nunc quis fruitur, sermo est), Rom. 1, 8. et 7, 25. (εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ κ. τ. λ. Sens.: Christi beneficio mihi contigit, ut deo gratias agere possim cett.) 5, 11. (καυχώμενοι ἐν τῷ θεῷ διὰ — Ἰησοῦ χριστοῦ.) Col. 3, 17. (εὐχαριστοῦντες — δι' αὐτοῦ, i. e. propter beneficia, a Christo in vos collata.) 2 Cor. 1, 5. 3, 4. — Gal. 1, 1. (munus apostolicum acceptum refero non homini ulli, sed Christo.) 1 Joh. 4, 9. (ἵνα δι' αὐτοῦ ζήσωμεν.) 1 Petr. 4, 11. (δοξάζειν τὸν θεὸν διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ, deum celebrare usu beneficiorum, quae Christo accepta debentur.) Eph. 3, 6. (συμμέτοχον εἶναι τῆς ἐπαγγελίας διὰ τοῦ εὐαγγελίου.) 1 Cor. 15, 2. Rom. 4, 13. (οὐ διὰ νόμου,

non beneficio legis alicuius.) cf. Gal. 2, 21. — *γ.*, auxilio et efficientia alic., Act. 18, 27. (τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος.) 1 Cor. 3, 5. (δι' ὧν ἐπιστεύσατε, cf. Joh. 17, 20.) Gal. 1, 11. Rom. 6, 4. — Act. 24, 3. (πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ — διὰ τῆς σῆς προνοίας.) Rom. 8, 37. 15, 4. — περισσεύειν διά τινος, i. e. augmentis, quae ab aliquo accedunt, Phil. 1, 20. 2 Cor. 1, 5. 9, 12. (abundans est, cum largam eam faciant grati erga deum animi documenta.) Phil. 1, 11. (καρποὶ δικαιοσύνης οἱ διὰ χριστοῦ.) 2 Cor. 5, 10. (τὰ διὰ τοῦ σώματος, scil. πραχθέντα.) cf. supra *a.*, *aa.*, phrases concisas. — Phil. 1, 19. (διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, cf. Philem. v. 22. Rom. 1, 12.) Gal. 2, 19. (hunc loc. sic interpretor: ego per legem mortis me damnantem eo adductus sum, ut vitae desiderio legi morerer ipse, i. e. valedicerem legi.) 3, 26. 4, 23. 1 Petr. 1, 5. (templum spirituale exstructi estis — opera Christi.) v. 22. — Joh. 14, 6. (ἔρχεται — δι' ἐμοῦ, me duce.) 2 Petr. 3, 5. — Referri huc possunt formulae Paulinae: λέγω, παρακαλῶ ὑμᾶς διά cett. i. e. vi, auctoritate, vermöge (nam τὸ διά denotat id, in quo cohortationis vis et robur nititur), Rom. 12, 1. 15, 30. 1 Cor. 1, 10. 2 Cor. 10, 1. Rom. 12, 3.

b., Dicitur διά τινος de instrumento, quo quis ad aliquid peragendum usus est, atque de personis dictum significat: adminiculo, ministerio, interventu alicuius; ubi de rebus sermo est, id. est quod: ope (mittels) alicuius. Ita Paulus τὸ διά τινος distinguit ab ἔκ τινος, 1 Cor. 11, 12. Sed tamen et sic usus formulae varius est. Dicitur scil. *aa.*, de caussa instrumentali, per quam i. e. cuius ope et adminiculo aliquid peractum est, ita *α.*, in locis, ubi subiectum aliquod diserte memoratur per aliquem hominem s. per aliquam rem quidquam effecisse (subiectum cum verbo activo iunctum), Marc. 16, 20. (τοῦ κυρίου τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν — σημείων.) Act. 2, 22. (τέρασι καὶ σημείοις, οἷς — per attractionem pro ἃ — ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ θεός.) 15, 23. 21, 19. Rom. 2, 16. 3, 31. 4, 15. 7, 13. 8, 11. 15. 18. 16, 18. 1 Cor. 1, 21. 2, 10. 4, 15. 6, 14. — 14, 19. (διὰ τοῦ νοὸς λαλῆσαι, h. e. adhibita mente, s. intelligendi facultate.) 15, 57. 2 Cor. 1, 4. 4, 14. 6; 6. 5, 18. 20. 9, 13. 10, 9. 12, 17. Eph. 1, 5. 2, 16. Col. 1, 20. 22. 2, 8. 1 Thess. 4, 14. (construe: διὰ χριστοῦ ἄξει, scil. ὁ θεός.) 2 Thess. 2, 14. Tit. 3, 5. Hebr. 1, 3. 2, 10. 14. 6, 12. 7, 19. 13, 2. 12. 15. 21. 2 Joh. 12. 3 Joh. 13. Apoc. 1, 1. — *β.*, Loci, in quibus subiectum cum verbo passivo iunctum est, verboque id exprimitur, cui peragendo aliquis s. aliquid inservierit: Joh. 3, 17. 11, 4. cf. Phil. 1, 20. — Rom. 3, 27. (ἡ καύχησις ἐξεκλείσθη διὰ νόμου πίστεως.) 5, 5. (ἡ ἀγάπη ἐκκέχυται διὰ πνεύματος ἁγίου, i. e. amor effusus est, atque haec effusio peracta per spirit. S.) Gal. 2, 16. (ὁ ἄνθρωπ. δικαιοῦται διὰ τῆς πίστεως.) Eph. 2, 8. 3, 10. 16. 4, 16. (Col. 2, 19.) Col. 2, 12. 1 Thess. 3, 7. 2 Thess. 2, 2. 15. 2 Tim. 1, 6. Hebr.

7, 9. 10, 10. 12, 11. 11, 14. et 39. (*μαρτυρηθέντες διὰ πίστεως* dicuntur, qui per fidem testimonium laudis acceperunt.) Hebr. 12, 15. 1 Petr. 1, 7. 2 Petr. 3, 6. — *γίνεταί τι διὰ χειρῶν τινος*, Marc. 6, 2. Act. 5, 12. 15, 23. 19, 26. v. *χείρ*. Cf. etiam *λαλῆσαι διὰ στόματός τινος*, Luc. 1, 70. Act. 1, 16. — Caeterum nota phrases: *κτᾶσθαι, ἀγοράζειν, περιποιεῖσθαί τι διά τινος* (pretio dato), Act. 8, 20. 20, 28. Hebr. 13, 12. cf. 9, 26. Col. 1, 20. — *γ*., In aliis locis solum verbum passivum cum *διά τινος* iunctum legitur, sed is, per quem res effecta dicitur, propter monotheismum tamquam instrumentum dei cogitandus est, Joh. 1, 3. (*πάντα δι' αὐτοῦ*, scil. *τοῦ λόγου, ἐγένετο*, i. e. omnia [a deo] facta sunt per *τὸν λόγον*, dei instrumentum.) v. 10. Col. 1, 16. *τὰ πάντα δι' αὐτοῦ ἔκτισται*. Quamquam h. l. *διά* non tam de instrumentali, quam de exemplari caussa dici videtur, ut a deo, cum conderet mundum, ordinata omnia propter Messiam esse doceantur, der Weltplan bedingt durch den mit dem Messias auszuführenden Plan. Id quod etiam dicit Col. 1, 16. 1 Cor. 8, 6. Cf. Rom. 8, 20. 21.) — Joh. 1, 17. (*ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη κ. τ. λ.*, per Mosen, iussu dei.) Huc referas locos, in quibus aliquid memoratur per vatem aliquem esse dictum (Matth. 1, 22. 2, 15. 23. 4, 24. 8, 17. 12, 17. 21, 4. 24, 15. 27, 19. Act. 2, 16.) seu scriptum (Luc. 18, 31.). Cf. enim Act. 1, 16. 10, 36. 12, 38. 28, 25. Rom. 1, 2. Ergo de instrumento intellige etiam Act. 13, 38. Hebr. 2, 2. (*ὁ λόγος δι' ἀγγέλων λαληθείς*, coll. Gal. 3, 19.) Hebr. 2, 3. 2 Cor. 1, 19. Rom. 16, 26. — Hebr. 7, 25. (*τοὺς προςερχομένους δι' αὐτοῦ*. Nam summus sacerdos intercedebat pro populo, et caussam agebat populi.) — de conditione, instituto divino posita, Hebr. 9, 12. — *bb*., Dicitur per aliquem hoc, quod in ipso peractum est, idem peractum in alio esse eatenus, quatenus huic cum illo aliqua intercedit necessitudo, Hebr. 7, 9. (*διὰ Ἀβραὰμ καὶ Λευῒ δεδεκάτωται*, i. e. in persona Abraami, ut v. 10. explicatur.) Huc retulerim etiam locum Gal. 6, 14. (*δι' οὗ*, scil. *σταυροῦ*. Sens.: ea crux, cui Christum affixerunt, instrumentum est, quo mundus mihi et ego necatus sum mundo. Alii *δι' οὗ* vertunt: cuius (Christi) caussa, parum accurate. V. *σταυρόω*.) cf. Rom. 7, 4. — Sed formula: *διά τινος* (ope alicuius), describitur etiam *cc*., modus, quo aliquid fit (caussa formalis), Luc. 8, 4. (*εἶπε διὰ παραβολῆς*.) Act. 18, 9. (*εἰπεῖν δι' ὁράματος*.) 15, 27. (*ἀπαγγέλλειν διὰ λόγου*, verbo, mündlich.) 2 Cor. 10, 11. (*τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῶν*.) cf. 2 Thess. 2, 15. — Hebr. 13, 22. (*γράφειν διὰ βραχέων*, paucis.) 1 Petr. 5, 12. (— *δι' ὀλίγων*.) 2 Cor. 1, 11. (*εὐχαριστεῖν διὰ πολλῶν*.) cf. Plat. Gorg. 449. B. *διὰ μακρῶν λόγους ποιεῖσθαι*. — Act. 15, 32. (*παρακαλεῖν διὰ λόγου πολλοῦ*.) Rom. 3, 25. (*ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως*.) 5, 21. (*ἡ χάρις βασιλεύσει διὰ δικαιοσύνης*. Cf. ibid. oppositum: *ἐν θανάτῳ*.) 8, 25. (*ἀπεκδέχεσθαί τι δι' ὑπομονῆς*.) — 2 Petr. 1, 3. Gal. 3, 18. (*κεχάρισται δι' ἐπαγγε-*

λίας.) 5, 13. (δουλεύειν — δι' ἀγάπης.) cf. Hebr. 12, 28. — Eph. 6, 18. (προςεύχεσθαι διὰ προςευχῆς κ. δεήσεως.) cf. 2 Cor. 1, 4. — 1 Tim. 4, 14. (διδόναι τι διά τινος, cf. Act. 8, 18.) Hebr. 13, 2. (διὰ ταύτης, scil. φιλοξενίας, ἐξένισαν, hanc hospitalitatem exercentes etc.) — Rom. 14, 20. (τῷ διὰ προςκόμματος ἐσθίοντι, cum offendiculo, ita ut offensioni sit. Ven. Wahl. p. 274. explicat: ὥστε ἔρχεσθαι διὰ προςκόμματος, καὶ εἶναι ἐν προςκόμματι, quod quid sit, aut cui frugi esse possit, ego non assequor.) — Cf. Viger. ed. Herm. p. 587. n. 81. — Referas huc etiam locos sequentes: 2 Cor. 5, 7. (διὰ πίστεως περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους, nostra via incedimus, h. e. vivimus in his terris, fide [im Zustande der Glaubenden] non conspicientes rem ipsam.) — 2, 4. (ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρύων, nos: unter vielen Thränen.) 2 Tim. 2, 2. (ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, adscitis ad eam rem multis testibus, nos: unter vielen Zeugen. — Differt τὸ διά a τῷ ἐνώπιον, 1 Tim. 6, 12. et τῷ ἐπί, 5, 19.) Rom. 2, 27. (σὲ τὸν διὰ γράμματος καί περιτομῆς παραβάτην νόμου, te cum codice divino et circumcisione, s. te legis violatorem eum, qui eam violet instructus scripta lege ac circumcisione distinctus.) cf. 4, 11. (πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, qui fidem amplectuntur tamquam praeputiati.) 3, 11. (εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον διὰ δόξης, scil. ἐγένετο, si — splendore se conspicuum praebebat.) Rom. 2, 12. (διὰ νόμου, posita norma legis, auf Grund des Gesetzes.) 1 Joh. 5, 6. (ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος κ. αἵματος, pro: αἵματος cod. Vien. πνεύματος. Nexus versuum 6. et 9. in codd. turbatus est. Si Joanni propositum fuit, ut Jesum pariter peccatorum expiatorem atque Messiam esse doceret, sensus verborum foret: hic est, qui venerit non modo commendans lotionem, qua nosmet ipsi purgaremus, scilicet eam, quae aqua fiat, sed etiam qui venerit lustrationem per se ipsum peragens, eam scilicet, quae effuso ipsius sanguine facta est. Caeterum phrases Graecorum a Ven. Wahlio p. 274. et 276. collatae: διὰ πόθου ἐλθεῖν, desiderare, διὰ τιμῆς ἐλθεῖν, honore dignum haberi, ἥκειν δι' ὀργῆς, irasci, διὰ φιλίας ἰέναι τινί, amicum se praebere alicui, διὰ πάντων τῶν καλῶν ἐληλυθέναι, optima quaeque transegisse, Xen. Cyr. 1, 2, 15. et si quae sunt eiusmodi aliae, cum hoc dicto Joanneo conferri nequeunt. Quid enim, ad eas comparatum, esset δι' αἵματος ἐλθεῖν?) — Locos 1 Cor. 14, 9. 19. 2 Cor. 6, 7. Phil. 1, 20. huc non putamus pertinere.

3., Διά cum gen. refertur ad tempus: *a.*, διὰ τῆς νυκτός, h. e. eo temporis intervallo, quod intra initium et finem noctis interest, noctu, Act. 5, 19. 16, 9. 17, 10. 23, 31. (lat. per noctem, h. e. intra noctem.) Ita Palaeph. fab. 1. — δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα, Act. 1, 3. (hoc non est per 40 dies continuos, sed vicibus intra 40 dierum spatium repetitis.) Aliud est, δι' ὅλης τῆς νυκτός, Luc. 5, 5. (per totam noctem.) διὰ παντὸς τοῦ ζῆν, Hebr. 2, 15. (per totam vitam.) — διὰ παντός, perpetuo,

semper, Matth. 18, 10. Luc. 24, 53. Act. 2, 25. 10, 2. 24, 16. Rom. 11, 10. (Ps. 69, 24. תָּמִיד.) 2 Thess. 3, 16. Hebr. 9, 6. 13, 15. — cf. Herodot. 1, 122. Soph. Ai. 704. Thucyd. 1, 76. — Marc. 5, 5. (h. l. additur: νυκτὸς κ. ἡμέρας.)

b., post, διὰ τριῶν ἡμερῶν, Matth. 26, 61. et Marc. 14, 58. (i. q. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, hebr. מִקֵּץ, Deut. 15, 1. coll. v. 9. 14, 28. coll. 26, 12. Matth. 27, 40. ἐν τρισὶν ἡμέραις.) — δι' ἐτῶν πλειόνων, Act. 24, 17. — δι' ἡμερῶν, Marc. 2, 1. (post aliquot dierum intervallum, i. q. μεθ' ἡμέρας, ut vertunt οἱ ὁ hebraicum מִקֵּץ יָמִים, Gen. 4, 3. מִיָּמִים, Judic. 11, 4.) — Gal. 2, 1. — Diod. Sic. 5, 28. Polyb. 1, 66, 8. et 10. Aelian. V. H. 13, 42. v. Perizon. ad h. l. — Fischer. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 168. s. Cf. graec. διὰ χρόνου, i. e. interiecto tempore, Xen. Mem. 2, 8, 1. 4, 4, 5. Etiam de loco, Herodot. 7, 30. διὰ σταδίων πέντε, post quinque stadia, et 7, 198. v. Hermann. ad Viger. p. 856.

II., Διά cum accusat. **1.**, propter, quo ratio reddatur, cur aliquid factum sit. *a.*, Tritissimum est διὰ τοῦτο, eam ob rem, propterea, quae cum ita sint. (Nemo Matthaeo frequentius hac formula utitur, vel ubi argumenta concluduntur, vel ubi ea adduntur, quae dictis inserviunt illustrandis.) Sed nexus sententiarum huius formulae ope factus, saepius inventu est difficilior. Occurrit Matth. 6, 25. (Luc. 12, 22.) 12, 27. 31. 13, 13. 52. 14, 2. (Marc. 6, 14.) 18, 23. 21, 43. 23, 34. (Luc. 11, 49.) 24, 44. — Marc. 11, 24. 12, 24. (lectio non sana est.) Luc. 14, 20. Act. 2, 16. — et apud Paulum: Rom. 1, 26. 4, 16. (διὰ τοῦτο, i. e. quoniam ex aliqua lege et cum lege accipere promissionem non potuit.) 5, 12. (quae cum ita sint, i. e. cum Christi vita et nobis vitam praestet, v. 10. 11., sequitur Christum posse conferri cum Adamo.) 13, 6. 15, 9. 1 Cor. 4, 17. 11, 10. 30. 2 Cor. 4, 1. Eph. 1, 15. 5, 17. 6, 13. Col. 1, 9. 1 Thess. 2, 13. 3, 5. 7. 2 Thess. 2, 11. 2 Tim. 2, 10. Hebr. 1, 9. 2, 1. (quia tanta Christus pollet dignitate.) — Joh. 6, 65. (coll. v. 64.) 9, 23. 12, 27. (διὰ τοῦτο, i. e. quia verum est, quod dixi, v. 24.) 13, 11. 16, 15. 19, 11. (διὰ τοῦτο, i. e. quia tibi divinitus data potestas tua est, magis ille peccat, quo tu auctore hac potestate ad innocentem opprimendum abuteris.) 1 Joh. 4, 5. 2 Joh. v. 10. Apoc. 7, 15. 12, 12. 18, 8. — additur ὅτι, propterea quod, Joh. 5, 16. 18. 8, 47. 10, 17. 12, 18. 39. 1 Joh. 3, 1. — ordine inverso (ubi verba cum ὅτι praecedentia cum vi pronuntianda sunt), Joh. 15, 19. — Innuit finem et consilium sequente vel ἵνα, 2 Cor. 13, 10. 1 Tim. 1, 16. Philem. v. 15. (ordine inverso, Joh. 1, 31.) vel ὅπως, Hebr. 9, 15. — διὰ τί, cur? quam ob rem? Matth. 9, 14. 13, 10. 17, 19. Marc. 2, 18. Luc. 5, 30. 38. Joh. 7, 45. Apoc. 17, 7. — δι' ἣν αἰτίαν, Luc. 8, 47. al. — τίς ἡ αἰτία, δι' ἥν, Act. 10, 21. 23, 28. — διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, Act. 28, 20. — διὰ ταῦτα, Eph. 5, 6. al. — Notandi iam erunt

b., loci, in quibus τὸ διά alicuius nominis accusativum secum habet. Cum vero formulis sic ortis vel indicetur, cur aliquid factum aut non factum sit, vel quonam factum sit quidquam consilio; huius discriminis ratione habita *aa.*, spectabimus locos, ubi prior illa significatio obtinet, atque formula de caussa praecedente accipienda est. Ea caussa vero *α.*, affertur tamquam ratio, quae animum eius, qui fecisse quidquam dicitur, ad id faciendum commoverit. Exempla habes Matth. 27, 18. (Marc. 15, 10.) διὰ φϑόνον (quia ipsis invidia inerat, nos: aus Neid), cf. Xen. Mem. 2, 7, 1. Joh. 7, 13. et 19, 38. 20, 19. (διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων.) cf. Apoc. 18, 10. 15. — Joh. 16, 21. Eph. 2, 4. (διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην construe cum συνεζωοποίησε. Sed Philem. v. 9. huc non pertinet. Nam ad ἀγάπην suppl. σοῦ coll. v. 5. 7.) Phil. 1, 15. 1 Petr. 2, 19. (διὰ συνείδησιν.) Rom. 13, 5. — Multo saepius formula occurrit *β.*, de caussis extra animum positis, ut quis ob eiusmodi caussam (διά τινα vel διά τι) *αα.*, aliquid facere s. fecisse dicatur, v. c. Matth 14, 3. 4. 15, 3. Joh. 4, 39. 41. 42. 12, 11. 14, 11. Act. 28, 2. Rom. 6, 19. 15, 15. 2 Cor. 9, 14. 1 Petr. 3, 14. 1 Cor. 7, 5. — vel *ββ.*, aliquid pati s. passus esse, Matth. 24, 9. (10, 22. Marc. 13, 13.) Luc. 23, 25. Act. 21, 35. Joh. 11, 15. Gal. 2, 3. 4. Col. 1, 5. (construe cum εὐχαριστοῦμεν v. 3.) 3, 6. Hebr. 2, 9. 5, 14. 1 Joh. 2, 12. Apoc. 1, 9. 6, 9. Matth. 27, 19. — vel *γγ.*, aliquid esse, Rom. 8, 10. 11, 28. Eph. 4, 18. Hebr. 5, 12. 7, 18. — aut ut *δδ.*, ad eiusmodi caussam id referatur, quod fingitur accidere posse, vel memoratur accidisse, Joh. 10, 19. 15, 3. Rom. 14, 15. Matth. 13, 21. (Marc. 4, 17.) — *γ.*, Obiter notentur loca, ubi aliquid propter aliquam rem vel personam dicitur effici **non** potuisse (ideoque τὸ διά caussam impedientem innuit), Marc. 2, 4. (Luc. 5, 19.) 6, 26. Matth. 13, 58. 17, 20. Act. 21, 34. (aliter Joh. 12, 42.) Luc. 8, 19. Hebr. 3, 19. 14, 6. — *δ.*, loca, ubi adiectis verbis per ἐπεξήγησιν accuratius explicatur, qua de caussa aliquid factum sit: διὰ — ὅτι, Joh. 15, 21. Act. 4, 21. — διὰ γάρ, Act. 16, 3. 5. — δι' ὑμᾶς, Paulo frequentatum, videsis 2 Cor. 2, 10. 4, 15. 8, 9. Phil. 1, 24. 1 Thess. 1, 5. 3, 9. Rom. 2, 24. (propter exemplum vestrum.) — Sed innuit formula: διά τινα, διά τι, etiam *bb.*, finem, ad quem id, quod quis fecisse aut suscepisse dicitur, tetenderit. Quare exaequat vim nostri: für (jemand, etwas), lat.: alicuius caussa. Exempla habeto haec: Matth. 15, 3. (διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. Marc. 7, 9. ἵνα τὴν παράδ. ὑμῶν στήσητε.) 6. 19, 12. (propter regnum Messiae olim adipiscendum.) 24, 22. et Marc. 13, 20. (ut ei, qui deo cari sunt, serventur.) Marc. 2, 27. (hominis gratia, in hominis commodum.) cf. 1 Cor. 11, 9. (Gen. 2, 18.) Joh. 12, 9. Apoc. 2, 3. Rom. 3, 25. (διὰ τὴν πάρεσιν κ. τ. λ., ut condonaret. Construe haec cum verbis: ὃν προέϑετο.) 1 Cor. 4, 5. 10. (διὰ χριστόν, in Christi gratiam, h. e. ad tuendam Christi caussam.) Phil. 2, 30.

3, 7. (i. q. ἵνα χριστὸν κερδήσω, v. 8.) 1 Tim. 5, 23. Hebr. 1, 14. 6, 7. (δι' οὓς, in quorum commodum. Alii vertunt: per quos, quorum iussu, male. Nam hoc si sibi auctor voluisset, scripturus fuisset γεωργεῖται sine addito καί.) 1 Cor. 7, 2. (ut scortatio evitetur.) — Nonnunquam hac formula occupatur, quod de fine ope coniunctionis ἵνα expressum sequitur, v. c. Joh. 11, 42. (διὰ τὸν ὄχλον, ἵνα πιστεύσωσιν, quod dictum pro: ἵνα ὁ ὄχλος πιστεύσῃ.) 2 Cor. 8, 9. (δι' ὑμᾶς — ἵνα πλουτήσητε.) cf. 4, 10. (διὰ Ἰησοῦν, ἵνα κ. τ. λ.) 1 Cor. 9, 23. 2 Tim. 2, 10. (διὰ τοὺς ἐκλεκτούς, ἵνα καὶ αὐτοί κ. τ. λ.) V. exempla ἐπεξηγήσεως supr. *aa.*, δ., allata et quae infra congesta sunt de usu praepos. ὑπέρ. — In aliis locis caussa et finis simul indicantur, v. c. Rom. 4, 25. (παρεδόθη διὰ παραπτώματα ἡμῶν, — caussa; ἐγέρθη διὰ δικαίωσιν ἡμῶν, i. e. ad efficiendam eam, — finis.) Joh. 11, 15.

c., Notandum est διὰ τό cum infinitivo positum vel solo, vel accusativum subiecti secum habente. Hanc enim constructionem faciunt N. T. scriptores, ubi aliqua pars sententiae per additam rationem explicatur, aut ea ratio affertur, quam (non modo is, qui narrat de aliquo, sed) is ipse quoque, de quo narratur, respexit. Ergo *aa.*, διὰ τό cum solo infinitivo, Luc. 23, 8. (i. e. cupiebat Herodes ideo Jesum videre, quia de eo multa audiret. Respicere nos iubet Lucas verba Herodis c. 9, 9. allata: τίς ἐστιν οὗτος, περὶ οὗ ἀκούω τοιαῦτα;) 9, 7. Hebr. 7, 23. (illi plures constituti idcirco sunt, quia — id quod: qui eos constituit, respexit, — morte, quominus permaneant, impediuntur.) — *bb.*, cum infinitivo accus. subiecti secum habente, Matth. 24, 12. (et ob auctam improbitatem in plerisque refrigescet amor.) Marc. 5, 4. (οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι διὰ τὸ αὐτὸν — συντετρίφθαι, domare eum hanc ob caussam nemo potuit, quia hoc iam saepius frustra tentatum fuerat.) Luc. 11, 8. (διὰ τὸ εἶναι [suppl. ἐκεῖνον] αὐτοῦ φίλον, etiamsi non ideo det, quod ille ipsi sit amicus.) 2, 4. 18, 5. 19, 11. Matth. 13, 6. et Marc. 4, 6. Luc. 8, 6. (idcirco exaruit, quia non habebat etc.) Act. 4, 2. (hoc aegre ferentes, quod illi docerent populum.) 8, 11. 12, 20. 18, 2. (qui Italiam reliquerunt eo moti, quod etc.) 3. 27, 4. 9. 28, 18. Phil. 1, 7. (quod me ideo decet de vobis statuere, quod etc.) Hebr. 7, 24. 10, 2. Jac. 4, 2. — Xen. Cyr. 1, 4. 3. 5, 5. 34. Mem. 1, 3, 6. 2, 1, 15. Symp. 8, 15. Palaeph. f. 2. Herodian. 7, 12, 13.

2., διά τινα, per aliquem, i. e. per id (beneficio eius), quod praestat vi sua aliquis (ut effectus comparatus sit ad vim caussae), Joh. 6, 57. (ζῶ διὰ τὸν πατέρα — ζήσεται δι' ἐμέ.) Cf. Epictet. Enchirid. c. 31. ἀλλ' ἡ πατρίς, ὅσον ἐπ' ἐμοί, φησίν, ἀβοήθητος. Πάλιν, ποίαν ταύτην βοήθειαν; (scil. λέγεις.) στοὰς οὐχ' ἕξει (scil. ἡ πατρίς) διὰ σὲ οὔτε βαλανεῖα; καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδ' ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα. — Xen. Mem. 3, 3, 15. ἀλλὰ πειρῶ τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ταῦτα

προτρέπειν, ἀφ' ὧν αὐτός τε ὠφεληθήσῃ, καὶ οἱ ἄλλοι πολῖται διὰ σέ. — 2 Petr. 3, 12. (δι' ἥν, scil. παρουσίαν τῆς τοῦ θεοῦ ἡμέρας, οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται κ. τ. λ.) Apoc. 12, 11. (ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν.) 4, 11. (διὰ τὸ θέλημά σου ἦσαν, quod tamen etiam verti potest: quia tu voluisti.) 13, 14. (πλανᾷ διὰ τὰ σημεῖα.) Observat scholiasta ad Aristoph. Plut. v. 93. ἰστέον, ὅτι ἡ διὰ πρόθεσις οὐ μόνον γενικῇ συντάσσεται, ὅταν δηλοῖ ἐνέργειαν, ἀλλὰ καὶ αἰτιατικῇ.

Notes denique **3.**, locum Gal. 4, 13. οἴδατε δέ, ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐαγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον, quocum ne conferas Phil. 1, 15. neve alios locos sub 1., *b.*, *aa.*, *α.*, allatos. Nam δι' ἀσθένειαν haud dubie est i. q. ἐν ἀσθενείᾳ, bei Schwachheit. Sed potest Paulus his verbis etiam voluisse rationem innuere, ob quam, vel caussam, quare factum fuerit, ut inter Galatas doceret, cf. Act. 16, 6., quae tamen ratio et caussa, quomodo in infirmitate ipsius sita fuerit, nos nunc latet.

Διαβαίνω, f. -βήσομαι, aor. 2. διέβην a διαβίβημι, particip. διαβάς, transeo, traiicio; **1.**, transit., — τί, Hebr. 11, 29. (Aelian. V. H. 1, 14. Xen. Anab. 1, 2, 5.) — **2.**, intransit., Luc. 16, 26. οἱ θέλοντες διαβῆναι (nempe quod interesset χάσμα τι) πρὸς ὑμᾶς. Act. 16, 9. (διαβὰς εἰς Μακεδονίαν βοήθησον ἡμῖν.)

Διαβάλλω, f. βαλῶ, propr. traiicio, transmitto (τὶ διά τινος), deinde vero conferendum cum lat. defero (aliquem vel aliquid) signif. denuntio, angeben (ut aliquis in invidiam adducatur; — dic. de indicibus, accusatoribus et calumniatoribus. Cf. Dan. 3, 8. 6, 25. — Apud Josephum alicubi distinguitur a τῷ φανερῶς κατηγορεῖν, ut sit aliquem clam apud aliquem criminari), Luc. 16, 1. (οὗτος διεβλήθη αὐτῷ ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.) — τινὰ πρός τινα, Xen. Mem. 1, 2, 31.

Διαβεβαιόω (ῶ), f. ώσω, (ex διά et βέβαιος, firmus) plane firmum reddo, confirmo; passiv. (non medium, ut nonnullis visum est) βεβαιοῦμαι περί τινος, certus fio de aliqua re, Tit. 3, 8. (περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι, de his volo te confirmari.) 1 Tim. 1, 7. (μὴ νοοῦντες, μήτε —, μήτε περί τινων διαβεβαιοῦνται, nec — de quibus rebus ipsis persuadeatur, wovon sie eine Ueberzeugung erlangen sollen.)

Διαβλέπω, f. ψω, **1.**, perspicio. — **2.**, oculos aperio (cf. διά in διαγρηγορέω), sic intueor aliquid, quasi per apertos oculos spectem, h. e. oculis acrioribus intueor, Plat. Phaedon. c. 37. — considero, dispicio; ita Matth. 7, 5. et Luc. 6, 42. sequente infinitivo (διαβλέψεις ἐκβαλεῖν, i. e. ad eximendum, ut eximere possis. — Fut. pro imperat.: dann kannst, magst du scharf hinblicken, um herauszuziehen etc.).

Διάβολος, ου, ὁ, ἡ, (a perf. 2. verbi διαβάλλω, defero, calumnior, quod verb. v. supra) **1.**, calumniator, 2 Tim. 3, 3.

Eph. 4, 27. (*μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ*, ne aures praebeatis calumniatori, h. e. ulli homini calumniatoris partes agenti.) — calumniatrix, 1 Tim. 3, 11. Tit. 2, 3. — **2.**, *ὁ διάβολος κατ' ἐξοχήν* is, qui Hebraeis dicitur הַשָּׂטָן, *ὁ σατανᾶς*, Satanas, malorum geniorum princeps, mali auctor, bonum quemque invidia persequens (Job. 1, 7. Zach. 3, 1. coll. Apoc. 12, 10.), homines a deo avertens, atque ad peccandum sollicitans, Matth. 4, 1. 5. 8. 11. (Marc. 1, 13. *ὁ σατανᾶς.*) et Luc. 4, 2. 3. 6. 13. Matth. 13, 49. 25, 41. Luc. 8, 12 (Matth. 13, 19. *ὁ πονηρός.* Marc. 4, 15. *ὁ σατανᾶς.*) Joh. 13, 2. Act. 10, 38. Eph. 4, 27. 6, 11. 1 Thess. 2, 18. 2 Tim. 2, 26. Hebr. 2, 14. Jac. 4, 7. 1 Petr. 5, 8. 9. Jud. v. 9. Apoc. 2, 10. 12, 9. 10. 12. 20, 2. 10. — *εἶναι ἐκ τοῦ διαβόλου*, originem a diabolo ducere, de iis dictum, qui similitudinem cum diabolo prae se ferunt, Joh. 8, 44. 1 Joh. 3, 8. 10. — Act. 13, 10. (*υἱὲ διαβόλου.*) — **3.**, hoc nomen in eum transfertur, qui, cum bonae caussae adversatur, diaboli partes agere, sive a diaboli partibus stare videtur, Joh. 6, 70. (Judas.) cf. Marc. 8, 33. et Matth. 16, 23. (Petrus.) — V. *σατανᾶς.*

Διαγγέλλω, f. *γελῶ*, aor. 2. pass. *διηγγέλην*, Rom. 9, 17. cf. 15, 21. (ex *διά* et *ἀγγέλλω*, nuntio) **1.**, propr. diversis in locis annuntio, scil. incolis urbium vicorumque, i. e. notum iis facio, divulgo; *τί*, Rom. 9, 17. (*ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ*, v. Exod. 9, 16.) — **2.**, omnino: annuntio, i. e. futurum esse s. instare aliquid dico, Luc. 9, 60. (*τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, cf. Xen. Mem. 2, 6, 36.) — indico, Act. 21, 26. (*τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ*, i. e. indico, quando finem habituri sint dies castimoniae.)

Διαγίνομαι, f. *-γενήσομαι*, (pro: *διαγίγνομαι*, pronuntiatio minus accurata, quae seriori aetate invaluit) de tempore: *διαγενέσθαι*, interea fuisse, interea elapsum esse, Act. 25, 13. (*ἡμερῶν διαγενομένων τινῶν.*) 27, 9. (*ἱκανοῦ χρόνου διαγενομένου.*) Marc. 16, 1. (*διαγενομένου τοῦ σαββάτου*, exacto interea sabbato.) Demosth. p. 833, 14. edit. Reisk. Aelian. V. H. 3, 19.

Διαγινώσκω, f. *γνώσομαι*, (pronuntiatio minus accurata pro: *διάγιγνώσκω*, quod Attici tenent; vid. *διαγίνομαι.* — ex *διά* et *γινώσκω*, nosco) **1.**, dignosco, i. e discerno, Xen. Mem. 3, 1, 9. — **2.**, dignosco, i. e. accurate cognosco, Act. 23, 15. (*διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ.*) 24, 22. (*διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς*, vestram caussam.)

Διαγνωρίζω, f. *ίσω*, (ex *διά* et *γνωρίζω*, q. v.) enarro, Luc. 2, 17. (*περί τινος.*)

Διάγνωσις, *εως*, *ἡ*, (a *διαγνόω* = *διαγινώσκω*) **1.**, distinctio, discretio. — **2.**, cognitio, caussae disceptatio (sensu forensi), Act. 25, 21. (*εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν.*) cf. Sapient. 3, 18.

Διαγογγύζω, f. *ύσω*, (ex *διά* et *γογγύζω*, murmuro) ob-

murmuro, Luc. 15, 2. 19, 7. — Heliod. 7, 27. — οἱ ό, Exod. 15, 24. Sirac. 34, 24. v. γογγύζω.

Διαγρηγορέω (ῶ), f. ήσω, (ex διά et γρηγορέω, q. v.) evigilo, expergiscor, Luc. 9, 32. Forma verbi Atticis non magis probata, quam simplicis γρηγορέω (quippe pro quo ἐγρήγορα dicendum), v. Lobeck. ad Phryn. p. 118. 119. — ἀνεγρηγόρησε, Euseb. H. E. 5, 1.

Διάγω, f. ξω, (ex διά et ἄγω, duco) **1.**, traduco, transmitto, e. g. 2 Sam. 12, 31. 2 Reg. 16, 3. Xen. Anab. 2, 4, 28. — **2.**, additis aut subaudiendis: τὸν βίον, τὸν χρόνον, — transigo, cf. lat. vitam degere, 1 Tim. 2, 2. (ἡσύχιον βίον διάγειν. — βίον διάγειν, Aelian. H. N. 16, 23. Xen. Hier. 7, 10.) — διάγειν (ἔν τινι, scil. τὸν βίον), vivere, Tit. 3, 3. (διάγω, vivo, Xen. Mem. 3, 13, 2. Aelian. V. H. 4, 28.)

Διαδέχομαι, f. -δέξομαι, (ex διά et δέχομαι, capio) excipio; — constructum cum accusat. personae: succedo alicui, unde ὁ διάδοχος, successor, Xen. Anab. 1, 5, 2. — iunctum vero cum accusat. rei: aliquid successione accipio s. suscipio, atque ita Act. 7, 45. (ἥν, scil. σκηνήν, εἰςήγαγον διαδεξάμενοι cett.) Cf. Joseph. Ant. 10, 1.

Διάδημα, τος, τό, (a διαδέω, revincio) diadema, i. e. fascia candida, qua reges prisci frontem et caput praeligabant, ita ut tiaram circumiret, ornamentum capitis regium, cui corona successit, Apoc. 12, 3. 13, 1. 19, 12. — οἱ ό, Esth. 1, 11. 2, 17. Jes. 42, 3. Xen. Cyr. 8, 3, 13. Aelian. V. H. 12, 17. (φορεῖν διάδημα.)

Διαδίδωμι, f. -δώσω, (ex διά et δίδωμι, do) **1.**, distribuo (vertheilen); τί; Luc. 11, 22. (Xen. Cyr. 1, 3, 6.) — τί τινι, Luc. 18, 22. (sed al. codd. habent δός.) Joh. 6, 11. (διέδωκε τοῖς μαθηταῖς.) Xen. Oecon. 13, 12. — passiv., Act. 4, 35. (διεδίδοτο ἑκάστῳ, καθότι κ. τ. λ.) — **2.**, trado; τί τινι, Apoc. 17, 13.

Διάδοχος, ου, ὁ, ἡ, (a διαδέχομαι, q. v.) successor, Act. 24, 27.

Διαζωννύω s. διαζώννυμι, f. -ζώσω, succingo, Joh. 13, 4. (διέζωσεν ἑαυτόν.) — passiv. διαζώννυμαί τι, succingor, Joh. 13, 5. (λεντίῳ ᾧ — per attractionem — ἦν διεζωσμένος.) — med. διαζώννυμαί τι, succingo me aliquo, Joh. 21, 7. (τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο.) Cf. περιβάλλεσθαι στολήν, Marc. 16, 5. — Cf. ἀναζώννυμι.

Διαθήκη, ης, ἡ, (a διατίθημι, dispono, f. διαθήσω, aor. 1. διέθηκα. Cf. voces: ἀναθήκη, ἀποθήκη, καταθήκη, παρακαταθήκη, προςθήκη, συνθήκη, ὑποθήκη) **1.**, dispositio, quaecunque est, quam quis ratam fieri velit, Verordnung, Willensverfügung, Gal. 3, 15. (Intelligit quidem Paulus h. l. humanae dispositionis nomine speciatim testamentum, sed eatenus tantum, quatenus hoc illius dispositionis aliquod specimen et exemplum est. Ita

quoque dispositionem divinam ad promissionem quidem Abraamo factam v. 16. 18. refert, non tamen quasi hebraicum בְּרִית graece cum τοῖς ὁ (Gen. 17, 2. 7.) vertat, sed quia sermo ei est de divina aliqua διατάξει. — Iam vero 2., ex usu hebraici בְּרִית, i. e. foedus, speciatim nomine διαθήκης dicuntur *a.*, promissiones sanctae, a deo olim Judaeorum patriarchis factae, scil. Abraamo, Luc. 1, 72. 73. (cf. Gen. 12, 1 — 3. 15, 5. 6. 22, 16 — 18.), quocum deus foedus iniisse (στῆσαι διαθήκην) dicitur, Gen. 17, 2. 7., et reliquis, unde Rom. 9, 4. plur. αἱ διαθῆκαι (cf. Gen. 28, 14.). αἱ διαθῆκαι τῆς ἐπαγγελίας, Eph. 2, 12. — *b.*, leges et instituta, scil. *aa.*, circumcisio, Act. 7, 8. (διαθήκη περιτομῆς, spectata illa tamquam obsignatio foederis dei cum Abraamo initi.) — *bb.*, lex Israelitis per Mosen data (νομοθεσία, Rom. 9, 11.); vid. Hebr. 9, 20. (Exod. 24, 8.) Cf. Exod. 19, 5. Num. 10, 33. Deut. 9, 25. — ὁ κιβωτὸς τῆς διαθήκης, arca foederis s. legis, Hebr. 9, 4. ibid. αἱ πλάκες τῆς διαθήκης, tabulae legis. (Deut. 9, 9. cf. Exod. 24, 7. 2 Reg. 23, 21. Exod. 34, 28.) — Porro 3., mentio iniicitur de duabus διαθήκαις, prima et secunda, vetere et nova. Scil. *a.*, iam in scriptis V. T. legitur deus novum aliquod foedus cum Israelitis initurus esse, longe firmius futurum, quam illud fuerit, quod tum temporis, cum Israelitae ex Aegypto educerentur, pactum fuerit, Jerem. 31, 31 — 34. Hebr. 8, 9. 10, 16. Ad haec vatis verba ipse haud dubie dominus respexit, novum dicens sanciri foedus suo sanguine, Matth. 26, 28. (Marc. 14, 24. Luc. 22, 20. 1 Cor. 11, 25.), qua voce testari voluit, se rediturum esse ad inaugurandum regnum Messiae. (Nam de condenda nova aliqua religionis oeconomia verbis eius nihil inest.) Ita vero et *b.*, Paulus distinguit τὴν παλαιάν et τὴν καινὴν διαθήκην; τὴν παλαιάν dicit libros Judaeorum sacros, 2 Cor. 3, 14., utpote quorum argumentum lege nititur Mosaica, ab ipso διαθήκη appellata, Gal. 4, 24. Per τὴν καινήν contra intelligi vult promissionem de venia peccatorum aeternaque felicitate datam, et Christi morte ac resurrectione sancitam, 2 Cor. 3, 6. — *c.*, auctor epistolae ad Hebr. beneficia per Christum parta διαθήκης nomine comprehendit duas ob rationes: *aa.*, quia per comparationem docet, institutum illud, cui διαθήκης nomen est, Mosaicum munere Christi longe inferius esse. Illud enim non potuisse lustrandi ritibus purgare homines a peccatis, morte vero Christi purgationem a peccatis omnibus perfici, Hebr. 9, 15. 7, 19. Unde concluditur, Christum auctorem esse alterius διαθήκης, 8, 7., eiusque novae, i. e. melioris ac praestantioris, 7, 22. 8, 6. 12, 24., aeternae, 13, 20. Deinde vero *bb.*, auctor voci διαθήκης peculiarem subiicit, quamquam non insolentem, sed linguae usui accommodatam testamenti significationem, ut Christum conferat cum testatore, 9, 16. 17. (Demosth. p. 1136, 12.) Nimirum haec ei ideo apta visa est comparatio, quod cum felicitatem aeternam tamquam haereditatem a Christo aliis relictam spectaret, tum ad id attendi vellet, quod ad

illam felicitatem adspirandi potestas iis, qui Christo addicti sunt, facta sit morte Christi, 9, 15. Atque cum hic auctor supposita testamenti notione tum explicasse, cur dudum ante Christum Moses ob τῆς διαθήκης sanctitatem populum sanguine consperserit, 9, 18., tum de foederibus ante Mosen pactis id docuisse videatur, respectum fuisse in his et in omnibus promissionibus a deo datis ad Christum; factum hinc est, ut probata hac doctrina latinus interpres Vulgatus διαθήκης vocem, ubicunque in codice S. legentibus occurreret, latino testamenti vocabulo exprimeret.

Διαίρεσις, εως, ἡ, (a διαιρέω, q. v.) **1.**, divisio, disiunctio. (Xen. Cyr. 4, 5, 55.) — **2.**, divisio, quae fit distributione ita, ut ex toto alius aliam partem accipiat, 1 Cor. 12, 4. 5. (διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσί, i. e. distribuuntur atque ita dividuntur τὰ χαρίσματα, verschiedene Vertheilungen. Alii intelligunt distinctiones, discrimina, quibus opponitur confusio, commixtio, non inepte quidem, sed cf. v. 11. διαιροῦν ἑκάστῳ.)

Διαιρέω (ῶ), f. ήσω, (ex διά et αἱρέω, capio, aus einander nehmen, zerlegen, zertheilen, aor. 1. act. διεῖλον, med. διειλόμην, ab obsol. ἕλω) τινί τι, (Polyb. 7, 42.) **1.**, divido (in aequas partes), Luc. 15, 12. (i. e. dedit de toto suam cuique partem, τὸ ἐπιβάλλον μέρος.) — **2.**, distribuo, i. e. aliquam cuique partem, alii aliam do, 1 Cor. 12, 11. (aliter Luc. 12, 13.)

Διακαθαρίζω, f. ίσω, (ex καθαρίζω, purgo, et διά, h. e. ita, ut discretio fiat) purgo, Matth. 3, 12. et Luc. 3, 17. (διακαθαίρειν τὴν ἅλω. Alciphr. epist. 3, 26.)

Διακατελέγχομαι, f. -ελέγξομαι, (ex κατ-ελέγχω, q. v., et διά, quod significat, actum verbo expressum inter duos divisum esse, qui uterque idem certatim et alternatim faciant. Cf. verba: διαδικάζομαι, διαλέγομαι, διακοντίζομαι, διακράζω, διακροβολίζομαι, διατοξεύομαι etc. Construuntur quae ex eo genere verba sunt, cum dativo, τινί) certatim cum aliquo disputo, ut eum redarguam s. refellam (cf. Hermann. ad Viger. p. 856.), Act. 18, 28.

Διακονέω (ῶ), f. ήσω, (a διάκονος, q. v. Augmentum accipit temporale, quasi compositum ex διά et ἀκονέω, imperf. διηκόνουν, aor. 1. διηκόνησα, aor. 1. p. διηκονήθην) **I.**, τινί, alicui personae: ministro, servio alicui, i. e. servi officia alicui, qui mihi dominus est, praesto, Joh. 12, 26. Act. 19, 22. Philem. v. 13. — Matth. 20, 28. et Marc. 10, 45. (οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι. Num ἑαυτῷ? At construunt etiam Graeci διακονεῖν τινα. Ergo: um bedient werden zu sollen. Sens. loci: non venit, ut partes ageret domini, cuius commodis inserviant alii, sed se servum facturus est aliis adeo, ut pro iis vitam ponat, quo e servitute liberentur.) Demosth. p. 362, ult. δεσπότῃ διακονεῖν. — **2.**, Ut lat. ministrare (Plaut. Stich. 5, 4, 7. Petron. Satyric. c. 31. Varro de re rust. 3, 14.), ita διακονεῖν de iis dic., qui ad mensam apparent et accumbentibus cibum potumque afferunt (Latini ministratores appellant), Matth. 4, 11. 8, 15. (Marc. 1, 31. Luc. 4, 39.)

Luc. 12, 37. 17, 8. — 22, 27. (ubi ὁ διακονῶν refertur ad τὸν ἀνακείμενον), et ita quoque absolute, absque dativo, Joh. 12, 2. Luc. 10, 40 (h. l. de femina, cibos apparante.) Sic et Graecis διακονία de ministerio ad mensam dicitur, Xen. Oecon. 7, 41. — **3.**, victum alicui et quae ad vitam necessaria sunt, ministro, suppedito, Matth. 25; 44. 27, 55. (Marc. 15, 41.) Luc. (ad locum modo laudatum respiciens) 8, 3. (διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.) — necessitatibus alicuius subvenio (v. c. eleemosynis colligendis), Rom. 15, 25. Hebr. 6, 10. — absolute: ministeria ago (i. e. curam pauperum, aegrotorum ago), de munere in coetibus Christianorum certis hominibus imposito, 1 Tim. 3, 10. 13. (καλῶς διακονεῖν.) 1 Petr. 4, 11. Construitur verbum, de quo agimus, fere semper cum dativo personae. Quare notandus locus Act. 6, 2., ubi constr. reperitur cum dat. rei: διακονεῖν τραπέζαις, mensis ministrare. Hoc vero nihil aliud est, quam curare res ad mensas, ad tabulas pecuniarias (v. τράπεζα) pertinentes, fiscum administrare, rei pecuniariae operam dare, inservire pecuniae (et colligendae et inter pauperes distribuendae). — **II.**, διακ. τι et τινί τι, ministro (alicui) aliquid, procuro aliquid, quo commodis alicuius inserviam; **1.**, τί, 2 Cor. 8, 19. (σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν, hoc beneficio, quod vobis ministratur a nobis, cf. v. 4. διακονία et v. 20.) aliter 2 Tim. 1, 18. (ὅσα — διηκόνησε, quam multa sint, quae eius ministerio debeam.) 2 Cor. 3, 3. (ἐπιστολὴ — διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, epistola, quae scripta est nostro ministerio.) — **2.**, τινί τι, 1 Petr. 1, 12. (οὐχ ἑαυτοῖς, ὑμῖν δὲ διηκόνουν αὐτά, haec suppeditantes non suis, sed vestris usibus ministrarunt.) — εἴς τινα, 1 Petr. 4, 10. (ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα εἰς ἑαυτούς, i. e. εἰς ἀλλήλους — αὐτὸ διακονοῦντες. Participium ad imperativum vers. 7. expressum pertinet. Verte: quod quisque donum accepit, impendentes in communem [alter in alterius] usum.)

Διακονία, ας, ἡ, ministerium, propr. conditio, functio τοῦ διακόνου, i. e. eius, qui διακονεῖ, atque hoc est eius **1.**, qui mandata alicuius exsequitur, 2 Tim. 4, 11. (εὔχρηστος εἰς διακονίαν, ad peragenda mandata.) — **2.**, ministerium, i. e. munus (quod mandata habet, quo subiectus sis alienae voluntati), Col. 4, 17. (παραλαβεῖν, πληροῦν.) 2 Tim. 4, 5. (πληροφορεῖν.) plural., 1 Cor. 12, 5. — Speciatim dic. de munere apostolico, Act. 1, 17. 25. 20, 24. 21, 19. Rom. 11, 13. 2 Cor. 4, 1. 6, 3. (Constat enim, apostolos sibi tribuere nomen servorum Christi, Rom. 1, 1. Gal. 1, 10. Phil. 1, 1. Tit. 1, 1. 2 Petr. 1, 1. Jac. 1, 1. Jud. v. 1.) Latet in voce simul notio instrumenti, quo quis utitur ad perficiendum id, quod ipse perficere aut non vult, aut non potest. Ergo ut 2 Cor. 3, 6. commemorantur διάκονοι τῆς (καινῆς) διαθήκης, i. e. per quos promulgatur et ad alios perfertur ἡ διαθήκη (gleichsam die Handlanger), ita ubi de promulgatione veteris et novi foederis sermo est, adhibetur vox διακονίας, 2 Cor.

3, 7 — 9. Et dicitur quidem legis per Mosen facta promulgatio 2 Cor. 3, 7. ἡ διακονία τοῦ θανάτου, ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις, promulgantis ministri munus illud, quod mortem denuntiat, litteris alligatum, lapidibus insculptum (auctor non distincte scripsit, quippe commiscens promulgationem cum re promulgata, τὴν διακονίαν cum τῷ διακονηθέντι); sive ἡ διακ. τῆς κατακρίσεως, v. 9., i. e. munus sententiam damnatoriam promulgans. Cui opponitur ἡ διακονία τοῦ πνεύματος, v. 8., i. e. ministerium promulgans id, quo hominum animi veluti vitali spiritu recreantur, coll. v. 6., et διακ. τῆς δικαιοσύνης, v. 9., i. e. id promulgans, quo, qui fidem habent, iusti deoque probati declarantur; ἡ διακ. τῆς καταλλαγῆς, 2 Cor. 5, 18. (munus, cuius institutio et finis est hominum reconciliatio.) Sed ut qui domino servit, simul eius commodis inservit, atque διακονεῖν τινι saepissime est: operam et officia ministri alicui (quamvis non dominus sit) eo praestare, quod commodis eius inserviatur et eius necessitatibus subveniatur, ita διακονία **3.**, de ministerio dicitur, quo quis res alicuius curat; *a.*, universe, Hebr. 1, 14. (ἀποστέλλεσθαι εἰς διακονίαν, i. e. ut ministrorum munere fungantur opem et auxilium ferentes.) Eph. 4, 12. 2 Cor. 11, 8. (πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν, ut vobis inservirem.) Nominatim *b.*, dicitur de sustentatione pauperum, ubi praeclare Lutherus vertit: Handreichung, subministratio, et *aa.*, quidem ita, ut notio praevaleat actionis, Act. 11, 29. (πέμψαι εἰς διακονίαν, i. e. ad opem praestandam subsidiis afferendis, zur Unterstützung.) cf. 12, 25. (πληρώσαντες τὴν διακονίαν, i. e. postquam pecuniam subministraverunt.) 1 Cor. 16, 15. (εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς, susceperunt in se munus necessitatibus Christianorum subveniendi, scil. eleemosynis colligendis, distribuendis.) — *bb.*, ut notio praevaleat rei subministrandae (quemadmodum voc. χάρις saepe denotat beneficia τῇ χάριτι data); — ἡ διακονία ἡ εἴς τινα, Rom. 15, 31. (ἵνα ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς —, ut subministratio mea, quae Hierosolymam destinata est, accepta sit.) 2 Cor. 8, 4. (τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους δέχεσθαι, rogarunt, ut susciperemus collationem subsidiorum Christianis destinatorum, quam pro sua parte dedissent, cf. Rom. 15, 26.) 2 Cor. 9, 1. — 9, 12. (ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης, i. e. subministratio, qua haec λειτουργία [cf. Rom. 15, 27. λειτουργῶ], h. e. beneficii publici collatio, fit.) v. 13. (διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης, per documentum, scil. fidei vestrae editum hac subministratione, his eleemosynis.) — *c.*, In coetibus Christianorum erant, quibus cura pauperum et aegrotorum, eleemosynarum distributio mandata esset. Horum munus διακονία dic., Rom. 12, 7. Act. 6, 1. (cf. 1 Tim. 3, 10. 13. 1 Petr. 4, 11.) — **4.**, ad formulam: διακονεῖν τινι πράγματι s. χρήματι, h. e. curare, quae alicuius rei sunt, quum dictum esset διακονεῖν ταῖς τραπέζαις, Act. 6, 2., per oppositum commemoratur v. 4. ἡ διακονία τοῦ λόγου, qua

significabitur: cura doctrinae, die Besorgung der Lehre zur Förderung derselben. (Male confuderunt hunc locum cum iis, qui munus apostolicum memorantes supra ad 2. recensiti sunt.) — **5.**, ut *διακονεῖν* dicuntur ministratores, qui ad mensam apparent (v. *διακονέω*), ita *διακονία* est ministratio ciborum, apparatus ciborum, Luc. 10, 40.

Διάκονος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, (vox incertae originis, sed verbum *ἐγκονέω*, trepido ministraturus, radicem quaeri iubet in voc. *κόνις*, pulvis) minister; **1**, cui peragenda sunt mandata domini, qui domino adest, mandata eius peracturus, Matth. 22, 13. — *τινός*, *a.*, qui res alicuius curat, ut servus res domini, oppon. *μέγας*, Marc. 10, 43. et Matth. 20, 26. (Sens.: is aliorum commodis inserviat tamquam si esset illorum minister, a quo iure hoc postulare possent, cf. Matth. 23, 11.) Marc. 9, 35. (*πάντων ἔσχατος κ. πάντων διάκονος.*) cf. Luc. 9, 48. — Joh. 12, 26. — *διάκονος τῆς ἐκκλησίας*, Col. 1, 25. Rom. 15, 8. *διάκονος περιτομῆς*, circumcisioni subiectus. — *b.*, *διάκονός τινος*, quo quis instrumento utitur, Rom. 13, 4. (*θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστι, σοὶ εἰς τὸ ἀγαθόν*, deus eius ministerio utitur in tuum commodum.) 1 Cor. 3, 5. 2 Cor. 6, 4. (*ὡς θεοῦ διάκονοι*, tamquam qui mandata dei peragunt.) Col. 1, 7. 1 Tim. 4, 6. Eph. 6, 21. — *τῆς διαθήκης*, 2 Cor. 3, 6. (quorum ministerio *ἡ διαθ.* promulgatur, v. supra *διακονία.*) — *τοῦ εὐαγγελίου*, Eph. 3, 7. Col. 1, 23. — *οἱ διάκονοι τοῦ Σατανᾶ*, 2 Cor. 11, 13. (intelliguntur *ψευδαπόστολοι*, cf. v. 13., quorum opera Satanas utitur.) ibid. *οἱ διάκονοι δικαιοσύνης*, ministri iustam caussam agentes. — **2.**, iuxta formulam *διακονεῖν τινι*, necessitatibus alicuius subvenire, dicitur *διάκονος*, qui curam pauperum et aegrotorum agit, Armen- und Krankenpfleger, Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 8. 12. Rom. 16, 1. — v. *διακονία* n. 3., *c.* — **3.**, ministrator cibi ac potus, Joh. 2, 5. 9. (Xen. Mem. 1, 5, 2. Hier. 3, 11. Lucian. de merced. cond. §. 26. Polyb. 31, 4, 5.) vid. *διακονέω* n. I. 2. — **4.**, iuxta formulam *διακ. τινι πράγματι* (v. *διακονέω* n. I. 3. et *διακονία* n. 4.) dictus reperitur *διάκονος ἁμαρτίας*, Gal. 2, 17. adiutor, administer peccati.

Διακόσιοι, *αι*, *α*, (ex *δίς* et *ἑκατόν*) ducenti, ae, a, Marc. 5, 37. Joh. 6, 7. 21, 8. cett.

Διακούω, f. *σομαι*, (ex *διά* et *ἀκούω*) propr. ad finem usque audio, völlig anhören, accurate audio (sensu forensi), Act. 23, 35. (*διακούσομαί σου.*)

Διακρίνω, f. *ινῶ*, (ex *διά*, dis, et *κρίνω*) **1.**, activum: *a.*, discerno; *aa.*, *τινά*, distinguo aliquem (beneficiis), auszeichnen, 1 Cor. 4, 7. (ita *διά*, ut in *διέχειν*, *διαφέρειν*, excellentiae significationem accipit, v. Hermann ad Viger. p. 856.) Referri huc potest 1 Cor. 11, 29. (quia non reputat, qualis honor habendus sit corpori Christi, quae sit peculiaris eius sanctitas.) — *bb.*, iudicio distinguo, dignosco, discrimen facio, unterscheiden; *μεταξὺ τοῦ*

ἑνὸς κ. τοῦ ἄλλου, Act. 15, 9. — 1 Cor. 14, 29. (διακρίνειν, discernere eos, qui afflatu divino loquuntur. Cf. 12, 10. διακρίσεις πνευμάτων.) — Matth. 16, 3. (faciem coeli, quid vario modo mutata portendat.) — *cc.*, iudicium fero inter duas partes litigantes s. dissidentes; ἀνὰ μέσον, 1 Cor. 6, 5. (ex hebr., v. Gen. 16, 5. 31. 53. Jes. 2, 4. al.) — *b.*, examino, exploro, 1 Cor. 4, 31. (οἷ ὁ, Job. 12, 11.) — **2.**, med. *a.*, διακρίνομαι, dubito (in contraria discerno, ut dubius haeream, utrum eligam, sich mit sich entzweien), Matth. 21, 21. et Marc. 11, 23. (ἐὰν μὴ διακριθῇ, s. διακριθῆτε.) — μηδὲν διακρινόμενος, Jac. 1, 6. (nihil, i. e. plane non dubitans.) Act. 10, 20. et 11, 12. (sine ulla dubitatione, utrum liceat, necne.) Jud. v. 22. (οὓς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένους, alios, qui dubitent, argumentis convincite.) Rom. 4, 20. (οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, nullas sibi dubitationes excitavit incredulitate.) Rom. 14, 23. — *b.*, διακρίνομαι πρός τινα, litigo adversus aliquem (ich setze mich in Zwiespalt gegen einen Andern), Act. 11, 2. (Xen. Ages. 1, 33.) vel τινί, Jud. v. 9. (οἷ ὁ, Jerem. 15, 10. Polyb. 18, 35, 4.) — οὐ διακρίνεσθαι ἐν ἑαυτῷ, Jac. 2, 4. non suspendere iudicium suum, i. e. praecipitanter, temerarie iudicare.

Διάκρισις, εως, ἡ, (a διακρίνω. Cf. ἀπόκρισις, κατάκρισις, ὑπόκρισις) discretio, distinctio, 1 Cor. 12, 10. (διάκρισις πνευμάτων videtur esse i. q. διερμηνεία, cf. 1 Cor. 14, 6.) Hebr. 5, 4. (πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ.) — Rom. 14, 1. (μὴ εἰς διάκρισιν διαλογισμῶν, non eo consilio, ut distinguatis opiniones, utra utri sit tamquam verior praeferenda. — v. εἰς, quod consilium indicat, et μή, quod est prohibitivum.)

Διακωλύω, f. ύσω, (ex διά, quod non denotat valde, ut vulgo dicunt, sed amotionem dis, et κωλύω, q. v.) vel impedio, vel prohibeo, Matth. 3, 14. (dicitur de eo, qui aliquem admittere non vult, cf. Matth. 10, 14.) — Demosth. Philipp. 2. Xen. H. G. 1, 6, 10. — Non est: prohibere voluit, ut provocandum sit ad exempla verborum non actum ipsum, sed conatum exprimentium, imo est: prohibuit.

Διαλαλέω (ῶ), f. ήσω, (ex διά et λαλέω) **1.**, ex usu praeposit. διά, dis: divulgo, Luc. 1, 65. (Eurip. Cyclop. v. 174.) — **2.**, ex usu eiusdem praeposit. id, quod inter duos divisum est et quod a certantibus et alternantibus fit, indicantis (v. supr. διακατελέγχομαι): colloquor; — διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, Luc. 6, 11. (sequente: τί ἂν ποιήσειαν, de colloquio deliberantium.)

Διαλέγομαι, f. ξομαι, aor. 1. διελέχθην, (med. verbi διαλέγω, dilego, disloco) **1.**, mecum diversim cogito (cogitata cogitatis interiicio, cf. διαλογίζομαι), reputo, sic ap. Hom. — **2.**, si τῷ λέγειν tribuitur dicendi vis, *a.*, disputo, dissero (e rationibus dispositis et collatis sententiam duco); *aa.*, absol., Act. 19, 8. 9. — *bb.*, περί τινος, Act. 24, 25. — τινί (in locis, ubi auctor dativum commodi in mente habuisse videtur), Act. 17, 19. 18, 19.

20, 7. — addito: ἀπὸ τῶν γραφῶν, scil. rationes ducens. — πρός τινα, Act. 17, 17. 24, 12. — *b.*, de sermone plurium mutuo (ut διά denotet sermonem divisum duorum se invicem interrumpentium, unde διάλογος, colloquium); *aa.*, διελέχθησαν πρὸς ἀλλήλους, seq. interrogat. indir., Marc. 9, 34. disceptaverunt, quis maior esset. — *bb.*, — τινί. Hoc speciatim: *α.*, amice et amanter verbis cum aliquo ago, Hebr. 12, 6. cf. Prov. 3, 11. 12. Xen. Mem. 4, 4, 4. πρὸς χάριν. — *β.*, altercor cum aliquo, Jud. v. 9.

Διαλείπω, f. ψω, (praepositio διά cum divisionem rei in partes adsignificet, v. supr. διά, cum verbis composita saepe notat, quod partibus divisis interiectum est, conferenda cum nostro: zwischen, v. διαγίνομαι. Ergo διαλείπω propr.: intervallum s. intermedium relinquo) moram interpono, coeptum aliquid ad tempus intermitto, Luc. 7, 45. (οὐ διέλιπε καταφιλοῦσα, i. e. osculari postquam coeperat, non desiit. Herodian. 7, 1, 15. Xen. Apol. Socr. §. 16. Alia verba cum participio construi solita: παύομαι, ἐκκακῶ, τελέω, ἐπιμένω, διάγω etc.) Tob. 10, 7. occurrit διαλιμπάνω.

Διάλεκτος, ου, ἡ, (a διαλέγω — διά, distincte) distincta expressio vocis, quae lingua fit. Aristot. Hist. Anim. 4, 9. — Clemens Alex. Stromat. lib. 1. p. 146. edit. Sylb.: διάλεκτός ἐστι λέξις ἴδιον χαρακτῆρα τόπου ἐμφαίνουσα, ἢ λέξις ἴδιον ἢ κοινὸν ἔθνους ἐμφαίνουσα χαρακτῆρα· — ἀπεριλήπτους δὲ οὔσας τῶν βαρβάρων φωνάς φασιν οἱ Ἕλληνες μηδὲ διαλέκτους, ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι. — lingua genti alicui propria, Act. 1, 19. 2, 6. 8. 21, 40. 22, 2. 26, 14. (Polyb. 1, 67, 9. 1, 80, 6.)

Διαλλάσσομαι, f. ξομαι, (ex ἀλλάσσομαι, q. v., et διά, quod distributionem unius eiusdemque actus inter duos vicissim et alternatim agentes animo informari iubet, v. supra διακατελέγχομαι, διαλέγομαι, διαλαλέω. Notes praeterea verba graeca: διαγωνίζομαι, διαδορατίζομαι, διαδάκνυμαι, διαδικάζομαι, διακυβεύω, διαδιφρεύω, διαζηλεύομαι, διακολακεύομαι cett. τινί. Usurpatur medium in his phrasibus, quia actio subiecti in alium transiens vicissim ab illo recipitur, cum effectus mutuus sit) in gratiam redeo cum aliquo. Haec autem significatio non inde fluit, quod ἀλλάσσομαι sit infensum meum erga aliquem animum muto, ut vulgo dicunt, sed quia ἀλλάσσειν propr. de nummulariis, qui paria paribus comparant et quae paria sunt, permutant, dictum proprie est permuto, ich wechsle gegen — aus und tausche gegen — ein. Hinc dici possunt, qui reconciliantur (διαλλάττεσθαι, sich wie gegen einander zu wechselndes Geld mit jemand ausgleichen), ut alter idem sentiat, quod alter, Matth. 5, 24. (Thucyd. 8, 70. Plut. vit. Themist. c. 28. οἱ ὁ, 1 Sam. 29, 4.)

Διαλογίζομαι, f. ίσομαι, (ex λογίζομαι [a voc. λόγος] et διά, ut diversae partes quasi certantes cogitentur. Vid. de διά ad διαλλάσσομαι, διαλέγομαι) **1.**, diversas rationes confero, deliberans, quid decernam, rationes computo, ratiocinor, mecum reputo; *a.*, verbo simpliciter dicto ita, ut oratione directa ea, quae τὸν

διαλογιζόμενον in dubitationem adduxerunt, et quae secum ipse dixit, sequantur, Marc. 8, 16. (*διελογίζοντο, πρὸς ἀλλήλους λέγοντες, ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν.* Matth. 16, 7. *ἐν ἑαυτοῖς λέγοντες* etc.) 2, 6. 7. (*διαλογ. ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν*, ut v. 8. Luc. 5, 21. *διαλογίζ.* simpliciter.) — Matth. 21, 5. (*διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς*, ratiocinabantur. Marc. 11, 31. *πρὸς ἑαυτούς*, ut Luc. 20, 4. *συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτούς.*) Marc. 2, 8. (*ὅτι οὕτως διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς.*) Luc. 12, 17. — *b.*, verbo constructo *aa.*, cum quaestione indirecta, Luc. 1, 29. (*ποταπὸς εἴη.*) 3, 15. (*διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ χριστός*, cum populi animi essent suspensi, annon forsitan etc., optativus, ubi quid quis cogitaverit, ex ipsius animo refertur, v. verba *διαπορέω, διαλαλέω, συζητέω, πυνθάνομαι.*) — *bb.*, cum *ὅτι*, Joh. 11, 50. (sed Matth. 16, 8. Marc. 8, 17. *ὅτι* est: quia, non pendens a verbo.) — **2.**, discepto, Marc. 9, 33. (*πρὸς ἑαυτούς* i. q. *πρὸς ἀλλήλους*, alter ad alterum conversus, alter cum altero.)

Διαλογισμός, οῦ, ὁ, (a *διαλογίζομαι*, q. v.) computatio, ratiocinatio. Hinc **1.**, mente cogitatum. Plur., Luc. 5, 22. 6, 8. 9, 46. 47. 24, 38. coll. v. 37. Speciatim: opinio. Plur., Luc. 14, 1. — ratiocinium. Plur., Rom. 1, 21. 1 Cor. 3, 20. (*σοφῶν.*) — sententia. Plur., Jac. 2, 4. (*κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν*, i. e. iudices, qui ineptas sequuntur sententias, von verwerflichen Grundsätzen, genitivus qualitatis, cf. Hebr. 10, 39.) — consilium. Plur., Marc. 7, 21. et Matth. 15, 19. — **2.**, disceptatio (v. *διαλογίζομαι* n. 2.). Plur., Phil. 2, 14. (coniunctum cum *γογγυσμοί.*) Sing., 1 Tim. 2, 8. (coniunct. cum *ὀργή.*)

Διαλύω, f. *ύσω*, (ex *διά* et *λύω*) dissolvo, Act. 5, 36. (de agmine hominum soluto et dissipato.) Polyb. 4, 12, 1.

Διαμαρτύρομαι, f. *οῦμαι*, (ex *διά*, per, et *μαρτύρομαι*) Xen. H. G. 3, 2, 18. — **I.**, absque casu; **1.**, obtestor, graviter adhortor; *a.*, universe, Act. 8, 25. 28, 23. — *b.*, seq. imperat., 2 Tim. 4, 1. 2. Act. 2, 40. (2 Reg. 17, 3. Xen. Cyr. 7, 1, 17. *σύ με πρότερον ἔμβαλλε τοῖς πολεμίοις, διαμαρτύρομαι, πρίν* etc.) — *c.*, seq. *ἵνα*, 1 Tim. 5, 21. (ita sequente *μή*, Exod. 19, 21.) — *d.*, seq. infinit., 2 Tim. 2, 14. (ita Nehem. 9, 26.) — addito: *ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*, 1 Tim. 5, 21. 2 Tim. 2, 14. 4, 1. — **2.**, contestor, attestor, dicto comprobo, dicto fidem facio. (Scil. *διαμαρτύρεσθαι* dicuntur auctores sacri, quorum effata ad comprobandum aliquid excitantur, Hebr. 2, 6. (*διεμαρτύρατό πού τις*, scil. Ps. 8, 5 — 7.) — huc refer: Act. 20, 23. (spiritus S. confirmat, scil. per homines ipsius afflatu loquentes, seq. *λέγον, ὅτι* etc.) — **II.**, cum casu; **1.**, cum dat. pers.: testimonium edo alicui, Luc. 16, 28. (*ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς.* Quod sequitur: *ἵνα μή*, a *διαμαρτύρηται* est separandum, licet Wahlius inde formulam fabricatus sit: *διαμαρτύρομαι ἵνα μή.*) — **2.**, *τί*, testimonio fidem alicui rei facio, Act. 20, 24. (*τὸ εὐαγγέλιον.* Nam Paulus semper

eo provocabat, quod Christum, quem in vitam rediisse apostoli contendebant, ipse viderit. Perperam Ernestiani et Fischeriani enarrant: docere.) — **3.**, τινί τινα, testor alicui aliquem, i. e. aliquem vere esse eum, quem haberi volo, testimonio meo confirmo; ita Act. 18, 5. — **4.**, τινί τι, ubi accusat. est rei, quae actionem denotat: testimonio edito alicui inculco aliquid, Act. 20, 21. (Not.: Ez. 16, 2. et 20, 4. οἱ ὁ verba הָעִיד et הוֹדִיעַ permutarunt, decepti forsitan lectionis varietate.)

Διαμάχομαι, f. ήσομαι, (ex διά et μάχομαι) vicissim pugno (v. supra διαλλάσσομαι), de hominibus acriter secum disputantibus, Act. 23, 9. (Sirac. 8, 1. Thucyd. 3, 40.)

Διαμένω, f. νῶ, (ex διά et μένω) permaneo. Dicitur **1.**, de duratione *a.*, simpliciter (Jerem. 32, 14.), Gal. 2, 5. (ἵνα ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς, constructio praegnans, i. e. ut ad vos perferri posset.) Hebr. 1, 11. (oppon. ἀπόλλυμαι.) cf. Ps. 102, 27. — *b.*, addito adiectivo (vel participio), conditionem denotante, Luc. 1, 22. (διέμεινε κωφός, ut nos: er blieb stumm; — Cic.: terra immobilis manens.) 2 Petr. 3, 4. — **2.**, ut constantia laudetur, Luc. 22, 28. (ὑμεῖς — οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου, qui mecum mansistis, die ihr ausgeharret habt.) Xen. Mem. 3, 5, 12.

Διαμερίζω, f. ίσω, (ex διά et μερίζω et hoc a μέρος, pars) **1.**, divido (in partes), zertheilen; *a.*, propr. de rebus locum explentibus, Act. 2, 45. med., Matth. 27, 35. (διεμερίσαντο, sibi diviserunt, scil. ut partes acciperent. — Marc. 15, 24. Luc. 23, 34.) pro quo Joh. 19, 24. διεμερίσαντο ἑαυτοῖς, ad Ps. 22, 19. — *b.*, trop., in contrarias sibique adversantes partes dissolvor, contrarias partes sequor; — ἐπί τινα, contra aliquem insurgo; — εἰς ἑαυτόν (de eo, qui a se ipso desciscit), Luc. 11, 17. 18. — 12, 52. 53. (ἐπί τινι. Ut ἐπί cum accus. motum ad terminum, ita ἐπί τινι peractum motum indicat et quietem in termino.) — **2.**, distribuo, seq. dat. plur., partior inter, vertheilen, Luc. 22, 17. Act. 2, 45. (Herodian. 1, 17, 3. τὶ εἴς τινας.)

Διαμερισμός, οῦ, ὁ, (a διαμερίζω) **1.**, divisio, partitio. — **2.**, trop., dissidium, Luc. 12, 52. v. διαμερίζω, n. 1., *b.* (Reprobavit ita Pollux hanc vocem, ut pleraque vocabula in μός efficta fere omnes Grammatici, v. Lobeck. ad Phrynich. p. 512.)

Διανέμω, f. ῶ, (ex διά et νέμω) distribuo, divido; pass. εἰς τὸν λαόν, dispergi inter vulgus, Act. 4, 17.

Διανεύω, f. σω, (ex διά et νεύω) nutu significo, innuo, Luc. 1, 22. (οἱ ὁ, Ps. 35, 19. Diod. Sic. 3, 17.)

Διανόημα, τος, τό, (a διανοέω) cogitatum, Luc. 11, 17. (Sirac. 22, 16. Xen. H. G. 7, 5, 19.)

Διάνοια, ας, ἡ, (ex διά et νοός, pro διανοΐα. Sed contractionem prae se ferunt omnes voces ab hac stirpe descendentes, ut ἄνοια, μετάνοια, ἐπίνοια, πρόνοια, ὑπόνοια cett.) **1.**, intelligendi facultas, mens, Matth. 22, 37. (Marc. 12, 30.) Luc. 10, 27.

Eph. 4, 18. (ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, cf. Hebr. 5, 11. et Wineri grammat. N. T. Sect. III. §. 24. de dativo.) Hebr. 8, 10. et 10, 16. (vid. voc. διαθήκη.) 1 Petr. 1, 13. (Jerem. 1, 17.) — **2.**, intelligentia, Einsicht, 1 Joh. 5, 20. — **3.**, cogitandi et sentiendi ratio, Gesinnung, Col. 1, 21. (ἐχθροὶ τῇ διανοίᾳ, quod cogitandi rationem attinet.) Luc. 1, 51. (ὑπερήφανοι διανοίᾳ καρδίας.) — **4.**, plur. αἱ διάνοιαι, cogitata mentis, Eph. 2, 3.

Διανοίγω, f. ξω, (ex διά et ἀνοίγω, q. v., imperf. διήνοιγον, aor. 1. διήνοιξα, aor. 1. pass. διηνοίχθην) aperio (quod clausum erat); **1.**, propr.; ἄρσεν διανοῖγον μήτραν (פֶּטֶר רֶחֶם, Exod. 13, 2.) masculus uterum (clausam matricem) aperiens, i. e. primogenitus, Luc. 2, 23. — **2.**, trop. et metaph., Marc. 7, 34. 35. Luc. 24, 31. cf. Matth. 20, 33. (Jes. 35, 5. 2 Reg. 6, 1.), auditum, visum alicui restituere. — τὰς γραφάς, sensum recludere scriptorum S., explicare scripturas S. (Ps. 119, 130.), Luc. 24, 32. Act. 17, 3. — τὸν νοῦν τινος, captum alicuius reserare (ut aliquid percipere possit), Luc. 24, 45. cf. διαν. τὴν καρδίαν, animum aperire, i. e. intelligendi facultatem s. discendi cupiditatem in aliquo excitare, Act. 16, 14. (Themist. Orat. 2. de Constantio Imp.: διανοίγεταί μου ἡ καρδία κ. διαυγεστέρα γίνεται ἡ ψυχή.)

Διανυκτερεύω, f. σω, (ex διά, per, et νυκτερεύω, pernocto. Cf. διημερεύω. Nomina: νυκτερεία, et χειμερεία, quod sibi cognat. habet verbum χειμερίζω) totam noctem transigo, ἔν τινι, Luc. 6, 12. (Diod. Sic. 13, 62. Herodian. 1, 16, 7. Jos. Bell. Jud. 2, 14, 7.)

Διανύω, f. ύσω, (ex διά et ἀνύω, perficio) plane perficio, absolvo, Act. 21, 7. (τὸν πλοῦν.) Aelian. V. H. 2, 23. Xen. Cyr. 1, 4, 28. 4, 2, 15.)

Διαπαντός, v. supra sub διά, n. I., 3., *a*.

Διαπαρατριβή, ῆς, ἡ, (— παρατριβή a παρά et τρίβω. Significat παρατρίβω proprie: *a.*, tero, perfrico, unam rem altera, v. c. χρυσὸν ἄλλῳ χρυσῷ. Plaut. Asin.: lapis lapidem terit, eines an dem Andern reiben. *b.*, trop.: παρατρίβομαί τινι, simultas mihi cum aliquo intercedit, contentiones mihi sunt cum aliquo, Reibungen mit einem Andern haben; — διά denotat vicissitudinem, vid. διακατελέγχομαι, διαμάχομαι) mutua contentio. Plur., 1 Tim. 6, 5. (haud pauci codd. h. l. παραδιατριβαί. Sed analoga compositio est διαπάροξύνω.)

Διαπεράω (ῶ), f. άσω, (ex διά et περάω, permeo) transeo, traiicio (vel fluvium), Matth. 9, 1. (Marc. 5, 21.) 14, 34. (Marc. 6, 53.) — (vel aliud intervallum) Luc. 16, 26. — terminus ad quem: εἰς cum acc., Act. 21, 2. — πρός τινα, Luc. 16, 26.

Διαπλέω, f. εύσομαι, (ex διά, per, et πλέω, navigo) — τί, pernavigo, navigando transeo, Act. 27, 5. (πέλαγος.)

Διαπονέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (med. verbi διαπονέω, dolore affectus sum, διαπονέω τι, elaboro aliquid; ex διά et πονέω,

quod derivatur a πόνος, labor) absol., indignor, Act. 4, 2. 16, 18. (διαπονηθείς.) — Cohel. 10, 9. Hom. Il. 9, 12.

Διαπορεύομαι, f. εύσομαι, (ex διά et πορεύομαι) proficiscor per; 1., seq. διά τινος, iter facio per (locum), Luc. 6, 1. — subintellecto genitivo loci (brevitatis caussa omissi), Luc. 18, 36. (suppl. διὰ Ἰεριχώ.) Rom. 15, 24. (suppl. δι' ὑμῶν, i. e. per vestram urbem.) — 2., seq. accus. (τὰς πόλεις), peragro, Act. 16, 4. — Lucas addit: κατὰ πόλεις καὶ κώμας, Luc. 13, 22. (cf. διοδεύω, Luc. 8, 1. διέρχομαι, 9, 6. εἰςπορεύομαι, Act. 3, 3.)

Διαπορέω (ῶ), f. ήσω, (ex διά et ἀπορέω, quod verbum ope α privativi fingitur ex vocabulo πόρος, non habeo πόρον, i. e. locum, per quem effugiam, Ausweg; vid. ἀπορία et ἀπορέω) curis sollicitor, angorem capio, in Verlegenheit sein; — *a.*, absol., Luc. 9, 7. (ita positum, ut διαπονέομαι, Act. 4, 2. scil. seq. διὰ τό etc.) Act. 2, 12. — *b.*, addit.: ἐν ἑαυτῷ, Act. 10, 17. — re, de qua angor capitur: περί τινος, Luc. 24, 4. (h. l. med.) Act. 5, 24. — aut quaestione indirecta (τί ἂν εἴη, ubi ex animo alicuius narratur, quid ipse cogitaverit), Act. 2, 12. 10, 17. 5, 24.

Διαπραγματεύομαι, f. σομαι, (ex διά et πραγματεύομαι deducto a πρᾶγμα, quod a πράσσω descendens actionem, negotium significat. Refertur πραγματεύομαι ad negotia lucrum afferentia, ad mercatorum negotiationes, unde πραγματευτής, negotiator, mercator; — διά videtur huic phrasi notionem adiicere peractionis) negotior, Luc. 19, 15. (ἵνα γνῷ, τίς τί διεπραγματεύσατο, vid. τίς.)

Διαπρίω, f. ίσω, (ex διά et πρίω, serra disseco. Nam πρίον est serra) in N. T. med. idque significans: dentibus frendere (quasi dentes dentibus terere, ut serra lignum, ut indé stridor eliciatur), quod fieri solet ab indignantibus ac vehementer ira commotis, Act. 5, 33. 7, 54. (addito: ταῖς καρδίαις αὐτῶν.) — Lucian. de calumn. non temere cred. §. 24. μισεῖ δὲ καὶ λάθρα τοὺς ὀδόντας διαπρίει.

Διαρπάζω, f. άσω, (ex διά et ἁρπάζω) diripio, Matth. 12, 29. (Marc. 3, 27.)

Διαῤῥήγνυμι (ex διά et ῥήγνυμι), f. ξω, (a διαῤῥήσσω, de littera ρ in compositis duplicata v. supr. ἄῤῥαφος) dirumpo, discindo, Luc. 8, 29. (διαῤῥήσσων τὰ δεσμά. Marc. 5, 4. διασπάω.) — Ps. 2, 8. Matth. 26, 65. (Marc. 14, 63.) ἱμάτια, χιτῶνας. (Solebant in luctu Judaei vestium partes pectus tegéntes discindere. Quod ubi dicitur a summo sacerdote factum esse [ut videtur, contra legem, Levit. 10, 6. 21, 4. 10.], animadvertendum est, huius rei caussam h. l. non quaeri in luctu privato, sed in indignatione, et quod in luctu aliis liceret, id sacerdoti non illicitum fuisse vestes gestanti a sacris vestibus diversas. Cf. 1 Macc. 11, 71. Jos. B. J. 2, 15, 4.) Act. 14, 14. — Pass., Luc. 5, 6. (διεῤῥήγνυτο τὸ δίκτυον. Hoc non est: rumpi incipiebat, multo minus Wahlii: es

drohte zu zerreissen, sed: rumpebatur, scil. in nonnullis partibus, es erhielt Risse.)

Διασαφέω (ῶ), f. ήσω, (ex διά et σαφής, clarus, perspicuus) enarro, Matth. 18, 31.

Διασείω, f. είσω, (ex διά et σείω, schwingen, schütteln, quatio) concutio (Aelian. V. H. 2, 14. Diod. Sic. 20, 87.). — trop. (Job. 4, 14.), τινά, concutio, Luc. 3, 14. sed hoc vid. explicandum esse: incusso terrore alteri aliquid extorqueo. Certe Iure consultis Rom. concussionis is dicitur reus esse, qui terrore potestatis aliquid extorquet et aufert. — Tertull. de fuga in persec. c. 12.: quid dicit ille concussor? da mihi pecuniam. Id. ibid. c. 13.: petenti me dabo in caussa eleemosynae, non in concussurae. — At ut latinum concutio graeco διασείω ex asse respondet, ita significatio, quam usus tribuit latinae voci, verbo graeco in contextu Lucae optime convenit.

Διασκορπίζω, f. ίσω, (ex διά et σκορπίζω, q. v. Et simplex verbum et compositum Atticis insolens est. Dicunt seriori aetate, cum turbari pura graecitas coepisset, in communem linguam transiisse ab Ionibus. Habent Joseph., Plutarch., Lucian., Polyb., Strabo, Aelian. v. Lobeck. ad Phryn. p. 218.) **1.**, dispergo, Luc. 11, 23. et Matth. 12, 30. (oppon. συνάγω, ut Joh. 11, 52.) — Luc. 1, 51. — pass., Joh. 11, 52. Act. 5, 37. — **2.**, frumenta ventilo, vanno, wurfeln (in longius spatium iactare grana, ut a paleis secernantur. Quare oppon. συνάγω, post ventilationem colligo), Matth. 25, 24. 26. (συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας per attractionem pro: συνάγων ἐκεῖθεν, οὗ etc. potest σκορπίζειν enarrari per: seminari, grammatici vero explicant: λικμᾶν, ventilare. Hesych. et ex eo Phavorin.: Λικμηταί· διασκορπισταί. Suidas: Λικμῶ, τὸ κοσκινεύω, διασκορπίζω, πτυάζω. — Cf. Ez. 29, 12. 30, 23. 26. 36, 19. Jerem. 31, 10. et h. l. τῷ λικμᾶν oppon. συνάγω. Ita sensus esset: tu quaeris purgatum frumentum, ubi non ventilasti. Sed id verbo συνάγω convenire, mihi non persuadebitur.)

Διασπάω, f. άσω, (ex διά et σπάω, traho) distraho, dirumpo, τί, Marc. 5, 4. Act. 23, 10. (Hos. 13, 8. Job. 19, 10.)

Διασπείρω, f. ερῶ, (ex διά et σπείρω, unde lat. spargo) dispergo; — pass. de iis, qui in diversa fugati sunt loca, Act. 8, 1. (διεσπάρησαν.) v. 4. (διασπαρέντες.) 11, 19. (Xen. Anab. 1, 8, 25.) Hinc voc. sequens.

Διασπορά, ᾶς, ἡ, (cf. voces ἀγορά, διαφορά, διαφθορά) **1.**, dispersio. — **2.**, propr.: conditio eorum, qui extra patriam in varias regiones dispersi vivunt. Sed in locis hic afferendis videntur potius variae illae terrae intelligendae esse, in quibus extra patriam Judaei dispersi degebant, 1 Petr. 1, 1. (παρεπιδήμοις διασπορᾶς, i. e. peregrinantibus in terra, quae ab iis dispersim habitatur.) Jac. 1, 1. (ἐν τῇ διασπορᾷ, scil. οὖσι.) Joh. 7, 35. (εἰς τὴν διασπορὰν τῶν

Ἑλλήνων, nos diceremus: in die Zerstreutheit gehen, quibus verbis loca innui, quivis sentiret.)

Διαστέλλομαι, (med. verbi διαστέλλω [ex διά et στέλλω, sisto, apparo, instruo], separo, dimoveo alterum ab altero, ut utraque sint disparata) praecipio; τινί, aufgeben, Act. 15, 24. Hebr. 12, 20. — seq. ἵνα, Marc. 7, 36. Matth. 16, 20. Marc. 9, 9. 5, 43. (διεστείλατο πολλά, ἵνα.)

Διάστημα, τος, τό, (ab obsol. διαστάω, pro quo usu receptum διΐστημι) intervallum, distantia; — de tempore, Act. 5, 7. (ἐγένετο ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα.)

Διαστολή, ῆς, ἡ, (a διαστέλλω, cf. formas: ἀνατολή, βολή, μονή, νομή, ἀγορά, στροφή, τροπή, al. verborum, quorum initialis littera vocalis est, v. c. ἀείδω, ἄγω = ᾠδή, [ἀγ]ωγή) **1.**, discrimen, Rom. 3, 22. 10, 12. (— Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος.) — **2.**, distinctio, distincta expressio, 1 Cor. 14, 7. (ἐὰν διαστολὴν μὴ δῷ, hoc idem est, quod v. 9. ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῷ, sive: ἐὰν ἄδηλον φωνὴν δῷ, v. 8.)

Διαστρέφω, f. ψω, (ex διά et στρέφω) **1.**, distorqueo, Act. 13, 10. (τὰς ὁδοὺς κυρίου τὰς εὐθείας, — ὁδοὶ διεστραμμέναι, viae tortuosae, opponuntur ὁδοῖς εὐθείαις, Judic. 5, 6.) — **2.**, perverto, perturbo, verwirren, ita c. acc., Luc. 23, 2. (— τὸ ἔθνος.) — pass. διεστραμμένος, perversus, Matth. 17, 17. et Luc. 9, 41. Phil. 2, 15. (γενεὰ διεστραμμένη.) Act. 20, 30. (λαλεῖν διεστραμμένα.) — **3.**, diverto aliquem (ἀπό τινος, ab aliquo), Act. 13, 8.

Διασώζω, f. ώσω, (ex διά et σώζω, h. e. σάον s. σόον facio, sano, servo) salvum et incolumem praesto, h. e. vel *a.*, sano (aegrotum), ich heile, τινά, Luc. 7, 3. — pass., Matth. 14, 36. — vel *b.*, incolumem tueor (nicht umkommen lassen), Act. 27, 43. — vel *c.*, servo, ich rette, Act. 28, 4. (διασωθεὶς ἐκ τῆς θαλάσσης.) — Notato termino ad quem: — πρός τινα, Act. 23, 24. (πρὸς Φήλικα, ut — salvum perducerent ad —.) — ἐπί c. acc., Act. 27, 44. (διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν, scil. ἐκ τῆς θαλάσσης.) — εἰς, 1 Petr. 3, 20. (εἰς ἥν, scil. κιβωτόν, διεσώθησαν. Addit. δι' ὕδατος, per aquas, durch das Wasser hindurch, dilogiae caussa, ut cum hac aqua baptismus conferri posset.)

Διαταγή, ῆς, ἡ, (a διατάσσω, dispono, ordino, comp. ex διά et τάσσω) dispositio, ordo, institutio. Plural. in loco perobscuro Act. 7, 53. ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων. Ego enarro sic: recepistis (ihr habt angenommen) angelorum tradentium auctoritate moti, s. quia vestrum ducebatis ea, quae ab angelis tradantur, recipere, auf Engel-Anordnungen hin. Cf. Gal. 3, 19. Hebr. 2, 2. et εἰς ὄνομα δέχεσθαι, Matth. 10, 41. Alii vertunt: inter angelorum agmina; contra leges linguae. Nam praepos. εἰς nisi pendeat a verbo motum in aliquem locum indicante, non significat: inter. — Caeterum angelorum ministerio datam legem esse, non auctoritate scriptorum Mosaicorum, Ex. 21, 1. 19. 22., sed

ex theologia docetur Judaeorum seriorum. Vid. τοὺς ὁ, Deut. 33, 2. Act. 7, 38.

Διάταγμα, τος, τό, (a pf. pass. verbi διατάσσω, quod v.) mandatum, praeceptum, Hebr. 11, 23.

Διαταράσσω, ττω, f. ξω, (ex διά et ταράσσω) perturbo, Luc. 1, 29. (διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ.) Xen. Mem. 4, 2, 40.

Διατάσσω, ττω, f. ξω, (ex διά et τάσσω, colloco, in ordine colloco) constituo, praecipio, iubeo; **1.**, activum cum pass., *a.*, praecipio, τινί, *aa.*, universe, Matth. 11, 1. (ὅτε ἐτέλεσεν — διατάσσων τοῖς μαθηταῖς. De particip. v. notata ad verbum διαλείπω.) 1 Cor. 16, 1. — *bb.*, seq. acc. c. inf., praecipio ut, die Verordnung geben, dass, Luc. 8, 55. (διέταξεν, αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν.) Act. 18, 2. — *cc.*, διατ. τινί τι, de mandatis, pass., Act. 23, 31. (κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς.) Luc. 17, 9. (τὰ διαταχθέντα αὐτῷ.) v. 10. — *b.*, διατ. τινί τι, constituo alicui aliquid, quod iure postulet, einem etwas nach Taxe festsetzen, Luc. 3, 13. (μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε.) — *c.*, Gal. 3, 19. dicitur ὁ νόμος (lex Mosaica) διαταγεὶς δι' ἀγγέλων, ἐν χειρὶ μεσίτου, quo non potest doceri, legis auctores esse angelos, dei nuntios ministrosque, sed hoc significatur, per angelos legem ad eos, quibus destinata esset, perlatam esse, nos: zugefertigt, ausgestellt. — **2.**, medium: constituo, ut aliquid ratum sit et valeat, quo ordini consulatur, vel aliquid ad compositum fiat; *a.*, absol., Act. 20, 13. (οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος.) 1 Cor. 7, 17. (οὕτως — διατάσσομαι.) — *b.*, τινί, Tit. 1, 5. (ὥς σοὶ διεταξάμην, h. e. ad eam, quam tibi dedi, normam.) — *c.*, διατάσσομαί τι, 1 Cor. 11, 34. (τὰ λοιπά, ὡς ἂν ἔλθω, διατάξομαι.) — *d.*, τινί, sequente infinit., Act. 7, 44. (καθὼς διετάξατο τῷ Μωϋσῇ ποιῆσαι αὐτήν, prouti normam Mosi dederat s. descriptionem, die Vorzeichnung.) 24, 23. (cum ei servandam rationem praescripsisset.)

Διατελέω (ῶ), f. έσω, (ex διά et τέλλω = τελέω, perficio, finio) **1.**, transit., διατ. τι, prorsus perficio aliquid, Xen. H. G. 7, 3, 4. (ubi oppon. ἄρχεσθαί τι.) — **2.**, intransit., permaneo, Act. 27, 33. (ἄσιτοι διατελεῖτε, cf. διαμένω.) Xen. Mem. 1, 2, 28.

Διατηρέω (ῶ), f. ήσω, (ex διά et τηρέω, observo, custodio) — τί, servo, conservo, Luc. 2, 51. cf. Gen. 37, 11. — ἐμαυτὸν ἔκ τινος, retineo me ab aliqua re (ne immaculer), purum me servo ab aliquo, Act. 15, 29. (ex usu hebr. שָׁמַר sequente מִן, Ps. 12, 8. Cf. formulas: φυλάξασθαι, προςέχειν ἑαυτῷ ἀπό τινος, quamquam διατηρεῖν ἑαυτὸν ἀπό τ. non simpliciter est cavere sibi ab aliquo. Perperam Wahl.: ich gebe auf mich Acht ἔκ τινος, wegen einer Sache!)

Διατί, cur, quare, v. διά n. II. 1.

Διατίθεμαι, f. θήσομαι, (medium verbi διατίθημι, dispono) τινί τι, **1.**, addico, destino alicui interposita mea fide aliquid, quod possideat, Luc. 22, 29. (κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, κα-

θῶς διέθετό μοι ὁ πατήρ, βασιλείαν, i. e. spondeo vobis pro vestra διακονίᾳ (v. 28.) praemium regnandi potestatem, Herrschaft, quemadmodum eam mihi, nunc quidem servum inter vos agenti, (v. 27.) addixit pater. Vertunt ita οἱ ὁ hebraic. כָּרַת לְ, 2 Chron. 7, 18. Quare ut ad verbum hebr. כָּרַת additur in aliis locis nomen: בְּרִית, foedus, ita οἱ ὁ verbo διατίθεσθαι addunt nomen: διαθήκη, quo additum illud hebraicum nomen exprimant. Significat ergo **2.**, quae in N. T. occurrit formula: διατίθεμαι διαθήκην τινί *a.*, ad hebraicam phrasin: כָּרַת בְּרִית אֶת פ׳ (Jerem. 31, 31 — 33.), foedus pango, pactionem ineo cum aliquo, Hebr. 8, 10. — cf. Gen. 15, 18. — item: πρός τινα, Act. 3, 25. Hebr. 10, 16. (Deut. 7, 2.) — Graeci: συντίθεμαι πρός τινα, αἱ πρός τινα συνθῆκαι, Xen. Cyr. 3, 1, 21. — *b.*, testamentum facio, Hebr. 9, 16. 17. (ὁ διαθέμενος, scil. τὴν διαθήκην.) v. supr. voc. διαθήκη.

Διατρίβω, f. ψω, (ex διά et τρίβω, tero) contero; **1.**, addito: χρόνον vel ἡμέρας, tempus tero, transigo, consumo, Act. 14, 3. 28. (ἐκεῖ.) 16, 12. (ἐν ταύτῃ τῇ πόλει.) 20, 6. (οὗ, ubi.) 25, 6. (ἐν αὐτοῖς, inter eos.) v. 14. (ἐκεῖ.) — **2.**, simpliciter dictum: commoror, Act. 12, 10. — μετά τινος, Joh. 3, 22. 11, 54. (addito: ἐκεῖ.) — ἐν τόπῳ τινί, Act. 15, 35.

Διατροφή, ῆς, ἡ, (ex διά et τρέφω, alo) alimentum, victus, 1 Tim. 6, 8. (Xen. Vect. 4, 49. Plut. Tom. 6. p. 499. ed. Reiske.)

Διαυγάζω, f. σω, (ex διά et αὐγάζω, splendeo, a voc. αὐγή, splendor) illucesco, 2 Petr. 1, 19. (ἕως ἡ ἡμέρα διαυγάσῃ, propr. hindurchleuchten.)

Διαυγής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex διά et αὐγής, quod in forma simplici non exstat, sed compositionis caussa ab eadem stirpe deductum est, unde descendit vox αὐγή) pellucidus, Apoc. 21, 21. (e nonnullor. codd. lectione. — Aristaenet. 1, 1. Anthol. Gr. 3, 40. Pollux Onomast. 5, 109. Videtur fingenda ad derivationem esse forma αὔσσω, cf. λούσσω, et lat. luceo, oculus.)

Διαφανής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex διά et φαίνω, unde aor. 2. p. ἐφάνην, et voces ἡ φανή, ὁ φανός. Cf. vocem analogam διαυγής) pellucidus, Apoc. 21, 21. (e textu vulg. — Diod. Sic. T. 10. p. 175. Bip.)

Διαφέρω, f. διοίσω, aor. διήνεγκον, (ex διά et φέρω, fero) **1.**, ubi διά notat: per, fero s. porto per aliquem locum, Marc. 11, 16. Act. 13, 49. (διεφέρετο ὁ λόγος δι' ὅλης τῆς χώρας, ferebatur doctrina per totam regionem, i. e. per totam reg. divulgabatur.) — **2.**, ubi διά denotat: dis, differo, i. e. *a.*, vi transitiva praeditum: in diversas partes, in diversa loca fero. Ita διαφέρεσθαι (pass.) dicuntur, qui navi huc illuc feruntur, vehuntur, Act. 27, 27. — *b.*, intransit. ut lat. differo, diversus sum, Gal. 2, 6. (οὐδέν i. e. plane non μοὶ διαφέρει, i. e. mihi prorsus perinde est, ὁποῖοί ποτε ἦσαν. Ita in oratione Graecorum potissimum

seriorum: τί διαφέρει; quid refert? v. Lobeck. ad Phrynich. p. 594. — διαφέρω τινός, differo ab aliquo, i. e. excello, praesto alicui (cf. διά in verbo διακρίνω), Luc. 12, 24. (Matth. 6, 26. μᾶλλον.) 12, 7. (Matth. 10, 31.) Matth. 12, 12. (πόσῳ διαφέρει ὁ ἄνθρωπος τοῦ προβάτου;) Ita Graeci, e. g. Xen. Oecon. 20, 17. H. G. 3, 1, 8. de genit. v. Wineri grammat. N. T. Sect. III. §. 23. — διαφ. τινὸς ἔν τινι, 1 Cor. 15, 41. — Graeci διαφέρειν τινός τινι, Xen. Mem. 3, 9, 1. — ἐπί τινι, Mem. 4, 2, 1. — τὰ διαφέροντα δοκιμάζειν, quid conveniat, quid praestet, explorare, Phil. 1, 10. Rom. 2, 18.

Διαφεύγω, f. ξω, (ex διά et φεύγω) diffugio, Xen. H. G. 4, 7, 24. — effugio, entrinnen, Act. 27, 42. — οἱ ὁ, Prov. 19, 5. Jos. 8, 22. (Xen. Mem. 3, 12, 4. διαφεύγειν τὰ δεινά, periculum effugere.)

Διαφημίζω, f. ίσω, (ex διά et φήμη, fama) divulgo, Marc. 1, 45. (τὸν λόγον.) pass., Matth. 28, 15. (διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις.) — c. acc. personae, Matth. 9, 31. (διεφήμισαν αὐτόν, scil. Jesum, ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ, famam eius sparserunt per totam illam regionem. Etiam Latinis in usu est: diffamare aliquem, sensu tamen malo dici solitum.)

Διαφθείρω, f. -φθερῶ, (ex διά et φθείρω, q. v.) unde nostrum: verderben, corrumpo (cf. διά in v. διατρίβω), Apoc. 11, 18. (τὴν γῆν, i. e. homines terram incolentes, cf. 19, 2.) Luc. 12, 33. (σὴς διαφθείρει, scil. τὸν θησαυρόν.) — Xen. Mem. 1, 1, 1. — Pass., Apoc. 8, 9. (τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρη.) 11, 18. — 2 Cor. 4, 16. (ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, oppon. ἀνακαινοῦται.) — 1 Tim. 6, 5. (διεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ut Dion. Hal. Ant. 5, 21. διεφθαρμένους τὴν γνώμην. Constructionem sic explica: διαφθείροντες τὸν νοῦν [actio] ideoque ipsi διεφθαρμένοι [passio], cf. 2 Tim. 4, 3. Alias eiusmodi phrases v. in Wineri grammat. N. T. Sect. III. §. 25. de accusativo cum passivis constructo.) Hinc vox sequens.

Διαφθορά, ᾶς, ἡ, (simplex: φθορά, de forma vocis v. ἀγορά, διασπορά, διαστολή, ἀκοή) corruptio (dicitur vel sensu activo actio eius, qui aliquid corrumpit, v. c. Xen. Mem. 1, 2, 8. vel sensu pass. conditio eius, qui corrumpitur, aut corruptus est, et ita dictum occurrit in N. T.); speciat., corruptio, quae oritur ex putredine, Act. 2, 27. 31. 13, 35. 36. 37. (ἰδεῖν διαφθοράν ex hebr. Ps. 16, 10. i. e. experiri putredinem, in putredinem abire, putredine solvi.) Act. 13, 34. (μηκέτι ὑποστρέφειν εἰς —, non porro redire in —, i. e. semper liberum manere a corruptione. Cf. Job. 33, 28.)

Διάφορος, ου, ὁ, ἡ, (a διαφέρω, supposita forma obsoleta perf. 2. ἔφορα, cf. ἀγορά, διαφθορά, διαστολή, al.) diversus, Rom. 12, 6. Hebr. 9, 10. (Xen. Mem. 1, 3, 2.) Comparat.: διαφορώτερος, έρα, ρον, praestantior, Hebr. 8, 6. — addito παρά, praeter aliquem, prae aliquo, Hebr. 1, 4.

Διαφυλάσσω, ττω, f. ξω, (ex φυλάσσω, ττω, custodio, et διά, quod aut signif. per, custodio aliquem, ut salvus pervadat pericula, aut respondet lat. dis, amotionem innuens, scil. a malis et periculis, cf. διακωλύω, διαστρέφω, διασώζω, al.) custodio (aliquid, ne surripiatur, Xen. Cyr. 4, 5, 45.); — τινά, tueor aliquem, behüten, Luc. 4, 10. (ex Ps. 91, 11.)

Διαχειρίζομαι, f. ίσομαι, (med. verbi διαχειρίζω, administro, Xen. Anab. 1, 9, 17. ex διά et χειρίζω, manibus tracto, a χείρ, manus, cf. ἐπιχειρέω) interficio, Act. 5, 30. 26, 21.

Διαχλευάζω, f. άσω, (ex διά et χλευάζω, a χλεύη, ludibrium) derideo, irrideo, Act. 2, 13. (διαχλευάζοντες ἔλεγον.) Demosth. p. 1221, 16.

Διαχωρίζομαι, f. ίσομαι, (pass. et med. verbi διαχωρίζω, separo, Xen. Oecon. 8, 11. ex διά et χωρίζω, a χῶρος, spatium, cf. ἀποχωρίζω) separo me; — ἀπό τινος, i. e. discedo ab aliquo, Luc. 9, 33.

Διδακτικός, ή, όν, (a διδακτός, q. v. Cohaerent adiectiva sic efformata plerumque cum verbis in ίζω exeuntibus, atque studium, imitationem, retractationem alicuius rei designantibus) aptus, promtus ad docendum, 1 Tim. 3, 2. 2 Tim. 2, 24.

Διδακτός, ή, όν, (adi. a διδάσκω, 3. pers. perf. pass. — et doctus, et docendus, s. qui doceri potest, ut Xen. Mem. 3, 9, 1.) doctus, Joh. 11, 45. (διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, a deo instituti, per hebraismum, v. Jes. 54, 13.) 1 Cor. 2, 13. (λόγοι διδακτοὶ πνεύματος ἁγίου, i. e. rationes suggestae a spiritu S. — ibid. λόγοι διδακτοὶ ἀνθρωπίνης σοφίας, rationes suggestae humana sapientia.)

Διδασκαλία, ας, ἡ, (i. q. τὸ διδασκάλιον ap. Herod. V. quae notata sunt ad voc. αἰτία, ἀποστολή, ἀρχή) 1., institutio, Unterweisung, Rom. 12, 7. 15, 4. (εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν, ut nos edoceremur.) 1 Tim. 4, 13. (προσέχειν τῇ διδασκ., vacare institutioni.) v. 16. (ἐπιμένειν τῇ διδασκ.) 5, 17. 2 Tim. 3, 10. Tit. 2, 7. — 2., doctrina, quae traditur, Eph. 4, 14. 1 Tim. 1, 10. 4, 6. 6, 1. 3. 2 Tim. 4, 3. Tit. 1, 9. 2, 10. — Plur. (de praeceptis), Matth. 15, 9. et Marc. 7, 7. et Col. 2, 22. (Jes. 29, 13. ex versione τῶν ό.)

Διδάσκαλος, ου, ὁ, (a διδάσκω, q. v.) doctor, praeceptor; *a.*, addito genit. eius, qui instituitur, Rom. 2, 20. 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11. (4, 3.) — *b.*, ita dictum, ut respiciatur scientia, qua, qui doctorem agit, utitur, Hebr. 5, 12. — *c.*, doctor Rabbinicus, quem multitudo discipulorum, quos docebat, sectabatur, Matth. 8, 3. 19. 9, 11. 10, 24. 12, 38. 22, 16. al. Joh. 1, 38. 3, 2. 10. 13, 13. 14. — *d.*, nomen, quod in primitiva ecclesia nonnulli ob acceptum docendi munus, aut ob susceptum ab ipsis docendi negotium gerebant, Eph. 4, 11. 1 Cor. 12, 28.

Διδάσκω, f. ξω, (originem ducit ab obsoleta forma δάω, quae superstites formas reliquit ἔδαον, docui, ἐδάην didici, perf.

δεδαώς, δεδαηκώς, qui didicit, id. δεδαημένος. Hinc δάσκω praeposita littera ι, et reduplicata littera verbi initiali δ. Cf. πιπράσκω, πιφάσκω) doceo. Hoc ponitur **I.**, absol., ut significet **1.**, orationes ad alios habeo, quibus edoceantur, Lehrvorträge halten. Ita saepissime Jesus dicitur docuisse in synagogis, in templo, ad mare Galil., Marc. 1, 21. 14, 49. Matth. 21, 33. Luc. 5, 17. 6, 6. Joh. 7, 12. Matth. 26, 56. Marc. 4, 1. 6, 2. Luc. 4, 15. 13, 10. Joh. 18, 20. — cf. 1 Tim. 2, 12. — vel urbes vicosque obiisse, in quibus doceret, Marc. 6, 6. (Matth. 4, 23.) Luc. 23, 5. (καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας.) — **2.**, ἐδίδασκε λέγων, Marc. 16, 17. i. e. sententiam scripturae S. tenendam proposuit. — **3.**, ita dicitur, ut incrementi ratio habeatur, quod is, qui docet, scientiae vel addit vel addere vult eius, qui docetur, wissend machen, Act. 4, 18. (μὴ φθέγγεσθαι, μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ, weder sich zu äussern, noch Lehre mitzutheilen unter Bezugnahme auf Jesu Würde, auf das, was Jesus sein soll.) 5, 28. (Nam sermo h. l. est de proposita aliqua διδαχῇ.) — Rom. 12, 15. (ὁ διδάσκων, qui doctorem agit, Latini: qui praecipit.) — **II.**, constructe: **1.**, c. acc. pers., τινά, doceo aliquem. Hoc dicitur vel *a.*, universe, et vario quidem sensu. *aa.*, Jesus et apostoli memorantur praesentes homines docuisse, i. e. conciones habuisse, pro concione dixisse, quae vellent ab aliis sciri ac teneri, Lehrvorträge halten an jemand, Matth. 5, 2. Marc. 1, 22. 2, 13. 4, 2. Luc. 5, 3. Marc. 10, 1. Joh. 8, 2. Act. 4, 2. 5, 25. 20, 20. — Aliud vero est *bb.*, gentem aliquam docere, h. e. apud eam gentem doctoris partes agere, Joh. 7, 35. (διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας.) — *cc.*, docere alios dicuntur, qui eos aliquod placitum tenere, s. aliquam amplecti opinionem s. alicui praecepto obtemperare iubent, Act. 15, 1. Matth. 5, 19. Hebr. 8, 11. — *dd.*, ratio in primis habetur incrementi, quod doctor scientiae addit eius, quem edocet: imbuere aliquem doctrina, Act. 11, 26. 21, 28. belehren. — Joh. 9, 34. Rom. 2, 21. Apoc. 2, 20. — declarare alicui (aliquid), Marc. 9, 31. 1 Joh. 2, 27. (οὐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς, non opus habetis, ut vobis aliquis cognitionem impertiat, qua nondum instructi essetis.) — *ee.*, ἑαυτούς, Col. 3, 16. (i. e. ὑμεῖς ἀλλήλους, alter alterum sapere faciatis.) — vel dicitur *b.*, additamentis definitum: *aa.*, seq. ὅτι, expono, declaro alicui, Marc. 8, 31. (i. q. δεικνύω τινί, ὅτι, Matth. 16, 21.) 1 Cor. 11, 14. — *bb.*, seq. infinit., Luc. 11, 1. (δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, i. e. doce nos rationem preces faciendi, data aliqua praescriptione, suppeditata aliqua formula.) Matth. 28, 20. (διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα etc., praecipientes eis, ut faciant, ut observent omnia etc.) Apoc. 2, 14. Matth. 28, 15. (ὡς ἐδιδάχθησαν, scil. ποιῆσαι) — *cc.*, περί τινος, de aliqua re, i. e. alicui ostendere, quae sit vera de aliqua re sententia, 1 Joh. 2, 27. — *dd.*, τινὰ ἔν τινι, instituo; pass., Eph. 4, 21. — **2.**, c. acc. rei, τί, praecipio aliquid, Matth. 15, 9. (Marc. 7, 7. ex Jes. 29, 13.) 1 Tim.

4, 11. (iunctum cum *παραγγέλλω*, ut 6, 2.) Tit. 1, 11. Matth. 22, 16. (Marc. 12, 14. Luc. 20, 21.) — expono, Act. 28, 31. 18, 25. — *τὸν λόγον τ. θεοῦ*, Act. 18, 11. — **3.**, cum duplici acc., *διδάσκω τινά τι*, ut lat. doceo aliquem aliquid (alicui aliquid trado, quod sciat vel teneat), Hebr. 5, 12. (notes constructionem: *οὐ χρείαν ἔχετε, τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς τινα* [male legunt *τίνα*], ut quis vos doceat, vobis tradat *τὰ στοιχεῖα* etc.). Sic et Graeci, Xen. Mem. 1, 2, 10. Cyr. 1, 6, 28. et 31. Huc referas 2 Thess. 2, 15. (*τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε.*) 2 Tim. 2, 2. (*οἵ ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι*, scil. *αὐτά.*)

Διδαχή, ῆς, ἡ, (a *διδάσκω*, perf. *δίδαχα*, cf. *ταραχή*, a *ταράσσω*) **1.**, doctrina (quae traditur), Marc. 1, 27. Act. 17, 19. Rom. 16, 17. 2 Joh. v. 10. — *ἡ διδ. τινος*, doctrina alicuius (i. e. quam tradit), Marc. 1, 22. (Matth. 7, 28. Luc. 4, 32.) 11, 18. (Matth. 22, 33.) Matth. 16, 12. Joh. 7, 16. 17. 18, 19. Act. 5, 28. Apoc. 2, 14. 15, 24. — *ἡ διδαχὴ τοῦ χριστοῦ*, doctrina de Jesu Messia, 2 Joh. v. 9. — *ἡ διδαχὴ τοῦ κυρίου*, Act. 13, 12. doctrina, quae deum habet auctorem et adiutorem. — Plur., Hebr. 13, 9. — **2.**, institutio (cf. vocem: *διδασκαλία*), Marc. 4, 2. 12, 38. Act. 2, 42. 1 Cor. 14, 6. 26. 2 Tim. 4, 2. (i. q. *παιδεία.*) Tit. 1, 9. (*ἀντεχόμενος τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου*, tenax verbi fidi [doctrinae fidae], ut doceri solet, dictum pro: *τοῦ πιστοῦ λόγου τοῦ τῆς διδαχῆς*, ad vitandos duos genitivos.)

Δίδραχμον, ου, τό, (hoc voc. et voc. *δραχμή* habent aspiratam ante liquidam, praeter consuetudinem) didrachmum, nummus argenteus aequans drachmas duas Atticas, vel unam Alexandrinam, vel siclum dimidium, vel quartam partem imperialis, hebr. בֶּקַע, Exod. 38, 26. Matth. 17, 24.

Δίδυμος, ου, ὁ, ἡ, geminus (duplex, Hom. Od. 19, 227; — ut *τρίδυμος*, triplex, *τετράδυμος*, quadruplex, *ἑπτάδυμος*); hinc: gemellus, Zwilling (scil. *παῖς*, ut *τρίδυμοι παῖδες*, Drillinge), hebr. תְּאֹם, cognomen Thomae apostoli, Joh. 11, 16. 20, 24. 21, 2. (Hom. Il. 23, 64.)

Δίδωμι, f. *δώσω*, (3. plur. praes. *διδόασι*, forma attica, Apoc. 17, 13. aor. 1. *ἔδωκα*, sed coniunctivus commentitius: *ἵνα δώσῃ*, Joh. 17, 2. Apoc. 8, 3. et in codd. 13, 16. — Hunc et alios eiusmodi aoristor. coniunctivos veteribus incognitos, librariis deberi, qui eos cum inclinamentis futuri et praesentis commutaverint, docuit Lobeckius ad Phryn. p. 720 seq. — perf. *δέδωκα*, plusq. *ἐδεδώκειν*, et absque augmento: *δεδώκειν*, Marc. 14, 44. Joh. 11, 57. — 3. plur. *δεδώκεισαν* pro Atticor. *δεδώκεσαν*. — aor. 2. *ἔδων*. De cuius optat. *δώῃν* pro *δοίην* posito, Rom. 15, 5. Eph. 1, 17. 3, 16. 2 Thess. 3, 16. 2 Tim. 1, 16. 18. 2, 7. v. Lobeck. ad Phryn. p. 346.) d o (cui oppon. *λαμβάνω*, capio, accipio). V. locos: Act. 20, 35. Matth. 10, 8. Joh. 3, 27. al. — Absolute dictum aut nullibi occurrit aut subintellecto dativo vel accu-

sativo, ut Luc. 6, 30. 38. (Matth. 5, 42. 7, 6. Act. 20, 35. — pass. δοθήσεται ὑμῖν, Luc. 11, 9. (Matth. 7, 7.) dabitur vobis, i. q. accipietis, universe dictum.

I., *Δίδωμι τινί τι*, do alicui aliquid. — At hoc vario sensu dicitur pro varietate rerum, quae dantur, et personarum, quibus dantur. **1.**, sponte do alicui aliquid, quod in suum vertat commodum, quod habeat et quo utatur pro arbitrio, i. q. largior, muneri do, Matth. 4, 9. (Luc. 4, 6.) Luc. 1, 32. 12, 32. Matth. 7, 11. et Luc. 11, 13. et Eph. 4, 8. Ps. 68, 19. (*δόματα δίδ. τινι.*) cf. Act. 11, 17. 13, 34. — Matth. 19, 21. (Marc. 10, 21. *διδόναι τὰ ὑπάρχοντα,* sua, *πτωχοῖς.* Luc. 18, 22. *διάδος.*) cf. Matth. 26, 9. (Marc. 14, 5. Joh. 12, 5. 13, 29.) Luc. 19, 8. 2 Cor. 9, 9. Luc. 15, 29. Joh. 4, 5. (Gen. 48, 22.) — Act. 24, 26. (*χρήματα.*)

2., concedo, ich gewähre, lasse zukommen, i. e. *a.*, roganti do (ubi alterius *λαμβάνειν* est: impetrare), Matth. 14, 7. 8. (Marc. 6, 22. 25.) 7, 7. (Luc. 11, 9.) 5, 42. (Luc. 6, 30.) 12, 38. 16, 4. (Marc. 8, 12. Luc. 11, 29.) 20, 23. (Marc. 10, 40.) Luc. 11, 13. (Matth. 7, 11.) 15, 16. Act. 3, 6. Joh. 11, 22. 14, 16. 15, 16. 16, 23. Jac. 1, 5. — *b.*, ubi ei oppon., quod quis sibi arrogat, Joh. 3, 27. 19, 11.

3., suppedito (de rebus necessariis), reichen, v. c. *ἄρτον τινί*, Matth. 6, 11. (Luc. 11, 3.) Joh. 6, 51. 7, 6. (*τοῖς κυσί*, proiicio.) Marc. 2, 26. (Luc. 6, 4.) 4, 25. (Luc. 8, 18. Matth. 13, 12. — cf. Luc. 19, 24. 26. et Matth. 25, 28. 29. suppedito, quo quis augeatur.) Joh. 4, 10. 14. 15. 6, 27. 32. 34. 51. Luc. 7, 44. 11, 7. 8. Matth. 24, 45. (*τὴν τροφήν.*) Luc. 12, 42. — Eph. 6, 19. cf. Marc. 13, 11. (suggero.) — Matth. 25, 8. (*διδόναι τινὶ ἐκ.*)

4., trado, i. e. *a.*, porrigo, i. q. *ἐπιδίδωμι* (gleichsam die mahlerische Beschreibung des Gebens), Joh. 13, 26. (*τὸ ψωμίον.*) — Matth. 14, 8. 11. (Marc. 6, 25. 28.) 14, 19. (Marc. 6, 41. Luc. 9, 16.) et Matth. 21, 27. (Marc. 14, 22. 23. Luc. 22, 19.) 15, 36. (Marc. 8, 6.) Joh. 18, 11. 21, 13. Apoc. 16, 19. (notes h. l. constructionem: *ἐμνήσθη*, scil. *Βαβυλών*, *δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον.*) Matth. 27, 34. (Marc. 15, 23.) — *τὰς χεῖρας διδόναι* alicui, Act. 9, 41. Gal. 2, 9. — *b.*, do, quod teneatur, Apoc. 2, 17. 28. 6, 2. 4. 11. — 8, 2. 3. 10, 9. 11, 2. 12, 14. 15, 7. — *c.*, de litteris, Matth. 5, 31. (*ἀποστάσιον.*) — *d.*, do alicui, quod ei destinatum est, Act. 7, 38. Joh. 17, 8. 14.

5., trado curae alicuius, concredo, committo, anvertrauen; *a.*, quod reposcas, Luc. 12, 48. (*παντὶ ᾧ ἐδόθη πολύ, πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτοῦ.*) Matth. 16, 19. (*τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας.*) 25, 15. *τάλαντα.* (Luc. 19, 13. 15. *μνᾶς, ἀργύριον.*) cf. Marc. 13, 34. — Luc. 16, 12. (*τὸ ὑμέτερον* [oppon. *τῷ ἀλλοτρίῳ*] *τίς ὑμῖν δώσει;* si hoc abutimini, de cuius vobis usu ra-

tio reddenda domino est, quis vobis quidquam dabit, quod plane relinquatur vestro arbitrio? Eigenthum zu erhalten seid ihr so lange nicht fähig, als ihr mit dem euch Anvertrauten nicht treu umgehet. — Locutio gnomica, male intellecta a Davide Schulzio, in: Parabel vom Verwalt. p. 114. *τὸ ὑμέτερον* dici *τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ* opinato, cui temere adstipulatus est Wahlius in clavi p. 303.) — Matth. 21, 43. et Marc. 12, 9. Luc. 20, 16. (cf. *ἐκδίδοσθαι*, v. 33. 41.) — *b.*, übertragen, Joh. 5, 22. (*τὴν κρίσιν*, scil. administrandam.) Apoc. 20, 4. (*κρίμα.*) 17, 13. (*τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν.*) — Joh. 5, 36. 17, 4. (*τὸ ἔργον — ἵνα ποιήσω.*) — *c.*, mando, mit Verpflichtungen des Empfängers ihm übergeben, ita Joh. 7, 19. (*οὐ Μωϋσῆς ἔδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον;* i. e. nonne vobis servandam mandavit? quare statim sequitur: *καὶ οὐδεὶς — ποιεῖ τὸν νόμον.*) v. 22. Act. 7, 8. (deus Abraamo dedit, scil. ad posteros propagandum, foedus circumcisionis. Vid. *διαθήκη*. Male Wahl.: sancivit.)

6., i. q. *ἀποδίδωμι*, solvo, entrichten, ein pflichtmässiges Geben, *a.*, de mercede, Matth. 20, 4. (*ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν.*) v. 14. 26, 15. (*τί θέλετέ μοι δοῦναι;* sic etiam *ἀργύριον δοῦναι*, Marc. 14, 11. Luc. 22, 5. scil. pro mercede. Aliter Act. 24, 26. v. supr. n. 1.) 28, 12. Apoc. 11, 18. *τὸν μισθόν.* — *b.*, de vectigalibus, tributis, decimis etc., Matth. 17, 27. 22, 17. (Marc. 12, 14. Luc. 20, 22. *κῆνσον διδόναι καίσαρι.*) Luc. 23, 2. (*φόρους — διδόναι.*) Hebr. 7, 4. (*τὴν δεκάτην.*) — *c.*, de sacrificiis, Luc. 2, 24. (*δοῦναι θυσίαν.*) — Poteris huc referre phrasin: *λόγον διδόναι*, rationem reddere, Rom. 14, 12.

7., coniungitur verbum *διδόναι* cum nominibus, quae actionem significant et *a.*, quidem eius, qui dat, ut quod dicitur *διδόναι*, vel simpliter vel *τινί*, id cogitetur efficere, bewirken, verursachen, erweisen. (Quare *τὸ διδόναι* cum nomine coniunctum saepissime in aliquod mutari verbum activum potest, quo effectio rei, nomine denotatae, exprimatur.) Ita v. c. *διδόναι αἶνον* (*τῷ θεῷ*), Luc. 18, 43. (i. q. *αἰνεῖν τὸν θεόν.*) — *δόξαν* (*τῷ θεῷ*), Luc. 17, 18. (i. q. *δοξάζειν τὸν θεόν*, ut *λαμβάνειν δόξαν*, Apoc. 4, 11. 5, 12. i. q. *δοξάζεσθαι.*) Joh. 9, 24. (*δὸς δόξαν τῷ θεῷ*, i. e. ita declara sententiam tuam, ut deum honores.) Joh. 17, 24. v. *δόξα.* — *ἀπόκρισίν τινι*, Joh. 1, 22. 19, 9. (i. q. *ἀποκρίνομαι.*) — *ἀφορμήν*, 2 Cor. 5, 12. (opportunitatem alicui facere.) cf. *διδόναι τινὶ τόπον*, Luc. 14, 9. (nos: Platz machen.) Eph. 4, 27. Rom. 12, 19. — *χρόνον*, Apoc. 2, 21. — *ἐγκοπήν* (*δοῦναι τῷ εὐαγγελίῳ*), 1 Cor. 9, 12. (i. q. *ἐγκόπτειν τὸ εὐαγγ.*) — *ἐντολήν*, Joh. 1, 57. 12, 49. 13, 34. 1 Joh. 3, 23. (i. q. *ἐντέλλομαί τινι.*) — *διαστολήν τινι*, 1 Cor. 14, 8. (i. q. *διαστέλλειν τι.*) — *παραγγελίαν*, 1 Thess. 4, 2. (i. q. *παραγγέλλομαι.*) — *παράκλησιν*, 2 Thess. 2, 16. (ibid. *διδόναι ἐλπίδα*, lat. spem facio.) — *ἔλεος*, 2 Tim. 1, 16. 18. (i. q. *ἐλεεῖν.*) — *ἀγάπην*, 1 Joh. 3, 1. (exhibeo.) — *ἐκδίκησιν*, 2 Thess. 1, 8. cf. Apoc. 18, 7.

Ez. 25, 14. — *χάριν*, Jac. 4, 6. 2 Cor. 8, 1. Gal. 2, 9. — passiv., Eph. 3, 8. Latini: afficere aliquem re. — *σημεῖον*, Matth. 12, 38. al. (signum edo.) Matth. 26, 48. notam facio. — *ὑπόδειγμά τινι*, Joh. 13, 15. (i. q. *ὑπέδειξα ὑμῖν*.) — *χάραγμά τινι*, Apoc. 13, 16. (i. q. *χαράσσειν τινά*.) — *ῥάπισμα*, Joh. 18, 22. 19, 3. (i. q. *ῥαπίζειν τινά*.) — *φίλημα*, Luc. 7, 45. (i. q. *φιλεῖν τινα*.) — aut significatur eiusmodi nomine *b*., aliquid ab eo efficiendum, cui dari dicitur. Ita v. c. in phrasibus *διδόναι τινὶ μετάνοιαν*, Act. 5, 31. 11, 18. (*τὴν μετάν*.) et *γνῶσιν σωτηρίας*, Luc. 1, 77. in quibus facile patet, *τὸ δοῦναι* nihil aliud esse, quam: viam facere ad. — Addi potest phrasis: *εἰρήνην* et *διαμερισμὸν διδόναι ἐν τῇ γῇ*, i. e. *ἐν ἀνθρώποις*, Luc. 12, 51. (Sens.: num me creditis doctorem inter homines exstitisse ita, ut discordes propter me ad pacem redeant? immo ita, ut inter amicos concitetur discordia.) Caeterum videas nomina hic adscripta suo quodque loco. — Efficiendi significatio etiam ibi obtinet, ubi de re sermo est, unde aliquid oritur, v. c. Joh. 6, 33. (*ὁ ἄρτος ὁ διδοὺς τὴν ζωήν*.) cf. Act. 3, 16. (*ἡ πίστις — ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην*), seu de instrumento, Act. 7, 25.

8., Coniunctum cum nominibus vim aliquam ac virtutem aut efficaciae incrementum, potestatem vel ornamentum aliquod denotantibus verbum *δίδωμι* (*τινί τι*) Latinorum est instruo (aliquem aliqua re), impertio (alicui aliquid); — instruo, scil. ubi sermo est de aliqua re praestanda eiusque praestandae facultate, ut quoque, quod ex opposito dicitur verbum accipiendi (*λαμβάνειν*) significet: instrui, instructum esse re, Luc. 21, 15. (*δώσω ὑμῖν στόμα κ. σοφίαν*.) Act. 7, 10. Eph. 1, 17. — *διδόναι τινὶ τὸ πνεῦμα* (*δυνάμεως*), 2 Tim. 1, 7. (cf. Rom. 11, 8. insidere iis fecit.) — *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, Act. 15, 8. Rom. 5, 5. 1 Joh. 3, 24. — *σύνεσιν*, 2 Tim. 1, 7. 2 Petr. 3, 15. — *χάρισμά τι*, 1 Tim. 4, 14. cf. 1 Cor. 12, 7. (*ἑκάστῳ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον*, i. e. quivis eo, quo — ea facultate, qua — spiritus div. vim suam exserit, instruitur ad communem utilitatem.) — *ἐξουσίαν*, Matth. 9, 8. 10, 1. (Marc. 6, 7. Luc. 9, 2.) Luc. 10, 19. Apoc. 2, 26. 27. 6, 8. 13, 7. Joh. 17, 2. — v. voc. *ἐξουσία*. — Aliis in locis praevalet impertiendi notio, et in iis quidem, ubi res data vel commodi loco habetur, quo fruaris, ornamentique, quo gaudeas, Joh. 10, 28. (*δίδωμι αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον*, quod per se nihil aliud est, quam: *ποιῶ αὐτοὺς ζῆν εἰς τὸν αἰῶνα*, igitur: impertio illis vitam aeternam.) Apoc. 2, 10. — vel ubi describitur, quomodo res detur seu data sit, ut *διδόναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* impositione manuum, Act. 8, 18. 19. — Eph. 4, 7. 2 Thess. 3, 16. (*τὴν εἰρήνην*, vobis benedicendi.) — 1 Petr. 1, 21. — Notes denique

9., *διδόναι τί τινι*, i. e. *πρός τι*, adhibeo, addo, apparo aliquid rei, ut rite peragatur, Apoc. 3, 3.

II., *Δίδωμί τι* absque dat. et *δίδωμί τινα*; **1.**, *δίδωμί τι*. In qua formula, si *a.*, nomen a verbo pendens aliquam actionem vel effectum denotat, verbum ipsum vim habet faciendi, proferendi, exhibendi, edendi; v. supr. I. n. 7. v. c. *διδόναι καρπόν*, Matth. 13, 8. (Marc. 4, 7. 8. Deut. 25, 19. — alias *καρπὸν ποιεῖν*, ut Luc. 8, 8.) — *ἐργασίαν*, Luc. 12, 58. (i. q. *ἐργάζεσθαι*, latin. operam dare.) — *σημεῖα*, Matth. 24, 24. (Marc. 13, 22.) et *τέρατα κ. σημεῖα*, Act. 2, 19. cf. Exod. 7, 9. (signa edere, sehen lassen.) — *χάριν*, pass., 2 Cor. 8, 1. (*τὴν χάριν τοῦ θεοῦ τὴν δεδομένην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας*, gratiam dei palam factam in coetibus Macedoniae, scil. larga stipis collatione.) — *φέγγος*, Matth. 24, 29. et Marc. 13, 14. (praebere, edere suum splendorem, cf. Jes. 13, 10.) — *φωνήν*, 1 Cor. 4, 7. 8. (i. q. *φωνεῖν*, sonum edere, ut Ps. 104, 12.) — *b.*, *νόμον διδόναι*, dare, i. q. proponere, promulgare, Gal. 3, 21. Joh. 1, 17. (alias *νόμον τιθέναι*, quamquam hoc ab illo differt.) — *γνώμην*, 1 Cor. 7, 25. 2 Cor. 8, 10. (consilium do, quod uno nos verbo exprimimus: rathen.) — *c.*, *θυσίαν διδόναι*, v. I. n. 6. et ibid. *λόγον διδόναι* (i. q. *ἀποδιδόναι*, von sich geben). — *d.*, *διδόναι κλήρους*, Act. 1, 26. (hebr. נָתַן גּוֹרָל, Levit. 16, 8.) sortes porrigere scil. coniiciendas in urnam, sortes iacere. — *e.*, *δίδωμί τι* cum acc. praedicati, Matth. 20, 28. et Marc. 10, 45. (tamquam *λύτρον* tradere.) cf. Matth. 16, 26. (Marc. 8, 37.)

2., *δίδωμί τινα*, *a.*, ubi nomen a munere dicitur, quod quis gerit: constituo. Ita Act. 13, 20. (*ἔδωκε κριτάς*.) — *b.*, *δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ Σατανᾶ τῶν λεγόντων* (scil. *τινάς*): prodire facio. Sic quoque mare dicitur dare (reddere) ex se mortuos ab eo absorptos, Apoc. 20, 13.

3., *δίδωμί τινά τινι*, h. e. *a.*, do alicui aliquem proprium, Hebr. 2, 13. (ut infantes dantur parentibus. Sed h. l. comprobatur effato Jerem. 8, 18. filium dei, auctorem salutis, natura parem fieri debuisse reliquis hominibus.) — do alicui aliquem, qui ei adhaereat, eumque sequatur dominum, Joh. 6, 37. 39. 10, 29. 17, 6. 9. 11. 12. 24. 18, 9. (In his locis Christus patrem dicit sibi dedisse nonnullos homines, quod ut partim explicatur c. 6, 44. 65. partim eo illustratur, quod illos dominus homines *τοὺς ἑαυτοῦ* (Joh. 10, 14. *τὰ ἐμά*) dicit, ita nihil aliud sibi velle potest, quam: replevisse deum illos homines veritatis amore, ut Christo obtemperent, ipseque eorum salutem procurare possit. — *b.*, do alicui aliquem, qui rebus eius consulat, Joh. 3, 16. (deus mundo filium suum *ἔδωκε*, scil. de coelo in terram, ut fidem ipsi habentibus dux ad veritatem esset, vitaeque aeternae largitor. Cf. Joh. 1, 12. Perperam ac temere nonnulli suppleri volunt: *εἰς θάνατον*.) — *c.*, do aliquem alicui, cuius iam erat ante, reddo, Luc. 7, 15. (cf. 9, 42. *ἀπέδωκε*.) — *d.*, *δίδωμι ἐμαυτόν τινι*, poscenti me aliquid me ipsum quasi trado, i. e. quantumcunque possum, do, 2 Cor. 8, 5. (*ἑαυτούς* dicitur h. l. ex oppositione, ut distinctio

fiat ab aliis rebus, quae dantur. Celebrat nimirum apostolus Macedonum liberalitatem ac munificentiam, quae praeter omnem spem larga ac tanta fuerit, ut iidem fere se ipsos dederint et deo et apostolo.)

4., *δίδωμί τινά τι*. Hoc in loco Eph. 4, 11. ita dictum occurrit, ut sit dare aliquem (ecclesiae) tamquam hoc illudve munus gerentem et hoc administrando munere communi utilitati inservientem. (Posset quidem verti: nonnullos constituit s. fecit apostolos etc., ex usu hebraici נָתַן; attamen comprobari his voluit apostolus verba ab eo v. 8. excitata: *ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις*. Nam eos ipsos, quos in ecclesia Christus ad communem usum dotibus muneribusque instruxit, inter *δόματα*, ab illo post eius in coelum adscensum data, refert.) — aliter: Eph. 1, 22. constituo (cf. Gen. 17, 4. Ex. 7, 1. Thren. 1, 13. Ps. 69, 12. 89, 28. נָתַן). — *διδόναι ἑαυτόν* c. acc. praedicati, *τινί*, 2 Thess. 3, 9. se facere, proponere. — Adiungimus

III., phrases, quae verbo *δίδωμι* vel simpliciter dicto, vel cum casibus conctructo addunt **1.**, infinitivum, eumque vel solum, vel cum accusativo coniunctum; *a.*, *δίδωμί τινι* seq. infinit. *aa.*, infinitivus pro accusativo obiecti, v. c. *δίδωμί τινι φαγεῖν*, i. e. do, suppedito, quod comedatur, cibum do, Matth. 14, 16. (Marc. 6, 37. Luc. 9, 13.) 25, 35. 42. Marc. 5, 43. (Luc. 8, 55.) Apoc. 2, 7. — *πιεῖν*, Joh. 4, 7. 10. — (addito accusativo obiecti a verbo *φαγεῖν* vel *πιεῖν* pendente, Matth. 27, 34. et Marc. 15, 23. — addito accusativo pendente a verbo *δίδωμι*, Joh. 6, 31. Apoc. 16, 6. i. e. panem comedendum, sanguinem bibendum do.) — *bb.*, infinitivus pro nominat. subiecti, Matth. 20, 23. et Marc. 10, 40. (*τὸ δὲ καθίσαι — οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι.*) — *cc.*, infinitivus consilium indicans: concedo alicui, ut —, gewähren, Luc. 1, 73. 74. (*ὤμοσε δοῦναι ἡμῖν ἀφόβως λατρεύειν αὐτῷ.*) Act. 4, 29. Apoc. 3, 21. 6, 4. 7, 2. Joh. 5, 26. Rom. 15, 5. Eph. 3, 16. — constructio negligentior: Apoc. 11, 3. (*καὶ δώσω τοῖς — καὶ προφητεύσουσι*, ad *δώσω* suppl. *προφητεῦσαι*.) — passiv., Matth. 13, 12. et Marc. 4, 11. (*ὑμῖν δέδοται γνῶναι* vobis concessum est.) Apoc. 13, 7. 14. 15. 16, 8. — cum vi dictum atque ei oppositum, quod quis per se ipse sibi acquirit, Matth. 19, 11. (*ἀλλ' οἷς δέδοται.*) — cf. נָתַן, 2 Chron. 10, 10. atque huc quoque referas *dd.*, *διδόναι τινί* seq. accusativo c. infinit., Eph. 3, 16. 17. (*ἵνα δώῃ ὑμῖν κατοικῆσαι τὸν χριστὸν — ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.*) — *b.*, *δίδωμι* seq. accus. *τινά* (s. *τί*) et infinitivo, *aa.*, ubi accus. potius a verbo *δίδωμι*, quam ab infinitivo pendet, Act. 10, 40. (*ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι*, fecit eum conspicuum fieri, quasi: fecit, constituit eum, ut fieret. Non aeque accurate h. l. verteres: fecit, eum fieri, i. e. effecit, curavit, ut ille fieret.) — *bb.*, ubi accusativus ad infinitivum pertinet. Ita positum significat: concedo, permitto, ut etc., Act. 2, 27. 13, 35. (*οὐ δώσεις, τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν*, ex Ps. 16, 10.) Act. 14, 3. — Tamen

et in his locis et in aliis, qui ei similes reperiuntur, accusativus magis pendere videtur a verbo *δίδωμι* ipso, infinitivo quasi per *ἐπεξήγησιν* addito. Verterunt enim nostri aut *οἱ ὁ* hebraicum illud נָתַן פְּלֹנִי sequente לְ infinitivis praefixo, quam formulam Hebraei haud dubie ita mente conceperunt, ut accusativum ad נָתַן referrent, atque hoc significari vellent: pono aliquem i. e. vel permitto ei, vel mando ei. — Secus quidem Graeci. Cf. Hom. Il. 7, 203. *δὸς νίκην Αἴαντι καὶ ἀγλαὸν εὖχος ἀρέσθαι.*

2., *δίδωμί τινι*, seq. *ἵνα*, concedo, Marc. 10, 37. (*δὸς ἡμῖν, ἵνα.* Matth. 20, 21. *εἰπὲ, ἵνα καθίσωσιν.*) Apoc. 19, 8. — mando, Apoc. 9, 5. (*κ. ἐδόθη αὐτοῖς, ἵνα μὴ ἀποκτείνωσιν αὐτούς, ἀλλ' ἵνα* etc.) — Denique

IV., *δίδωμί τι*, vel *τινί τι*, vel *τινά* sequentibus praepositionibus cum aliquo nomine (aut pronomine) coniunctis. **1.**, *τινί a.*, sequente *ἐκ* cum nomine, Matth. 25, 8. (*δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν*) mittheilen, v. I. n. 3. — brevius: Marc. 2, 26. et Luc. 6, 4. (supple: *ἐκ τῶν ἄρτων.*) 1 Joh. 4, 13. (*ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν.*) — aliter: Joh. 3, 34. (*ὁ θεὸς οὐ δίδωσι τὸ πνεῦμα ἐκ μέτρου*, e mensura, i. e. ad mensuram, modice.) — aliter: Apoc. 3, 9. (*δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς*, v. supr. II. n. 2., *a.*, *bb.*) — *ἀπό τινος*, Luc. 20, 10. (*ἵνα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος δῶσιν αὐτῷ*, scil. partem debitam.) — *b.*, *δίδωμί τινι* sequente *εἰς* cum nomine: *aa.*, do, quod immittatur, Luc. 6, 38. (*μέτρον — δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν*, immittent, infundent in sinum), vel quod affigatur, Luc. 15, 22. (*δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ*, affigite ad manum — einen Ring an die Hand. — Wahlius p. 303. annotat, *εἰς* h. l. indicare consilium, quod ne sinas tibi persuaderi.) Matth. 27, 10. (*ἔδωκαν αὐτά*, scil. *τὰ ἀργύρια εἰς τὸν ἀγρόν*, für den Acker, ut pretium agri solverent.) — *bb.*, *διδόναι τινί τι εἰς τὰς χεῖρας*, i. e. committere alicui aliquid, tradere aliquid alicuius potestati, Joh. 13, 3. (hebr. נָתַן בְּיַד פ״, Gen. 9, 2. 14, 20. Exod. 4, 21.) — *εἰς τὴν διάνοιαν*, in mentem iniicio, menti infigo, Hebr. 8, 10. 10, 16. (*νόμους* ex hebr. Jerem. 31, 33.) vel *εἰς τὰς καρδίας* cum infinit. rei, Apoc. 17, 17. (cf. Joh. 13, 3. *βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν, ἵνα.* Apud Hom. *βάλλειν ἐν θυμῷ, θεῖναί τινί τι ἐν στήθεσσι, ἐν φρενί*, et Xen. Cyr. 8, 2, 20. *διδόναι τινί τι εἰς τὴν ψυχήν.*) — *cc.*, *ἑαυτὸν διδόναι εἰς τόπον τινά*, se aliquo dare, conferre, Act. 19, 31. — **2.**, *δίδωμί τι ἔν τινι* pro *εἰς*; ita *ἐν τῇ χειρί τινος*, Joh. 3, 35. vid. n. 1., *b.*, *bb.* — *ἐν ταῖς καρδίαις*, 2 Cor. 1, 22. sive *ἐν τῇ καρδ. τινός*, 8, 16. 1 Reg. 10, 24. (Not.: non reperitur in N. T. phrasis *διδόναι τινὶ ἐν τῇ* vel *ἐν ταῖς*, sed ubique scriptum *διδόναι τι ἐν — τινός.*) — *εἰρήνην δοῦναι ἐν τῇ γῇ*, Luc. 12, 51. pacem afferre, (quae sit) in terra, v. I. n. 7., *b.* — *ἡ χάρις δεδομένη ἐν*, 2 Cor. 8, 1. v. supr. II. n. 1., *a.* — *οὔτε ὄνομα ἔστιν ἕτερον τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις*, Act. 4, 12. nemo alius inter homines deo iubente exstitit, per quem, si qui se ei

dicavissent (v. ὄνομα), salutem consequi possent. — **3.**, διδόναι τινί τι v. c. χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρός, Apoc. 13, 16. — v. supr. I. n. 7. — **4.**, δίδωμί τι ὑπέρ τινος, trado, hingeben, pro —, Joh. 6, 51. — διδόναι ἑαυτὸν ὑπέρ τινος, i. e. ἵνα οὗτος λυτρωθῇ, Tit. 2, 14. — i. q. δοῦναι ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπέρ τινος, 1 Tim. 2, 6. (cf. δοῦναι τὴν ψυχὴν λύτρον ἀντὶ πολλῶν, Matth. 20, 28. et Marc. 10, 45.) Gal. 1, 4. ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν, propter peccata.) — **5.**, διδόναι τινὶ κατά (τὰ ἔργα, τὴν πρᾶξιν), rependere alicui pretium operum, Matth. 16, 27. (cf. Rom. 2, 6. ἀποδώσει.) Apoc. 2, 23. — **6.**, δίδωμι ἐνώπιόν τινος, Apoc. 3, 8. (θύραν ἀνεῳγμένην, posui.)

Διεγείρω, f. ερῶ, (ex διά et ἐγείρω, excito. Cf. διαγρηγορέω) — τινά, expergefacio, excito (e quiete. Nam differt a simplici ἐγείρω, quod latius patet); *a.*, e somno, Marc. 4, 38. et Luc. 8, 24. (Matth. 8, 25. ἤγειραν αὐτόν.) Pass., Marc. 4, 39. — addito: ἀπὸ τοῦ ὕπνου, Matth. 1, 24. — *b.*, e quiete; — pass. de mari, quod commoveri coepit, excitor, Joh. 6, 18. — metaph., sollertem aliquem facio, 2 Petr. 3, 1. (ἐν αἷς, scil. ἐπιστολαῖς, διήγειρα ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν, quibus expergefeci, excitavi admonitione claram vestram, sole quasi illustratam mentem; — belle auctor metaphorae verbo διεγείρω inceptae aptavit voc. εἰλικρινής, q. v.) Cf. 2 Petr. 1, 13. et v. 19. (ubi lectores suos auctor cum iis comparat, quibus affulsit lux mane expergefactis, et quibus post diem transactum nova splendescet aurora.)

Διενθυμέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (ex διά, lat. dis, cf. διαλογίζομαι, et ἐνθυμέομαι, q. v.) — περί τινος, propr. induco in animum diversa, diversa animo volvo, sich verschiedene Gedanken machen, Act. 10, 19. (Non accurate alii: accurate perpendere, quasi διά cum hoc verbo compositum non differret a lat. praepositione per.)

Διεξέρχομαι, f. -ελεύσομαι, (ex διά et ἐξ-έρχομαι) egredior ita, ut simul pervadam aliquid, Act. 28, 3. (e lectione codd., de vipera διὰ φρυγάνων, per fruticeta, ἐξελθοῦσα. — Xen. Anab. 6, 6, 38.)

Διέξοδος, ου, ἡ, (ex διά et ἔξοδος, exitus) exitus, via, per quam exitur. (Herodian. 8, 1, 11. Dionys. Hal. Ant. 5, 47.) Matth. 22, 9. pluralis legitur addito genit. ὁδῶν in formulam dicendi effictus, quam praeter hunc locum nullibi neque in vers. Alexandr. neque apud scriptores graecos reperias. Putabant interpretes τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν aut esse compita viarum, i. e. laxiora in urbibus spatia, in quae vici plures exeant (ita Beza), aut vias extra urbem ducentes, cf. Ez. 48, 30. (quod improbabiliter sumsit Grotius), aut exitus viarum rusticarum (Fischer. proluss. de vitiis lexicor. N. T. p. 638., qui διέξοδον idem esse vult, quod ἔξοδον = aditus viarum rusticarum, die Zugänge zu den Landstrassen). Certum est, ὁδούς, unde ὁδῶν, dici h. l. vias ab hominibus maxime

frequentatas, vid. Matth. v. 10. Sed de rusticis viis nihil nos iubet cogitare. (Mittimus Fischeri rationem, vias idcirco in vias rusticas mutantis, ut imaginem habeat agrorum civitatum barbararum, ad quas post Jesu reditum in coelum se contulerunt apostoli. Nam si vel hanc quaeras imaginem, non est quod rusticos oppidanis opponas, sed sufficit plebem urbis aut homines mixtos, qui in viis urbis deprehendi poterant, opponere nobilioribus illis ab ipso rege invitatis.) Putamus ergo τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν loca dici, per quae e plateis in vias urbis latiores et spatiosiores exeatur.

Διερμηνευτής, οῦ, ὁ, (a διερμηνεύω, q. v.) interpres, 1 Cor. 14, 28.

Διερμηνεύω, f. εύσω, (ex διά et ἑρμηνεύω) interpretor; — τί, i. e. *a.*, sensum dictorum explico, Luc. 24, 27. (διηρμήνευεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ αὐτοῦ.) — *b.*, in linguam vernaculam transfero, Act. 9, 36. (ἡ διερμηνευομένη λέγεται, quae, si in linguam transfertur vernaculam, est etc.) 1 Cor. 12, 30. 14, 5. 13. 27. (de transferendis eis, quae γλώσσαις dicta sunt.)

Διέρχομαι, f. -ελεύσομαι (Luc. 2, 35. v. ἀπέρχομαι), **1.**, de hominibus ambulantibus: *a.*, διέρχομαι διά τινος, ambulo, iter facio per locum, locum pertranseo, den Durchweg nehmen, Matth. 12, 43. (Luc. 11, 24.) Luc. 19, 4. (δι' ἐκείνης, scil. ὁδοῦ, v. Lambert. Bos. de ellips. p. 333. edit. Schaefer.) Joh. 4, 4. 1 Cor. 10, 1. — διὰ μέσου τινῶν, Luc. 4, 30. (cum per mediam turbam evasisset.) — Joh. 8, 59. — δι' ὑμῶν, 2 Cor. 1, 16. (i. e. διὰ τὰς χώρας ὑμῶν.) — Xen. Anab. 3, 5, 17. — *b.*, διέρχομαί τι, viam, quae per aliquem locum ducit, conficio, einen Ort durchreisen, durchgehen (cf. supr. διαπορεύομαι), Luc. 19, 1. Act. 12, 10. — peragro (regionem), Act. 13, 6. 14, 24. 15, 3. 41. 16, 6. 18, 23. 19, 1. 21. 20, 2. 1 Cor. 16, 5. Hebr. 4, 14. — Xen. Cyr. 1, 1, 5. Hom. Il. 6, 392. — *c.*, absque casu: *aa.*, ita, ut διά respondeat latino d i s: diversa loca obeo (2 Chron. 17, 9.), Act. 8, 4. 40. (non accurate vertunt: peragrans omnia loca.) 13, 14. (διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης, cum discessissent, i. e. in varia loca.) 17, 23. (male Wahl. cum in illis locis accusativum tum h. l. πόλιν suppleri iubet, ut διά vim accipiat latini p e r. Paulus h. l. se dicit altare illud pluribus in locis vidisse.) — ἐν οἷς διῆλθον, Act. 20, 25. (i. e. in quorum regione huc illuc migravi, s. diversa loca obii.) — διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, vias diversas ingressi singulos vicos obierunt (sie zogen nach verschiedenen Richtungen von einem Flecken zum andern), Luc. 9, 6. — *bb.*, ut διά respondeat latino p e r, sequente εἰς, Marc. 4, 35. et Luc. 8, 22. (διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν, traiiciamus ad ripam ulteriorem.) — sequente ἕως τινός, usque ad locum aliquem p e r v e n i o, vollends bis — hin gehen an den Ort, Luc. 2, 15. Act. 11, 19. 22. cf. in primis 9, 38. — **2.**, d e r e b u s: *a.*, in phrasibus, in quibus τὸ διά vim obtinet latini d i s; διέρχεται ὁ λόγος, i. e. divulgatur,

Luc. 5, 15. Thucyd. 6, 46. — *b.*, ubi vim habet lat. per. Atque sic dicitur v. c. de rebus alias res penetrantibus, Marc. 10, 25. (Matth. 19, 24.) Luc. 2, 35. (de telo, Hom. Il. 20, 100.) — Rom. 5, 12. ὁ θάνατος διῆλθεν εἰς πάντας ἀνθρώπους, mors a parentibus ad liberos propagata pervenit ad omnes homines.

Διερωτάω (ῶ), f. ήσω, (ex διά et ἐρωτάω) — τί, percontando invenio, erfragen, Act. 10, 17. (Xen. Cyr. 1, 3, 15.)

Διετής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (a δίς, bis, et ἔτος, annus; ita τριετής, i. q. τριετήρ, quamquam διετήρ non occurrit, nec τετραετής, sed τετραένης et τετράενος, — οἰέτης, aetate par, Hom. Il. 2, 765.) bimulus, zweijährig, Matth. 2, 16. (ἀπὸ διετοῦς, suppl. παιδός. Cf. locutiones hebraicas Ex. 30, 14. 1 Chron. 27, 23. Num. 1, 20. Esdr. 3, 8. et διετοῦς venire a masc. διετής, non, ut Fischero de vit. Lex. N. T. p. 52. visum erat, a neutro διετές, probare etiam videtur locus Num. 4, 43.)

Διετία, ας, ἡ, (a διετής, cf. τριετία, τετραετία etc.) biennium, Act. 24, 27. 28, 30. (ἔμεινε δὲ διετίαν ὅλην.)

Διηγέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (ex διά et ἡγέομαι) expono, enarro, absol., Hebr. 11, 32. — τί, Act. 8, 33. eloquor. — τινί seq. quaestione indirecta: πῶς etc., Marc. 5, 16. (Luc. 8, 36. habet ἀπαγγέλλω.) Act. 9, 27. 11, 17. — seq. ὅσα ἐποίησε, vel ἐποίησαν et simil., Luc. 8, 39. (Marc. 5, 19. habet ἀναγγέλλω.) 9, 10. (Marc. 6, 30. ἀπαγγέλλω.) Hinc v. sequens.

Διήγησις, εως, ἡ, enarratio, Luc. 1, 1. (Polyb. 3, 36, 4.)

Διηνεκής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (a διηνέγκω s. διηνέκω, ut ab ἠνέγκω s. ἠνέκω, fero, adi. ἠνεκής, extensus) continuus, stetig, fortlaufend, v. c. fossa, Diod. Sic. 5, 12. — de tempore: εἰς τὸ διηνεκές, in perpetuum, Hebr. 7, 3. (μένειν.) 10, 12. (καθίσαι.) v. 14. (τετελείωσεν εἰς τ. διην. τοὺς ἁγιαζομένους.) — Appian. B. C. 1. p. 682. Heliod. 1. p. 25.

Διθάλασσος, ου, ὁ, ἡ, (ex δίς et θάλασσα) bimaris, ita dicitur locus, qui utrinque mari alluitur (Strabo 1. p. 11. A.), Act. 27, 41., ubi de insula sermo est (τόπος διθάλασσος in ea est, quod nos dicimus Erdzunge. Sed alii h. l. intelligunt scopulum maris eminentem, qui utrinque fluctibus petitur).

Διϊκνέομαι (οῦμαι), f. -ίξομαι, (ex διά et ἱκνέομαι ab ἵκω, venio) pervado, permeo, Hebr. 4, 12. (διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος.) — οἱ ὁ, Ex. 26, 28.

Διΐστημι, f. διαστήσω, (ex διά et ἵστημι) disloco, seorsim colloco, seiungo; aor. 2. διέστην, disto; aor. 1., Act. 27, 28., ita positus, ut subaudiendus sit accus. ἑαυτούς (βραχὺ δὲ διαστήσαντες, paullulum navigio progressi. (Verba motum indicantia transitiva saepissime intransitive dicuntur accusativo, qui ad subiectum pertinet, suppresso, v. c. ἐλαύνω, ἐκάθισα al.) — de tempore: aor. 2., Luc. 22, 59. (διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, pro quo Lucas alibi: ἐγένετο ὡς ὥρας vel ὡρῶν — διάστημα, vid. Act. 5, 7. hora una distante i. e. interiecta una hora. Finxit Wahlius si-

gnificatum: praetereo, ablaufen, quem significatum nec habet vox, nec habere potest.) — διέστη ἀπ' αὐτῶν, Luc. 24, 52. propr. distabat ab eis, sed h. l. se disiunxit ab eis, er trat von ihnen zurück.

Διϊσχυρίζομαι, f. ίσομαι, (ex διά et ἰσχυρίζομαι, ab ἰσχυρός, cuius stirps verbum ἰσχύω) dico, ἰσχυρῶς, i. e. vere, profecto aliquid ita esse, ut dixerim; severe affirmo, versichern; sequente λέγων et oratione directa, Luc. 22, 59. — seq. (acc. c.) infinitivo, Act. 12, 15. (διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν. Ita Plat. Phaed. §. 63. p. 218. ed. Fischer.)

Δικαιοκρισία, ας, ἡ, (adiect. cum nomine simplici componi non potest, ideoque nec dici poterat δικαιόκρισις, sed conflanda erat forma ex adiectivo vel nomine composito δικαιόκριτος, δικαιοκριτής, quod fontem haberet perfectum pass. verbi κρίνω, v. Lobeck. ad Phryn. p. 500 — 512. Sic etiam ἀκρισία. — Cf. quae supra de α privativo annotata sunt sub litt. A.) iustum iudicium, Rom. 2, 5.

Δίκαιος, αία, ον, (a δίκη, ius) qui τὴν δίκην servat, iustus, i. e. I., iustus erga alios, et 1., quidem sensu strictiori, qui suum cuique tribuit, *a.*, sensu posit., qui iustum de aliis fert iudicium, sive id verbis exprimatur, sive agendi cum aliis ratione significetur; — ὁ δίκαιος κριτής, 2 Tim. 4, 8. — κρίσις δικαία, Joh. 5, 30. 7, 24. 2 Thess. 1, 5. plur., Apoc. 16, 7. 19, 2. cf. 15, 3. (αἱ ὁδοὶ τ. θεοῦ — δίκαιαι κ. ἀληθιναί.) — Hoc sensu deus vocatur simpliciter δίκαιος, Apoc. 16, 5. — Neutr. τὸ δίκαιον id, quod rationi τὴν δίκην erga alios servandi aptum est, h. e. vel *aa.*, id, quod officii ratio postulat, Luc. 12, 57. quod praestari aliis debet (Pflicht), Eph. 6, 1. 2 Petr. 1, 13. — vel *bb.*, id, in quo nulla inest iniquitas, Col. 4, 1. (τὸ δίκαιον κ. τὴν ἰσότητα — παρέχεσθε.) — *cc.*, quod aliorum meritis congruum est, Matth. 20, 4. 7. — δίκαιον ἐνώπιον τ. θεοῦ v. II., 4. — δίκαιος *b.*, sensu negat. *aa.*, qui ab iniuria abhorrens neminem laedit, Luc. 23, 50. speciatim, qui alienus a fraude est, Phil. 4, 8. Luc. 20, 20. (truglos.) Tit. 1, 8. v. supr. ἄδικος. — *bb.*, qui quod ei ipsi ex hominibus affertur malum, indigne patitur, innocens, 1 Petr. 3, 18. Matth. 27, 19. Jac. 5, 6. Act. 3, 14. 7, 52. 22, 14. Luc. 23, 17. — αἷμα δίκαιον (i. q. ἀθῷον), Matth. 23, 35. (Gen. 7, 1.) Rom. 5, 7. — Quare hoc nomen prae caeteris tribuitur nonnullis priscae aetatis hominibus, quibus, cum essent probi atque optimi, tamen accidit, ut ab impiis ac sceleratis hominibus vexarentur et iniuriis afficerentur, ut Abel, Matth. 23, 35. Hebr. 11, 4. Loth, 2 Petr. 2, 7. Atque ita etiam apud nos in proverbio dicitur: der Gerechte muss mit dem Ungerechten (d. i. der Unschuldige mit dem Schuldigen) leiden. — 2., Sensu latiori, δίκαιος, cui id nominis ex sua erga alios agendi ratione tribuitur, is dicitur, qui quae excusari in aliis possunt, facile excusat, qui tantum abest, ut alicui iniuriam faciat, ut vel de iure suo, si sine

aliorum laesione aut dolore obtineri non possit, decedat, lenis, humanus (oppon. iniquus, hart, unbillig), Matth. 1, 19. 1 Joh. 1, 9. (cf. locum supra n. 1., *a.*, *bb.*, excitatum, Col. 4, 1.)

II., Persona vel res, ad quam nomen illud transfertur, quasi comparatur secum ipsa, h. e. indoles eius ex lege ipsius naturae inscripta aut ad perfectionis notionem ratione conceptam aestimatur, atque ita δίκαιος de re vel persona dicitur, in qua nec abundat quidquam, nec deficit, quae numeris suis absoluta et muneri suo par est. (Ruhnken. ad Xen. Mem. 4, 4, 5.) — Iam vero de re aliqua, utrum δικαία sit necne, facile iudicari, eamque δικαίαν esse affirmari potest, de homine non item. Cum enim homo perfectus (δίκαιος) is demum foret, cuius non solum agendi, sed et cogitandi ratio tota esset ad legem virtutis conformata, et qui nulla aut morum aut animi emendatione opus haberet (Luc. 15, 7.), quis ausit aliquem hominem iustum absoluto sensu praedicare? Postulat quidem virtutem, quae in nullo deficiat, atque integritatem ab omni culpa vacuam lex divina, δικαία inde et ipsa nominata, Rom. 3, 12. Sed homines hominibus illud nomen tribuentes, quandocunque tribuunt, plus ponere, quam certo iudicare, atque potius exprimere solent vitiorum scelerumque negationem, quam virtutis perfectionisque affirmationem. Dicunt ergo δίκαιον **1.**, eum, in quo ab ipsis nihil vitii deprehenditur, et de quo alii bene existimant (unbescholten), Act. 10, 22. — Deinde **2.**, normam ponunt leges civiles, omnia proscribentes, quibus ordo rerum humanarum turbatur; quibus legibus qui paret aut a maleficiis abhorret, ipse δίκαιος dicitur. Aut si eges habent, ut Judaei, divina auctoritate sancitas, cum legibus honesti consentientes simulque certas vivendi rationes et officia praescribentes; his, qui legibus satisfacit, δίκαιος multo magis esse putatur; cuius rei testimonium dant loci, Matth. 5, 45. Act. 24, 15. (ubi oppon. ἄδικοι.) Apoc. 22, 11. (ubi oppon. ἀδικῶν.) Matth. 13, 43. (ubi oppon. οἱ ποιοῦντες τὴν ἀνομίαν, v. 41.) 23, 28. 13, 49. (oppon. οἱ πονηροί.) 9, 13. et Marc. 2, 17. et Luc. 5, 32. (oppon. ἁμαρτωλοί.) 1 Petr. 4, 18. Luc. 18, 9. Rom. 3, 10. 5, 19. 1 Tim. 1, 9. — aut **3.**, homines praestantiam ex eius adversus alios agendi et sentiendi ratione metiuntur, δίκαιον vocantes, cuius bona in homines voluntas ipsis nota est, et a quo non est, quod quis metuat, Matth. 1, 19. — **4.**, cum ad vitanda scelera et ad administranda officia requiratur, ut dei ducaris reverentia, δίκαιος ex omnium existimatione is est, qui cum a maleficiis se abstineat, etiam pietatis ac reverentiae in deum documenta edit. Atque sic in primis Judaei δίκαιον vocitabant, qui in pietatis existimatione esset, Luc. 1, 6. (δίκαιοι ἐνώπιον τ. θεοῦ.) 2, 25. (δίκαιος κ. εὐλαβής.) Jac. 5, 16. 1 Petr. 3, 12. — Matth. 13, 17. Marc. 6, 25. Hebr. 12, 23. et Luc. 1, 17. (de prophetis et aliis, qui patrum memoria pii fuerunt cultores dei.) — Rom. 1, 17. ex Habac. 2, 4. Obiter ad h. l. nota verba ἐκ πίστεως nec in hebraico textu referri, nec in graeco re-

ferenda esse ad δικαίου vocem, sed ad ζήσεται. Nam si Paulus cum voc. δίκαιος coniungi voluisset, ex legibus grammaticis scripturus fuisset aut: ὁ ἐκ πίστεως δίκαιος, aut: ὁ δίκαιος ὁ ἐκ πίστεως. Sed separandam esse vocem δίκαιος a voce πίστεως, ut aliud sententiae membrum constituat, probant etiam loca Gal. 3, 11. (verte: manifestum est, iustum, h. e. si quis dici et haberi velit iustus, eum ex fide vivere, h. e. in eo requiri ex Hoseae effato fidem.) Hebr. 10, 38. (probus vero ex fiduciae constantia salutem deportabit.) Ex mente Jesu Christi δίκαιον se praestat, qui propter deum non modo scelera omnia fugit, et ritibus vacat a lege Mosaica praescriptis, sed qui officia humanitatis praestat sine fuco et lucri spe, et quantum potest ad communem utilitatem confert, Matth. 25, 37. 46. — δίκαιος deus ipse appellatur, Rom. 3, 26. 1 Joh. 2, 28. — Christus, 1 Joh. 2, 1. 37. (in aliis locis significatur innocens, insons, v. supr. I. 1., *b.*, *bb.*) — δίκ. ἐνώπιον τοῦ θεοῦ (ex hebr., quod rectum est deo iudice, quod deo probatur), Act. 4, 19. — παρὰ θεῷ, 2 Thess. 1, 6. Rom. 2, 13. — δίκαια ἔργα (oppon. πονηρά), 1 Joh. 3, 12.

Δικαιοσύνη, ης, ἡ, (a δίκαιος) virtus eius, qui δίκαιον se praestare studet. Iam ut δίκαιος **1.**, dicitur is, qui suum cuique tribuit (v. δίκαιος), v. c. iudex, qui sine cupiditate et partium studio ius dicit, aut homo ingenuus, qui ab iniuria et fraude alienus est, ita δικαιοσ. voc. transfertur ad iudicium, quod iustum i. e. iudicandorum meritis adaptatum est, Act. 17, 31. Rom. 9, 28. Apoc. 19, 11., et δικαιοσύνης virtus iudici commendatur, Act. 20, 25. opponitur δικαιοσύνη fraudulentiae, Eph. 4, 24. 6, 14. 1 Tim. 6, 11. 2 Tim, 2, 22., et omnibus iis, quae praeter ius fasque fiunt, 2 Petr. 3, 13. (cf. Matth. 13, 41.) tribuitur δικαιοσ. deo, quia fidem servet et promissis stet, Rom. 3, 5. coll. v. 3. — v. ἀδικία.

2., Sicut δίκαιος is dicitur, qui leges divinas humanasque non violat, qui legi divinae convenienter agit, vel omittens, quae vetuit, vel faciens, quae praecepit, ita δικαιοσύνη *a.*, sensu subiectivo, *aa.*, generatim dic. studium legi divinae convenienter agendi, i. e. faciendi, quae lege praescripta sunt, Luc. 1, 75., et vitandi, quae interdicta, aut quae cum sancta dei voluntate pugnant, 2 Tim. 3, 16. (πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, ad disciplinam, sanctimoniae studio comprobandam.) — oppon. sceleribus, Rom. 6, 13. (τῇ ἀδικίᾳ.) Phil. 1, 11. (καρποὶ δικαιοσύνης.) 2 Tim. 4, 8. Hebr. 12, 11. (verte: post vero eis, qui ea subacti et exerciti sunt, fructum saluberrimum praebet e sanctimoniae studio progenitum.) cf. Jac. 3, 18. Rom. 8, 10. 2 Cor. 6, 7. Phil. 1, 11. — 1 Petr. 3, 14. (πάσχειν διὰ δικαιοσύνην.) Matth. 5, 10. (διώκεσθαι ἕνεκεν δικαιοσύνης.) Hebr. 1, 9. 2 Petr. 2, 5. — *bb.*, speciatim legi satisfaciendi studium certis quibusdam pietatis exercitiis conspicuum, Matth. 5, 20. (6, 1. ubi tamen verior lectio vid ἐλεημοσύνην.) — aut certorum praeceptorum observatione declara-

tum, Tit. 3, 5. (οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν [attractio pro ἃ] ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, non propter opera, quae recte agendi studio s. cum laude iustitiae fecimus ipsi.) Quod doctrinam attinet, notandum est, a Christo laude dignam haberi et commendari unice eam δικαιοσύνην, quae etiam mentis castitatem servare studeat, et quae amorem in deum significet humanitatis officiis sine omni lucri spe praestitis, et quae quod vere bonum est, constanter sequatur (de quo vid. in primis orationem montanam, quae vulgo dicitur) adeo, ut e Christi disciplina δικαιοσύνη omnino cernatur in recte agendi studio s. in recte sentiendi et agendi ratione, Matth. 6, 33. (— αὐτοῦ, i. e. quae ei probatur.) 5, 6. — *b.*, sensu obiectivo, *aa.*, universe, virtus, quae ab eis, qui δικαίους se praestant atque legi div. satisfacere student, colitur, per se spectata (das Rechtthun als abstrakter Begriff). Ita in phrasibus: δουλεύεσθαι τῇ δικαιοσύνῃ, Rom. 6, 18. (h. l. oppon. ἁμαρτία.) — παριστάναι τὰ μέλη αὐτοῦ δοῦλα τῇ δικ., v. 19. (oppon. h. l. ἀκαθαρσία.) — ἐλεύθερον εἶναι τῇ δικ., v. 20. — ἔρχεσθαι ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, quae phrasis etsi peculiari modo dicitur, Matth. 21, 32. (h. l. scilicet intelligi videtur ἡ ὁδὸς δικαία, i. e. via, qua incedendum est, ne a scopo aberres, coll. Jerem. 6, 16. ad quem locum Matthaeus respexit), tamen in loco 2 Petr. 2, 21. cum vox articulum ante se habeat, de via cogitari iubet, quae ad τὴν δικ. ducit. — Act. 13, 10. (ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης, osor omnis virtutis.) — 2 Cor. 6, 14. (oppon. ἁμαρτία.) Phil. 3, 6. 2 Cor. 5, 21. (probitas, quae deo placet.) — στέφανος τῆς δικαιοσύνης, 2 Tim. 4, 8. sertum, praemium virtutis (cf. formulam de contrario dictam ὁ μισθὸς τῆς ἀδικίας, 2 Petr. 2, 13.) alii: sertum iustae retributionis, sertum, quod praemii loco dat iustitia; minus recte, credo. Nam phrasis ut h. l. constructa est, vocem δικαιοσ. sensu obiectivo sumi iubet. — 1 Petr. 2, 24. (ζῆν τῇ δικ.) — *bb.*, δικαιοσ. i. q. τὸ δίκαιον (quatenus subiacet actionibus), Matth. 3, 15. (οὕτω πρέπον ἐστὶ πᾶσαν πληρῶσαι δικαιοσ., so ziemt sich's, jede rechte Handlung zu vollziehen.) Hebr. 11, 33. (ἐργάζεσθαι δικ., Rechtes ausführen.) 1 Joh. 2, 29. et 3, 7. (ποιεῖν τὴν δικ., i. q. τὸ δίκαιον, ut ποιεῖν τὴν ἀλήθειαν, i. q. τὸ ἀληθές, Joh. 3, 21. — accuratius tamen: wer mit seinem Thun Wahrheit an den Tag giebt.) — Speciatim iustitiae servire dicuntur, qui iustam caussam agunt, 2 Cor. 6, 7. 11, 15. — cf. Ps. 17, 1. — Huc referas etiam Joh. 16, 8. ubi ἡ δικαιοσύνη, cuius testimonium s. documentum in eo ponitur, quod Christus redeat ad patrem, opponitur τῇ ἁμαρτίᾳ Judaeorum, qui eum oppresserunt.

3., Sicut δίκαιος sensu absoluto dicitur is, in quo nec abundat quidquam nec deficit, et qui totus suo muneri par est (v. δίκαιος, II.), ita δικαιοσύνη est perfectio, i. e. *a.*, indoles eius, qui perfectus est. Hinc λόγος δικαιοσύνης, institutio perfecta, Hebr. 5, 13. (i. q. δίκαιος, ex hebraismo.) — *b.*, virtus (agendo acquisita), cui nec quidquam deest, nec quidquam admixtum est labis

aut vitii, et quae deo iudici ex omni parte probatur. Quod hanc attinet, prae caeteris Paulus in eo versatur, ut ostendat, eiusmodi δικαιοσύνην hominem legis observatione sibi acquirere non posse. Nam *aa.*, cum lex exactam obedientiam postulet minis ei additis, qui non omnia exsequatur praecepta, sequi inde, legem tantum abesse, ut studium virtutis excitet, ut hominis animum terroribus percutiat atque deprimat. — *bb.*, docet, legem non modo virtutem non alere, sed excitare quoque hominis nisum in vetitum, atque efficere, ut homo legis minis perterritus se poena dignum ipse existimet. Quamobrem celebrandum dicit Paulus beneficium dei, quod filio suo pro hominibus s. hominum caussa morti tradito amorem suum et bonam voluntatem hominum generi testificatus sit, ut suarum quisque rerum felicissimum eventum, quasi non peccasset, sperare possit. Ad hanc vero concipiendam spem iam nihil aliud requiri praeter fidem (fiduciam in deo et Christo collocandam), atque in hac demum fide cerni τὴν δικαιοσύνην, h. e. eam indolem, quae deo ex omni parte probetur et virtuti omnibus numeris absolutae par habeatur; hanc esse τὴν δικαιοσ. τοῦ θεοῦ, Rom. 10, 3. 1, 17. 3, 21. 22. 25. 26. (i. e. virtutem, quae ab ipso deo offeratur, et cuius acquirendae ratio a deo ipso monstretur. Oppon. ἡ δικαιοσ. quam voluerint Judaei ἰδίαν, i. e. sua ipsorum opera effectam stabilire.) cf. Rom. 4, 11. Phil. 3, 6. (ἡ δικαιοσ. ἡ ἐν νόμῳ.) v. 9. (μὴ ἔχων τὴν ἐμὴν δικαιοσ. τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως χριστοῦ, non innixus meae probitati, ex lege repetitae, sed ei, quam per agnitionem Christi cum fiducia coniunctam obtinui; — τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ δικαιοσ. ἐπὶ τῇ πίστει, die von Gott auf dem Grunde des Glaubens dargebotene Weise, Trefflichkeit od. Gottwohlgefälligkeit zu erlangen.) — ἡ ἐκ νόμου et ἡ ἐκ πίστεως δικ., Rom. 10, 5. 6. — (Not.: alio sensu dictam δικαιοσύνην θεοῦ vide 2 Cor. 5, 21. Nam h. l. sibi opponuntur deus et homines, ἁμαρτία et δικαιοσ., illa quoad est hominum affectio, haec quoad a deo postulatur et deo probatur; v. supr. 2., *b.*, *aa.* — ἐλογίσθη εἰς δικαιοσύνην, Rom. 4, 3. (Gen. 15, 6.) i. e. hoc in eo probitati s. virtuti deputatum est. Cf. 5. 6. (Ps. 32, 2.) 9. 22. Gal. 3, 6. Jac. 2, 23. Hebr. 11, 7. — λογίζεταί τινι ἡ δικαιοσ., adiudicatur alicui probitas (plena virtus), Rom. 4, 11. — εἰς δικαιοσύνην, Rom. 10, 10. (ut habeas, quod probitatis loco numeretur.) — v. 4. (ut probitas nascatur.) — ὁ νόμος τῆς δικ., Rom. 9, 31. (vera ratio probitatis consequendae.) — ἡ διακονία τῆς δικ. (munus quod probitatem, cui nihil a deo timendum est, offert), 2 Cor. 3, 9. — 1 Cor. 1, 30. (χριστὸς ἡμῖν ἐγένετο δικαιοσύνη, i. e. Christo id, quod deo probati sumus, acceptum referimus. — v. ἁγιασμός.)

4., Sicut δίκαιος is dicitur, qui ius suum non severe exigit, sed de eo, ubi exigere iniquum esset, decedit, lenis et humanus (v. δίκαιος I. n. 2.), ita ἡ δικαιοσ. lenitas, benignitas est, 2 Cor. 9, 9. (Ps. 112, 9.) 10.

Δικαιόω (ῶ), f. ώσω, (a *δίκαιος*) facio *δίκαιον*; — *τινά*, proprie iustum aliquem reddo. Discernendae sunt phrases, si quis se ipsum et si quendam alium *δικαιοῦν* dicitur.

I., *δικαιῶ ἐμαυτόν*, vel *δικαιοῦμαι*: **1.**, probum, a maleficiis alienum me servo, Apoc. 22, 11. (h. l. med. *ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι*, pro quo tamen alii codd. *δικαιοσύνην ποιησάτω ἔτι.*) — **2.**, speciem eius, cui nulla insideat labes, prae me fero, Luc. 16, 15. (h. l. *δικαιοῦν ἑαυτὸν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων*, de Pharisaeis.) 10, 29. (verte: cum vellet personam eius agere, in quo nihil desideretur, et qui praecepto de amore plane satisfecisset.) — **3.**, mihi hominis iusti, i. e. qui dei favore dignus est, laudem quaero, Gal. 5, 4.

II., *δικαιῶ τινα*: **1.**, de deo, summo hominum iudice; *a.*, laudem iusti, i. e. probi ac beneficiis digni alicui tribuo; — pass., hanc laudem accipio, Rom. 4, 2. Gal. 2, 21. — *b.*, iustum aliquem, i. e. omni peccato atque culpa immunem habeo, s. declaro, Rom. 3, 26. (*εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον κ. δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ*, ut pariter ipse peccata removeat, atque peccato immunem eum reddat, in quo deprehenditur fides Christo habita.) Gal. 3, 8. — passiv. *δικαιοῦμαι* addito: *ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*, peccato immunis esse a deo iudicor, Rom. 3, 20. (verte: propter facta legi congruentia nemo peccato immunis praestabitur coram deo.) — et *παρὰ τῷ θεῷ*, Gal. 3, 11. — hoc subintellecto, Rom. 2, 13. — absque hac formula, Rom. 5, 9. — *δικαιωθῆναι ἐν τῷ αἵματι χριστοῦ*, Rom. 5, 1. (*δικαιωθέντες*, culpa immunes declarati, coll v. 8.) cf. 3, 24. — *δικαιωθ. ἐν χριστῷ*, Gal. 2, 17. (verte: si nos, qui tamquam peccati expertes tractatos nos videre, s. insontes declarati esse propter Christum cupimus, deprehendimur et ipsi peccatores esse.) — *δικαιωθ. ἐκ πίστεως* (sortem eorum, quibus a deo nihil poenae metuendum est, accipere per fidem), Rom. 5, 1. Gal. 2, 16. (*ἐκ πίστεως χριστοῦ.*) 3, 8. 24. — *δικ. διὰ πίστεως*, Gal. 2, 16. — Not.: verbo *δικαιοῦσθαι* duo involvuntur, primum venia peccatorum, ut nihil sit, quod a deo, iusto iudice, metuatur, alterum spes bonorum a deo accipiendorum, quam concipere et fovere ii possunt, a quibus culpa peccati remota est, et qui favorem dei recuperarunt. Disseruit Paulus hac de re ita, ut ex verbo modo illud primum, modo hoc alterum elicuerit. A quo si dissentire videatur Jacobus (2, 17 — 26.), non est negligendum, quod Paulus contra Judaeos legem solam amplectentes, Jacobus vero contra Christianos disputaverit in sola fide acquiescentes. — *c.*, Alio sensu etiam verbum *δικαιοῦσθαι* dici videtur Tit. 3, 7. Nam quod Christianos *δικαιωθέντας* auctor dicit *τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι*, id eo refert, quod sint *ἀνακαινωθέντες πνεύματι ἁγίῳ*, v. 5. cf. 1 Cor. 6, 11. (certe h. l. ex *τῆς δικαιοσύνης* notione studium recte agendi non excluditur.) — Denique *d.*, sensu strictiori *δικαιοῦσθαι* dicitur, qui quam rogavit veniam peccatorum nactus est (impetravit), cui certa quaedam peccata

a deo condonata sunt (contra in locis n. 1., *b.* allatis de peccatis in genere sermo erat), Luc. 18, 14. (οὗτος — δεδικαιωμένος ἢ γὰρ ἐκεῖνος, i. e. hic, non ille; ἢ γάρ vix ullibi invenies ita positum. Quaeritur, an sana sit lectio. Nam alii codd. habent: παρ' ἐκεῖνον, al. ὑπὲρ ἐκεῖνον, al. ἤπερ ἐκεῖνος.) — **2.**, sensu relativo, de eo, qui aliquem *a.*, certo quodam crimine accusatum aut certi cuiusdam delicti insimulatum culpae expertem declarat (h. e. qui argumentis evincit, aliquem aut id, quod ei crimini datur, plane non commisisse, aut si commiserit, nullam inde sibi culpam contraxisse); — dic. et de iudice aliquem accusatum s. reum absolvente et de eo, qui aliquem coram iudice defendit. Quare plerumque ad res fori transfertur, ut δικαιοῦσθαι dicatur vel is, qui accusatus est, vel is, qui accusari possit. Opponitur, ubi de sententia agitur, καταδικάζω, et passiv. καταδικάζομαι. — Pass. δικαιοῦμαι, *aa.*, absolvor in ius vocatus, Matth. 12, 37. (ἐκ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ — καταδικασθήσῃ, ex tuis verbis absolveris in iudicio vel damnaberis, i. e. sententia, qua aut absolveris a deo, olim iudicium habituro, aut damnaberis, derivabitur ex tuis verbis, h. e. ex verbis, quibus animum tuum significasti. Cf. similem phrasin, Luc. 19, 22. κρίνειν τινὰ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, quod h. l. significat: ex verbis, quae quis modo proloquutus est.) — *bb.*, δεδικαίωμαι, vel: absolutus sum, cum essem accusatus, vel: is sum, qui, si in ius vocer, absolvi debeam. Hoc altero sensu dicitur 1 Cor. 4, 4. (ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι, sed hac in re non id continetur, quod abesse a me iudicanda sit culpa, darin habe ich meine Reinsprechung [Schuldfreiheit] nicht erhalten.) Vertunt ἐν τούτῳ: propterea; non satis accurate. — *b.*, qui in aliquo id, quod fecit, ab aliorum cavillationibus defendit, et ab iniuriae suspicione liberat (de agnitione eius, quod recte factum est), Rom. 3, 4. (cf. Ps. 51, 6. ὅπως δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, ut veritas, quae verbis s. effatis tuis subest, agnoscatur, et caussa vincas, cum iudicaris s. in iudicium vocaris.) Luc. 7, 29. (ἐδικαίωσαν τὸν θεόν, cui oppon. v. 30. ἠθέτησαν τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ, i. e. agnoverunt beneficium dei, non cum iis fecerunt, qui spernerent.) Luc. 7, 35. et Matth. 11, 19. (ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, sapientiae divinae ex eius alumnis id accidit commodi, ut agnosceretur. Sens.: dum ad portitorum societatem me demisi, eo significavi, me sapientiam dei, qui Joannem doctorem prodire iusserat [cf. Luc. 11, 49. et 7, 30.], agnoscere. Nam cultores Joannis ipsi portitores erant, coll. 7, 29.) Huc ref. 1 Tim. 3, 16. (mysterium, quod ratum factum est spiritu, scil. divino.) — Ita etiam aliquis δικαιοῦν ἑαυτόν dici potest, qui se a suspicione iniuriae liberat aut a criminationibus se defendit, aut quam recte aliquid fecerit contra aliorum calumnias, argumentis ostendit. Sed hoc sensu dicta phrasis illa in N. T. non occurrit. V. supr. I.

III., δικαιῶ τινα ἀπό τινος, ab eo, cui quis obstrictus

tenetur (v. c. a peccatis non expiatis, nec condonatis) aliquem libero, 1., ne satisfacere debeat, Act. 13, 39. — 2., ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ne peccati imperio amplius subsit, Rom. 6, 7. (coll. v. 18.)

Δικαίωμα, τος, τό, (a δικαιόω, perf. pass.) 1., quod, ut vim iuris habeat, decretum, seu quod per legem constitutum et sancitum est, s. statutum, hebr. חֹק et חֻקָּה, Luc. 1, 6. (πορευόμενοι ἐν ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ κυρίου [cf. Gen. 26, 5.], agebant e formula divinorum praeceptorum.) Rom. 2, 26. et 8, 4. (τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου, Num. 31, 21.) Hebr. 9, 1. (δικαιώματα λατρείας, instituta cultus divini publici.) v. 10. (δικαιώματα σαρκός, leges, quae ad corpus tantum spectabant.) Rom. 1, 32. (τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ, institutum dei, ordo a deo constitutus.) — 2., recte factum, Rom. 5, 18. (δι' ἑνός, scil. χριστοῦ, δικαιώματος, unius virtute. Sed usus est auctor voc. δικαιώματος, quasi de facto aliquo cogitari vellet, propterea, quod vocabulo παραπτώματος de re quadam facta interpretando aliud eiusdem generis opponere volebat concinnitatis caussa.) Apoc. 19, 8. (plur. τὰ δικαιώματα.) — 3., absolutio, liberatio a poenis peccatorum (v. δικαιόω II. n. 2., a.), Rom. 5, 16. (oppon. h. l. κατάκριμα, ut verbo δικαιοῦν opponitur καταδικάζειν, Matth. 12, 37.) — 4., factum, quo quis iustitiam in iudicando declarat, sive quod iusto iudicio congruit (v. δίκαιος I. n. 1.), Apoc. 15, 4. (τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν.)

Δικαίως, adv., 1., iuste, v. c. κρίνειν, 1 Petr. 2, 23. (Xen. Mem. 3, 5, 20.) v. δίκαιος I. n. 1. — iure meritoque, Luc. 23, 41. (Xen. Symp. 4, 60.) — 2., rite atque ita, ut par est, 1 Cor. 15, 34. — 3., absque fraude et iniuria, 1 Thess. 2, 10. Tit. 2, 12.

Δικαίωσις, εως, ἡ, (a δικαιόω) absolutio, Rom. 4, 25. (διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν, quod absolutionem nostram deus testatam voluit. — Concinnitatis caussa Paulus ex utraque parte duo distinxit, scil. ex altera τὰ παραπτώματα et τὴν δικαίωσιν, ex altera τὸ παραδίδοσθαι et τὸ ἐγερθῆναι, quamquam in alterutra parte quae duo distincta sunt, re ipsa unum efficiunt.) 5, 18. (εἰς δικαίωσιν ζωῆς [oppon. κατάκριμα], in absolutionem, quae vitae largitionem secum fert.)

Δικαστής, οῦ, ὁ, (a 3. perf. pass. verbi δικάζω, ius dico, derivandi a voc. δίκη) arbiter; propr. iudex, qui lites minores componit, ein Friedens- oder Schiedsrichter, Luc. 12, 14. (τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς;) cf. Act. 7, 27. (Exod. 2, 14.) — Aelian. V. H. 1, 34. Herodian. 7, 7, 6. (Xen. Cyr. 1, 3, 17.)

Δίκη, ης, ἡ, omnino: actio coram iudice, ergo: iudicis cognitio, iudicis sententia, ea praesertim, qua qui poena dignus est, condemnatur, sententiae denique executio. 1., sententia condemnatoria s. punitio, Act. 25, 15. (αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην, coll. v. 16.) — δίκην ὑπέχειν, Jud. v. 7. (poenam subire.) Aelian. V. H. 2, 4. cf. Sap. 18, 11. 2 Macc. 8, 11. 13. — δίκην τίνειν,

2 Thess. 1, 9. (poenas dare. — Graeci plerumque: δίκην διδόναι, Xen. Anab. 4, 4, 9. Cyr. 1, 6, 45.) Hinc ultio, s. vindicta et 2., Dea iustitia, iustitia vindex, Nemesis, Act. 28, 4. (Demosth. p. 422, 11.)

Δίκτυον, ου, τό, rete, Matth. 4, 20. 21. (Marc. 1, 18. 19.) Luc. 5, 2. 4. 5. 6. Joh. 21, 6. 8. 11. (Xen. Mem. 3, 11, 8.)

Δίλογος, ου, ὁ, ἡ, (a δίς et λέγω, subest scil. huius verbi perfectum 2. obsoletum) bilinguis, qui aliud ore gerit, aliud pectore claudit (unde verb. διλογῶ, et nomen subst. διλογία), 1 Tim. 3, 8. — Cf. δίψυχος.

Διό, coniunctio, i. q. δι' ὅ, quare, quapropter, Matth. 27, 8. Luc. 1, 35. 7, 7. Act. 10, 29. Rom. 1, 24. 2, 1. 1 Cor. 12, 3. 2 Cor. 6, 17. 1 Thess. 2, 18. Hebr. 3, 7. 13, 12. Jac. 1, 21. 4, 6. (1 Petr. 2, 6. e lectione vulg.)

Διοδεύω, f. σω, (ex διά et ὁδεύω, iter facio, a subst. ἡ ὁδός) 1., peragro; — τόπον τινά, (i. q. διαπορεύομαι, q. v.), Act. 17, 1. — 2., huc illuc iter dirigo, additis: κατὰ πόλιν καὶ κώμην, oppidatim et vicatim, Luc. 8, 1.

Διόπερ, coniunctio, (ex διό, quare, et particula paragogica πέρ, quae affinis praepositioni περί exprimit i. q. latinum: circiter) ideo fere, nostr.: darum nun eben, 1 Cor. 8, 13. 10, 14. 14, 13. (Xen. Mem. 4, 8, 7.)

Διοπετής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (a Διός, Iovis, et πέτω = πίπτω, cado) a Iove (i. e. de coelo) delapsus; — τὸ διοπετές, Act. 19, 35. (suppl. ἄγαλμα, simulacrum.) Simulacrum Dianae aureum, quod ut (eodem quo Ancile et Palladium Troianum miraculo) de coelo delapsum ob sanctitatem originis in templo Ephesino includebatur, cuius tamen artificem Canetiam fuisse Plinius perhibet H. N. 16, 40.

Διόρθωμα, τος, τό, (a διορθόω, prava et perversa corrigo; — διά denotat amotionem a vitioso) correctio, emendatio; plur., Act. 24, 3. (lectio tamen vulg. κατορθωμάτων.) — Polyb. 3, 118, 3.

Διόρθωσις, εως, ἡ, (a διορθόω, v. διόρθωμα) propr. 1., sensu physico: directio eorum, quae aliquo modo excedunt et a recto declinant, v. c. membrorum fractorum vel distortorum, in naturalem et moderatum statum. — Hinc 2., in vitae institutis emendatio, Hebr. 9, 10. (μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικειμένου.) Polyb. 5, 88. Diod. Sic. 1, 75. Jos. B. J. 1, 20, 1.)

Διορύσσω, ττω, f. ξω, (ex διά et ὀρύσσω, fodio) perfodio; τί, Matth. 24, 43. (τὴν οἰκίαν) et Luc. 12, 39. (τὸν οἶκον.) Ez. 12, 7. — τοὺς τοιχούς, Thucyd. 2, 3. — οἱ ὁ, Job. 24, 16. — Matth. 16, 19. et 20. (ὅπου διορύσσουσι.)

Διόςκουροι vel Διόςκοροι, ων, οἱ, (a Διός, Iovis, et κοῦρος s. κόρος, puer, ut κόρη, puella) Castor et Pollux, fratres Helenae, Iovis et Ledae filii, nautarum numina, Act. 28, 11. (Xen. Symp. 8, 29.) Not.: Phrynichus solam probat pronuntiatio-

nem Atticam: Διόςκοροι. Atticis usitatior fuit dualis Διοςκόρω. In recentiorum scriptis fere unice pluralis receptus est, isque forma Ionica expressus: Διόςκουροι, ad quam formam etiam dualis effictus deprehenditur simul apud Platonem (Plat. Euthyd. 293. A.) et Thucyd. (3, 75.) — v. Lobeck. ad Phryn. p. 235.

Διότι, coniunctio, propterea quod, Luc. 1, 13. 2, 7. 21, 23. Act. 10, 28. 17, 31. 18, 10. 22, 18. Rom. 1, 19. 21. 3, 20. 8, 7. 1 Cor. 15, 9. Gal. 2, 16. Phil. 2, 26. 1 Thess. 2, 8. 4, 6. Hebr. 11, 5. 23. Jac. 4, 3. 1 Petr. 1, 6. 24. 2, 6.

Διπλόος (οῦς), όη (ῆ), όον (οῦν), duplex (ut τριπλόος, οῦς, triplex, τετραπλόος, quadruplex etc.), 1 Tim. 5, 17. Apoc. 18, 6. — Comparat. διπλότερος (a forma positivi in recentiorem graecitatem invecti διπλός, unde lat. duplum), Matth. 23, 15. (διπλότερος ὑμῶν, duplo magis, quam vos.) — Habet hunc comparat. Appian. Praef. H. R. 9, 13.

Ἐάν, coniunctio, si, de qua prae caeteris notandum, quomodo a coniunctione *εἰ* differat. Nimirum coniunctio *εἰ* mere est logica, ponens aliquid, cui aliud quid argumentandi caussa annectatur; v. *εἰ*. — *ἐάν* vero ad tempus et ad experientiam refertur, ponens aliquid, quod aliquando futurum est, ita ut, utrum vere futurum sit, nunc ante tempus nondum definiatur, v. Hermann. ad Viger. p. 834. Discrimen videre est Joh. 13, 17. 3, 12. Reperitur *ἐάν* in N. T.:

1., cum praesentis constructum *a.*, indicativo, 1 Joh. 5, 15. (*καὶ ἐὰν οἴδαμεν, ὅτι ἀκούει ἡμῶν, ὃ ἂν αἰτώμεθα, οἴδαμεν, ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα, ἃ ἠτήσαμεν παρ' αὐτοῦ*, verte coll. v. 14.: in eo cernitur nostra fiduciam in Deo ponendi potestas, quod ipse, si quid eum rogamus, nos audit, et quod nos, siquidem

eum omnino scimus nostris precibus annuere, etiam hoc nos bono potituros esse scimus, quod nunc (certo tempore) eum rogavimus. — ἐάν, h. l. valet: siquidem, quandoquidem, et perperam dicitur permutari cum εἰ. — in loco Aeliani V. H. 4, 24. ἐὰν τῶν ἀλλήλων ὀργαῖς ἐξίστασθε, significat: tum, cum.) — *b.*, c. coniunct., nostr. im Fall, dass, Matth. 6, 22. (ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, i. e. si fit, quod an vere futurum sit nescio, ut oculus tuus etc.) 23. 17, 20. (ἐὰν ἔχητε πίστιν.) Matth. 8, 2. et Marc. 1, 40. Luc. 5, 12. (ἐὰν θέλῃς non est: si voles, sed: si modo velis. Hinc Jesus respondet: θέλω.) 1 Cor. 6, 4. Joh. 8, 54. 9, 31. 11, 9. 10. 15, 14. 21, 25. 1 Tim. 1, 8. — Luc. 10, 6. (Matth. 10, 13.) 19, 31. Act. 5, 38. Joh. 7, 17. 12, 26. 14, 23. 1 Joh. 1, 7. 9. 10. 2, 3. 15. 29. 3, 20. 21. Rom. 2, 25. 26. 1 Cor. 9, 16. 12, 15. 16. 13, 1. 2. 16, 4. 7. Gal. 5, 2. Hebr. 13, 23. — Joh. 6, 62. (ἐὰν οὖν θεωρῆτε — ὅπου ἦν τὸ πρότερον; adde: quid tum censebitis?) 7, 37. 12, 26. 14, 15. — 1 Cor. 7, 36. Rom. 12, 20. 13, 4. Gal. 1, 8. Col. 3, 13. — in aliis locis vim habet lat. si vel etiam si (ubi extremum ponitur), ut: Marc. 14, 31. (ἐάν με δέῃ συναποθανεῖν σοι, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι, si vel hoc accidit, ut me oporteat etc.) Rom. 9, 27. — 1 Cor. 4, 15. (ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας, quo in loco duae constructiones diversae coniunctae sunt; scil aut pergendum fuit in incepta constructione, ut in apodosi poneretur: οὐ πολλοὺς πατέρας ἔχετε, aut prius membrum accommodandum erat coniunctioni sequenti ἀλλά, ut ab initio vox concessiva poneretur, v. c. μυρίους δύνασθε παιδαγωγοὺς ἔχειν, ἀλλ' οὐ etc.) Act. 13, 41. (ἔργον ᾧ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν, cui quando vobis aliquis enarrat, fidem non adhibebitis.) — Luc. 6, 33. 34. (Matth. 5, 46. 47.) Jac. 5, 15. Joh. 8, 16. 1 Cor. 13, 1.

2., cum coniunctivo aoristi. Quid discriminis intersit inter praesens temp. et aoristum, ex his potissimum locis cognoscitur: 2 Tim. 2, 5. (ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ.) 1 Cor. 14, 23. (ἐὰν οὖν συνέλθῃ ἡ ἐκκλησία — καὶ πάντες γλώσσαις λαλῶσιν, εἰσέλθωσι δὲ ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι.) v. 24. (ἐὰν δὲ πάντες προφητεύωσιν, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος.) 1 Cor. 13, 3. (ἐὰν ψωμίζω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθήσωμαι.) Matth. 21, 21. (ἐὰν ἔχητε πίστιν καὶ μὴ διακριθῆτε.) 1 Joh. 1, 6. (ἐὰν εἴπωμεν — καὶ ἐν τῷ σκότει περιπατῶμεν.) Scil. *a.*, ponitur aor. ita, ut Latinorum futuro exacto respondeat, et est *aa.*, apodosis expressa in eaque vel futurum, ut in locis hisce: Matth. 4, 9. (Luc. 4, 7. — ἐὰν προσκυνήσῃς, si me veneratus sis, si me adoraveris.) 6, 14. 9, 21. (Marc. 5, 28. κἂν ἅψωμαι.) 18, 19. 21, 24. 25. (Marc. 11, 31. 32. Luc. 20, 5. 6.) 24, 48 — 50. (Luc. 12, 45. 46.) 28, 14. Marc. 8, 3. Luc. 16, 30. 31. al. Joh. 5, 43. 8, 36. 11, 40. 48. 16, 7. 3 Joh. v. 10. Rom. 10, 9. 11, 22. 1 Cor.

4, 19. 2 Cor. 13, 2. 1 Tim. 2, 15. 2 Tim. 2, 21. al. Anacolutha: Matth. 7, 9. (*τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρ. ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ.* Duae h. l. interrogationes commixtae sunt. Aut enim accommodate ad *τὸ μὴ ἐπιδώσει* scribendum erat: *ἐάν τινα ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπον αἰτήσῃ ὁ υἱός* etc. — aut: *τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος ὃς ἐὰν αἰτήσῃ αὐτὸν ὁ υἱὸς ἄρτον, ἐπιδώσῃ αὐτῷ λίθον;*) Luc. 11, 11. (*τίνα ἐξ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει — ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ.*) — Marc. 11, 32. (*ἐὰν εἴπωμεν· ἐξ ἀνθρώπων, ἐφοβοῦντο τὸν λαόν.*) Marc. 7, 11. 12. — vel interrogatio, ut Matth. 5, 13. Luc. 14, 34. (*ἐὰν τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε;*) Marc. 8, 36. (Matth. 16, 26. Luc. 9, 24.) Joh. 3, 12. 1 Cor. 8, 10. 14, 6. 8. 9. 16. 1 Petr. 3, 13. Matth. 5, 46. 47. 16, 26. 18, 12. Luc. 15, 8. — vel imperativus, ut Matth. 18, 15. 17. (*ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικός.*) 24, 23. (Marc. 13, 21.) Marc. 11, 3. 1 Cor. 7, 11. 10, 28. 14, 30. 16, 10. Gal. 6, 1. Col. 4, 10. Jac. 5, 19. Luc. 17, 3. Hebr. 3, 7. 15. 4, 7. — vel *οὐ μή* c. coni. aor., Joh. 8, 51. 52. Matth. 15, 5. — vel pro imperativo futurum, ut Matth. 21, 3. (Luc. 19, 31.) Hebr. 3, 7. 15. 4, 7. huc referri potest Jac. 4, 15. (lege: *ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν*, — apodos.: *καὶ ποιήσομεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο.*) — vel praesens, ut Matth. 18, 13. (*ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτό*, — *χαίρει ἐπ' αὐτῷ.*) 21, 26. Marc. 3, 24. 25. 10, 12. Luc. 12, 38. Joh. 8, 31. 12, 24. 47. 13, 20. 19, 12. 20, 23. 1 Joh. 1, 8. 2, 1. 4, 20. Rom. 7, 3. 1 Cor. 7, 8. 39, 40. 8, 8. 13, 3. 2 Cor. 5, 1. — vel indicativus praeteriti temporis, ut Jac. 2, 2 — 4. Rom. 7, 2. 14, 23. — *bb.*, nulla addita est apodosis, sed *ῥῆσις* conditionata, per *ἐάν* cum aoristo expressa, aliis est sententiis interiecta. Ita in locis hisce: Marc. 12, 19. et Luc. 20, 28. (*Μωϋσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, ἐάν τινος — ἀποθάνῃ, ἵνα λάβῃ* etc. i. e. *Μωϋσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, ἵνα, ἐὰν — ἀποθάνῃ, λάβῃ* etc.) Joh. 9, 22. (*συνέτεθειντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα, ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ χριστόν, ἀποσυνάγωγος γένηται.*) 11, 57. (*δεδώκεισαν — ἐντολήν, ἵνα, ἐάν τις γνῷ, ποῦ ἐστι, μηνύσῃ.*) Act. 9, 2. (*ᾐτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολάς, ὅπως, ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας — δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλήμ.*) — *ὅτι, ἐάν* —, Gal. 5, 2. 1 Joh. 5, 14. 2 Thess. 2, 3. — v. *ὅτι*. — Huc ref. etiam comparationem Marc. 4, 26. cf. Luc. 11, 36. — cc., *ἐάν* cum aor. ponit etiam aliquid quod, utrum futurum sit necne, non dubitatur, sed vere eventurum esse putatur, Joh. 12, 32. (*κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.* Est in eiusmodi locis i. q. *ὅταν*, quando, cum, ubi.) 14, 3. (*καὶ ἐὰν πορευθῶ.* Obiter notandum, verba sequentia *καὶ ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον*, quae cum vers. 2. non cohaerent, deesse in codd. 56. 58. Ev. 31. eisque eiectis facillimum prodire sensum orationis hunc: nisi multae in patris domo mansiones essent, vobis ego dixissem, me ad parandum vobis locum aliquem abiturum esse. Etiam cum discessero, societatem vobiscum iterum ineo, ut vos mecum verse-

mini. Nam et quo discessurus sim, vos scitis, et quam viam ingrediamini, nostis.) 1 Joh. 3, 2. (ἐὰν φανερωθῇ.) — dd., interdum ope τοῦ ἐάν cum aor. iuncti aliquid non tam ponitur, quam fingitur futurum esse, quod nunquam futurum esse scias, 1 Cor. 12, 15. (ἐὰν εἴπῃ ὁ ποῦς, si pes diceret, s. dicturus esset.) 14, 6. (ἐὰν ἔλθω πρὸς ὑμᾶς γλώσσαις λαλῶν, si ad vos venissem.)

3., ἐάν nexum cum pronominibus adverbiisque relativis, et scriptum pro particula potentiali ἄν, quam v. — in locis hisce: ὃς ἐάν, Matth. 5, 19. 10, 14. 42. 11, 6. 27. 20, 27. (Marc. 10, 44. ὃς ἄν.) v. 26. (Marc. 10, 43.) 12, 36. 14, 7. 15, 5. 16, 19. 18, 5. 18. 19. Marc. 7, 11. 9, 37. 10, 11. 15. 25. 11, 23. 13, 11. Luc. 4, 6. 7, 23. 9, 48. 10, 22. 18, 17. Joh. 15, 7. 1 Cor. 6, 18. 16, 3. Gal. 6, 7. Eph. 6, 8. Col. 3, 23. 1 Joh. 3, 22. 3 Joh. 5. Apoc. 3, 19. — ὅπου ἐάν, Matth. 8, 19. 26, 13. Marc. 6, 10. 14, 14. — ὁσάκις ἐάν, Apoc. 11, 6. — οὗ ἐάν (ubicumque), 1 Cor. 16, 6. — καθὸ ἐάν (prout, je nachdem gerade), 2 Cor. 8, 12. — ὡς ἐάν, Rom. 15, 24. — (Sed pronominibus adverbiisque interrogativis, τίς, τί, πῶς, nusquam loco τοῦ ἄν adiectum reperies. Neque ubi optativus cum ἄν consociatus est, v. c. εὐξαίμην ἄν, particula potentialis in ἐάν mutata obvenit. Quare vereor, ut recte illud ἐάν, ubi pro ἄν positum legitur, librariorum errore natum esse dicatur; v. tamen Hermann. ad Viger. p. 835.)

4., Apud scriptores vitae Christi alterum narrationis exemplar coniunctione εἰ ibidem utitur, ubi in altero coniunctio ἐάν in usum vocata est, quamvis sua utrivis coniunctioni maneat vis, Marc. 9, 43. (καὶ ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἡ χείρ σου.) et v. 47. (καὶ ἐὰν σκ. σε ὁ ὀφθαλμός σου, h. e. si accidit, ut —.) Matth. 18, 8. 9. (καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμὸς σκανδαλίζει σε, h. e. si id, quod tu ad te excusandum profers, verum est, te incitari ad malefaciendum tuo pede vel oculo, age, evelle utrumque; ita etiam Matth. 5, 29. 30.) Alibi eundem scriptorem utraque coniunctione promiscue usum esse videmus, Marc. 3, 24. 25. καὶ ἐάν, sed v. 26. καὶ εἰ (ut Matth. 12, 26.), sed sens. est: si quando accidat, ἐάν —, ut regnum et domus aliqua secum ipsa discordent, nec haec, nec illa stabit. Et si, quod vos ponitis, verum est, εἰ —, Satanas Satanam expellit, non hic stare poterit.

5., ἐάν cum aliis particulis iunctum: ἐὰν δὲ καί, si vero etiam, c. coniunct., Matth. 18, 17. 1 Cor. 7, 11. 28. 2 Tim. 2, 5. — ἐὰν καί, Gal. 6, 1. — ἐὰν μή, *a.*, nisi, coni. praes., Luc. 13, 3. 5. Matth. 10, 13. 1 Cor. 14, 28. Act. 15, 1. 1 Cor. 8, 8. 9, 6. Jac. 2, 17. Joh. 3, 2. — coni. aor., Matth. 6, 15. 18, 35. Joh. 8, 24. Apoc. 3, 3. 1 Cor. 14, 6. 7. 9. 11. Matth. 18, 10. Rom. 10, 15. 11, 31. Marc. 3, 27. 7, 3. 4. Joh. 3, 3. 5. 6, 44. 53. 7, 51. 12, 44. 13, 8. 15, 4. 6. Apoc. 2, 21. 22. Act. 27, 31. — oratio concisior: Gal. 2, 16. 2 Thess. 2, 3. Apoc. 2, 5. — sequente in apodosi: οὐ μή, Matth. 5, 20. 18, 3. Joh. 4, 48. 20,

25. — *b.*, quin, ohne dass, Matth. 26, 42. Marc. 10, 30. (v. 29. *οὐδείς ἐστιν, ὃς ἀφῆκεν.* — v. 30. *ἐὰν μὴ λάβῃ*, keiner ist, der verlassen hat, wenn er nicht empfangen haben wird, lat. nemo est, qui reliquerit, quin accepturus sit. Hoc idem est, quod Matthaeus 19, 29. habet: *πᾶς ὃς ἀφῆκεν — λήψεται*). Ex hoc loco explicandus est difficilior ille Marc. 4, 22. (codd. variant; alii suppeditant: *οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτόν, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ*, ex quibus verbis si vel maxime excluseris *τὸ τί*, quod sane excludendum est; tamen si verteris: non est occultum, quodcunque non in lucem prolatum fuerit, id, quod idem valet, ac si dixeris: quodcumque non in lucem prolatum fuerit, (id) non occultum est; facile videbis, hoc effatum contradictionem involvere. Aeque patet prioris membri loco ponendam esse absolutam negationem: nihil, *οὐδέν*, s. *οὐ — τί.* Alii codd. offerunt: *οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτόν, ἐὰν μὴ φανερωθῇ*: non est quidquam occultum, nisi etc. nicht ist etwas verborgen, wenn es nicht einst offenbar geworden sein wird, i. e. non est quidquam occultum, quin manifestum futurum sit, atque h. e. quidquid occultum est, in lucem prodibit. Quam lectionem Marco apprime convenire, quis erit, qui neget, si illum alterum locum comparaverit? Atque hac retenta lectione, quam Fritzschius immerito absurdam vocat, cum sit verissima, carere possumus ea, quam alii codd. praebent: *οὐ γάρ ἐστι κρυπτόν, εἰ μὴ ἵνα φανερωθῇ.* Hanc enim interpretamento niti, in promptu est. — Sens. autem verborum hic est: nulli umquam data est ingenii facultas, qua non utatur; itaque et vestrum est ingenii facultatibus, quibus instructi estis, ad parabolarum sensum pernoscendum uti.)

Ἐάνπερ, si modo, si quidem, wenn anders, Hebr. 3, 6. 14. 6, 3. (in his l. coniunct. aor.)

Ἐάν τε, *a.*, *ἐάν τε γάρ*, nam si forte, 2 Cor. 10, 8. (*ἐάν τε γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυχήσωμαι*, nam si vel maxime etiam aliquid amplius gloriatus fuero. — Ven. Wahlius docet Clav. p. 343. *καί* h. l. respondere *τῷ ἐάν τε*, et *ἐάν τε καί* h. l. idem esse quod *ἐάν τε — ἐάν τε*, quo nihil ineptius dici posse, quisque videt.) — *b.*, *ἐάν τε*, sequ. *ἐάν τε*, sive — sive, Rom. 14, 8.

Ἑαυτοῦ, *ῆς, οῦ*, compos. ex *ἕ*, quod tamquam accusativus tertiae personae — eum, eam, id — apud poëtas in usu est, et *αὐτός*, contr. *αὑτοῦ, ῆς, οῦ*, plur. *ἑαυτῶν*, — *οῖς, αῖς, οῖς*, — *ούς, άς, ά*, pronomen reflexivum tertiae personae. Occurrit 1., de sola tertia persona sing. et plural. dictum (ubi is, qui agit, idem est, ad quem actio dirigitur), *a.*, cum verbo coniunctum, ut ad subiectum verbi pertineat: Matth. 27, 42. et Marc. 15, 31. (*ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι.* Luc. 23, 35. *σωσάτω ἑαυτόν.*) 23, 12. (*ὅστις ὑψώσει ἑαυτόν.*) Luc. 9, 25. Joh. 5, 18. 1 Joh. 3, 3. al. — *b.*, associatum praepositionibus: *ἀφ' ἑαυτοῦ*, v. *ἀπό.* — *δι' ἑαυτοῦ*, per se, i. e. natura sua, Rom. 14, 14. v. *διά* — *ἐν ἑαυτῷ*, v. c. *διαλογίζεσθαι, λέγειν* s. *εἰπεῖν*, Matth. 3, 9. 9, 3. 21. Marc. 2, 8. — *ἔχειν*, quod vel est: in se habere, Joh. 5, 26. 6, 53. Marc. 4,

17. (Matth. 13, 21.) 9, 50. — vel in animo habere, Joh. 5, 42. 1 Joh. 5, 10. — ἐπιγινώσκειν, Marc. 5, 30. — εἰδέναι, Joh. 6, 61. — ἐμβριμᾶσθαι, Joh. 11, 38. — διαπορεῖν, Act. 10, 3. — δοξάζειν, Joh. 13, 32. — γίνεσθαι, ad se redire, Act. 12, 11. — κτίζειν δύο εἰς ἕνα, in se, i. e. eo, quod se communem sospitatorem habeant, Eph. 2, 15. — εἰς ἑαυτόν, v. c. ἔρχεσθαι, ad meliorem mentem redire, Luc. 15, 17. (Diod. Sic. 13, 95.) — ἐφ' ἑαυτόν, Matth. 12, 26. (ἐφ' ἑαυτήν, Luc. 11, 17. 18. Marc. 3, 24. 25.) — καθ' ἑαυτόν, seorsim, Act. 28, 16. Jac. 2, 17. — καθ' ἑαυτῆς (βασιλεία μερισθεῖσα), Matth. 12, 25. — παρ' ἑαυτῷ, apud se, h. e. in domo sua, 1 Cor. 16, 2. (Xen. Mem. 2, 13, 3.) — πρὸς ἑαυτόν, ad se, i. e. in domum suam, Luc. 24, 12. Joh. 20, 10. — secum (προςεύχεσθαι), Luc. 18, 11. — c., iunctum cum substantivis, ut vices pronominis possessivi expleat, Matth. 8, 22. (ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. Luc. 9, 60.) Luc. 13, 34. — 2., reflectitur etiam ad alias (primam scil. et secundam) personas (ut in oratione Graecorum); a., ad primam plur., Hebr. 10, 25. Rom. 8, 23. (ἡμεῖς — στενάζομεν ἐν ἑαυτοῖς, i. e. ἐν ἡμῖν αὐτοῖς.) 2 Cor. 1, 9. 10., 12. — 1 Cor. 11, 31. (εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διακρίνομεν, i. e. ἡμᾶς αὐτούς.) 2 Cor. 3, 2. 5. 10, 12. 14. 1 Joh. 1, 8. Act. 23, 14. — v. Matth. Gr. §. 489. II. — b., ad secundam, vel singularis, Joh. 18, 34. (ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, i. q. ἀπὸ σεαυτοῦ.) Rom. 13, 9. (i. q. ὡς σεαυτόν.) al. — vel pluralis, Matth. 3, 9. (ἐν ἑαυτοῖς pro: ἐν ὑμῖν αὐτοῖς.) 23, 31. 26, 11. Marc. 9, 33. 50. — Act. 13, 46. al. Phil. 2, 3. 12. — c., permutatur cum ἀλλήλων ita, ut πρὸς ἑαυτούς, ἐν ἑαυτοῖς sit i. q. πρὸς ἀλλήλους, v. c. ἐν ἑαυτοῖς, inter se, Matth. 16, 7. (ἐν ἑαυτοῖς, sed Marc. 8, 16. πρὸς ἀλλήλους.) Matth. 21, 38. (sed Marc. 12, 7. et Luc. 20, 14. πρὸς ἑαυτούς, i. e. πρὸς ἀλλήλους.) Rom. 1, 24. 27. (i. e. ἕτερος ἐν ἑτέρῳ s. ἐν ἀλλήλοις.) Eph. 4, 32. Col. 3, 16. 5, 13. coll. Marc. 9, 50. 10, 16. Jud. v. 20. — (Sed Marc. 11, 31. Luc. 20, 5. Matth. 21, 25. huc non pertinent.) — v. Matthiae Gr. §. 489. III.

Ἐάω (ῶ), f. ἐάσω, aor. 1. εἴασα, imperf. εἴων, (Matthiaei Gr. §. 167.) 1., sino, lassen, a., seq. infinit., Matth. 24, 43. (οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι, i. q. οὐκ ἂν ἀφῆκε διορ., Luc. 12, 39.) — b., seq. accus. pers. et infinit., Luc. 4, 41. (οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν. Marc. 1, 34. οὐκ ἤφιε λαλεῖν τὰ δαιμόνια.) Act. 23, 32. 14, 16. 27, 32. 28, 4. 1 Cor. 10, 13. (ἐάσει.) Apoc. 2, 20. (ἐᾷς e lect. vulg.) — omisso inf., quia facile suppleri possit, Act. 16, 7. (οὐκ εἴασεν αὐτούς, scil. πορευθῆναι.) 19, 30. (οὐκ εἴων αὐτόν, scil. εἰςελθεῖν.) — 2., ἐάω simpliciter, a., seq. termino ad quem, sino abire, progredi, labi etc., Act. 27, 40. (εἴων, i. q. καθῆκαν — εἰς τὴν θάλασσαν.) Luc. 22, 51. (ἐᾶτε ἕως τούτου, lasst's so weit, — bis dahin.) Lucian. Dial. Mort. 9, 1. ἐᾷ. (Cum hoc imperativo Vulgatus confudit particulam ἔα loci Marc. 1, 24.

vertens: sine.) — τινά, missum facio aliquem, Act. 5, 38. (Hom. Il. 14, 684. — τί, Aelian. V. H. 2, 38. Xen. Symp. 6, 8.)

Ἑβδομήκοντα, οἱ, αἱ, τά, septuaginta, Act. 7, 14. 23, 23. — οἱ ἑβδομήκοντα, septuaginta discipuli, quos Jesus praeter duodecim apostolos emisisse perhibetur, Luc. 10, 1. 17. (cf. Num. 11, 16. 17.)

Ἑβδομήκοντα ἕξ, septuaginta sex, Act. 27, 37. (-κοντα respondet lat. -ginta.)

Ἑβδομηκοντάκις, septuagies; — ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, septuagies septies, Matth. 18, 22. (cf. Gen. 4, 24.)

Ἕβδομος, η, ον, septimus, Joh. 4, 52. Hebr. 4, 4. Jud. v. 14. Apoc. 8, 1. 11, 15. 16, 17. 21, 20.

Ἑβραϊκός, ή, όν, (cohaeret cum verbo: ἑβραΐζω, cf. Ἑλληνικός, Ῥωμαϊκός, al.) hebraicus (nos: hebräisch), Luc. 23, 38.

Ἑβραῖος, ου, ὁ, etiam Ἑβραῖος, αία, αῖον, nomen patronymic., Hebraeus (עִבְרִי, i. e. ex familia Heberi oriundus, v. Ἐβέρ in appendice, cf. Gen. 10, 21. Primus hoc nomine appellatus est Abraamus, Gen. 14, 13., deinde eius posteri, quibus nomen illud mansit, cum Heberi posteri caeteri alia nomina assumsissent. Cf. Schmid. Obss. crit. in epist. ad Hebraeos Proleg. c. 1., cui assentitur Ewald. in krit. Grammat. d. hebr. Sprache p. 3. s. Alii hoc nomen Abraamo inditum putant ab incolis terrae Canaaniticae, ut designaretur advena Euphratem fluvium transgressus [ab עָבַר, transiit]. At cum haud dubie plures Euphratem transgressi ad Canaanitas venerint, non intelligitur, quare uni hoc nomen inditum sit Abraamo, v. Ewald l. c.). In N. T. dicuntur Ἑβραῖοι, **1.**, qui in Palaestina degentes lingua patria, i. e. aramaea vel syrochaldaica et codice hebraico V. T. uterentur. Distinguuntur ab iis οἱ Ἑλληνισταί, i. e. Judaei graece loquentes et inter gentiles versantes, Act. 6, 1. — **2.**, Judaei vel Israëlitae universi tum moribus, tum religione, 2 Cor. 11, 22. Phil. 3, 5. — **3.**, omnes de Judaeis Christiani, sive genere Judaei essent, sive proselyti. Certe Hebraei sic latiori sensu dicti comprehendi videntur inscriptione epistolae illius, quae perhibetur ad Hebraeos scripta esse.

Ἑβραΐς, ίδος, ἡ, hebraea, hebraica; — διάλεκτος, dialectus hebraica (aramaea vel syrochaldaica, qua Judaei Christi aetate utebantur), Act. 21, 40. (προςεφώνησε τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ.) 22, 2. 26, 14. (λέγειν τῇ — διαλέκτῳ.) cf. Act. 1, 19. 2, 6. 8.

Ἑβραϊστί, adv., (ab ἑβραΐζω) hebraice, i. e. syrochaldaice, (cf. ἑλληνιστί), Joh. 5, 2. 19, 13. 17. 20. Apoc. 9, 11. 16, 16.

Ἐγγίζω, f. ίσω, et fut. attic. ἐγγιῶ (Jac. 4, 8.) — ab ἐγγύς, q. v. **1.**, transit., admoveo aliquid ad aliquid, Polyb. 8, 6. 7. — **2.**, intransit., appropinquo, propius accedo, (perf. ἤγγικα, appropinquavi, adsum,) *a.*, absol., Luc. 18, 40. (ἐγγίσαντος αὐτοῦ.) 21, 18. 34. 22, 1. 26, 45. (ἤγγισεν ἡ ὥρα. Marc. 14, 41. ἦλθεν ἡ ὥρα.) Act. 7, 17. Luc. 24, 15. Act. 21, 33. 23, 15. — ἤγγικε, Matth. 3, 2. 4, 17. (Marc. 1, 15.) 26, 46. (Marc.

14, 42.) Luc. 10, 11. 21, 8. 20. Rom. 13, 12. 1 Petr. 4, 7. Jac. 5, 8. — *b.*, constr., *aa.*, cum dativo hominis vel loci, ad quem accedit aliquis, Luc. 15, 1. 22, 47. (Gen. 27, 26.) 7, 12. 15, 25. Act. 9, 3. 10, 9. 22, 6. — θεὸς ἐγγίζει τινί, i. e. auxilio venit alicui, Jac. 4, 8. ibid. ἐγγίζειν τῷ θεῷ, ad deum se convertere, Hebr. 7, 19. (οἱ ὁ, Ex. 32, 19. — πελάζεσθαί τινι, Hom. Il. 12, 112. — προςπελάζεσθαί τινι, Od. 11, 383. v. προςεγγίζω.) — *bb.*, cum praepositionibus; — εἰς et accus. loci, Matth. 21, 1. et Marc. 11, 1. Luc. 19, 29. (εἰς Ἱεροσόλυμα.) Luc. 18, 35. 24, 28. — μέχρι τινός, Phil. 2, 30. (μέχρι θανάτου ἤγγισε, morti proximus fuit.) Job. 33, 22. — adverb. loci, Luc. 12, 33. (ὅπου κλέπτης οὐκ ἐγγίζει.)

Ἐγγράφω, f. ψω, (ex ἐν et γράφω) insculpo, inscribo (— chartae, membranae, lapidibus), 2 Cor. 3, 3. (ἐπιστολὴ ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις.) et v. 2. (coetum Christianorum a se conditum ipsum apostolus epistolam dicit a se scriptam, qua sua auctoritas confirmetur et qua commendetur. Pro ἡμῶν nonne legendum ὑμῶν?)

Ἔγγυος, υον, ὁ, ἡ, sponsor, fideiussor (feminin. in notionem abstractam mutatum: fideiussio), Hebr. 7, 22. (κρείττονος διαθήκης ἔγγυος, i. e. foederis praestantiora bona pollicentis sponsor et stator. Qui his verbis dictum volunt praestantioris religionis s. melioris doctrinae auctorem, hi profecto vim et mentem verborum non assequuntur.)

Ἐγγύς, adv., prope; 1., de loco et situ, *a.*, propr., *aa.*, absol., Joh. 19, 42. (ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον.) — *bb.*, constr. *α.*, cum genit. (v. Matthiaei Gr. §. 339.), Joh. 3, 23. (ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ.) 6, 19. (ἐγγὺς τοῦ πλοίου γενόμενος.) 23. 11, 18. (εἶναι ἐγγὺς τόπου τινός.) 54. 19, 20. Act. 1, 12. — Hebr. 6, 8. (ἐγγὺς κατάρας.) 8, 13. (ἀφανισμοῦ, i. e. prope est, ut deleatur.) — *β.*, cum dat., Act. 9, 38. (ἐγγὺς δὲ οὔσης Λύδδης τῇ Ἰόππῃ.) 27, 8. — οἱ ὁ, Ps. 34, 18. Hom. Il. 11, 340.) v. Matth. Gr. §. 386. — *b.*, tropice: οἱ ἐγγύς, i. e. illi, qui ab aditu ad deum propius absunt, Judaei, et οἱ μακράν, qui a deo vero sunt alieni et ad quos promissiones, probis dei cultoribus datae, non pertinent, gentiles, Eph. 2, 17. (cf. Jes. 57, 19. Col. 1, 21.) — ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν, prope te est, i. e. res tibi facilis, res quae non quaerenda est, sed facile potest apprehendi, Rom. 10, 8. (Deut. 30, 4.) — 2., de pers. appropinquantibus et de rebus instantibus et mox futuris, Matth. 24, 32. (Marc. 13, 28. Luc. 21, 30. ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος.) 26, 18. (ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστι.) Luc. 21, 31. (ἡ βασιλεία τ. θεοῦ.) Joh. 2, 13. (τὸ πάσχα.) 6, 4. 7, 2. Apoc. 1, 3. 22, 10. — Phil. 4, 5. (ὁ κύριος ἐγγύς, Christus dominus, auxilium vobis afferens, prope abest, mox veniet. Alio sensu de deo, Ps. 145, 18.) — adiecto: ἐπὶ θύραις, iuxta fores, Matth. 24, 33. (Marc. 13, 29.)

Ἐγγύτερον, neutr. comparativi ἐγγύτερος (posit. ἐγγύς) ad-

verbialiter positum, ut lat. propius, Rom. 13, 11. (ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία ἢ ὅτε, i. e. ἢ τότε ἦν, ὅτε —.) Xen. Mem. 2, 3, 19.

Ἐγείρω, f. ἐγερῶ, aor. 1. ἤγειρα, aor. 1. med. ἠγειράμην, perf. p. ἐγήγερμαι, aor. 1. p. ἠγέρθην, f. 1. p. ἐγερθήσομαι, excito, i. e. 1., surgere facio. — Med. et pass., surgo, *a.*, de sedentibus; ἔγειραι, surge, Marc. 10, 49. (coll. v. 46. ἐκάθητο.) Joh. 11, 29. (ἐγείρεται ταχύ, coll. v. 20.) Hinc pleonastice, sequente verbo eundi aut alio verbo: sich aufmachen (ut hebr. קוּם, Gen. 22, 3. Num. 10, 35. Ps. 3, 8. 7, 7. 1 Chron. 22, 19.), Matth. 9, 19. (ἐγερθεὶς ἠκολούθησεν αὐτῷ.) Apoc. 11, 1. (ἔγειραι καὶ μέτρησον.) — v. ἀνίστημι. — evocatus me sisto, Marc. 3, 3. (Luc. 6, 8. ἔγειραι.) — surgo, ut adstem (de testibus, de accusatoribus), Matth. 12, 42. et Luc. 11, 31. (ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, i. q. ἀναστῆναι in versu praecedente. Alii vertunt: in vitam revocabitur, probante Fritzschio ad Matth. 12, 41. At Jesus non dicturus erat, reginam illam pariter in vitam revocatum iri, atque homines suae aetatis, sed τὸ ἐγερθῆναι ἐν τῇ κρίσει, etsi resurrectionem mortuorum supponat, tamen est aliquid, quod ea serius fieri fingatur. Sens.: illa regina et Ninivitae olim, scil. cum omnes homines iudicabuntur, in iudicio surgent et huius aetatis homines reprehendent. Deinde ἐγερθῆναι ἐν τῇ κρίσει aliud est, atque ἐγερθῆναι simpliciter dictum, vel ἐγερθῆναι ἐκ νεκρῶν. — קוּם de iis, qui coram iudicio stant, habes Ps. 1, 5. — de testibus, Job. 16, 8. cf. Dem. p. 40, 8. Xen. Anab. 3, 2, 34.) — *b.*, de accumbente, Joh. 13, 4. (ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου.) — *c.*, de iacentibus, Act. 10, 26. — ἐγέρθητε, surgite, Matth. 17, 7. — ἔγειρε (scil. σεαυτόν), Act. 3, 6. Apoc. 11, 1. — הָקִים, Ps. 113, 6. — addito: ἀπὸ τῆς γῆς, Act. 9, 8. cf. Matth. 12, 11. (e fovea extraho.) — *d.*, act., surgere facio morbo decumbentem, Act. 3, 7. — pass., Matth. 8, 15. 9, 6. 7. (Marc. 2, 12. Luc. 5, 23. 24.) Marc. 9, 27. — ἔγειραι, Joh. 5, 8. Act. 3, 6. Matth. 9, 5. (Marc. 2, 9. 11.) — Jac. 5, 15. ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ κύριος, reconvalescere eum iubebit.

2., expergefacio, i. e. *a.*, dormientem e somno excito, Act. 12, 7. — pass., Matth. 25, 7. — Marc. 4, 27. Luc. 13, 25. (ἐγερθείς cum imperativo, Matth. 2, 13. 20. — et verbo finito, ibid. v. 14. 21. 8, 26. (Luc. 8, 24., sed Marc. 4, 39. διεγερθείς.) 11, 8. — ἐγείρεσθε, Matth. 26, 46. (Marc. 14, 42.) Joh. 14, 31. — Xen. Oecon. 5, 4. — metaph., Rom. 13, 11. (ὥρα sc. ἐστί, ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι, coll. v. 12. tempus est, cum illuxerit dies, h. e. cum mens nostra melioris cognitionis luce illustrata sit, missis sceleribus, quae in tenebris patrantur, ad ea redeundi, quae honesta sunt atque omnium bonorum conspectui exponi possunt. — cf. Joh. 3, 20.) — med. ἔγειραι, surge, ὁ καθεύδων, Eph. 5, 14. (surge et capesse lucem, ut tibi illucescat Christus.) — *b.*, mortuum s u r g e r e facio, in vitam revoco; *aa.*, νεκροὺς ἐγείρειν, Joh. 5, 21. Act. 26, 8. 1 Cor. 15, 15. 2 Cor. 1, 9. —

med. ἐγείρεται, surgit, es erhebt sich, 1 Cor. 15, 43. — ἔγειραι, surge, Marc. 5, 41. — Luc. 8, 54. ἐγείρου. — 7, 14. ἐγέρθητι (Act. 9, 40. ἀνάστηθι.). — Matth. 9, 25. — ἐγείρονται οἱ νεκροί, Matth. 11, 5. (Luc. 7, 22.) Luc. 20, 37. 1 Cor. 15, 16. 29. 32. 52. Jes. 26, 19. — *bb.*, ἐγείρειν ἐκ νεκρῶν, Joh. 12, 1. 9. 2 Cor. 4, 14. Hebr. 11, 19. Act. 3, 15. 4, 10. 13, 30. Rom. 4, 24. 8, 11. 10, 9 Gal. 1, 1. Eph. 1, 20. Col. 2, 12. 1 Thess. 1, 10. — pass., Rom. 6, 4. 9. 7, 4. 1 Cor. 15, 12. 20. Joh. 2, 22. 21, 14. Marc. 6, 16. et Luc. 9, 7. (sed Matth. 14, 2. ἀπὸ τῶν νεκρῶν, ut 27, 64. 28, 7.) — *cc.*, subint. ἐκ νεκρῶν (de Christo sermo est): ἐγερθῆναι, Matth. 16, 21. (Luc. 9, 22. sed Marc. 8, 31. ἀναστῆναι.) ἐγερθήσεται, Matth. 17, 23. (Marc. 9, 31. ἀναστήσεται.) 26, 32. (Marc. 14, 28.) ἐγείρομαι, Matth. 27, 63. (praes. pro futuro, de re certissime eventura, v. Wineri gramm. N. T. Sect. 3. §. 34.) ἠγέρθη, Rom. 4, 25. Matth. 28, 6. (Marc. 16, 6. Luc. 24, 6. 34.) ἐγηγερμένος, Marc. 16, 14. ἐγερθείς (oppon. ὁ ἀποθανών), Rom. 8, 34. — ἐγήγερται, 1 Cor. 15, 4. 13. 16. 17. — ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτόν, Act. 5, 30. 10, 40. 13, 37. 1 Cor. 6, 14. 15, 15.

3., prodire facio, i. e. *a.*, ut hebr. הֵקִים (Judic. 2, 18. 3, 9. 15.), prodire in publicum facio (aliquem, qui hominum attentionem in se convertat), pass. ἐγείρομαι, prodeo, exsisto, Matth. 11, 11. (οὐκ ἐγήγερται μείζων Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ.) 24, 11. (ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται.) v. 24. (Marc. 13, 22.) — Luc. 7, 16. Joh. 7, 52. — Act. 13, 23. ἤγειρε (Griesb. ἤγαγε) τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν. — v. 22. ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα, ex hebr., v. infra εἰς. — *b.*, nasci iubeo, ἐγείρειν τέκνα τινί, Matth. 3, 9. et Luc. 3, 8. — Luc. 1, 69. (ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν.) v. ἀνίστημι, ἐξανίστημι.

4., de aedificiis: exstruo, erigo, aufführen, aufrichten (ut הֵקִים, Deut. 16, 22. 1 Reg. 16, 32. — Aelian. H. A. 11, 18. Herodian. 3, 15, 6. 8, 2, 12. Lucian. Pseudomant. §. 19. Anth. Graec. 4. p. 193. ed. Jacobs. — et lat. excito turrem, Caes. B. G. 5, 39. — sepulcrum, Cic. de legg. 2, 27.), Joh. 2, 19. 20.

Ἔγερσις, εως, ἡ, (ab ἐγείρω, 2. perf. pass.) surrectio (Ps. 139, 1. — evigilatio, Polyb. 9, 14, 4.), resuscitatio, Matth. 27, 53. (μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτῶν. Al. codd. αὐτοῦ, quae tamen lectio, nec si αὐτοῦ pro subiecti, nec si pro obiecti sumatur genitivo, sensum fundit contextui aptum.)

Ἐγκάθετος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἐν et κάθημαι, sedeo) propr. qui subsidet in aliquo loco aliis insidiaturus, subsessor, insidiator, subornatus ab aliis, ut aliquem dolosis verbis capiat, Luc. 20, 20. (Dem. p. 1483, 1. Joseph. B. J. 6, 5, 2. Polyb. 13, 5, 1.)

Ἐγκαίνια, ίων, τά, (ex ἐν et καινός, novus, ap. τοὺς ό, Esdr. 6, 17. Nehem. 12, 27. pro חֲנֻכָּה, initiatio, 1 Macc. 4, 52. 58. 59. 2 Macc. 10, 6 — 8. — Similia aliorum festorum nomina notata v. ad voc. ἄζυμος) encaenium, festum annuum octo dierum

mense Cislev (s. nostro Decembre) celebratum, et institutum a Juda Maccabaeo in memoriam templi a sordibus Antiochi Epiphanis repurgati, Joh. 10, 22. (ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, scil. potuit hoc festum etiam in reliquis Judaeorum praeter Hierosolyma oppidis vicisque ab incolis aliisque celebrari, nec ita erat eius templo adstricta solemnitas, ut festorum Paschatos, Pentecostes et Tabernaculorum. Pertinebat ad festi rationem, ut lucernae per octo noctes in domibus accenderentur, unde quoque φῶτα appellabatur, Joseph. Arch. 12, 7, 7.)

Ἐγκαινίζω, f. ίσω, (ex ἐν et καινός) innovo, renovo; **1.**, inauguro, initio (Deut. 26, 5. 1 Reg. 8, 68. 1 Sam. 11, 14.), einweihen, Hebr. 9, 18. (οὐδ' ἡ πρώτη, scil. διαθήκη, χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται.) — **2.**, novum facio; — ὁδόν, primus viam aperio, Hebr. 10, 20.

Ἐγκαλέω (ῶ), f. έσω, (ex ἐν et καλέω, voco) **1.**, appello aliquem de aliqua re, maxime de debito solvendo, mahnen, Dem. 900 ult. — **2.**, in ius voco, accuso. Construitur *a.*, cum dat. pers., Act. 19, 38. (ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις.) 23, 28. Sic et Graecis (Isocr. Panathen. Xen. Hier. 5, 3. Anab. 7, 7, 44.). — *b.*, cum accus. pers. et gen. rei, Act. 19, 40. (ἐγκαλεῖσθαι στάσεως.) 26, 2. (Diod. Sic. 11, 83.) v. Matthiaei Gr. §. 369.) — τινὰ περί τινος, — pass., Act. 23, 29. 26, 7. — *c.*, ἐγκαλεῖν κατά τινος, Rom. 8, 33.

Ἐγκαταλείπω, f. ψω, (ex ἐν et κατα-λείπω) **1.**, derelinquo aliquem, desero eum in angustiis, Act. 2, 27. (οὐκ ἐγκαταλείψεις — εἰς ᾅδου, constr. praegnans, pro: non derelinques animam meam, ut abeat in orcum, e Ps. 16, 10.) Matth. 27, 46. (Marc. 15, 34. — e Ps. 22, 1.) 2 Tim. 4, 10. 16. Hebr. 13, 5. — τὴν ἐπισυναγωγήν, Hebr. 10, 25. — pass., 2 Cor. 4, 9. (Sap. 10, 13. Xen. Cyr. 8, 8.) — **2.**, relinquo (in — inter), superstitem relinquo, Rom. 9, 29. (εἰ μὴ ἐγκατέλιπεν ἐν ἡμῖν. Jes. 1, 9.)

Ἐγκατοικέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐν et κατοικέω) habito in loco, 2 Petr. 2, 8. (ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, inter eos.)

Ἐγκεντρίζω, f. ίσω, (ab ἐγκεντρίς, stimulus) **1.**, stimulo, calcaria do, anspornen. — **2.**, surculi inserendi ergo incido, insero surculum resectum in stirpem alicuius arboris, einpfropfen (Theophr. 2. p. 2, 3. Marc. Anton. 11, 8.), — τινά, Rom. 10, 23. et pass., v. 17. 19. 24. (Paulus his in locis paganos e gentilibus in Christianorum numerum et eius populi, cui Messias destinatus est, societatem receptos surculis feris, arbori miti insitis comparat.)

Ἔγκλημα, τος, τό, (ab ἐγκαλέω, perf. pass., q. v.) crimen, Act. 23, 29. (ἔγκλημα ἔχειν, criminis reum esse.) 25, 16. (ἀπολογία περὶ τοῦ ἐγκλήματος.) — Xen. Cyr. 1, 2, 6. 7.

Ἐγκομβόομαι (οῦμαι), f. βώσομαι, (a κόμβος, nodus, quo duae res constringuntur, Schleife) propr. induo vestem, quae nodis vinculisque constringitur (ἐγκόμβωμα dictam), deinde omnino:

induo. Metaph., — ταπεινοφροσύνην, modestiam induo, i. e. modestiae speciem prae me fero, modestum me gero, 1 Petr. 5, 5. (cf. Matth. 7, 15.)

Ἐγκοπή, ῆς, ἡ, (ab ἐγκόπτω, q. v.) propr. incisio (et ea quidem, quae fit in via, ut hostis in persequendo impediatur, hinc) impedimentum, 1 Cor. 9, 12. (ἐγκοπὴν διδόναι τινί.)

Ἐγκόπτω, f. ψω, (ex ἐν et κόπτω, caedo, tundo) incido (incisionem facio in via), v. c. fossam, ut hostis a persequendo et procurrendo impediatur, v. ἐγκοπή; hinc ἐγκ. τινά, *a.*, moror aliquem, Act. 24, 4, (ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω.) — *b.*, impedio, 1 Thess. 2, 7. — pass., 1 Petr. 3, 7. (εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι τὰς προςευχὰς ὑμῶν.) — τινά, sequente infinit., Gal. 5, 7. (τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι;) — posito ante infinitivum τοῦ, Rom. 15, 22. (ἐνεκοπτόμην τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.)

Ἐγκράτεια, ας, ἡ, (ab ἐγκρατής, cf. ἀλήθεια et ἀληθής) continentia, temperantia (eius virtus, qui libidines s. cupiditates coërcet), Act. 24, 25. Gal. 5, 22. 2 Petr. 1, 6.

Ἐγκρατεύομαι, f. εύσομαι, i. e. continentem, ἐγκρατῆ, me praebeo (cf. ἀνθρωπεύομαι et medias formas aliorum verborum in εύω flexorum), 1 Cor. 7, 9. — 9, 25. (πάντα ἐγκρατεύεται, ab omnibus se abstinet.) Hoc verbum aut nusquam, aut rarissime in scriptis Graecorum occurrit. V. Lobeck. ad Phrynich. p. 442.

Ἐγκρατής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex ἐν et τὸ κράτος, propr. i. q. ὁ ἐν κράτει ὤν, validus, robustus, Xen. Venat. 7, 8. oppon. ἀκρατής, Xen. Mem. 1, 2, 1. Cf. ἄνομος et ἔννομος) continens, Tit. 1, 8.

Ἐγκρίνω, f. νῶ, (ex ἐν et κρίνω) accenseo, τινά τινι, alicui aliquem, 2 Cor. 10, 12. (οὐ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἑαυτοὺς τισὶ τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων.) — propr. dignum aliquem iudicare, qui in ordinem aliquem recipiatur. Nam consuevit hoc verbum dici de senatorum et athletarum probatione, v. Lobeck. ad Phryn. p. 385. seq. — Xen. H. G. 4, 1, 40.

Ἐγκρύπτω, f. ψω, (ex ἐν et κρύπτω) abscondo aliquid in aliqua re, — τὶ εἴς τι (ut Diod. Sic. 3, 62.), immisceo alicui aliquid, Matth. 13, 33. et Luc. 13, 21. — (Hom. τί τινι, Od. 5, 488.)

Ἔγκυος, ου, ἡ, et ἐγκύμων, (ex ἐν et κύω s. κυέω, f. κυήσω. — Quod ab hoc verbo derivatur voc. κῦμα s. κύημα, huic nostrum respondet voc. Keim; ergo κύω est, quod nos dicimus: ich mache keimen, quod qui a graece loquentibus pariter ad feminam concipientem atque ad eum, qui gravidam feminam fecisset, transferri potuerit, neminem mirum habebit) gravida, praegnans, Luc. 2, 5. — Diod. Sic. 4, 2.

Ἐγχρίω, f. ίσω, (ex ἐν et χρίω) inungo, illino, Apoc. 3, 18. (cf. Tob. 6, 8.)

Ἐγώ, gen. ἐμοῦ (enclit. μου), dat. ἐμοί (enclit. μοι), acc. ἐμέ (enclit. με), plur. ἡμεῖς, pronom. personale primae pers.: ego.

1., Nominativus, ubi verbi cum prima persona coniugati termino adiicitur, semper vim aliquam et gravitatem habet, et plerumque quidem oppositioni inservit, Joh. 1, 20. Matth. 3, 11. et Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. (*ἐγὼ μὲν — ὁ δέ* etc.) v. 14. (*ἐγὼ — ἔχω, καὶ σύ.*) 5, 22. (*ἐγὼ δέ.*) 28. 39. 26, 33. (Marc. 14, 29.) 6, 12. — *ἰδοὺ ἐγώ*, hebr. הִנֵּנִי, en, adsum, Act. 9, 10. (1 Sam. 3, 8.) de eo, qui se alicui vocanti paratum ostendit, Matth. 21, 30. — *ἐγώ*, ut hebr. אֲנִי, ego sum, Joh. 1, 23. Act. 7, 32. — 2., gen., dat. et acc. enclitici (et monosyllabi) adduntur nominibus, verbis, adverbiis, non autem praepositionibus (excepta praepositione *πρός*, utpote quae sibi adsciscit *με*), v. c. Matth. 2, 6. (*τὸν λαόν μου.*) 21, 13. et Marc. 11, 17. (*ὁ οἶκός μου.*) Joh. 1, 15. (*ἔμπροσθέν μου.*) Matth. 3, 11. (*ὀπίσω μου.*) ibid. *ὁ ἰσχυρότερός μου.* Matth. 10, 33. (*ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί μου.*) Joh. 1, 51. (*εἶπόν σοι.*) 3, 5. (*λέγω σοι.*) Luc. 12, 9. (*ὁ δ' ἀρνησάμενός με.*) — scribitur: *δι' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ, πρὸ ἐμοῦ* etc. *σὺν, ἐν ἐμοί,* — *περί, δι', ἐπ', κατ', εἰς ἐμέ, ὡς ἐμέ,* Philem. v. 17. — sed Joh. 6, 65. *πρός με.* — 3., *ἐμοί, ἐμέ* verbo addito pro *μοι, με,* ubi oppositio fit, et in pronomine vis quaedam reponitur, v. c. *ἐμοί*, Joh. 7, 23. 8, 12. 10, 2. 26. 13, 26. 35. — *ἐμέ*, Marc. 14, 7. Joh. 7, 4. 9, 4. 12, 8. 13, 20. 8, 42. al. — 4., *τί ἐμοὶ (ἡμῖν) καὶ σοί (ὑμῖν)*, quid mihi (nobis) tecum (vobiscum) rei est? Matth. 8, 29. Marc. 5, 7. Joh. 2, 4. (Jud. 11, 12. 2 Reg. 3, 13. 2 Sam. 16, 10. — Jos. 22, 24. 25. coll. 2 Cor. 6, 14. Demosth. in Aphob. p. 855. *τί νόμῳ καὶ τῇ βασάνῳ;* Herodot. 5, 33. *σοὶ δὲ καὶ τούτοισι τοῖσι πρήγμασι τί ἐστίν;* 9, 3. Esdr. 5, 70. *οὐχ ἡμῖν καὶ ὑμῖν τοῦ οἰκοδομῆσαι.* v. 71. *ἡμεῖς γὰρ μόνοι οἰκοδομήσομεν.* Anacr. 17, 4. *τί γὰρ μάχαισι κἀμοί.*)

Ἐδαφίζω, f. *ίσω*, att. *ιῶ*, (v. *ἔδαφος*) — *τινά*, vel 1., ad terram prosterno, vel 2., solo aequo (urbem, aedificium), ita Luc. 19, 44. — *οἱ ὁ*, Ps. 137, 9. Jes. 3, 25. Ez. 31, 12. Hos. 14, 1. Amos. 9, 24.

Ἔδαφος, *εος (ους), τό*, fundus, basis, solum, Act. 22, 7. (*πίπτειν εἰς τὸ ἔδαφος.*) — *οἱ ὁ*, Num. 5, 17. 1 Reg. 6, 15. — Thuc. 3, 68.

Ἑδραῖος, *αία, αῖον*, (ab *ἕδρα*, sedes) firmus, 1 Cor. 7, 37. (*ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ.*) plur., 1 Cor. 15, 58. (*ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι.*) Col. 1, 23. (*τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι.*)

Ἑδραίωμα, *τος, τό*, (ab *ἑδραιόω*, i. q. *ἑδρόω*, ut *ἑδραίωμα* i. q. *ἕδρωμα*) quod stabile factum, quod substratum est, fulcrum, 1 Tim. 3, 15. (*στύλος κ. ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας.*)

Ἐθελοθρησκεία, *ας, ἡ*, (ex *ἐθέλω*, volo, libet mihi, et *θρησκεία*, a v. *θρησκεύω*, i. e. sum *θρῆσκος*, speciem prae me fero *θρήσκου*, hominis pii, deum religiose colentis, cf. *δουλεία*. — composit. *ἐθελοθρησκέω*, cui suppone: *ἐθελόθρησκος*, cf. *ἐθελόκακος, ἐθελόδουλος, ἐθελοδουλεία.* Plura exstant verba ita composita,

quae tamen fere omnia voce ἐθελο eum notant, qui aliquid sponte aut ex proposito facit, v. c. ἐθελόδουλος, ἐθελόκακος, ἐθελοκίνδυνος, ἐθελόπονος, ἐθελότρεπτος, al., nonnunquam tamen et eum, qui vult aliqui esse, qui non est, v. c. ἐθελοφιλόσοφος, qui philosophiae studium affectat. Atque eo sensu dici videtur quod in N. T. solo occurrit voc. ἐθελοθρησκεία) pietas in deum affectata s. simulata, Col. 2, 23. (λόγον, i. e. speciem, ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ. — Cum his verbis confirmatur explicatio vocis modo reddita, tum adiectis: καὶ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος. — Alii: cultus dei arbitrarius, ad propriam voluntatem s. ad lubitum institutus. Cui explicationi nulla favet analogia.)

Ἐθέλω, v. θέλω.

Ἐθίζω, f. ίσω, (ab ἔθος, q. v.) adsuefacio, Xen. Mem. 2, 1, 2. 28. — Pass. adsuefio (perf. εἴθισμαι), Luc 2, 27. (κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου, ad consuetum legis, i. e. ad ritum lege praescriptum. Cf. Luc. 22, 22. κατὰ τὸ ὡρισμένον. — οἷ ὁ, 1 Reg. 18, 28.)

Ἐθνάρχης, ου, ὁ, (ex ἔθνος et ἄρχω, cf. supr. Ἀσιάρχης, infr. τετράρχης) ethnarcha, genti alicui praefectus, sed regis auctoritate et nomine destitutus, Lucian. in Macrob. §. 17. ἀντὶ ἐθνάρχου βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου. Sic v. c. praefectus, quem Judaei Alexandrini habebant, ἐθνάρχης dicebatur, de quo Joseph Ant. 14, 7, 2. (ὃς διοικεῖ τε τὸ ἔθνος καὶ διαιτᾷ κρίσεις καὶ συμβουλαίων ἐπιμελεῖται καὶ προςταγμάτων, ὡς ἂν πολιτείας ἄρχων αὐτοτελοῦς. B. J. 2, 6, 3. — item Simon pontifex ille, 1 Macc. 14, 47. 15, 1. 2.) 2 Cor. 11, 32. (ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως, praefectus Syriae Damascenae nomine regis Areta.)

Ἐθνικός, ή, όν, (ab ἔθνος. Cohaerent adi. in ικός cum verbis in ίζω desinentibus hinc) **1.**, ad gentis indolem, mores accommodatus, populo proprius, volksthümlich. — **2.**, barbarorum moribus vel linguae conveniens, ausländisch. — **3.**, in N. T., qui paganorum ingenium redolet, heidnisch, v. adverb. ἐθνικῶς; — ὁ ἐθνικός, gentilis, paganus, Matth. 18, 17. plur., 6, 7.

Ἐθνικῶς, adv., (v. ἐθνικός) more gentilium, Gal. 2, 14. (ἐθνικῶς ζῆν.)

Ἔθνος, ους, τό, **1.**, multitudo vel hominum, vel animalium consociata, Schaar, Haufe; ita apud Hom. in Iliade saepissime: ἔθνος ἑταίρων, ἔθνος Ἀχαιῶν, ἔθνος λαῶν, 2, 87. ἔθνος μελισσάων. v. 469. μυιάων ἔθνεα. — **2.**, multitudo eorum, qui ut eandem naturam habent, ita ab eadem stirpe ortum trahunt, genus, Act. 17, 26. (πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων — Virg. Aeneid. 1, 542. genus humanum.) — **3.**, gens, natio, v. c. Judaica, 1 Petr. 2, 9. (γένος ἐκλεκτόν, ut familia Aaronitica; ἔθνος ἅγιον, ut natio Judaica, λαὸς εἰς περιποίησιν, populus peculiaris, ut quaevis multitudo, quae iisdem legibus, aut eidem domino subiecta, aliquam terram incolit.) ut h. l. ita λαός et ἔθνος distinguuntur, Apoc. 5, 9. 7, 9. 10, 11. 14, 6. Act. 12, 14. Matth. 21, 43. 24, 7. (Marc. 13, 8.

Luc. 21, 10.) Luc. 7, 5. (ἀγαπᾷ τὸ ἔθνος ἡμῶν.) Joh. 18, 35. (μήτι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; τὸ ἔθνος τὸ σὸν κ. τ. λ.) Act. 7, 7. 10, 22. 35. 24, 3. 10. 17. 26, 4. 28, 19. Apoc. 13, 7. — plur., Matth. 24, 9. 14. (Marc. 13, 10.) 25, 32. 28, 19. Marc. 11, 17. Matth. 20, 25. (Marc. 10, 42. Luc. 22, 25.) Luc. 24, 47. Act. 7, 45. 13, 19. 14, 16. 15, 17. Rom. 1, 5. 13. 4, 17. 18. 16, 26. Apoc. 12, 5. 14, 8. 15, 4. 16, 19. 18, 3. 23. 19, 15. 20, 3. 8. 21, 24. (addit. οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς.) 22, 2. — i. q. ὁ λαός, populus, Luc. 23, 1. Joh. 11, 49. 50. (λαός et ἔθνος permutantur, ut Act. 4, 27. ubi λαός hebr. לְאֹם.) 52. (distinguuntur τὸ ἔθνος et τὰ τέκνα τοῦ θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα.) Act. 4, 25. 8, 9. 9, 15. — 4., τὰ ἔθνη, gentes barbarae, a populo dei diversae (הַגּוֹיִם), Heiden, Matth. 4, 15. (γαλιλαία τῶν ἐθνῶν.) 6, 32. (Luc. 12, 30. verba τοῦ κόσμου non agnoscit cod. D.) 10, 18. 12, 18. 21. 20, 19. (Marc. 10, 33. Luc. 18, 32.) Luc. 21, 24. Act. 10, 45. 11, 1. 18. 13, 46. 47. 48. 14, 2. 5. 27. 15, 3. 7. 12. 19. 23. 18, 6. 21, 11. (εἰς χεῖρας ἐθνῶν, i. e. Romanorum.) 19. 21. 25. 21, 25. 22, 21. 28, 28. 1 Thess. 4, 5. Rom. 2, 14. 24. 15, 9. 12. 16. 18. 27. 16, 4. 1 Cor. 10, 20. 12, 2. (οἴδατε, ὅτι ἔθνη ἦτε.) Gal. 1, 16. 2, 2. 8. (oppon. ἡ περιτομή.) Gal. 3, 8. 14. Eph. 3, 1. (ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν.) 6. 8. 4, 17. Col. 1, 27. 1 Thess. 2, 16. 1 Tim. 2, 7. 3, 16. 2 Tim. 1, 11. (διδάσκαλος ἐθνῶν.) 4, 17. 1 Petr. 2, 12. 3 Joh. v. 7. Apoc. 2, 26. 11, 2. 18.

"Εθος, εος (ους), τό, 1., mos, consuetudo, Luc. 22, 39. (κατὰ τὸ ἔθος.) — ἔθος μοί ἐστι ποιεῖν τι, Joh. 19, 40. Act. 25, 16 Hebr. 10, 25. — κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς, ex more festi, Luc. 2, 42. (τῆς ἱερατείας.) 1, 9. — 2., institutum, ritus, Act. 15, 1. (περιτέμνεσθαι τῷ ἔθει Μωϋσέως.) — plur., Act. 6, 14. (ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκε Μωϋσῆς.) 21, 21. (τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν.) 26, 3.

"Εθω, perf. med. εἴωθα (ion. ἔωθα), consuevi, soleo, c. infinit., Matth. 27, 15. (εἰώθει ἀπολύειν. Marc. 15, 6. ἀπέλυε.) Marc. 10, 1. (ὡς εἰώθει.) — τὸ εἰωθός, Luc. 4, 16. (κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, ut ei consuetum, solenne erat; sic et Act. 17, 2.) cf. Xen. Mem. 4, 4, 4. (τὰ ἄλλα εἰωθότα ἐν τοῖς δικαστηρίοις.)

Εἰ, I., coniunctio conditionalis: si. Ponitur 1., ad construendam protasin cum apodosi, *a.*, in oratione argumentanti ita, ut indicativum secum habeat, cuiusvis sit temporis, et

aa., quidem, cum sumitur, esse vel fieri aliquid, id autem, utrum ita, ut sumtum est, vere sit, necne, incertum relinquitur. — α., cum indicativo praesentis. In apodosi sequi potest aliquod universe dictum, quod verbum contineat tempore praesente expressum, ut in locis mox afferendis, Matth. 19, 10. (εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου — οὐ συμφέρει γαμῆσαι.) Act. 5, 39. 19, 38. 25, 11. Rom. 7, 16. 20. 8, 13. 25. 14, 15. 1 Cor. 9, 17. 11, 16. Gal. 2, 17. 18. 5, 18. 6, 3. 2 Tim. 2, 13. Hebr. 12, 7. 8. Jac. 2, 8. 9. 4, 11. 2 Petr. 2, 20. — interdum altera sententia, quam apodosis affert, ea, quae in protasi dicta sunt, ex-

plicat, complet, aut corrigit etc., et saepius nexus caussa inserenda sunt aliqua verba, Matth. 11, 14. (*εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας.*) Rom. 11, 18. (*εἰ δὲ καυχᾶσαι*, iam adde: *γίνωσκε*, scias, *οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις.*) cf. 1 Cor. 9, 17. 1 Thess. 4, 14. (*οὕτω καί* cett., h. e. in eo, quod credimus, etiam hoc inest, quod.) 1 Joh. 5, 9. (*εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν, ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ μείζων ἐστίν*, iam elicias e verbis praegressis sententiam: atque eo magis admitti *λαμβάνεσθαι* — potest.) — Rom. 2, 17. verior lectio *ἴδε*. — aut sequi potest imperativus, vel praesentis, ut Joh. 10, 37. (*εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι.*) 15, 18. Act. 13, 15. 25, 5. 1 Cor. 7, 12. 15. 10, 27. 11, 6. 34. 14, 35. Gal. 5, 15. 1 Tim. 5, 16. Jac. 3, 14. — vel aoristi, Matth. 5, 29. 30. (coll. 18, 8. 9.) 8, 31. 19, 17. 21. 26, 39. 42. 27, 40. 42. 43. Marc. 9, 22. Luc. 22, 67. (Joh. 10, 24.) 23, 35. 10, 38. 1 Cor. 7, 9. Philem. v. 17. 18. — aut sequi potest futurum, vel absque negatione, vel cum negatione, Marc. 11, 26. (*εἰ ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν — ἀφήσει* cett.) Luc. 16, 31. Act. 19, 39. Rom. 8, 13. 2 Cor. 11, 30. Phil. 3, 15. 1 Thess. 4, 14. 2 Tim. 2, 11. 12. — aut praeteritum, i. e. dicere quis potest, si hoc illudve sit, aliud quid factum, vel non factum esse, Matth. 12, 26. 28. et Luc. 11, 20. Gal. 2, 21. Rom. 4, 14. — aut denique sequi potest quaestio, ut Matth. 6, 23. Joh. 3, 12. (Scil. in locis hic allatis particula s i ad res refertur aut futuras, aut non futuras ita, ut, sintne futurae necne, plane non definiatur. Alius vero generis locos, qui in apodosi futurum habent, paullo inferius afferamus.) — Coniungitur *β.*, cum indicat. futuri, Jac. 2, 11. 1 Petr. 2, 20. — *γ.*, cum indicat. perfecti, Joh. 11, 12. Act. 16, 15. Rom. 11, 6. 2 Cor. 2, 5. 5, 16. (pro ratione sententiarum expressarum sequi in apodosi potest vel praesens, vel futurum, vel perfectum, vel sententia directe enuntiata vel quaestio.) — *δ.*, cum indicativo aoristi (in apodosi praesens), Luc. 19, 8. Marc. 3, 26. Rom. 4, 2. — (in apodosi quaestio) Luc. 16, 11. 12. Joh. 18, 23. 1 Cor. 4, 7. 9, 11. — (in apodosi imperativus) Rom. 11, 17. 18. 1 Tim. 5, 9. 10. Philem. v. 18. Joh. 18, 23. 20, 15. — (in apodosi futurum) Joh. 15, 20. Hebr. 12, 25. — Loci, in quibus oratio concisior aut elliptica est: — in protasi, Rom. 4, 14. 8, 10. 17. 31. 11, 5. 12. 15. 13, 9. 1 Cor. 11, 6. 2 Cor. 3, 9. 11, 6. Gal. 2, 21. 3, 18. 29. 4, 7. Phil. 1, 22. 2, 1. 4, 8. 1 Petr. 4, 11. 17. (*εἰ — ἀφ' ἡμῶν*, scil. *ἄρχεται*, cf. Ez. 9, 6.) — in apodosi: Marc. 9, 23. (abest apodosis e textu facile supplenda.) Luc. 19, 42. (suppl. *καλῶς ἂν ἐποίεις.*) Tit. 1, 6. (suppl. *τοῦτον καταστήσεις πρεσβύτερον.*) 1 Cor. 9, 12. 2 Cor. 3, 11. Hebr. 12, 25. 1 Petr. 4, 11.

bb., Nonnumquam in protasi coniunctio *εἰ* vim habet concessivam: licet, etsi, Matth. 26, 33. Marc. 14, 29. 2 Cor. 11, 20. praesertim addito *καί* (v. infra *εἰ καί*), 2 Cor. 4, 3. 7, 8. et in apodosi *ἀλλά*, 1 Cor. 9, 2. 2 Cor. 5, 16. 11, 6. 13, 4. Col.

2, 5. (cf. 1 Macc. 2, 19. 20.) — v. ἀλλά. — Not.: εἴ τις, si quis, saepius id exprimit, quod significari potuisset adhibita formula: ὅστις ἄν sequente aor. coni., Marc. 4, 23. 7, 16. (coll. v. 9. Matth. 13, 9. Luc. 8, 8.) 9, 35. Luc. 14, 26. Rom. 8, 9. 1 Cor. 3, 12. 14. 15. 17. 7, 36. 8, 2. 3. 14, 36. 37. 38. 16, 22. 2 Cor. 5, 17. 10, 7. Gal. 1, 9. 6, 3. Eph. 4, 29. 2 Thess. 3, 10. 14. 1 Tim. 1, 10. 3, 1. 5. 5, 8. 6, 3—5. Jac. 1, 5. 23. 26. 3, 2. 1 Petr. 4, 11. 2 Joh. v. 10. Apoc. 13, 10. 14, 11. 20, 15. et in oratione concisiori, 2 Cor. 5, 17. — in aliis tamen locis suam vim obtinet, v. c. Marc. 8, 34. v. loc. parall.

cc., ubi protasis coniunctionis ope ita construitur, ut oratio ex eo, quod ut ratum certumque ponitur, digrediatur ad id, quod posito illo simul ponendum est, aut quod ex illo necessario sequitur. Est in hoc nexu εἰ i. q. ἐπεί et exaequat in locis huc pertinentibus τὸ εἰ vim latini: quodsi, quandoquidem, cum, — in apodosi imperativus, Act. 18, 15. Matth. 4, 3. 7. et Luc. 4, 3. 9. (εἰ υἱὸς εἶ θεοῦ, i. e. si verum est, quod tibi persuasum habes, te esse filium Dei.) cf. Luc. 23, 37. 39. Joh. 7, 4. 18, 8. (si verum est, quod dicitis, vos me quaerere.) Phil. 2, 1. — 1 Cor. 15, 13. 14. 16. 17. (colligit argumenta apostolus ex eo, quod nonnulli dixerant, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, v. 12. — ita quoque v. 29. 32. εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, i. e. si verum est, quod nonnulli dicunt, mortuos nunquam vitae restitutum iri.) — in apodosi ἄρα, Matth. 12, 28. et Luc. 11, 20. Gal. 2, 21. 2 Cor. 5, 15. Act. 4, 9. (εἰ ἀνακρινόμεθα, quandoquidem diiudicamur. Sequitur apodosis v. 10. γνωστὸν ἔστω.) 11, 17. (quodsi igitur.) 1 Petr. 1, 17. Joh. 13, 14. 17. 32. Rom. 6, 8. 15, 27. (εἰ γάρ, i. e. nam cum) 2 Petr. 2, 4. (protasis a v. 4. ad 9. pertingit.) — in apodosi quaestio, Luc. 12, 26. Joh. 7, 23. Rom. 3, 7. 8, 31. Hebr. 1, 2. 3. Matth. 22, 45. Col. 2, 20. 1 Cor. 15, 12. 29. Gal. 5, 11. Act. 11, 17. (incipit apodosis verbis: ἐγὼ δέ, quasi non praecesserit εἰ, sed ῥῆσις absoluta, cf. εἰ — ἀλλά in locis supra allatis.) 1 Petr. 4, 17. — quaestio, ut fiat conclusio a minori ad maius: 1 Cor. 9, 12. (εἰ — οὐ μᾶλλον.) Matth. 6, 30. et Luc. 12, 28 (εἰ — οὐ πολλῷ μᾶλλον, πόσῳ μᾶλλον.) Matth. 7, 11. et Luc. 11, 13. Rom. 11, 24. 5, 17. 2 Cor. 3, 9. Hebr. 9, 13. 14. — (sine quaestione, πολλῷ μᾶλλον) Rom. 5, 10. 15. — Luc. 23, 31. (εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται.) — in apodosi fut., Rom. 6, 5. (εἰ — ἀλλὰ ἐσόμεθα, quasi non praecesserit εἰ.) 8, 11. — 11, 21. (εἰ — in apod. μήπως οὐδὲ σοῦ φείσηται, i. e. metuendum est, ne tibi non parcat.) — in apodosi consilii capti declaratio, modo coniunctivo expressa, Eph. 5, 25. (εἰ — apod. πνεύματι καὶ στοιχῶμεν.) 1 Cor. 15, 32. (εἰ — ἐγείρονται, φάγωμεν κ. πίωμεν.) Gal. 5, 25. 1 Cor. 8, 13.

dd., Coniungitur vero etiam εἰ in protasi, cum coniunctivo, ubi id, quod conditionis loco ponitur, ad hominum arbitrium vel ad temporis rationes remittitur, ita ut, utrum futurum sit,

necne, non definiatur (cf. Hermanni dissert. de praeceptis quibusdam atticistar., Lips. 1810. p. 8 — 13. eiusd. dissert. I. de legibus quibusdam subtilioribus sermonis Homerici, Lips. 1812. p. 4. eiusd. ed. Vigeri p. 831.); — coniunct. praes., 1 Cor. 14, 5. (ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, i. e. hac posita conditione τὸν προφητεύοντα praeferendum τῷ γλώσσαις λαλοῦντι dico, si hic non interpretetur.) — coni. aor., Apoc. 11, 5. (εἴ τις θέλῃ, si quis voluerit.) — De coniunctivis in verbis ἀνθυποτάκτοις v. infra sub v. εἰ καί, εἰ μήτι, εἴτε — εἴτε. — Ponitur εἰ in protasi

b., ubi dicitur, quid esset, aut futurum esset, aut factum esset, si quid aliud aut esset, aut factum esset, et construitur cum imperfecto, plusquamperfecto et aoristis; in apodosi sequitur in oratione directa ἄν cum imperfecto, aut cum plusquamperf., aut cum aoristis, et interdum ἄν exulat. Nonnumquam vero apodosis in quaestionem versa est. — *aa.*, εἰ cum imperfecto, adiecto in apodosi *α.*, ἄν cum imperf., Luc. 7, 39. (εἰ οὗτος ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἄν, si hic propheta esset, sciret.) 17, 6. Joh. 5, 46. 8, 42. 9, 41. 15, 19. 18, 30. Matth. 23, 30. (εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν, si viveremus ea aetate, quae patrum fuit, ii nos in caedibus prophetarum perpetrandis neutiquam habituri essent socios.) 1 Cor. 11, 31. Gal. 1, 10. 3, 21. Hebr. 8, 4. 7. (si — esset, non quaereretur, scil. in V. T. loco v. 8. excitato.) — Xen. Mem. 1, 1, 5. Plat. Phaed. c. 55. ed. Fischer. εἰ τὸ ἄψυκτον ἀνώλεθρον ἦν, ὁπότε ἐπὶ τὸ πῦρ ψυχρόν τι ἐπῄει, οὔπω ἂν ἀπεσβέννυτο. v. Matth. Gr. §. 508. — *β.*, in apodosi imperf. absque ἄν, Joh. 8, 39. (εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε, so würdet ihr die Werke Abr. thun.) 9, 33. (das bestimmte Gegentheil von dem, was jetzt ist, würde stattfinden.) — *γ.*, in apodosi quaestio: 1 Cor. 12, 19. (εἰ — ποῦ τὸ σῶμα, suppl. ἂν ἦν; sed v. 17. ubi pariter in protasi atque in apodosi verbum deest, ad utrumque membrum supple: ἐστί — ποῦ ἡ ὄσφρησις; scil. ἐστί.) Hebr. 7, 11. — *δ.*, ubi in apod. ἄν cum aor., Act. 18, 14. (εἰ μὲν ἦν ἀδίκημά τι, si de scelere commisso ageretur, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν, merito vos admisissem.) Joh. 11, 32. (εἰ ἦς ὧδε, si hic fuisses, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός, frater non mortuus esset.) — 4, 10. 18, 30. (εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιός, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν, non tibi eum tradidissemus.) — Xen. Anab. 7, 5, 23. — denique *ε.*, locos, qui habent in apod. ἄν cum plusquamperf., Joh. 11, 21. (εἰ ἦς ὧδε — οὐκ ἂν ἐτεθνήκει, morti non succubuisset.) 1 Joh. 2, 19. — *bb.*, coniungitur εἰ cum plusquamperfecto: Matth. 12, 7. (εἰ ἐγνώκειτε, si intellexissetis i. q. si sciretis, — οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους, innocentes non damnassetis.) 24, 43. et Luc. 12, 39. (εἰ ᾔδει, si intellexisset s. vidisset, i. e. si sciret, — ἐγρηγόρησεν ἄν, attendisset, scil. priusquam fur appropinquasset.) Joh. 4, 10. 8, 19. — 14, 7. (εἰ ἐγνώκειτέ με, si

me nossetis, καὶ — ἐγνώκειτε ἄν, etiam nossetis patrem.) — *cc.*, cum aoristis ea ratione, qua adhibent Latini plusquamperf. coni., Gal. 3, 21. (εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος — ὄντως ἂν ἐκ νόμου ἦν ἡ δικαιοσύνη, i. e. si lex data esset, — utique a lege proficisceretur Dei favorem recuperandi ratio.) Hebr. 4, 8. (εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν; si Josua eis quietem tribuisset, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει, non loqueretur, scil. in loco V. T. citato.) — Thuc. 1, 74. — apodosis absque ἄν, Act. 26, 32. Joh. 15, 22. v. supra p. 41. — apodosis deest: Luc. 19, 42. (εἰ ἔγνως καὶ σὺ — τὰ πρὸς εἰρήνην σου, suppl. καλῶς ἂν εἶχε. Cf. Luc. 22, 42.) — Occurrit coniunctio conditionalis εἰ

2., aliis sententiarum partibus annexa aut interiecta. — *a.*, Verbis illis, quibus aliquid mirum, credibile, pulcrum, praeclarum aut turpe, desiderabile, magnum etc. esse dicitur, saepius adiicitur εἰ ita, ut idem sit, quod ὅτι. Ita annectitur verbo θαυμάζω, Marc. 15, 44. (ἐθαύμαζεν, εἰ ἤδη τέθνηκε.) 1 Joh. 3, 13. (cf. Xen. Mem. 1, 1, 13. 2. 7. Herodot. 1, 155. et Matth. Grammat. §. 617. p. 1475. ed. 3.) phrasi ἄπιστον κρίνεται, Act. 26, 8. (praecedenti παράδοξον, Lucian. Dial. Mort. 13, 1.) — καλόν ἐστι, et λυσιτελεῖ, Marc. 9, 42. et Luc. 17, 2. (Matth. 18, 6. habet ἵνα.) — Matth. 26, 24. et Marc. 14, 21. μέγα ἐστί, 1 Cor. 9, 11. 2 Cor. 11, 15. (ita praecedenti δεινόν, Aeschin., in Ctesiph. p. 485. apud eundem Aeschinem in Ctesiph. p. 545. legitur verbo αἰσχύνομαι adiunctum.) — τί θέλω, Luc. 12, 49. (quam exoptatum mihi est, si iam accensum sit.) — *b.*, verbis iurandi et testandi; — ἀμὴν λέγω, εἰ, Marc. 8, 12. (est in hac et ei similibus phrasibus per aposiopesin suppressa aliqua imprecationis formula, v. c. deo gravissimas poenas dependam, si etc. atque sic τὸ εἰ idem est, quod οὐ; ita usurpatum legitur hebraicum אם 2 Sam. 11, 11. 1 Sam. 14, 45. 2 Reg. 17, 12. — plenam orationem v. 2 Sam. 3, 35. 1 Sam. 24, 7. 3, 17. 25, 22. 2 Sam. 29, 14. 20, 20. Cantic. 2, 7.) — ὄμνυμι, Hebr. 3, 11. 4, 3. (Ps. 95, 11. scil. Jehovah iurans usus esse cogitatur formula: non dicar ego Jehovah, si venient, id ergo signif. non venient.) — μαρτυροῦμαι, Act. 26, 22. 23. (εἰ h. l. idem est, quod ὅτι.) 1 Tim. 5, 10. — *c.*, legitur abrupte dictum, i. e. suppressis verbis, quibus annectatur, et cogitando addendis, Act. 23, 9. (recte Vulgatus: quid vero, si spiritus re vera cum eo locutus est? Verba in textu vulg. addita: μὴ θεομαχῶμεν, quae nec Syrus agnoscit, delenda sunt. Nostrates eodem modo abrupte loquuntur: wenn aber ein Engel mit ihm geredet hat — ubi suppl. volunt: nun denn!) Rom. 9, 22. — *d.*, adhibetur formula: καὶ εἴ τις ἄλλος, ἕτερος — καὶ εἴ τι ἄλλο ἕτερον (lat: et si quid simile est, si quae similia sunt), ut commemoratis et recensitis iam pluribus ad idem genus pertinentibus rebus nunc finiatur oratio, Rom. 13, 9. cf. Phil. 4, 8. 1 Tim. 1, 10. Apoc. 14, 11. (ita etiam Graeci loquuntur.) — *e.*, inseritur orationi limitationis caussa cum formulis: εἰ δυνατόν ἐστι, εἰ δυνατὸν ἦν, wo möglich, Marc. 14,

35. Act. 20, 16. (*εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ*, si in ipsius potestate esset.) Matth. 24, 24. et Marc. 13, 22. — *εἰ δέον ἐστί*, 1 Petr. 1, 6. Marc. 11, 25. — 1 Cor. 15, 2. (*εἰ κατέχετε, τίνι λόγῳ* cett.) cf. *εἰ μή* et *εἰ μήτι, εἴπερ*. — *f.*, aliis adhaerescit verbis *εἰ* cum optativo constructum, *εἰ τύχοι*, si forte i. e. exempli gratia, 1 Cor. 4, 10. 15, 37. (Aristoph. Av. 1069. Aeschin. in Ctesiph. p. 280.) Act. 27, 39. (*εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο, εἰ δύναιντο, ἐξῶσαι τὸ πλοῖον*, in quem sinum deliberabant, an possent, vel in quem volebant, si possent, propellere navem. Transferuntur verba optativo expressa in animum eorum, de quibus auctor narrat, quasi hi ipsi secum dixissent: *ἐξώσομεν, εἰ δυνάμεθα*.) Ita quoque Act. 17, 11. 25, 20. (Festus narrat, quae ipse dixerit.) 17, 27. — Act. 24, 19. (*οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι καὶ κατηγορεῖν, εἴ τι ἔχοιεν πρός με*, welche vor dir erscheinen müssten, wenn sie einen Rechtsanspruch an mich haben sollten, si quid forte, quamquam praeter verisimilitudinem, contra me habeant.) In loco 1 Petr. 3, 17. his codd. non assentiendum, qui pro *θέλει* offerunt *θέλοι*. — De optativo post *εἰ καί* et *εἴπως* vide infra sub his verbb. — *g.*, interseri potest vim habens concessivam, v. c. *ἵνα — εἰ καί —*, 1 Petr. 3, 1. Hebr. 6, 9. 2 Cor. 7, 8. (*εἰ καὶ μετεμελόμην*, licet me poenituisset, ibid. *εἰ καὶ πρὸς ὥραν*.) 12, 11.

II., particula interrogativa: an, ob. **1.**, in quaestione obliqua. — *a.*, cum indicat. praesentis: *ἠκούσαμεν, εἴ ἐστι*, Act. 19, 2. — *ἴδωμεν, εἰ ἔρχεται*, Matth. 27, 49. (Marc. 15, 36.) — *ψηφίζει, εἰ ἔχει*, Luc. 14, 28. — *βουλεύεται, εἰ δυνατός ἐστιν*, 14, 31. — Act. 22, 27. — *ἵνα εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ*, Matth. 26, 63. — post *οὐκ οἶδα*, Joh. 9, 25. post *κρίνατε*, Act. 4, 19. *δοκιμάζετε*, 2 Cor. 13, 5. — *ἵνα γνῶ*, 2 Cor. 2, 9. — *ἐπυνθάνοντο*, Act. 10, 18. (an esset.) — *ἐπηρώτησεν*, Luc. 23, 6. Marc. 8, 23. — *b.*, cum indicat. futuri: *δεήθητι, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι*, Act. 8, 22. — *τί γὰρ οἶδας, εἰ — σώσεις*, 1 Cor. 7, 16. (an servaturus sis.) — *παρετήρουν*, Marc. 3, 2. et Luc. 6, 7. (an sanaturus esset.) — cum indicat. aoristi: *οὐκ οἶδα, εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα* (an baptismo initiaverim), 1 Cor. 1, 16. *ἐπηρώτησεν, εἰ πάλαι ἀπέθανε* (an iampridem mortuus esset), Marc. 15, 45. — *εἰπέ μοι, εἰ τοσούτου ἀπέδοσθε*, Act. 5, 8. — Interdum

2., quaestionem directam facere videtur, quasi idem valeat atque latin. num. Sed ut Graecos constat nuspiam particulam *εἰ* in oratione directa collocasse (v. Fritzsch. commentar. ad Marc. p. 327.), ita et qui N. T. loci alium adoptasse videntur hanc particulam construendi modum, cum ratione Graecorum conciliari possunt. Nam *a.*, in nonnullis ante partic. *εἰ* cogitando addatur, quod suppressum est, *εἰπέ, εἴπετε*, dic quaeso, dicite mihi, Luc. 13, 23. (*εἶπέ τις αὐτῷ, κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι;* nos: ob es denn wenige sind.) 22, 49. (*κύριε, εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ;* nos: ob wir denn mit dem Schwerdt drein schlügen.) Act. 1, 6. — *b.*, in aliis locis scriptor verba eius, de quo retulit, ita tractavit, ac si essent sua ipsius

verba in orationem indirectam construenda, cf. Act. 17, 3. Ita explicare poteris Matth. 12, 10. (ἐπηρώτησαν αὐτὸν λέγοντες, εἰ ἔξεστι, interrogarunt eum hoc modo, an liceret.) 19, 3. Luc. 14, 3. Act. 21, 37. (quasi scriptum esset: εἰ ἔξεστιν ἑαυτῷ εἰπεῖν τι πρὸς αὐτόν.) Act. 7, 1. (εἰ ἄρα οὕτως ἔχει, an ita se habeat.) Marc. 8, 23. (εἴ τι βλέπει. Potuisset et h. l. scribi: εἴ τι βλέπεις.) — Recte tamen credideris, si in nonnullis certe locis particulae usus ex ellipsi explicandus sit, hanc explicationem etiam ad caeteros pertinere locos omnes, atque N. T. scriptores in illa particulam construendi ratione imitatos esse morem Hebraeorum, qui particula אִם plane eadem ratione usi sint, v. c. Gen. 17, 17. Jerem. 3, 5.

Continuatio de coniunctione *Εἰ* cum aliis particulis coniuncta.

Εἰ ἄρα, an igitur, ob nun wohl auch, ob denn nun, Marc. 11, 13. Act. 7, 1. 8, 22.

Εἰ δὲ καί, **1.**, si vero etiam (τῷ καί ita posito, ut ad vocabulum sequens referatur), Luc. 11, 18. (si vero Satanas quoque, i. e. Satanas non minus.) 1 Cor. 4, 7. (εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, accentu notandum est καί, si aeque accepisti.) 2 Cor. 4, 3. 5, 16. (καί referas ad κατὰ σάρκα, ut sit i. q. insuper, adeo. Sens.: quid? quod si Christum, quem post eius resurrectionem cognovi, insuper etiam inter mortales viventem novi cett. Scil. potuisset dici: εἰ τὸν χριστὸν ἐγνώκαμεν καὶ κατὰ σάρκα, νῦν οὐκέτι γινώσκομεν.) — **2.**, etsi, etiamsi (τῷ καί ita posito, ut ad partic. εἰ referendum sit), 2 Cor. 11, 6. (εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, scil. εἰμί, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει.) — v. infra εἰ καί.

Εἰ δὲ μή, **1.**, sin autem minus, si contra est s. esset, Joh. 14, 2. (εἰ δὲ μή, scil. οὕτως ἦν.) v. 11. (εἰ δὲ μή, scil. ἐμοὶ πιστεύετε, h. e. verbis meis.) Apoc. 2, 5. 16, — **2.**, alioquin, alias. Nam etiam sententiae opponi potest, quae praecessit verbis negantibus expressa, ut in locis statim excitandis, Marc. 2, 21. 22. (οὐδεὶς — εἰ δὲ μή, h. e. si explicare volueris: si quis vero erit, qui infundat.) Arrian. Expedit. Alex. M. 4, 14, 17. ἐπὶ τῷδε ἡ δίωξις οὐκ ἐπὶ πάντων Σκυθῶν ἐγένετο· εἰ δὲ μή, δοκοῦσιν ἄν τινι καὶ πάντες διαφθαρῆναι ἐν τῇ φυγῇ. V. Matth. gramm. §. 617. b.

Εἰ δὲ μήγε non differt ab εἰ δὲ μή, nisi eo, quod paullo fortius dictum est; v. γε.

Εἰ καί, **1.**, si etiam, si — quoque (cf. εἰ δὲ καί n. 1.), 1 Cor. 7, 21. 2 Cor. 11, 15. — **2.**, etsi, licet (non: quamquam), 2 Cor. 4, 16. Phil. 2, 17. Col. 2, 5. Hebr. 6, 9. 2 Cor. 12, 11. 15. 7, 8. 12. (suppl. in apodosi: ἔγραψα.) Matth. 26, 33. (Marc. 14, 29. καὶ εἰ, etiam si.) Luc. 11, 8. — cum optativo (v. supr. εἰ I. n. 2. *f.*), 1 Petr. 3, 14. (εἰ καὶ πάσχοιτε, wenn ihr auch leiden solltet.) Xen. Mem. 1, 7, 3. 2, 1, 1. Hier. 9, 10. Lucian. Diall. Mort. 4, 3. — **3.**, an etiam, εἰ cum coni.,

Phil, 3, 12. (διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, aor. h. l. non habet vim fut. exacti, sed ponitur, quia de re sermo est semel ac certo tempore efficienda; v. supr. quae ad δύναμαι notata.)

Εἰ μὲν γάρ, nam si (hoc) quidem (accidit, ut), 2 Cor. 11, 4. (cogitando adde: at hoc non accidet.) — cum oppositione (εἰ δέ), Act. 25, 11. — Hebr. 8, 4. (coll. v. 6.) 11, 15. (coll. v. 16.)

Εἰ μὲν οὖν, si igitur, Hebr. 7, 11. (quae particulae μέν opponenda est particula δέ, ea latet in sequenti voc. ἕτερος.) — sequitur εἰ δέ, Act. 18, 14. 15. 19, 38. 39. (h. l. τὸ οὖν vix recte se habet.)

Εἰ μέντοι, si quidem, wenn freilich, i. e. dann allerdings, wenn, Jac. 2, 8. v. Passov. lexic. sub v. μέν n. 12. a. vol. 2. p. 129. ed. 4.

Εἰ μή, 1., post sententiam negantem, nisi, ausser, legitur *a.*, ita orationi intersertum, ut idem sibi cum praecedente negatione vindicet verbum; *aa.*, nemo, nisi, Joh. 17, 12. Matth. 11, 27. (Luc. 10, 22.) 24, 36. (Marc. 13, 32.) 19, 17. (Marc. 10, 18. Luc. 18, 19.) Luc. 4, 27. cf. Phil. 4, 15. Joh. 3, 13. — 14 6. (οὐδεὶς — εἰ μὴ δι' ἐμέ.) 1 Cor. 8, 4. 12, 3. — praecedente οὐκ cum tertia pl.: nulli, praeter, Luc. 17, 18. (οὐχ εὑρέθησαν εἰ μή.) — neminem, nisi, Marc. 5, 37. (Luc. 8, 51.) Matth. 17, 8. (Marc. 9, 8. habet ἀλλά.) 1 Cor. 1, 14. — ἕτερον οὐκ — εἰ μή, Gal. 1, 19. — nemini, nisi, Act. 11, 19. — nihil (acc.), nisi, Matth. 21, 19. (Marc. 11, 13.) Marc. 6, 8. Rom. 13, 8. — ad neminem, nisi, Luc. 4, 26. — *bb.*, praecedente τίς, 1 Joh. 2, 22. 5, 5. Marc. 2, 7. (Luc. 5, 21.) Rom. 11, 15. 1 Cor. 2, 11. 2 Cor. 2, 2. 12, 13. — *cc.*, praecedente οὐ, οὐκ, Joh. 19, 15. Rom. 13, 1. 1 Cor. 10, 13. Marc. 2, 26. (Matth. 12, 4.) Marc. 8, 14. Matth. 12, 24. (οὐκ εἰ μὴ ἐν τῷ) 2 Cor. 12, 5. Matth. 17, 21. (Marc. 9, 29. ἐν οὐδενὶ εἰ μὴ ἐν.) Matth. 12, 39. et 16, 4. (Luc. 11, 29.) 13, 57. (Marc. 6, 4.) 15, 24. (οὐκ εἰ μὴ εἰς.) Gal. 6, 14. οὐ — τὶς εἰ μή, Joh. 6, 46. — οὐ — τὶ εἰ μή, 1 Cor. 2, 2. — ἵνα μή τις εἰ μὴ ὁ —, Apoc. 13, 17. οὐ — πᾶν εἰ μή, Apoc. 21, 27. — *dd.*, sequente εἰ μή cum coniunctione, Joh. 10, 10. (οὐκ — εἰ μὴ ἵνα.) Marc. 9, 9. (μηδενὶ εἰ μὴ ὅταν.) 2 Cor. 12, 13. et Eph. 4, 9. (τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι.) — *ee.*, construct. contortiores, Rom. 14, 14. (οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ.) Apoc. 9, 4. (ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον — οὐδὲ πᾶν χλωρὸν οὐδὲ πᾶν δένδρον εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους μόνους.) — *ff.*, εἰς οὐδὲν εἰ μή, sequente infinitivo, Matth. 5, 13. (εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω pro: εἰ μὴ εἰς τὸ βλ. ἔξω.) Act. 21, 25. — *gg.*, praeponitur per abundantiam ἐκτός, 1 Tim. 5, 19. — *b.*, ita positum est, ut habeat verbum sibi proprium atque ῥῆσιν peculiarem constituat, Marc. 6, 5. (praeterquam quod.) Gal. 1, 7. (ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, εἰ μή τινές

εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, quod nihil aliud est, nisi quod sunt, qui vos turbent.)

Εἰ μή τι, nisi forte, cum indicat., 2 Cor. 13, 5. — cum coni. aor., Luc. 9, 13. (εἰ μή τι — ἀγοράσωμεν, wenn wir nicht etwa kaufen sollen. Potuisset scribi: εἰ μή τι θέλεις, ἀγοράσωμεν, cf. Matth. 13, 28. θέλεις συλλέξωμεν, Marc. 10, 51. et Luc. 18, 41. τί θέλεις, ποιήσω σοι;) — εἰ μή τι ἄν, 1 Cor. 7, 3. (ausser etwa.) v. supra ἄν.

Εἰ οὐ, si non (τὸ οὐ ad verbum pertinet, atque cum eo in unam coit notionem, v. c. οὐ γινώσκω, ignoro, cf. nostr. das Nichtwissen), Matth. 11, 25. (εἰ οὐ δύναται, si nequit, wenn es unmöglich ist, dass.) Marc. 11, 26. (εἰ — οὐκ ἀφίετε, i. e. wenn ihr das Nichtvergeben ausübet.) Luc. 14, 26. (εἰ οὐ μισεῖ, i. e. wenn bei ihm das Nichthassen vorhanden ist.) 16, 11. (εἰ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, i. e. wenn die Treue etwas von euch Nichtbewiesenes ist.) v. 12. Joh. 5, 47. (εἰ οὐ πιστεύετε, i. e. wenn ihr Unglauben beweiset, od. ungläubig seid.) 10, 37. 1 Cor. 7, 9. (εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, i. e. wenn sie unenthaltsam sind.) 11, 6. 15, 13. 14. 16. 17. 32. 16, 22. 2 Thess. 3, 10. 14. Jac. 2, 11. Hebr. 12, 25. Apoc. 20, 15. — εἰ οὖν οὔτε, Luc. 12, 26. — εἰ καὶ οὐ, Luc. 18, 4.

Εἰ οὖν, si igitur, Matth. 6, 23. (Luc. 11, 36.) Spectat plerumque ad illud genus locorum, quod distinximus supra sub voce εἰ I. n. 1. *a.*, *cc.* — Matth. 7, 11. Luc. 11, 13. Joh. 13, 14. 18, 8. Act. 11, 17. Col. 3, 1. Philem. v. 17.

Εἴπερ, **1.**, si quidem, wenn anders, Rom. 8, 9. 17. 1 Petr. 2, 3. — **2.**, etsi, si vel maxime, wenn immerhin, 1 Cor. 8, 5. (in apodosi ἀλλά.) — Xen. Mem. 1, 7, 15. cum optat. constr. — **3.**, quandoquidem, 2 Thess. 1, 6.

Εἴπως, si forte, Act. 27, 12. (οἱ πλείους ἔθεντο βουλὴν ἀναχθῆναι κἀκεῖθεν, εἴπως δύναιντο παραχειμάσαι. Optativus, quia auctor ex mente aliorum refert, quae cogitaverint. Similem locum Act. 27, 39. attulimus sub v. εἰ I. n. 2. *f.*) — cum indicat. fut., Rom. 1, 10. 10, 14. Phil. 3, 11.

Εἴτε — εἴτε, **1.**, sive — sive; *a.*, nullo verbo sequente, Rom. 12, 6. 7. 8. 1 Cor. 3, 22. 8, 5. 2 Cor. 5, 9. 10. Phil. 1, 18. 27. 2 Thess. 2, 15. Col. 1, 16. 20. 1 Petr. 2, 13. 14. εἴτε οὖν — εἴτε, 1 Cor. 15, 11. — *b.*, verbo sequente, 1 Cor. 12, 26. 13, 8. 2 Cor. 1, 5. — Xen. Mem. 2, 1, 28. — coniunct., 1 Thess. 5, 10. (alii codd. exhibent indicat.) — **2.**, utrum — an, post οὐκ οἶδα, 2 Cor. 12, 2. 3. (Xen. Cyr. 3, 2, 13. Thuc. 7, 1.)

Εἴ τις, v. sub v. εἰ I. n. 1. *a.*, *bb.*, Not.

Εἰ τύχοι, v. sub v. εἰ I. n. 2. *f.*

Εἶδος, εος (ους), τό, (ab εἴδω, q. v.) propr., quod in oculos incurrit, quod patet adspectui; **1.**, species externa, forma (hebr. מַרְאֶה, Exod. 24, 17.), Luc. 3, 22. (σωματικῷ εἴδει.) 9, 29.

(τὸ εἶδος τοῦ προςώπου αὐτοῦ.) Joh. 5, 37. — 2., visio, adspectus, 2 Cor. 5, 7. (οὐ διὰ εἴδους, scil. περιπατοῦμεν.) — 3., species, genus, 1 Thess. 5, 22. (ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε, i. e. ab omni genere mali s. vitiorum.)

Εἴδω, ἴδω, video, sed forma praesentis temp. obsoleta est, et utuntur Graeci ad id exprimendum verbo ὁράω. Quae ab εἴδω derivata sermo retinuit tempora, ea duas constituunt familias, quarum una sibi vindicavit significatum videndi, altera certis formis exprimit notionem sciendi.

I., aor. 2. act. εἶδον (apud Hom. ἴδον, imperat. vel ἰδέ, quae est forma Attica, obvia Rom. 11, 22. Gal. 5, 2., vel ἴδε, quae est forma serior, v. Matth. gr. §. 231. et in N. T. longe frequentior, optat. ἴδοιμι, coni. ἴδω, infin. ἰδεῖν, partic. ἰδών, οῦσα, όν), videbam, vidi, i. e.

1., (oculis) conspiciebam, conspexi, sehen, erblicken, quo sensu dicitur deum nemo ἰδεῖν posse, 1 Tim. 6, 16. a., cum accus. τινά vel τί. Placet ex infinito locorum numero nonnulla formarum exempla afferre: εἶδόν σε, Joh. 1, 49. 18, 26. — εἶδε, Matth. 4, 16. (φῶς μέγα.) 14, 14. (πολὺν ὄχλον.) — εἴδομεν, Matth. 2, 2. (τὸν ἀστέρα.) Luc. 5, 26. (παράδοξα.) — εἴδετε, Luc. 7, 22. (ἃ εἴδετε.) Joh. 6, 26. — εἶδον, Matth. 2, 9. (ὃν εἶδον, quem viderant.) Marc. 6, 50. Joh. 19, 6. — ἴδω, Marc. 12, 15. (ἵνα ἴδω.) — ἴδῃς, Joh. 1, 33. — ἴδῃ, Joh. 8, 56. Luc. 19, 4. — ἴδωμεν, videamus, Luc. 2, 15. ἵνα ἰδ., Joh. 6, 30. Luc. 15, 32. — ἴδητε, Matth. 24, 33. et Marc. 13, 14. Luc. 21, 20. Matth. 23, 33. — ἴδωσιν, Joh. 12, 9. Matth. 5, 16. — imperat. ἴδε, Joh. 20, 27. — ἴδετε, 4, 29. Matth. 28, 6. Luc. 21, 29. 24, 39. — ἰδεῖν, videre, Luc. 8, 35. 7, 25 26. (i. q. θεάσασθαι v. 24.) Matth. 11, 8. 9. (cf. v. 7.) Matth. 12, 38. 13, 17. — τινά, Luc. 9, 9. 23, 8. 19, 3. — Interdum additur aliquid, quo videndi actus describatur, v. c. ἰδεῖν τι πόῤῥωθεν, e longinquo, Hebr. 11, 13. — μακρόθεν, Marc. 11, 13. — ἀπὸ μακρόθεν, Marc. 5, 6. — ἰδεῖν τι ἐπί, ὑποκάτω τινός, Apoc. 1, 20. 6, 9. — ἰδεῖν τι ἔν τινι, Phil. 1, 30. 4, 9. — οὕτως, Marc. 2, 12. — ἰδεῖν πρόςωπόν τινος ὡς, Act. 6, 15. — Distinguitur ἰδεῖν τι a τῷ ἀκοῦσαί τι, Jac. 5, 11. Luc. 7, 22. (ἃ ἠκούσατε, scil. ea, quae narrantur a c. 6, 20 — 7, 17. et ἃ εἴδετε, coll. 7, 21.) 1 Cor. 2, 9. Act. 22, 14. — ἰδεῖν ἐν ὁράσει, Apoc. 9, 17. s. ἐν ὁράματι, Act. 9, 12. 10, 3. Nam ἰδεῖν et ἰδεῖν τι etiam dicuntur, quibus aliquid repraesentatum in visione est, quemadmodum se hoc illudve vidisse auctor Apocalypseos narrat, Apoc. 1, 12. 17. 4, 1. 5, 2. 5. 6. 11. 6, 2. 8. 7, 1. 9. 14, 1. 14. al. cf. Joh. 12, 41. et רָאָה, 1 Sam. 9, 9. — ἰδεῖν ὅραμα, Act. 10, 17. 16, 10. — elliptice: ἰδεῖν τι ἔκ τινος, Apoc. 16, 13. (ἐκ τοῦ στόματος, scil. ἐκπορευθέντα, cf. 1, 16.) — ἰδὼν εἶδον, Act. 7, 34. (Ex. 3, 7. ubi in textu τῶν ό: ἰδὼν ἴδον, i. e. utique vidi, de quo hebraismo v. Gesen. Lehrgeb. p. 778.

Ewald. krit. Gramm. d. hebr. Spr. p. 560 seq.) — Nihil participio ἰδών frequentius, quo narratio continuatur ante verbum finitum posito, praesertim in scriptis historicis. Aut additus huic participio accusativus est, ut Matth. 2, 10. 3, 7. 5, 1. 8, 34. 9, 22. 36. 18, 31. 21, 19. 28, 17. Marc. 9, 20. Luc. 15, 47. (Matth. 27, 54.) Joh. 6, 14. Act. 13, 12. 14, 11., aut ex verborum vicinia adsciscendus, Matth. 9, 8. 11. 12, 2. 13, 17. 21, 20. 32. 26, 8. Marc. 6, 38. 15, 32. Luc. 1, 12. 2, 17. 5, 8. 7, 39. Marc. 10, 14. Joh. 1, 40. 47. 11, 34. 20, 8. 29. Act. 3, 12. 7, 31. 13, 41. al. Luc. 8, 34. οἱ ἰδόντες (scil. αὐτό, quod latet in addito: πῶς ἐσώθη). Nonnunquam τὸ ἰδεῖν ad id refertur, quod auribus perceptum est (quandoquidem verba sensuum in omnibus linguis invicem permutantur), Matth. 21, 15. Marc. 15, 39. — *b.*, cum accus. rei vel personae et partic. (pro quo Latini infinit.), v. c. video aliquem stare, Matth. 24, 15. (et loc. parall.) Apoc. 7, 1. Matth. 20, 3. — iacere, Joh. 5, 6. 1 Cor. 8, 10. Matth. 8, 14. — sedere, Matth. 9, 9. Apoc. 17, 3. Marc. 16, 5. Luc. 22, 56. — ambulare, Matth. 14, 26. (Marc. 6, 49.) — venire, Matth. 16, 28. (Marc. 9, 1.) 3, 7. — discedere, Marc. 6, 33. — volare, Apoc. 14, 6. — se aperire, aut apertum esse, Marc. 1, 10. Act. 16, 27. Joh. 19, 33. Apoc. 9, 1. 10, 5. al. In qua constructione saepe maior ponitur vis in accusativo nominis, quam in verbo, ut scil. εἶδόν τινα ποιοῦντά τι non tam sit: video aliquem hoc illudve facere, quam: video eum facientem, i. e. dum facit, nos: einen stehen, gehen, d. h. indem er steht, geht, sehen, et participium vices expleat adiectivi, v. c. Matth. 4, 18. (Marc. 1, 16.) 9, 23. 25, 37. 44. (εἴδομέν σε πεινῶντα, διψῶντα.) Marc. 11, 20. 14, 67. Act. 10, 3. 22, 18. 11, 13. Apoc. 7, 2. 17, 6. 19, 19. — Pro exemplo attractionis haberi potest Apoc. 8, 13. (καὶ εἶδον κ. ἤκουσα ἑνὸς ἀετοῦ, text. rec. ἀγγέλου, πετομένου, i. e. εἶδον ἕνα ἀετὸν πετόμενον καὶ ἤκουσα αὐτοῦ cett.) Sed cf. 5, 11. 6, 1. v. infr. *e.* — *c.*, sequente ὅτι (ubi id, quod verbo finito sequente exprimitur, vi quadam enuntiatur, atque propterea notatur, quod hoc ipsum, nec eius contrarium, locum habuerit), Marc. 9, 25. (ὅτι ἐπισυντρέχει, quod plebs tantum aberat, ut rem negligeret, ut accurreret. Aliud esset ἰδὼν τὸν ὄχλον ἐπισυντρέχοντα.) 15, 39. (sono efferendum: κράξας.) Luc. 8, 47. 17, 15. 27, 24. Matth. 27, 3. 24. Joh. 6, 22. 24. Gal. 2, 14. Apoc. 12, 13. al. — *d.*, sequente interrogatione indirecta cum indicat., ut seq. εἰ, an, Matth. 27, 49. (Marc. 15, 36.) — sequente τίς, Luc. 19, 3. (est h. l. non tam attractio, quam epexegesis, v. ἐμβλέπω, κατανοῶ ὑπέρ, διά, περί —.) — τί, Marc. 5, 14. — seq. πηλίκος, Gal. 6, 11. — seq. πῶς, Joh. 11, 36. — seq. ποταπός, 1 Joh. 3, 1. — *e.*, etiam ita adhibetur, ut communis videndi notio teneatur (das Sehen in abstracto). Sic in formulis: ἔρχου κ. ἴδε, Joh. 1, 47. 11, 34. — plur., 1, 40. cf. Apoc. 6, 5. (ἔρχου κ. βλέπε, sequitur καὶ εἶδον.) — et saepius quoque in Apocalypsi: καὶ εἶδον,

5, 11. 8, 13. differt Marc. 6, 38. ὑπάγετε κ. ἴδετε, sehet nach (scil. πόσους ἔχετε). — Imperat. ἴδε attentionem excitat, vel constructus cum accus. et interrogatione indirecta, vel cum ὅτι, Joh. 7, 52. (v. locos supra sub *a.* et *d.* allatos, et infra excitandos.) — vel ita adhibitus, ut eum sequatur oratio directa pariter atque voculam ἰδού (a qua tamen, si vim spectes, aliquantum differt, v. ἰδού infra suo loco), Joh. 1, 29. 48. (ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, en Israëlitam hoc nomine dignum.) 3, 26. 5, 14. 7, 26. 12, 19. 19, 5. 26. (h. l. text. rec. ἰδού, sed codd. recte tenent ἴδε.) Marc. 2. 24. 3, 34. 11, 21. 13, 1. 16, 6. Rom. 2, 17. — plur., Act. 13, 41. — τὸ ἰδεῖν comparatur ad τὸ πιστεύειν, Joh. 20, 29.

2., animadverti, cognovi aliquid, wahrnehmen, erkennen; *a.*, cum accus. rei; — ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν, Matth. 9, 2. (v. loc. parall.) v. 4. (τὰς ἐνθυμήσεις τινός.) Luc. 9, 23. (τὸν διαλογισμόν τινος.) — ἴδε cum accus., Rom. 11, 22. (χρηστότητα κ. ἀποτομίαν τ. θεοῦ.) — *b.*, seq. ὅτι, Marc. 12, 34. Act. 12, 3. 14, 9. 16, 19. Gal. 2, 7. (cum cognoscerent.) v. 14. — imperat. ἴδε, ὅτι, Joh. 7, 52. (perlustra et cognosce, i. e. si perlustraveris, cognosces, s. perlustra, ut cognoscas; cf. formulam Joanneam: ἔρχου κ. ἴδε.)

3., video, oculos, mentem, attentionem in aliquid converto, von der Richtung des Blickes auf etwas, ἰδεῖν περί τινος, lat. videre de aliqua re, i. e. *a.*, cognoscere, quid statuendum sit, Act. 15, 6. — *b.*, lustrare, considerare, τί, aliquid, besehen, Luc. 14, 18. — locum aliquem ἰδεῖν, adire, visere, Act. 19, 21. — *c.*, τινά, hominem adspicio, intueor, Joh. 21, 21. Marc. 8, 33.

4., ex hebraismo, ἰδεῖν τι, (statum aliquem) experior, v. c. θάνατον, Luc. 2, 26. Hebr. 11, 5. cf. Joh. 8, 51. 52. (ita Ps. 89, 49.) — τὴν διαφθοράν, Act. 2, 27. 31. 13, 35 — 37. (ita Ps. 16, 10.) — ἡμέρας ἀγαθάς, 1 Petr. 3, 10. (ita Ps. 34, 12.) — τὴν ἡμέραν τινός (etiam Latini: diem videre), Luc. 17, 22. (i. e. optabitis, ut vobis appropinquet dies, a quo imperium Messiae capiat initium.) Joh. 8, 56. (Sens.: Abraamus laetatus est, optans, ut diem meum vivendo attingeret, id quod ei contigit, ut iterum laetitiam inde caperet, i. e. nasci prolem vidit, ut certus esset, inter homines eum exstiturum esse, qui omnibus gentibus foret evergeta. Cf. Gal. 3, 16.) — ἰδεῖν τὴν βασιλ. τ. θεοῦ, Joh. 3, 3. participem fieri felicitatis, qua regni divini cives perfruituri sunt. — πένθος, Apoc. 18, 7. — Memineris etiam phraseos: ἰδεῖν τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, Joh. 11, 40. (i. e. miro aliquo eventu vim dei insigniter beneficam experiri, v. δόξα.) — cf. phrases hebr. רָאָה טּוֹב, Ps. 34, 13. Cohel. 3, 13. 6, 6. — עֳנִי, Thren. 3, 1. Tob. 4, 4. πολλοὺς κινδύνους ἑώρακεν. 1 Macc. 13, 3. στενοχωρίας, ἃς εἴδομεν.

5., ἰδεῖν τινα (ἄνθρωπον), aliquem visere, convenire, Luc. 8, 20. Act. 16, 40. 28, 20. Rom. 1, 11. 1 Cor. 16, 7. Phil.

1, 27. 1 Thess. 3, 6. 2 Tim. 1, 4. 3 Joh. v. 14. — *τὸ πρόςωπόν τινος*, 1 Thess. 2, 17. 3, 10.

II., *οἶδα*, (perf. 2., plusquamperf. *ᾔδειν*, coni. *εἰδῶ*, inf *εἰδέναι*) **1.**, scio, intelligo, cognosco, (*ᾔδειν*, sciebam,) *a.*, scio, *aa.*, absol., 2 Cor. 11, 11. 12, 2. Act. 2, 22. — *bb.*, seq. *ὅτι*, Rom. 2, 2. 3, 19. 7, 14. 14, 14. (*οἶδα κ. πέπεισμαι, ὅτι.*) 1 Joh. 5, 15. (*ἐὰν οἴδαμεν.*) Rom. 6, 16. 2 Cor. 3, 16. 6, 2. al. (*οὐκ οἴδατε.*) Rom. 6, 9. 2 Cor. 4, 14. (*εἰδώς, εἰδότες.*) Rom. 13, 11. et Act. 16, 3. — cum epexegesi, *θέλω ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι*, 1 Cor. 11, 3. — *ἵνα δὲ εἰδῆτε*, Matth. 9, 6. (Marc. 2, 10. Luc. 5, 24.) — *ᾔδεις*, Matth. 25, 26. — *οὐκ ᾔδειτε*, nonne sciebatis? Luc. 2, 49. — *cc.*, sequente interrogatione indirecta, *εἰ*, an, 1 Cor. 7, 16. 2 Cor. 12, 3. Joh. 9, 25. — *τί*, Rom. 8, 26. 27. 11, 2. Eph. 6, 21. Matth. 26, 70. Marc. 14, 68. (*οὐκ οἶδα οὐδὲ ἐπίσταμαί τι.*) — *πῶς*, Joh. 9, 21. 1 Tim. 3, 15. — *ποῦ*, Joh. 20, 13. — *πόθεν*, Luc. 13, 25. Joh. 14, 4. 5. Joh. 9, 29. (cum attractione s. potius epexegesi, cf. Act. 9, 20.) 30. — *dd.*, cum accus. *οἶδά τι*, aliquid scio, 1 Cor. 2, 2. — *οἶδά τινα*, novi aliquem, Matth. 26, 72. Joh. 1, 31. 6, 42. 7, 23. 8, 19. Apoc. 2, 2. 9, 13. Rom. 13, 11. 1 Cor. 2, 11. 2 Cor. 9, 2. 12, 2. 3. 1 Thess. 4, 5. 2 Thess. 7, 8. Tit. 1, 16. 1 Petr. 1, 8. al. — *b.*, *οἶδά τι*, cognosco, intelligo, i. e. vel *aa.*, sentio aliquid (eine Sache als Faktum), ut Matth. 12, 25. (*τὰς ἐνθυμήσεις.*) Marc. 12, 15. (*τὴν ὑπόκρισιν*, h. l. Matth. 22, 18. *γνούς*, et Luc. 20, 23. *κατανοήσας.*) Luc. 6, 8. 11, 17. — et addito: *ἐν ἑαυτῷ* sequente *ὅτι*, Joh. 6, 61. — vel *bb.*, vim et sensum rei, cui certus sensus inest, perspicio, v. c. *οἶδα τὴν παραβολήν*, Marc. 4, 13. 2 Cor. 2, 12. — *τὰ κρυπτά*, 1 Cor. 2, 12. — *τὰ μυστήρια*, 1 Cor. 13, 2. — seq. interrog. indir., Eph. 1, 18. — *c.*, seq. infinit., scio, i. e. calleo, Matth. 7, 11. et Luc. 11, 13. 12, 56. Phil. 4, 12. 1 Thess. 4, 4. 1 Tim. 3, 5. Jac. 4, 17. 2 Petr. 2, 9. (sic etiam Graeci.) — concisius: Matth. 27, 65. (*ὡς οἴδατε*, scil. *ἀσφαλίσασθαι.*)

2., *εἰδέναι τινά*, rationem alic. habere, curam alic. gerere, 1 Thess. 5, 12. (vid. *τοὺς ὁ*, Gen. 39, 6. hebr. יָדַע.)

Εἰδωλεῖον, *ου, τό*, (ab *εἴδωλον*, q. v., cf. *τὸ ἀσκληπεῖον, ἀπολλωνεῖον, ἡλιεῖον, ἡρακλεῖον, μουσεῖον*, al.) fanum, templum idolorum s. idolis sacrum, 1 Cor. 8, 10. (1 Macc. 10, 83.)

Εἰδωλόθυτον, *ου, τό*, (ex *εἴδωλον* et *θύω*, perf. pass.) propr. **1.**, quod idolis immolatum est, victima diis mactata. — **2.**, *τὰ εἰδωλόθυτα, κατ' ἐξοχήν* carnes, e victimis immolatis residuae. Nam apud gentiles non tota victima, sed tantum optimae eius partes, i. e. carnosae et pingues cremabantur; ex residuis epulum parari solebat lautissimum, ad quod amici et propinqui invitabantur, interdum etiam carnes residuae vendebantur in foro, Act. 15, 29. 26, 25. 1 Cor. 8, 1. 4. 7. 10. 10, 19. 28. Apoc. 2, 14. 20.

Εἰδωλολατρεία, ας, ἡ, (ab εἰδωλολατρεύω, i. e. sum εἰδωλολάτρης, q. v.) idolorum cultus, idololatria, Col. 3, 5. 1 Cor. 10, 14. Gal. 5, 20. (associatur h. l. scortationi, quia Hebraeis solenne erat idolorum cultum scortationem, זְנוּת, appellare.) — plur., 1 Petr. 4, 3. (comessationes in honorem deorum, quibus immolatum erat, institutae.)

Εἰδωλολάτρης, ου, ὁ, (ex εἴδωλον et λάτρης, quamquam forma simplici solum ὁ, ἡ λάτρις, i. e. mercenarius, -ria, exstitisse videtur, et τὸ λάτρον, merces, quas voces derivant a λάζομαι) **1**., idolorum cultor, 1 Cor. 5, 10. 11. 6, 9. Eph. 5, 5. Apoc. 21, 8. 22, 15. — **2**, qui coenis sacrificialibus interest et carnes comedit ex victimis idolorum residuas, 1 Cor. 10, 7. — v. εἰδωλολατρεία.

Εἴδωλον, ου, τό, (ab εἶδος, species, simulacrum, de statuis et picturis, Xen. Mem. 1, 4, 4. Aelian. V. H. 12, 64. Hom. Od. 11, 475.) **1**., deorum simulacrum, idolum, Act. 7, 41. Apoc. 9, 20. 1 Cor. 12, 2. cf. Rom. 1, 23. — **2**., deaster, deus fictitius, 1 Cor. 8, 4. 7. 10, 19. 2 Cor. 6, 16. Rom. 2, 22. 1 Thess. 1, 9. — Monentur, ut ab idolis abstineant, ii, quibus ab esu carnium idolis immolatarum interdicitur, 1 Joh. 5, 21. Act. 15, 20. coll. v. 19.

Εἰκῆ, adv., **1**., temere (unde adiect. εἰκαῖος, α, ον), Matth. 5, 22. (sed codd. optimi h. l. respuunt.) Col. 2, 18. (Xen. Ages. 2, 7.) — **2**., frustra, Rom. 13, 4. 1 Cor. 15, 2. Gal. 3, 4. 4, 11. (Xen. Cyr. 5, 1, 22.)

Εἴκοσι, οἱ, αἱ, τά, viginti, Luc. 14, 31. Act. 1, 15. al.

Εἴκω, f. εἴξω, cedo, weichen; — τινί, Gal. 2, 5. (Xen. Cyr. 3, 3, 8.)

Εἴκω, relictum sermoni graeco tantum est perf. 2. ἔοικα (v. grammaticos), similis sum, τινί, quod habes Jac. 1, 6. 23. (Xen. Mem. 1, 6, 10.)

Εἰκών, όνος, ἡ, (ab εἴκω, q. v.) imago, effigies, Matth. 22, 20. (Marc. 12, 16. Luc. 20, 24.) Rom. 1, 23. Apoc. 13, 14. 15. 14, 9. 11. 15, 2. 16, 2. 19, 20. 20, 4. — Hebr. 10, 1. ἡ εἰκὼν τῶν πραγμάτων, imago rerum, opponi videtur τῇ σκιᾷ sed vult auctor sibi hoc: lex, ut imago tantum erat, ita non referebat veram speciem rerum coelestium, sed adumbrabat eas tantummodo. — Similes sunt loci: Col. 3, 10. (κατ' εἰκόνα, i. e. ut referamus imaginem.) Rom. 8, 29. (οὓς — προώρισε συμμορφοὺς τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, hos voluit ita formatos, ut speciem referant filii sui.) 1 Cor. 11, 7. (ὑπάρχω εἰκὼν τινος.) 2 Cor. 4, 4. (εἰμί, ut Col. 1, 15. Hebr. 1, 3.) 15, 49. (φορεῖν τὴν εἰκόνα τινός.) 2 Cor. 3, 18. (τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα; de accus. v. Wineri grammat. Sect. 3. §. 25.)

Εἰλικρίνεια, ας, ἡ, (ab εἰλικρινής, q. v.) **1**., candor, puritas. — **2**., sinceritas, ingenuitas, 1 Cor. 5, 8. (ἄζυμοι εἰλικρινείας, cui opponitur κακία, πονηρία.) — coniung. cum ἁπλότητι

et additur: θεοῦ, sinceritas et simplicitas, i. e. quae sine dolo ac fuco tradit res a deo sibi suggestas.) 2 Cor. 1, 12. ἐξ εἰλικρινείας λαλεῖν, additur ὡς ἐκ θεοῦ, 2 Cor. 2, 17.

Εἰλικρινής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex εἵλη s. ἕλη, splendor solis, et κρίνω) propr., qui ad solis lucem explicatus et examinatus purus deprehenditur, candidus, sincerus. Atque hae voces ad animum transferuntur; homo εἰλικρινής, Phil. 1, 10. — διάνοια, 2 Petr. 3, 1.

Εἰλίσσω, ττω, f. ξω, volvo, Apoc. 6, 14. (Hom. Il. 13, 204. 22, 95. Anthol. Gr. vol. 3. p. 79. edit. Jacobs.)

Εἰμί, efficta forma ex ἔω, inf. εἶναι, imperf. ex forma antiquiori et elegantiori: ἦν, ἦσθα (Matth. 26, 69. Marc. 14, 67.), ἦν, seriori: ἤμην, ἦς, ἦν; — ἤμην, Lucian. Diall. D. Marin. 2, 2. Xen. Cyr. 6, 1, 9. ut συνήμην, Xen. Eph. 3, 55. παρήμην, Longus 2. p. 154. Hermog. de inv. 4, 172. — Coniungunt ἤμην ἄν, Plut. vit. Alex. M. c. 14. vit. Pomp. c. 74. Liban. Decl. p. 766. T. 4. a qua tamen formula Xenophon, Lucian. et Liban., Alciphro, et qui alii forma ἤμην usi esse deprehenduntur, abstinuerunt, v. Lobeck. ad Phrynich. p. 149. 152. — imperat. ἴσθι, ἔστω, forma inusitatior· ἤτω, 1 Cor. 16, 22. Jac. 5, 12. Plato de rep. 2. p. 361. C.)

I., verbum εἰμί ipsum de subiecto praedicatum, sum, i. e. **1.**, exsto, existo. — *a.*, Loci, in quibus notio verbi praeponderat, atque exstare aliquis vel aliquid dicitur, quo a rebus non exstantibus distinguatur, Hebr. 11, 6. Apoc. 1, 4. et 11, 17. (ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος. 16, 5. — ὁ ἐσόμενος.) Joh. 1, 1. (ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος.) 8, 58. (πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμί.) Apoc. 17, 8. (ἦν, καὶ οὐκ ἔστι καίπερ ἔστιν.) v. 10. et 11. Act. 17, 28. (ἐν — αὐτῷ — καὶ ἐσμέν.) Apoc. 5, 13. (ἃ ἔστι.) Joh. 12, 5. 2 Petr. 3, 5. Apoc. 4, 11. — οὐκ εἰμί, Matth. 2, 18. (ὅτι οὐκ εἰσί, quia interfecti iacent, כִּי אֵינֶנּוּ, Jerem. 31, 15.) Apoc. 21, 1. — τὰ μὴ ὄντα et τὰ ὄντα, quae non sunt, quae sunt, Rom. 4, 17. (alibi dicuntur, quae aliquid valent, vel non, quae alicuius vel nullius numeri sunt, 1 Cor. 1, 28.) Matth. 6, 30.

b., Loci, in quibus praeponderat subiectum ita, ut id verbo εἶναι inclusum quasi de se ipso praedicetur, Matth. 23, 30. (εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, i. e. si nos — quippe qui sumus, — patrum aetate essemus s. viveremus, cett., cf. Luc. 4, 25. 27. — Jud. v. 18. (ἔσονται ἐμπαῖκται, i. e. homines erunt, qui sint ἐμπαῖκται.) — Ita et in formulis, in quibus verbo εἰμί cum nominibus articuli expertibus iuncto nostrates subiecti loco addunt indefinitum illud: es (v. c. ἦν ἄνθρωπος), Luc. 16, 1. 19. 18, 23. Joh. 3, 1. 5, 2. 6, 10. 1 Cor. 8, 5. Matth. 21, 33. 22, 25. (et loci parall.) Act. 24, 15. 1 Joh. 5, 16. — id ἔστι, ἦν, ἔσται cum negatione positum atque cum nomine, articuli experte, coniunctum significat, quod Latini dicunt: nullus, a, um est, Rom. 3, 10. (οὐκ ἔστι δίκαιος, i. e. nullus est, qui sit.) 12. (οὐκ ἔστι

ποιῶν χρηστότητα ἕως ἑνός, nullus est, nullus reperitur, qui faciat.) v. 18. (nullus est timor, nil reperitur, quod timor sit.) Eph. 6, 9. Rom. 2, 11. 3, 23. 10, 12. al. — Apoc. 10, 6. (ὅτι χρόνος οὐκ ἔσται ἔτι, quod nullum amplius tempus erit.) 21, 4. 22, 3. 5. 21, 25. 18, 7. — 1 Cor. 15, 12. (ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, quod nulla mortuorum resurrectio sit.) Matth. 22, 23. (et loc. parall.) Act. 23, 8. — Pertinent huc etiam formulae: ἐστὶν — ὅς, ὅστις, εἰσὶν — οἵ, οἵτινες (nam ut verbo subiectum includitur, ita huic additur praedicatum, quo verbum ipsum describitur), Matth. 16, 28. (Marc. 9, 1. Luc. 9, 27.) 19, 12. Joh. 6, 64. Act. 11, 20. — ἔστιν ὁ, Joh. 8, 50. — contrarium: οὐδείς ἐστιν, ὅς, Marc. 2, 39. 10, 29. (Luc. 18, 29.) Luc. 1, 61. — addito nomine: Luc. 13, 14. (ἓξ ἡμέραι εἰσίν, ἐν αἷς cett.) Joh. 3, 23. — contrar., Luc. 6, 43. (οὐ γάρ ἐστι δένδρον — ποιοῦν cett.) — τίς ἐστιν, ὅς, Matth. 7, 9. 12, 11. — Possunt vero res, quae locum quendam occupant, aut quae aliquo modo subsistunt, aut de quibus omnino aliquid praedicari potest, possunt inquam hae omnes dici εἶναι, quo significetur, eas reperiri, locum habere, valere etc., v. c. Act. 2, 29. (μνῆμα.) Joh. 4, 6. (πηγή.) 1 Cor. 12, 4. 5, 6. (διαιρέσεις χαρισμάτων.) 14, 10. (γένη φωνῶν.) 15, 44. Joh. 7, 12. (γογγυσμὸς ἦν.) 1 Cor. 1, 10. (σχίσματα, ut Joh. 9, 16. 1 Cor. 12, 20.) — 1 Cor. 1, 11. (ἔριδες.) 11, 19. (αἱρέσεις.) Apoc. 21, 4. (πένθος, πόνος, κραυγή.) — de tempore ac temperie, quae etiam γίνεσθαι aut ἔρχεσθαι dicuntur: χειμών ἐστι, Joh. 10, 22. — νύξ, Joh. 13, 30. — ψύχος, Joh. 18, 18. — καύσων, Luc. 12, 55. — ἑσπέρα, Act. 4, 3. — πρωΐα, Joh. 18, 28. — σκοτία, 20, 1. — ἔστι, ἦν ὥρα, v. c. ἕκτη, Luc. 23, 44. Joh. 4, 6. 19, 4. — Marc. 15, 25. Joh. 1, 40. Act. 2, 15. 1 Joh. 2, 18. cf. Luc. 22, 53. — Nota: Luc. 1, 36. οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ, i. e. sextus iam hic agitur illi mensis. — item de diebus festis, Joh. 5, 1. 10. 9, 14. Act. 12, 3. Luc. 23, 54. Marc. 15, 42. — Hinc omnino de eventis, quae certum temporis spatium occupant explentque, Act. 21, 28. et Matth. 24, 7. (ἔσονται λιμοὶ κ. λοιμοὶ κ. σεισμοί, Marc. 13, 8. Luc. 21, 11.) v. 21. (θλίψις. Luc. 21, 23. ἀνάγκη μεγάλη.) Marc. 14, 2. (θόρυβος τοῦ λαοῦ.) Luc. 21, 25. (σημεῖα.) 13, 28. — τὸ ἐσόμενον, futurum, eventurum, Luc. 22, 49. — πότε ταῦτα ἔσται; Matth. 24, 3. (Marc. 13, 14. Luc. 21, 7.) — πῶς ἔσται τοῦτο; Luc. 1, 34. — ex hebraismo: καὶ ἔσται — ἐκχεῶ, Act. 2, 17. (v. Joel. 3, 6.) — et quis non meminerit formulae hebr. וְהָיָה ? cf. Act. 2, 21. (Joel 3, 5.) 3, 23. (Deut. 18, 19.) Rom. 9, 26. (Hos. 1, 10. et 2, 1.) — τί οὖν ἐστι, quid ergo est? i. e. quid agendum? 1 Cor. 14, 15. 26.

2., praesto sum, i. q. πάρειμι, suppeto, Marc. 8, 1. (παμπόλλου ὄχλου ὄντος, cum adesset.) 2, 15. (ἦσαν γὰρ πολλοί.) Matth. 12, 10. (?) Joh. 7, 39. (οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, nondum se sentiendum praebebat spiritus S.) cf. Act. 19, 2. (nondum audivimus, an sit spiritus divinus, qui se baptismo initiatis

sentiendum praebeat.) — Act. 7, 12. (*ἀκούσας — ὄντα σῖτα ἐν Αἰγύπτῳ*, h. e. in Aegypto copiam frumentorum suppetere.) Referre huc possis Luc. 5, 17. *δύναμις κυρίου ἦν τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς*, suppetebat, praesto erat ad eos sanandos, nisi forte τὸ ἦν enarrandum: tendebat, exserere se gestiebat ad eos sanandos, cf. Jos. 2, 5. (Gesen. Lehrgeb. p. 787.) Hebr. 8, 4.

3., *ἔστι* c. infinit. *a.*, Hebr. 9, 5. (*ἔστι λέγειν*, locus est.) — *b.*, 1 Cor. 11, 19. (i. e. non fit, ut.)

II., Verbum *εἰμί* copulans subiectum cum praedicato, ita ut *ῥῆσις* tribus constet partibus, subiecto, praedicato et copula utriusque. De his singulis ea tantum notemus, quae prae caeteris observatu digna videntur.

1., Subiecti locum occupare potest verbum, ut Phil. 1, 24. (*τὸ δὲ μένειν ἐν τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι᾽ ὑμᾶς.*) Marc. 10, 40. (Matth. 20, 23.)

2., De praedicato vix est, quod notetur, in eius loco poni posse *a.*, adiectivum vel qualitatem indicans, ut Matth. 14, 15. (*ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος.*) 3, 3. Joh. 3, 19. vel quantitatem, ut Matth. 14, 21. 15, 38. aut praedicati vices gerere posse

b., nomen s u b s t a n t i v u m vel notionem exprimens, qua *aa.*, natura subiecti aut eius indoles accuratius definiatur, aut quo nomine illud sit appellandum indicetur. Nihil hic difficultatis creant nomina, personae alicui tributa, quae aliquam affectionem aut consuetudinem aut aliquod munus et negotium significant, quippe quae, si alicui tribuuntur, in eum etiam cadere possunt, ut iis possit, quid vel quis sit aliquis, indicari, Joh. 4, 19. 42. Sed maxime in censum venit *bb.*, haec subiectum cum praedicato copulandi ratio, qua componuntur r e s p e r s e s u b s i s t e n t e s et q u a e d i v e r s a e n a t u r a e a c d i v e r s i g e n e r i s sunt, id quod fit, si persona aliqua id esse dicitur, quod proprie status quidam aut effectus est aut, si nomine appellatur, quod proprium rei inanimatae est. In promtu est, in eiusmodi constructione aut praedicatum nomen e proprio sensu in aliam detorquendum esse, aut verbo *εἶναι* ipsi latiorem sensum subiiciendum. Colligamus ergo

α., aliquot locos, in quibus aliqua persona aut res aliquis vel aliquid esse dicitur, qui et quod proprie esse non potest, q u a m q u a m id, q u o d i n p r a e d i c a t i l o c o p o n i t u r, n o n t r o p i c o, s e d p r o p r i o s e n s u d i c t u m e s t. Nimirum in his locis *τὸ εἰμί* significat: quod res sic appellanda praestat, id ego praesto. Et sunt ex iis locis *αα.*, alii sic comparati, ut u r g e a t u r propria significatio praedicati, cui subiectum aequiparetur: *ἐγώ εἰμι*, ego sum i n s t a r illius rei, 1 Cor. 9, 2. (vos estis sigillum i. e. instar sigilli, quo muneri meo apostolico additur confirmatio, h. e. vestra fides argumento est, apostoli nomen mihi recte tribui.) 12, 27. 2 Cor. 3, 2. (*ἡ ἐπιστολή* scil. *συστατική*, coll. v. 1. *ὑμεῖς ἐστε*, i. e. vos ipsi estis mihi instar litterarum commendatitiarum, s. vos idem mihi praestatis, quod litterae commendatitiae.) 1 Cor. 10, 17. Matth. 26, 26. et Marc. 14,

22. Luc. 22, 19. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου i. e. hoc, quod vobis iam porrigo, est atque sit vobis instar corporis mei; putatote, me vobis dare corpus meum.) Matth. v. 28. et Marc. v. 24. (hoc, quod vobis iam bibendum do, instar est sanguinis mei, cuius profusione foedus novum sanciatur.) 2 Cor. 6, 16. (vos spectandi estis tamquam templum dei, coll. v. 17. 18.). Joh. 9, 12. (ego sum instar lucis, quae viam oculis conspicuam reddit. Quare si quis via incedere vult lucis splendore collustrata, is me sequatur.) 1 Cor. 8, 16. (scil. apostolus ipse vult, ut Christiani se conferant cum templo dei.) Apoc. 21, 22. — ββ., In aliis vero locis non id agitur, ut rei, quae in sensus incidit, alia res aut persona aequiparetur, sed quae praedicati loco posita est res, tantum propter similitudinem et illustrationis caussa commemoratur. Vult sibi phrasis εἰμὶ τοῦτο in his l. hoc: ego cum hac re comparandus sum, Joh. 10, 9. 10. (Sens.: ego, si rationem, quae mihi doctori cum hominibus edocendis intercedit, spectes, cum ianua comparandus sum, per quam et intrare in caulam debent, qui volunt, ut se oves sequantur, et egredi debent, qui ad pascua oves ducturi sunt.) v. 12. (ego comparandus sum bono pastori.) 15, 1. 5. (sens.: patri meo, mihi ac vobis ea est mutua ratio, quae vinitori viti ac ramis.) Matth. 5, 13. (vestra ad homines ratio eadem est, quae est salis ad cibos, qui condiri nisi sale non possunt.) v. 14. (sens.: vestra ratio et conditio ea est, quae solis. Ut sol, si aliae res cernuntur, non lucere non potest, ita et vos, ut sint qui virtute excellant alii, conspicui virtute esse ipsi debetis.) 1 Cor. 3, 9. — Matth. 6, 22. (sens.: quod lucerna rebus noctu, id oculus praestat corpori.) — γγ., In aliis locis τὸ ἐγώ εἰμι oppositionem facit: nomen quo illa res dicta est, mihi potius tribuendum est propter id, quod praesto ego, Joh. 6, 35. 48. coll. v. 31. — δδ., dicitur aliquis illud esse, quod nomine abstracto proprie dicitur atque vel ααα., effectum aut commodum aliquod denotat eo sensu, ut significetur, caussam illius effectus in ipso quaerendam esse, Joh. 11, 25. cf. Eph. 2, 14. 1 Joh. 2, 2. — vel βββ., si aliquam virtutem aut affectionem indicat, describitur eo natura eius, cui tribuitur, 1 Joh. 4, 8. 16. — εε., dicitur aliquis esse aliqua persona, quae proprie non est, vel aliqua res, quae proprie non est, atque hoc sibi vult, nomine illius hunc indicatum esse, Matth. 12, 14. (αὐτός ἐστιν Ἡλίας) 1 Joh. 2, 22. cf. 2 Joh. v. 7. (explicatius idem Matth. 3, 3.) cf. Act. 4, 11. 1 Cor. 10, 4. ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ χριστός.

β., Alterutrum aut subiectum aut praedicatum non proprie, sed metaphorice aut allegorice dictum est; — subiectum, v. c. Joh. 6, 51. (ἡ σάρξ μου, coll. v. 63.) — praedicatum metaphor., Joh. 14, 6. (ἡ ὁδός.) Rom. 16, 15. (ἀπαρχή.) 1 Cor. 4, 17. 2 Cor. 2, 15. (εὐωδία.) Joh. 8, 48. 1 Thess. 5, 5. (υἱοὶ σκότους, φωτός.) — — Rom. 8, 14. al. (τέκνα θεοῦ.) Col. 1, 18. et 24. (σῶμα.) 2, 17. (σκιά et σῶμα.) 1 Tim. 3, 15. (οἶκος.) — alibi addendum est: quasi, Jac. 4, 14. 2 Petr. 2, 17. Jud. v. 12. κεφαλή, v. c. Col.

1, 18. 1 Cor. 11, 3. — Act. 9, 15. (σκεῦος ἐκλογῆς.) Eph. 6, 17. al.

γ., aut dicitur res idem esse, quod alia res, non per se, sed quoad in alio quodam utraque coniuncta est, aut esse potest, v. c. Joh. 6, 63. (mea verba vim exserunt spiritualem et vivificam, scil. in animis eorum, qui fidem illis habent.) Joh. 1, 4. (ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων (i. e. ita id, quod in Christo fons vitae erat, se exhibuit, ut hominibus esset instar lucis.) 1 Cor. 1, 18. (ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ οὐκ ἔστι βρῶσις κ. πόσις, ἀλλὰ cett., i. e. regnum Dei, si eos spectes, qui ad id adspirant, non in eo cernitur, quod comedatur et bibatur, sed quod iustitia et concordia servetur et animus recreetur laetitia per spirit. S. effecta.) — eine durch ein Drittes vermittelte Identität. — Hinc

δ., εἰμί, sum τί, aliquid, i. e. me tamquam aliquid exhibeo, me aliquem praesto, ut in locis modo excitatis, Joh. 1, 4. 6, 63., ita et in aliis, v. c. πνεῦμά ἐστι, Joh. 3, 6. 2 Cor. 3, 17. (τὸ πνεῦμα, i. e. talem se praestat, qui mentem animique vires excitandi vi polleat, τό i. e. is, qui distinguendus est a τῷ γράμματι, de quo sermo fuerat v. 6.) — ζωὴ αἰώνιος, Joh. 12, 50. (ἡ ἐντολή. Haec ζωή ἐστι αἰώνιος, i. e. affert vitam aeternam, efficit, ut, qui fidem habent, vita aeterna potiantur.)

ε., Verbum εἶναι habet vim explicandi, atque in interpretatione adhibetur ita, ut pro altera re altera ponatur, unde oriuntur etiam sententiarum constructiones, quae praedicati locum assignant personae, Hebr. 3, 6. 1 Tim. 3, 15. Marc. 4, 15. 16. 18. 20. (cf. locos parall. Matth. et Luc.) Luc. 8, 11. 12, 1. Apoc. 1, 20. 4, 5. 5, 6. 8. 11, 4. 21, 22. et in interpretatione allegorica, Gal. 3, 16. 4, 24. 25. — v. infra formulam τοῦτ' ἔστι.

c., Praedicati locum occupare potest participium vinculo verbi εἶναι sic cum subiecto coniunctum, ut periphrasin verbi finiti facere videatur, quamquam re ipsa non faciat. Nam *aa.*, participium praes. cum imperf. aut perfecto aut fut. verbi εἰμί coniunctum potius perseverantiam in actu indicat, ut Marc. 1, 22. (ἦν διδάσκων, ὡς, i. e. eius docendi ratio ita comparata erat, ut vim exsereret in animos, s. ut vis, potestas loquentis sentiretur.) v. 39. ἦν κηρύσσων, docere solebat.) Luc. 4, 31. Joh. 1, 28. Marc. 2, 18. (ἦσαν νηστεύοντες, nos: sie hatten ihr Fasten.) Act. 10, 30. Marc. 9, 4. (ἦσαν συλλαλοῦντες, nos: sie hatten ein Gespräch.) — vel statum, in quo quis est, Luc. 13, 11. (ἦν συγκύπτουσα.) 1, 20. (ἔσῃ σιωπῶν.) v. 22. (non aliter potuit, quam nutu, quid vellet, significare.) Act. 9, 9. — ἦν θέλων, Luc. 23, 8. συνευδοκῶν, Act. 8, 1. — προςδεχόμενος, Marc. 15, 43. (Luc. 23, 51. προςεδέχετο.) προςδοκῶν, Luc. 8, 40. 24, 32. Act. 10, 24. — cf. Act 1, 14. 2, 42. 12, 20. 18, 7. Luc. 6, 12. 19, 17. (ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπί cett., esto praefectus. Hebr. 5, 12.) 1 Cor. 14, 9. (ἔσεσθε λαλοῦντες, tales modo eritis, qui, cett. cf. Gal. 1, 23. ἦσαν ἀκούοντες, ubi dicturus auctor est, reliquos de se nil novisse praeter id, quod

fama accepissent.) — vel significat, aliqua re occupatum esse, Act. 1, 10. — aut aliquem in eo esse, ut aliquid faciat (in etwas begriffen sein), Joh. 1, 9. (ἦν ἐρχόμενον.) cf. Marc. 13, 25. (ἔσονται πίπτοντες.) Luc. 15, 1. Act. 8, 28. — Nonnumquam auctor adiecit verbo εἶναι loci notationem, ut verbo significatum commorandi tribueret, Marc. 5, 5. 11. et Matth. 8, 30. Luc. 8, 32. (ἦν δὲ ἐκεῖ [versabatur ibi] βοσκομένη, quae pasceret. Luc. h. l. βοσκομένων.) Marc. 10, 32. (ἦσαν ἐν τῇ ὁδῷ [erant in via] ἀναβαίνοντες, dum adscendebant.) Luc. 2, 8. cf. Luc. 19, 47. (ἦν — ἐν τῷ ἱερῷ.) Marc. 14, 49. (ἤμην coniungendum esse cum πρὸς ὑμᾶς, loci ostendunt paralleli: Luc. 22, 53. et Matth. 26, 55.) Act. 1, 13. 2, 5. 11, 5. 16, 12. Jac. 1, 17. (coniunge: ἄνωθέν ἐστι.) alibi pro εἶναι positum ὑπάρχειν, v. c. Act. 8, 9. — Separari verbum a participio voluit auctor, dum adiiceret τίς, τινές, ut Marc. 14, 4. Joh. 11, 1. (erat, erant, qui cett.) — *bb*, particip. perf. activi, Act. 21, 29. (auctor vult id attendi, quod illi homines ipsi Paulum conspexissent, sie hatten ihn gesehen.) v. 33. (τί ἐστι πεποιηκώς, etiam h. l. verbum sono effertur, nostrates: was er gemacht habe.) 1 Cor. 15, 19. (si ii sumus, qui solum speraverint, s. quibus praeter spem nihil aliud relictum sit.) — Saepissime recurrit: εἶναι καθήμενον, v. c. Marc. 6, 2. (Luc. 5, 17.) 14, 54. — κείμενον et κατακείμενον, Luc. 5, 29. 23, 53. Joh. 11, 41. — ἑστῶτα, Luc. 5, 1. Act. 22, 10. — ἐληλυθότα, Luc. 5, 17. — Ab hac constructione distingue alteram, in qua additus participio est articulus, Matth. 2, 2. (ποῦ ἐστιν ὁ τεχθείς.) 3, 3. 10, 20. 11, 3. (Luc. 7, 20.) 15, 20. 26, 68. Marc. 6, 31. 44. Luc. 16, 15. 20, 2. 8, 45. 22, 23. 28. 24, 21. Joh. 1, 33. 4, 10. 26. al. — ἔστιν ὁ, Joh. 5, 45. 8, 50. — 18, 14. coll. 11, 49. 50. — 11, 2. coll. 12, 3. — Act. 7, 37. 38. 9, 21. 10, 42. 12, 9. 14, 12. al. — Rom. 3, 11. 1 Cor. 4, 4. 2 Cor. 2, 2.

d., Praedicati locum obtinere potest pronomen. Notemus hasce formulas: *aa.*, ἐγώ εἰμι i. q. αὐτός εἰμι, ich bin's. Atque hoc sibi vult *α.*, ego sum is, de quo quaestio est, Joh. 4, 26. (construe: ἐγώ, ὁ λαλῶν σοι, εἰμί, coll., v. 25.) 18, 5. 8. Luc. 22, 70. Marc. 14, 62. Joh. 9, 9. 13, 13. (εἰμὶ γάρ.) Luc. 10, 47. Marc. 14, 44. (Matth. 26, 48.) — μήτι ἐγώ εἰμι; Matth. 26, 22. 23. (Marc. 14, 19.) — οὐκ εἰμί, Luc. 22, 58. Joh. 8, 17. 25. 1, 21. — is, quem videtis, ego sum, non alius, Marc. 6, 50. Matth. 14, 28. (εἰ σὺ εἶ.) Joh. 6, 20. Luc. 24, 39. Marc. 6, 16. (οὗτός ἐστιν.) Joh. 9, 9. — *β.*, speciatim: ego sum Messias (cf. hebr. אֲנִי הוּא). Marc. 13, 6. et Luc. 21, 8. (Matth. 24, 5. addito ὁ χριστός.) Joh. 8, 24. 13, 19. — *bb.*, τίς — *α.*, τίς εἰμι, εἶς, ἐστί; formula sciscitantium, et alicuius notitiam habere cupientium, ut vel sciant, qualis sit quove nomine appellandus is, quem videant, Joh. 1, 19. 8, 25. 21, 12. Act. 26, 15. — vel ut eius, de quo sermo est, videant faciem isque ipsis monstretur, Joh. 9, 36. — *β.*, εἰμί τις, sum aliquis, i. e. auctoritate valeo, aliquid in me est;

opponitur id, quod Latini dicunt, nullius numeri esse, Act. 5, 36. — in interrogatione, Rom. 9, 20. (*τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ;*) 14, 4. — Act. 11, 17. (*ἐγὼ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι;* cett.) Luc. 1, 66. (*τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται;*) — vid. Hermann. ad Viger. p. 731. conf. etiam hebr. מָה, 1 Sam. 28, 14. — *εἶναί τι*, Hebr. 2, 6. 1 Cor. 3, 7. 10, 19. Gal. 2, 6. 6, 3. — *οὐδέν εἰμι*, 1 Cor. 13, 2. 2 Cor. 12, 11. — *οὐδέν ἐστιν*, nihili est, nullius momenti est, Matth. 23, 16. 18. Joh. 8, 54. 1 Cor. 7, 19. Act. 21, 24. (Sed distingue locum Act. 25, 11. Nam h. l. construenda verba sunt sic: *εἰ δὲ οὐδὲν τούτων, ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί με, ἔστι*, si nihil horum — vere est, s. locum habet.) — *τί ἐστιν (ἀλήθεια);* Joh. 18, 38. (quanti est? i. e. *οὐδέν ἐστι.*) — *γ.*, *τίς ἐστι*, v. c. *ἡ παραβολή*, quid sibi vult, quae est eius rei explicatio? Luc. 8, 9. (*τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη.*) Act. 10, 17. (*τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα.*) Marc. 1, 27. *τί ἐστι τοῦτο;* quid hoc rei est? formula admirantium. — Luc. 15, 26. *τί εἴη ταῦτα;* quae causa sit strepitus, quem auribus percipiat. 18, 36. — *δ.*, *τοῦτ' ἔστι*, formula in interpretando adhiberi solita, i. q. *τοῦτο σημαίνει* (vel inseritur orationi ut parenthesis, vel adnectitur verbis more appositionum), Matth. 27, 46. Marc. 7, 2. Act. 19, 4. Rom. 7, 18. 9, 8. 10, 6. (*ἀναγαγεῖν* coniunge cum *ἀναβήσεται.*) v. 8. Philem. v. 12. Hebr. 7, 5. 9, 11. 10, 20. 13, 15. 1 Petr. 3, 20. — aliquantulum usu differt *τοῦτο δέ ἐστι*, Rom. 1, 12. (das will nämlich sagen) et 1 Petr. 1, 25. (ubi *τὸ ἐστί* non ad *τοῦτο*, sed ad nomen substantivum, in praedicati loco positum, pertinet: das aber ist das Wort.) — *ὅ ἐστι*, Marc. 3, 17. 7, 11. 34. 12, 42. 15, 42. Hebr. 7, 2. 11. — *ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον* (verte: hoc significat, si interpreteris.) Marc. 15, 34. Act. 4, 36. — *τί ἐστι*, quid sibi vult vel velit, Matth. 9, 13. 12, 7. 9. 10. Luc. 20, 17. Joh. 16, 17. 18. — *τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι*, Eph. 4, 9. cf. Act. 17, 20. — *ε.*, *οὗτος, αὕτη, τοῦτό ἐστι* sequente nomine: in eo cernitur, eo continetur; *αα.*, ita positum, ut pronomen respiciat ad ea, quae in proxime antecedentibus dicta sunt, Matth. 7, 12. (*οὗτος γάρ ἐστι ὁ νόμος* cett., iis, quae modo commemoravi, continetur, s. huc redit lex cett.) — *ββ.*, ita positum, ut pronomen demonstrativum se habeat ut subiectum, quod sequente nomine definiatur et hoc nomen ipsum vices quasi gerat praedicati, 1 Joh. 5, 4. (*αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη — ἡ πίστις ἡμῶν.*) v. 9. (verte: testimonium dei vero id iam dico, quod edidit de filio suo.) — suppresso pronomine *οὗτος* ante *ὁ* cum partic., Joh. 6, 33. — *οὗτος, αὕτη, τοῦτό ἐστι* sequente *ὅτι*, Joh. 3, 19. 1 Joh. 1, 5 5, 11. 14. — sequente *ἵνα* (ubi dicitur aliquid fieri debere vel aliquid desiderari, postulari), Joh. 6, 29. 39. 40. 15, 12. 1 Joh. 3, 11. 23. 5, 3. — sequente oratione directa, Joh. 1, 19. — In locis modo citatis pronomen demonstrativum nomini praepositum est, postpositum deprehenditur Act. 8, 32. 1 Cor. 9, 3. Matth. 10, 2. — Haec hactenus de subiecto et praedicato. In utriusque coniunctione, si

3., verborum genus et numerus spectantur, loci, qui aliquid notatu dignum offerant, occurrunt hi: *a.*, 1 Cor. 6, 11. *ταῦτά τινες ἦτε* (*ταῦτα* pro: *τοιοῦτοι*); ita Soph. Oed. Tyr. 1329. *Ἀπόλλων τάδ' ἦν*, das war Apollo. Euripid. Troad. 99. *οὐκέτι Τροΐα τάδε.* Andr. 168. Themist. Orat. 1. de human. p. 6. *τοῦτο δέ ἐστιν ὁ τύραννος.* Thuc. 6, 77. Sic et Latini, Liv. 30, 30. Ovid. Trist. 4, 10, 67. v. Matth. gramm. §. 440. 7. et Wineri gramm. N. T. Sect. 3. §. 15. — cf. 1 Cor. 9, 22. *τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα.* Phil. 2, 6. *τὸ εἶναι ἴσα θεῷ*, cf. Hom. Il. 1, 187. 15, 319. v. *ἴσος.* — Pronomen relat. saepius accommodatur generi nominis sequentis, quod in loco praedicati positum est, Marc. 15, 16. (*τῆς αὐλῆς ὅ ἐστι πραιτώριον.*) Gal. 3, 16. Eph. 1, 14. 3, 13. 1 Tim. 3, 15. Phil. 1, 28. (secus est Col. 1, 18. 24. Eph. 1, 23. 4, 15. Hebr. 9, 2.) — *b.*, de numero: Matth. 3, 4. *ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον.* 7, 12. *οὗτός ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται.* — *ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες*, Apoc. 5, 11

4., Verbum *εἰμί* subiectum et praedicat. copulans *a.*, saepe suppeditare cogitur participium, quod ita inter utrumque interponitur, ut vertendum sit: cum sim, sis, sit etc., atque idem sit, quod nostratium illud: als, Matth. 7, 11. et Luc. 11, 13. (*εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε.*) 12, 34. Luc. 20, 36. Joh. 3, 4. 4, 9. 10, 33. 11, 51. Act. 16, 21. 24, 10. 24. Rom. 5, 10. 1 Cor. 8, 7. 10. 12, 12. Gal. 2, 3. Eph. 2, 4. 1 Tim. 3, 10. Tit. 3, 10. Philem. v. 9. Jac. 3, 4. — *b.*, Saepissime vero omitti copulam in oratione concisiori, ut 1 Cor. 15, 32. (*τί μοι τὸ ὄφελος;* scil. *ἐστί*), hic obiter annotamus. — 1 Joh. 5, 17 (suppl. *οὖσα.*) praedicatum omissum v. Rom. 2, 29. (*ἀλλ' ὁ — Ἰουδαῖος*, scil. *Ἰουδαῖός ἐστι*, v. 28. *καὶ ἡ περιτ. — οὐ γράμματι*, scil. *περιτομή ἐστιν*, v. 28.)

III., Verbum *εἰμί* iunctum cum adverbiis; **1.**, cum adverbiis loci: *a.*, ubi? sum, versor alicubi. Sunt eiusmodi adverbia *ἐκεῖ*, Matth. 2, 15. 27, 55. Marc. 3, 1. al. — *ἐνθάδε*, Act. 16, 28. — *ἔσω*, Joh. 20, 26. — *οὗ*, Matth. 2, 9. 18, 20. Act. 16, 13. — *ὅπου*, Marc. 2, 4. 5, 40. Joh. 6, 62. Act. 17, 1. al. — *ποῦ*, Matth. 2, 2. Joh. 7, 11. 2 Petr. 3, 4 al. — *ὧδε*, Matth. 28, 6. 17, 4. (Marc. 9, 5. Luc. 9, 33.) al. — *b.*, adverbia distantiae: *ἀπέναντί τινος*, obversor alicui, Rom. 3, 18. (Ps. 36, 2) — *ἐκτός τινος*, 2 Cor. 12, 2. 3. (*ἐκτὸς τοῦ σώματος εἶναι*, quod 1 Cor. 6, 18. de peccatorum aliquo genere dictum, signif.: corpus non tangere.) — *ἔμπροσθέν τινος*, Luc. 14, 2. — *ἐντός τινος*, Luc. 17, 21. — *ἐνώπιόν τινος*, Apoc. 1, 5. 7, 15. — *μακρὰν ἀπό τινος*, Joh. 21, 8. Marc. 12, 34. — *ἐγγύς*, Rom. 10, 8. al. — *πόῤῥω*, Luc. 14, 32. — *ἐπάνω*, Joh. 3, 31. — de situ regionum et locorum: *ἀντιπέραν τινός*, Luc. 8, 26. — *ἐγγύς*, nunc absolute, Joh. 19, 42., nunc constr. cum genit., 11, 18. 19, 20. Act. 1, 12. Rom. 10, 8. — cum dat., Act. 9, 38. 27, 8. (*ὅπου*, Joh. 18, 1.) — *c.*, unde? sum alicunde, i. e. oriundus sum, ori-

ginem duco — πόθεν, Matth. 21, 25. Luc. 13, 25. 27. Joh. 7, 27. 9, 29. 19, 9. Joh. 2, 9. (πόθεν ἐστίν, scil. ὁ οἶνος, unde apparatum sit vinum.) — ἐντεῦθεν, Joh. 18, 36. — ὅθεν, Joh. 6, 6.

2., cum adverbiis qualitatis, οὕτως εἰμί, ita me habeo, talis sum; — absol., Matth. 13, 49. — addito: ἐν ὑμῖν, Matth. 20, 26. — ὥςπερ — οὕτως ἔσται, ita eveniet, Matth. 13, 40. 49. — 24, 27. 37. 39. (οὕτως ἔσται ἡ παρουσία, his eventis se manifestum reddet adventus, coll. Luc. 17, 26.) — Marc. 4, 26. (οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλ. τ. θεοῦ, ὡς cett., ita se habet, die Bewandtniss hat es um —.) — οὕτως ita positum, ut ad antecedentia respiciat, Rom. 4, 18. (Gen. 15, 5.) Matth. 19, 10. (εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία, si haec, quam dixisti, ratio est.) — idem de personis dictum, Joh. 3, 8. (sens.: ut vim venti audis praesentemque sentis, etiamsi non videas venientem, nec quo se proripiat cernas, ita se habet quoque is, in quo se vis spiritus efficacem praestat.) — ὡς ἔστι, ut, quemadmodum est, Apoc. 22, 12. 1 Joh. 3, 2. 4, 17. — εἰμὶ ὥςπερ τις, sum, ago, ut quidam, eum imitor, etc., Matth. 6, 5. — similis sum alicui, Luc. 18, 11. — Matth. 18, 17. (ἔστω σοι ὥςπερ, parem eum habeas pagano et portitori, i. e. nulla tibi sit cum eo communio.) — εἰμὶ ὡς vel ὡςεί τις, similis sum alicui, Matth. 28, 3. Luc. 11, 44. 22, 27. Matth. 22, 30. (Marc. 12, 25. — pro: εἰσὶ ὡς ἄγγελοι, Luc. 20, 36. l. ἀγγελοί εἰσι.) Marc. 6, 34. coll. 1 Petr. 2, 25. Rom. 9, 27. (Jes. 10, 22.) v. 29. (Jes. 1, 9.) 1 Cor. 7, 29. 30. — περισσοτέρως ἐστίν (εἰς ἡμᾶς τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ), 2 Cor. 7, 15. (Grot.: amor eius multo magis est, i. e. fertur.)

IV., Verbum εἰμί iunctum cum casibus nominum substantivorum vel pronominum obliquis: **1.**, εἰμί τινος, sum alicuius, v. c. dominus, servus etc. — *a.*, ita positum, ut ad εἰμί pertineat nominativus praedicati e verbis in subiecti loco positis repetendus, v. Luc. 19, 46. — Rom. 3, 29. Matth. 22, 32. et Marc. 12, 27. Luc. 20, 38. (οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων, scil. θεός.) 1 Cor. 14, 33. Joh. 10, 21. (ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου, scil. ῥήματα.) Apoc. 20, 12. 21, 12. (ὀνόματα, ἅ ἐστι τῶν δώδεκα φυλῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, scil. ὀνόματα.) cf. Act. 23, 6. 1 Cor. 14, 33. Matth. 26, 28. (Marc. 14, 24.) Herodot. 3, 117. — *b.*, elliptice, 2 Cor. 4, 7. (ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ θεοῦ, supple ἔργον.) 1 Thess. 5, 5. (οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς οὐδὲ σκότους, suppleri potest υἱοί s. ut εἶναί τινος enarretur, subiectum esse alicui, ut v. 8. — cf. loc. in Matth. gramm. gr. §. 315. allat.) — *c.*, εἶναί τινος, ad formulam: meum est hoc illudve, i. e. habeo, possideo, es ist mir zugehörig, mein Eigenthum, Matth. 5, 3. et 10. (αὐτῶν ἐστι ἡ βασ. τῶν οὐραν.) 19, 14. (Marc. 10, 14. Luc. 18, 16.) Luc. 4, 7. (πάντα σου ἔσται.) Marc. 12, 7. 23. (Matth. 22, 28. Luc. 20, 33.) Joh. 19, 24. Act. 21, 11. 1 Cor. 6, 20. 1 Cor. 3, 21. 22. (πάντα ὑμῶν ἐστι, vestris omnia inser-

vinnt usibus.) v. 23. (*ὑμεῖς χριστοῦ*, quos Christus suos possit appellare, *χριστὸς δὲ θεοῦ*, Christum sibi subiectum, carum habet deus.) Rom. 8, 9. 2 Tim. 2, 19. Act. 27, 23. Rom. 14, 8. Joh. 10, 12. 2 Cor. 10, 7. — *ἑαυτοῦ*, 1 Cor. 6, 10. (non vestri arbitrii estis; ita *ἑαυτοῦ εἶναι* Demosth. Olynth. p. 26. 27.) — adhaereo alicui (magistro), 1 Cor. 1, 12. 3, 4. — *d.*, ut genitivus ponatur totius, cuius pars est aliquis, 1 Tim. 1, 20. (*ὧν ἐστιν Ὑμέναιος.*) 2 Tim. 1, 15. Apoc. 22, 9. v. Matth. gr. §. 322. — *e.*, genit. qualitatis, Luc. 9, 55. (*οὐκ οἴδατε, οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς;*) Act. 9, 2. Hebr. 10, 39. 12, 11. Luc. 3, 23. Marc. 5, 42. Act. 4, 22. — v. Wineri grammat. N. T. Sect. 3. §. 23. 7. not. 4. — Xen. H. G. 2, 4, 36. Matth. gramm. §. 316. e. f. Herodot. 1. §. 107. Thuc. 1, 113. — Priscianus XVIII. p. 1126. annotat: quando habere aliquid vel consequi per genitivum Graeci ostendunt, nos ablativo utimur, ut *μεγάλης ἀρετῆς ἀνήρ*, latine: magna virtute vir. — *f.*, ut *ἐμόν ἐστι*, meum est, i. e. res mea, officium meum, mihi competit, cf. Marc. 10, 40., ita *ἐστί τινος*, est alicuius, competit alicui, seq. inf., Act. 1, 7.

2., *εἰμί τινι.* — *ἔστι μοι, ἡμῖν* etc. *a.*, est mihi, nobis, habeo, habemus, Matth. 19, 27. (*τί ἄρα ἔσται ἡμῖν;*) Marc. 11, 24. Luc. 12, 20. (*τίνι ἔσται;*) Luc. 1, 7. 2, 7. Act. 7, 5. Rom. 9, 2. 9. Luc. 1, 14. 2, 10. 14, 10. 6, 32. 33. 34. 7, 41. 8, 42. 9, 13. 10, 39. 12, 24. Joh. 18, 10. 39. 19, 40. Act. 8, 21. 10, 6. 18, 10. 21, 9. 1 Cor. 9, 16. 2 Cor. 6, 15. 16. — Eph. 6, 12. (*οὐκ ἔστι ἡμῖν ἡ πάλη πρός* cett., non nobis ineunda est pugna contra cett.) Act. 21, 23. (*εἰσὶν ἡμῖν*, ut nos: wir haben hier.) — *b.*, *ὑμῖν ἐστιν ἡ ἐπαγγελία*, vobis destinata est haec promissio, euch gehört sie zu, Act. 2, 39. — 1 Petr. 3, 11. (*ᾧ ἐστιν ἡ δόξα*, cett., cui ut est, ita tribuatur laus, cett.) — *c.*, *ἔσομαί τινί τι*, er hat an mir; — *ἔσεσθέ μοι μάρτυρες*, Act. 22, 15. Apoc. 21, 7. Act. 9, 15. — *d.*, *εἶναί τινί τι*, alicui haberi pro, einem gelten für, 1 Cor. 1, 18. 2, 14. 4, 3. cf. Matth. 18, 17. — *e.*, *εἶναί τινί τι*, einem zu etwas gereichen, 1 Cor. 11, 14. (*ἀτιμία.*) v. 15. (*δόξα.* 1 Cor. 9, 16. *οὐαὶ δέ μοί ἐστι.*) — etwas für jemand sein, 2 Cor. 2, 15. Phil. 1, 28. — *f.*, *ἔστι, ἔσται μοι, τινί*, evenit, accidit, eveniet, continget, accidet mihi vel alicui, Matth. 16, 22. (*οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.*) — *g.*, est mihi, nanciscor, es kommt, verwirklicht sich für mich, Luc. 1, 45. (*ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις.*) — *h.*, Act. 24, 11. (*οὐ πλείους εἰσί μοι ἡμέραι ἢ δέκα δύο*, es kommen auf mich, ich habe —.) Luc. 1, 36. — Not.: excluduntur hinc loci ii, in quibus dativus non iunctus cum verbo est, sed ab adiectivo pendet, v. *βέβαιος, ἔντιμος, καλός, κοινωνός, νεκρός, φίλος.*

V., Verbum *εἰμί* iunctum cum praepositionibus et casibus, qui ab eis reguntur.

Εἰμὶ ἀπό τινος (*τόπου*), oriundus sum, Joh. 1, 45. (*ἦν*

δὲ ὁ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδά. — Xen. Anab. 2, 4, 13. αὗται δ' ἦσαν ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ.)

Εἰμὶ εἴς τι, ingressus sum in, cum acc., *a.*, me aliquo dedi. — εἰς οἶκόν ἐστι, Marc. 2, 1. — εἰς τὸν ἀγρόν, 13, 16. — εἰς τὴν κοίτην, Luc. 11, 7. — εἰς τὸν κόλπον, Joh. 1, 18. cf. Act. 8, 20. — v. ἀπώλεια. — *b.*, 1 Petr. 1, 21. ὥστε τὴν πίστιν ἡμῶν εἶναι εἰς θεόν, auf Gott gerichtet. — *c.*, in aliquid tendere, Act. 8, 23. Rom. 11, 36. — *d.*, ex hebraismo: Matth. 19, 5. et Marc. 10, 8. (ἔσονται εἰς σάρκα μίαν. Gen. 2, 24.) 1 Joh. 5, 8. εἰς τὸ ἕν εἰσιν, in unum coëunt. — 1 Cor. 4, 3. 6, 16. 14, 22. 2 Cor. 6, 18. (Jerem. 31, 1.) Eph. 5, 31.

Εἰμὶ ἔκ τινος, *a.*, sum pars alicuius, ad eum pertinens, 1 Cor. 12, 15. 16. — εἶναι ἔκ τινων, ex aliquorum numero, Matth. 26, 73. (Marc. 14, 69. 70. Luc. 22, 58.) Joh. 1, 24. 6, 64. 71. 7, 50. 10, 26. 18, 17. 25. Act. 21, 8. 2 Tim. 3, 6. 1 Joh. 2, 19. Apoc. 17, 11. (εἷς ἐκ, Herodot. 2, 46.) — *b.*, commercium habeo cum aliquo, Gal. 3, 12. (ὁ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως.) ibid. v. 10. — *c.*, εἶναι ἔκ τινος τόπου, oriundum esse, proficisci alicunde, Luc. 2, 4. 23, 7. Joh. 1, 47. 4, 22. 7, 52. 18, 36. Act. 4, 6. 23, 34. — Col. 4, 9. (ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν, popularis vester.) — *d.*, proficisci ab aliquo auctore, Matth. 5, 37. Act. 5, 38. 39. Hebr. 2, 11. εἶναι ἐξ οὐρανοῦ, ἐξ ἀνθρώπων, dei, hominum auctoritate institutum esse, Matth. 21, 25. (Marc. 11, 30. Luc. 20, 4.) — *e.*, ἔκ τινος, emanare, gigni ex aliquo, Matth. 1, 20. — 2 Cor. 4, 7. (καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν, suppl. ἐξελθοῦσα.) Joh. 7, 17. — in scriptis Joanneis plerumque de ortu phrasis dicitur sensu metaphor. Ita ἐκ θεοῦ dicuntur virtutes et ἐκ τοῦ κόσμου εἶναι vitia, 1 Joh. 2, 16. (h. l. inspirari ab aliquo.) 4, 7. — homines: ἐκ θεοῦ, 1 Joh. 5, 19. Joh. 8, 47. 1 Joh. 4, 1. 2. 4. 6. 5, 19. 3 Joh. v. 11. Aliis in locis expressa formula est γεγεννῆσθαι ἐκ θεοῦ. Opponitur τὸ εἶναι ἐκ τοῦ διαβόλου, qui πατήρ dic., Joh. 8, 44. quod explicatur 1 Joh. 3, 8. (origo peccati scil. in eo quaeritur, ad cuius naturam pertinet peccare, et v. 12. ἐκ τοῦ πονηροῦ is fuisse docetur, qui diabolum imitatus est.) 1 Joh. 3, 10. 4, 3. Metaphoricas esse has locutiones in promtu est. Sed quaeritur, quae sit metaphorae ratio et caussa. In aliis locis nimirum auctor patrem facit monstrare filio, quod agat, Joh. 8, 38. 5, 20., quemadmodum natura institutum est, ut pater ducat filium et filius patrem primum magistrum habeat, quem sequatur atque imitetur. De hac mutua ratione se cogitasse, auctor suo ipsius exemplo ostendit, cum eos, ad quos scripsit, et quos instituit, appellare soleat τέκνα. Patet etiam inde, quod dicit, qui deum non patrem habeat, eum neque deum ἑωρακέναι, 1 Joh. 3, 6. — εἶναι ἔκ τινος, de patria (Hom. Il. 6, 100.); — εἶναι ἐκ τῆς γῆς, Joh. 3, 31. (terram patriam habere, hinc: ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν.) — ἐκ τῶν κάτω, 8, 23. et ἐκ τῶν ἄνω, ibid. ἐκ

τοῦ κόσμου τούτου εἶναι, ibid. et 17, 14. 16. 4, 5. i. e. ea unice appetere, quae iucunda sensibus sunt, et quae ab his avocant, fastidire, respuere. — ἐκ τῆς ἀληθείας εἶναι, vel prodire ex veritatis studio tamquam eius effectum, ut 1 Joh. 2, 21. vel si de homine dicitur, veritatis studio duci, ut Joh. 18, 37. 1 Joh. 3, 19. — *f.*, εἶναι ἔκ τινος, venire, redundare ex aliqua re dicitur id, quod ea res adfert, Act. 19, 25. (ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι.) Gal. 3, 21. — *g.*, εἶναι ἔκ τινος, ex aliqua materia formatum esse, Apoc. 21, 21. 1 Cor. 11, 8.

Εἰμὶ ἔν τινι, **1.**, dat. loci, in aliquo loco (ubi), v. ἐν, quod est vel *a.*, i. q. ἐντός τινος, intra aliquem locum, in interioribus partibus (v. c. ἐν τῷ πλοίῳ), Marc. 4, 36. Luc. 15, 25. Matth. 24, 26. Luc. 2, 49. — ἐν μέσῳ, Marc. 6, 47. Matth. 18, 20. al. — inter (in pluribus), Matth. 27, 56. Marc. 15, 40. Rom. 1, 6. Luc. 2, 44. — vel *b.*, in superficie loci, in, nostr. auf, v. c. ἐν τῇ ὁδῷ, Marc. 10, 32. al. ἐν τῷ ἀγρῷ, Luc. 15, 25. — vel *c.*, respondet nostro: an, Apoc. 9, 10. al. — **2.**, Ad primi generis loca nota, *a.*, verbum εἰμί ad locum relatum modo significare: versor alicubi, sich wo befinden (Luc. 24, 6. Joh. 9, 5. 11, 30. Act. 7, 2. 19, 1. al.), modo: habito, commoror (v. c. ἐν πόλει τινί, Luc. 18, 3. Act. 9, 10. 36. 16, 3. Phil. 1, 1. 1 Cor. 1, 2. al. — Deus ἐν οὐρανοῖς, Eph. 6, 9. 16, 3.), modo de rebus dici, quae alicubi reperiuntur, deprehenduntur, 2 Tim. 2, 20. al. — *b.*, formula εἶναι ἔν τινι saepe adhibetur ad designandum statum, in quo quis versatur. Ideoque *aa.*, nomini, cui ἐν praefixum est, sive locum denotet et rem, qua quis circumdatur, sive conditionem, qua quis utitur, significet, saepe detrahitur articulus, adeo ut τὸ ἐν cum nomine positum exprimi possit per aliquod participium aut adiectivum, v. c. εἶναι ἐν φυλακῇ, vinctum teneri, Matth. 25, 36. (aliter addito articulo, v. c. Matth. 11, 2. cf. 2 Cor. 11, 26.) ἐν δόξῃ (i. q. ἔνδοξον εἶναι), 2 Cor. 3, 8. — ἐν εἰρήνῃ, Luc. 11, 21. ἐν ἔχθρᾳ, 23, 12. — Joh. 7, 4. Rom. 4 10. Phil. 4, 11. 1 Tim. 2, 2. 12. 14. Tit. 1, 6. 2 Cor. 3, 7. 8. — aut *bb.*, res ad locum sic pertinentes, ut aliquis in iis esse vel circumdari iis possit sensu proprio, translate dicuntur atque improprie, v. c. εἶναι ἐν τῷ φωτί, ἐν τῇ σκοτίᾳ, 1 Joh. 2, 9. 11. Rom. 2, 19. 1 Thess. 5, 4. — ἐν σαρκί, Rom. 7, 5. (inest dilogia: vivere carne circumdatum atque sic incitamentis peccatorum obnoxium esse.) 8, 8. (carnis affectibus servire.) — aut *cc.*, εἶναι ἐν, versari in aliquo dicitur, et qui vitiis obrutus et qui virtutibus ornatus est; — ἐν ταῖς ἁμαρτίαις, 1 Cor. 15, 17. — ἐν τῇ πίστει, 2 Cor. 13, 5. — *c.*, dicitur aliquis vel aliquid in aliquo esse, i. e. in eius animo, 1 Cor. 2, 11. ita deus in iis, qui inspirata eloquuntur, 1 Cor. 14, 25. Christus, in animis discipulorum, Joh. 17, 26. 2 Cor. 13, 5. τὸ πνεῦμα

τῆς ἀληθείας, Joh. 14, 17. 1 Cor. 6, 19. — deus in Christo et Christus in deo (de arctissima utriusque coniunctione), Joh. 10, 14. Christiani in deo, 1 Joh. 2, 5. 5, 20. — amici dicuntur esse ἐν τῇ καρδίᾳ ipsos amantis, 2 Cor. 7, 3. — *d.*, εἰμὶ ἔν τινι, totus sum in (occupatus sum) aliqua re, 1 Tim. 4, 15. (Xen. Cyr. 3, 1, 1. ubi adiunctum habet μελετᾷν.) — *e.*, εἰμὶ ἔν τινι, affectus sum aliqua re, Marc. 5, 25. (Luc. 8, 43.) i. q. ἔχω, Phil. 4, 11. 1 Thess. 2, 6. Luc. 4, 32. — **3.**, ἔστι τι ἔν τινι (dat. pers.), de vitiis, virtutibus, facultatibus ingenii, v. c. δόλος, Joh. 1, 48. 2, 25. ἀδικία, 7, 18. Eph. 4, 18. 1 Joh. 3, 5. ἀλήθεια, Joh. 8, 44. 2 Cor. 11, 10. (aliter Eph. 4, 21. ἀλήθεια, integritas, et ad ἐν χριστῷ vid. supplendum: τῶν ὄντων, quemadmodum integritas vitae iis servanda sit, qui se Christo addixerint.) 1 Joh. 1, 8. 2, 4. ἀγάπη, Joh. 17, 26. 1 Joh. 2, 15. ὁ λόγος τ. θεοῦ, 1 Joh. 1, 10. (ita Graeci et Latini.) — τὸ φῶς, Joh. 11, 10. (in oculis.) σκοτία, 1 Joh. 1, 5. σκάνδαλον, 2, 10. (nihil in ipso est, quod lapsui inclinet.) adde: Joh. 1, 4. 1 Joh. 5, 11. Luc. 11, 35. — Act. 13, 15. (si quid habetis, quod proferatis.) — ἔστι τι ἔν τινι, i. e. aliquid culpae in aliquo deprehenditur, Act. 25, 5. 4, 12. (ἡ σωτηρία οὐκ ἔστιν ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ, salus in nullo alio roposita est, a quo exspectetur.) — nititur in aliqua re, 1 Cor. 2, 5. (h. l. tamen ἐν potius pertinet ad v. πίστεως, iuxta formulam: πιστεύειν ἔν τινι.) — ἔν τινι (dat. rei), Eph. 5, 18. (in eo inest, i. e. inde oritur.) Hebr. 10, 3. ἐν τούτῳ ἔστι, in hoc latet, continetur, Joh. 4, 37. 9, 30. — 1 Joh. 4, 18. (amor nihil in se habet timoris.)

Εἰμὶ ἐπί, *a.*, τινός, in, auf, ἐπὶ τοῦ δώματος, Luc. 17, 31. (cf. Matth. 24, 17. Marc. 13, 15.) Joh. 20, 7. — praefectus sum alicui rei, Act. 8, 27. praesum alicui, Rom. 9, 5. — *b.*, τινί, sum ad, bei, ἐπὶ θύραις, Matth. 24, 33. (Marc. 13, 29.) — *c.*, τινά, Act. 4, 33. (χάρις — ἦν ἐπ' αὐτούς, iis contigit.) Gal. 6, 16. — De formula εἶναι ἐπὶ τὸ αὐτό v. supr. αὐτός.

Εἰμὶ κατά, *a.*, τινός, sum contra aliquem, adversor ei, Matth. 12, 30. Luc. 9, 50. 11, 23. Gal. 5, 23. Rom. 8, 31. (oppon. εἶναι ὑπέρ τινος, ut Marc. 9, 40.) — *b.*, κατά τι, iuxta aliquid; sic κατὰ σάρκα εἶναι, Rom. 8, 5. ibid. κατὰ πνεῦμα (ex hebr. כְּ), carnis vel spiritus indolem refero, naturam habeo; cf. formulas εἶναι κατ' ἄνθρωπον, Gal. 1, 11. κατ' ἀλήθειαν, Rom. 2, 2. (2 Cor. 11, 15.)

Εἰμὶ μετά τινος, *a.*, versor cum aliquo, Matth. 17, 17. (Marc. 9, 19. et Luc. 9, 41. habent πρὸς ὑμᾶς.) 2, 15. (Marc. 2, 19. Luc. 5, 34.) Marc. 3, 14. 5, 18. (Luc. 8, 38. σὺν αὐτῷ) Luc. 6, 3. (Marc. 2, 25. Matth. 12, 4.) 15, 31. 22, 53. Marc. 14, 67. (Matth. 26, 69. sed Luc. 22, 56. σύν.) Joh. 3, 26. 7, 33. 9, 40. 12, 17. 35. 13, 33. 14, 9. 15, 27. 16, 4. 32. 17, 24. 20, 24. Act. 7, 9. 9, 39. 20, 34.

Apoc. 21, 3. — de navibus aliquem comitantibus, Marc. 4, 36. — cum aliquo esse, manere apud aliquem dicitur etiam id, quod ei adest, ut inde utilitatem percipere possit, 2 Joh. v. 2. Rom. 16, 20. — ex hebr., auxilio alicui esse (de deo, qui piis se quasi comitem adiungit), Luc. 1, 66. Act. 11, 21. 2 Joh. v. 3. Joh. 3, 2. 8, 23. 16, 32. Act. 7, 9. 10, 38. 18, 10. 2 Cor. 13, 11. Phil. 4, 9. adde: Matth. 28, 20. (Gen. 21, 20. Judic. 6, 12. al.) — *b.*, facio cum aliquo, Matth. 12, 39. et Luc. 11, 23. (Xen. Anab. 1, 3, 15.)

Εἰμὶ παρά, *a.*, *τινός*, sum ab aliquo missus (von — her), Joh. 6, 46. 7, 29. 9, 16. 33. ἐστί τι παρά τινος, ab aliquo datum est, Joh. 17, 7. — *b.*, τινά (τόπον), ad, iuxta, Marc. 5, 21.

Εἰμὶ πρό τινος, prior sum aliquo, Gal. 1, 17.

Εἰμὶ πρός τινα, versus; — πρὸς ἑσπέραν ἐστί, advesperascit, Luc. 24, 29. — v. supra εἰμί I. n. 1. *b.* de tempore dictum. — ad (conversum esse ad), Marc. 4, 1. — apud aliquem esse, Matth. 13, 56. (Marc. 6, 3.) Joh. 1, 1. Marc. 9, 19. (Luc. 9, 41.)

Εἰμὶ σύν τινι, *a.*, cum aliquo versor, Luc. 22, 56. 24, 44. Act. 13, 6. Phil. 1, 23. Col. 2, 5. 1 Thess. 4, 17. — *b.*, comes sum alicuius, comitor aliquem, Luc. 7, 12. 8, 38. Act. 4, 13. 22, 9. 2 Petr. 1, 18. — *c.*, socius alicuius sum, alicuius partes sequor, Act. 5, 17. 14, 4. (Xen. Cyr. 5, 4, 37.)

Εἰμὶ ὑπέρ, *a.*, *τινός*, sum pro aliquo, eius partibus faveo, Marc. 9, 40. (Luc. 9, 50.) Rom. 8, 31. (oppon. εἰμὶ κατά τινος.) — *b.*, τινά, sum supra aliquem, supero, antecello aliquem, Luc. 6, 40.

Εἰμὶ ὑπό τινα, subiectus sum alicui, Matth. 8, 9. (coll. Luc. 7, 8.) Rom. 3, 9. 6, 14. 15. 1 Cor. 9, 20. Gal. 3, 10. 25. 5, 18. 1 Tim. 6, 1. — sub aliqua re, v. c. sub arbore esse, Joh. 1, 49. 1 Cor. 10, 1.

De adverbiis casum nominis sibi adsciscentibus supra dictum (ἐγγύς, ἐκτός, ἔμπροσθεν, ἔναντι, ἐνώπιον). His adde: ἐπάνω (τινὸς εἰμί), Joh. 3, 31. Caeterum suo quodque loco videndum est

Εἶμι, eo, vado, Joh. 7, 34. 36. (al. codd. verius: εἰμί.)

Εἵνεκα, v. ἕνεκα.

Εἶπον, (aor. 2. act. verbi absol. ἔπω [unde τὸ ἔπος] s. εἴπω, quae erat Ionum pronuntiatio. Nam quod syllaba εἰ e praesenti emanaverit, inde perspicitur, quod etiam modi aoristi eam teneant; imperat. εἰπέ, optat. εἴποιμι, coni. εἴπω, inf. εἰπεῖν, partic. εἰπών. — aor. 1. εἶπα. — Reliqua tempora mutuantur ab ἔρω s. potius εἴρω, Hom. Od. 2, 162. 11, 137. 13, 7. Aeschyl. Eum. 689. Plat. Cratyl. p. 398. D. et altera forma ῥέω, v. supr. notat. ad v. ἄῤῥητος) f. ἐρῶ, perf. act. εἴρηκα pro ἔῤῥηκα, plusqpf. εἰρήκειν, perf. pass. εἴρημαι, aor. 1. p. ἐῤῥήθην, part. ῥηθείς, fut. 1. ῥηθήσομαι, quod habent etiam Xen. H. G. 6, 3, 5. Isocrat. Phi-

lipp. ab init.) dicebam, dixi, sive ore, sive litteris; 1., εἰπεῖν τι, ὅσα εἴπατε, Luc. 12, 3. — τί ἐροῦμεν vel τί οὖν ἐροῦμεν, quid dicemus? (quid erit, quod respondeamus?) Rom. 3, 5. 6, 1. 7, 7. 9, 14. 31. — τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας, Joh. 4, 18. — τί εἴπω, quid dicam, was soll ich sagen? (vox eius, qui nescit, quid dicendum sit.) — in oratione indir., Joh. 12, 44. 27. — Act. 1, 9. ταῦτα εἰπών. — εἰπεῖν λόγον, Matth. 12, 32. Joh. 2, 22. 7, 36. 18, 9. 32. — a quo distingue Luc. 7, 7. εἰπὲ λόγῳ (Matth. 8, 8.). ῥῆμα, Marc. 14, 72. — nota phrasin: εἰπεῖν λόγον εἴς τινα (i. q. βλασφημεῖν), Luc. 12, 10. — ὡς ἔπος εἰπεῖν, ut ita dicam, Hebr. 7, 9. (de hac formula v. locos, quos attulit Weiskius in: de pleonasmis gr. p. 47. Matth. gr. §. 545. Occurrit ap. Eurip. Hippolyt. v. 1162. Heraclid. v. 168. Platon. Apol. Socr. c. 1. et 7. Phaedon. c. 10. ed. Fischer. Gorg. p. 450. D. ap. Demosth., Plutarch., Lucian.) v. ὡς. — εἰπεῖν τινα, aliquem verbis prolatis designatum velle, in mente habere aliquem, jemand meinen; ὁ ῥηθείς, dictus, Matth. 3, 3. — τὸ ῥηθέν, Matth. 24, 15. Joh. 1, 15. ὃν εἶπον. — plerumque dic. de effatis, quae in scriptis V. T. leguntur, τὸ ῥηθὲν ὑπό —, Matth. 1, 22. 2, 15. 17. 27, 35. — τὸ ῥηθ. διά τινος, Matth. 2, 23. 4, 14. 8, 17. 12, 17. 13, 35. 21, 4. 27, 9. Act. 2, 16. — τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ κυρίου, Luc. 2, 24. Act. 13, 40. — κατὰ τὸ εἰρημένον, Rom. 4, 18. Luc. 4, 12. Matth. 5, 27. 38. 43. Hebr. 4, 7. — supplendo accusativo ex antecedentibus, Luc. 22, 67. Joh. 9, 27. 16, 4. al. — σὺ εἶπας (scil. αὐτό), i. e. tu modo verbis expressisti, atque hoc sibi vult: est, ut dicis, Matth. 26, 25. 64. Luc. 7, 40.

2., persona, cum qua is, qui dicit, verba communicat, vel *a.*, dativo notatur: τινί, quod est *aa.*, dicere alicui, εἰπεῖν τινι, ut Matth. 16, 8. al. εἰπεῖν τί τινι, dicere — aliquid, Luc 7, 40. (ἔχω σοί τι εἰπεῖν.) Marc. 14, 72. (attract. οὗ pro ὅν.) Act. 20, 38. et Joh. 4, 50. (attract. ᾧ pro ὅν.) Act. 8, 24. (attract. ὧν pro ἅ.) — *bb.*, aliquid alicui dicere, in reprehensionem (ut nos: er lässt sich nichts sagen), Matth. 21, 3. — obtendere alicui aliquid, Luc. 4, 23. (ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολήν.) — *cc.*, dicere, quid aliquid sit, i. e. quid sibi velit, v. c. τὸ μυστήριον, Apoc. 17, 7. (cf. 1 Cor. 15, 51.) — *dd.*, τί ὑμῖν εἴπω; 1 Cor. 11, 22. (i. e. quibus verbis ad vos utar?) — vel *b.*, adhibita praepositione: πρός τινα, quod tamen vel ipsum plus uno sensu dicitur, *aa.*, dicere (aliquid) ad aliquem, ut Luc. 4, 13. 12, 16. et in permultis aliis Lucae locis. — *bb.*, dicere aliquid in aliquem (in Beziehung auf jemand), Marc. 12, 12. (Luc. 20, 19.) Hebr. 1, 8. — πρός τι, ad aliquid, Rom. 8, 31. (τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα.)

3., εἶπον, dicebam, simpliciter et absque acc. obi., ut sit omnino dicere, i. e. verbis declarare, verbis uti. Ita *a.*, ubi adiuncta sunt adverbia, ὁμοίως, Matth. 26, 35. (Marc. 14, 31. ὡςαύτως.) — ὡςαύτως, Matth. 21, 30. — καθώς, Matth. 28, 6. Luc. 24, 24. Joh. 1, 23. 7, 38. (καθὼς εἶπεν ἡ γραφή.) Act.

17, 28. Marc. 16, 7. — καλῶς, Luc. 20, 39. — potest tamen et sic associari dativus, ut Marc. 14, 16. (καθὼς εἶπεν αὐτοῖς.) Luc. 19, 32. Joh. 10, 26. 13, 33. Luc. 22, 13. — καθὼς εἴρηκέ μοι, ut mihi dictavit, Joh. 12, 50. — εἶπε διὰ παραβολῆς, parabola usus dixit, Luc. 8, 4. (Matth. vero in loco parall. c. 13, 3. ἐλάλησεν αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς.) Matth. 22, 1. — *b.*, εἰπεῖν περί τινος, Joh. 7, 39. 10, 41. 11, 13. 1, 30. Hebr. 5, 4. — addito: τινί, Matth. 17, 13. Joh. 18, 34. — *c.*, si aliquid narratur dictum esse aut dici (sive ore, sive scriptis, ut Matth. 22, 24. Act. 17, 28. Hebr. 13, 5. al.), ad quod exprimendum integrae enuntiationes et ῥήσεις longiores requiruntur, τῷ εἶπε (vel εἶπεν αὐτῷ vel πρὸς αὐτόν) aut adiiciuntur *aa.*, verba, quibus aliquis usus est, ipsa per orationem directam expressa, ut animadvertere licet in sexcentis historicorum N. T. librorum locis, v. c. Matth. 2, 8. 4, 3. 9, 4 — 6. (Marc. 2, 8 — 11. Luc. 3, 22 — 24.) 8, 29. (Marc. 5, 7. Luc. 8, 28.) al. Matth. 21, 25 — 27. (Marc. 11, 31 — 33. Luc. 20, 4 — 6.) Matth. 22, 24. (Μωϋσῆς εἶπεν, quod in locis parall. Marci et Lucae sic exprimitur: Μωϋσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, ἵνα.) — Matth. 23, 39. al. Joh. 2, 20. 3, 28. 29. al. Act. 1, 11. 15. 24. 3, 4. 6. al. 1 Cor. 12, 15. Hebr. 1, 13. 3, 10. 10, 7. 9. 30. 12, 21. Jac. 2, 11. Jud. v. 9. — Matth. 11, 2. 3. πέμψας εἶπεν αὐτῷ, ut 2, 8. cett. (Luc. 7, 19. ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰησ. λέγων, cett.) — εἴπατε, cett., Marc. 11, 3. (Matth. 21, 3. et Luc. 19, 31., ut 22, 11. ἐρεῖτε.) — Matth. 12, 25. 47. al. — relata alloquia: Matth. 3, 17. 8, 13. 19. 21. coll. Jac. 2, 3. (locum Luc. 12, 5. ubi καὶ εἴπῃ cum futuro positum, cf. cum simili Luc. 8, 17.) — Ita recitari verba dicta non mirum est, si effata librorum sacrorum, id quod passim in libris N. T. didacticis fit, a scriptore excitantur. Centies recurrunt formulae: ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, ut Matth. 4, 4. — καὶ ἀποκριθεὶς εἶπε cett., Matth. 15, 13. 26, 23. Marc. 9, 17. (ἀποκριθεὶς εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου εἶπεν.) Luc. 1, 60. (ἀποκριθεῖσα ἡ μήτηρ εἶπεν.) 7, 43. (ἀποκριθεὶς ὁ Σίμων εἶπεν.) 9, 19. (οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον.) al. 20, 24. (ἀποκριθέντες δὲ εἶπον.) v. 39. (ἀποκριθέντες δέ τινες τῶν — εἶπον.) Act. 5, 29. (ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι εἶπον.) 19, 15. — Joannes vero solet scribere: ἀπεκρίθη καὶ εἶπε, Joh. 1, 49. 2, 19. 3, 10. 4, 10. 13. 6, 26. 29. 7, 16. 20. 52. 9, 11. 29. 36. 13, 7. 14, 23. 18, 30. — v. supr. ἀποκρίνομαι. — ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτόν, Matth. 3, 15. (ut Luc. 5, 22. 31. 6, 3. 20, 3. 24, 28.) alibi, ut iam notavimus, dativus, ut Matth. 17, 4. 19, 27. Marc. 11, 14. al. — Cum verba dicentis ipsa afferri soleant, nostri auctores his etiam semper praemittunt formulam: καὶ — εἶπεν, εἶπε δέ, ὁ δὲ — εἶπε (εἰπών, Luc. 9, 22. al.), i. e. memorant aliquem quidquam dixisse, sive id quod dictum est, quaestio fuerit, sive responsio, sive mandatum aliquod, sive deprecatio, sive narratio, enarratio, et quae similia sunt. Plura loca afferre non attinet. — aut *bb.*, con-

struitur c. ὅτι, Matth. 28, 7. (Marc. 16, 7.) Joh. 6, 63. 7, 42. 8, 55. 11, 40. 16, 15. 18, 8. 1 Joh. 1, 6. 8. 10. 1 Cor. 1, 15. 14, 23. 15, 27. Xen. Cyr. 1, 4, 25. In aliis locis τὸ ὅτι se habet ut citationis formula (sequentibus verbis, quibus suo aliquis nomine usus est, ipsis), Joh. 9, 23. 16, 17. (καὶ ὅτι ἐγὼ ὑπάγω, cett.) Matth. 5, 31. 16, 20. — cc., cum accus. et infinit., Rom. 4, 1. (τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν κατὰ σάρκα εὑρηκέναι.) Xen. H. G. 1, 6, 6.

4., εἶπον seq. infinit., dicebam, i. e. iubebam aliquid fieri, Marc. 5, 43. (εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν.) Luc. 12, 3. (εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν.) Matth. 23, 3. (ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν, τηρεῖτε. Igitur ad εἴπωσιν supple: τηρεῖν, quod nonnulli codd. addunt e glossemate.) — seq. accus. c. inf. activi, 2 Cor. 4, 6. (ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι.) — Matth. 16, 11. (εἶπον ὑμῖν προςέχειν.) — seq. accus. c. inf. pass., Luc. 19, 15. (εἶπε αὐτῷ — pro ἑαυτῷ, v. αὐτός — φωνηθῆναι τοὺς δούλους τούτους, iussit sibi, i. e. ad se vocari. Dativum explica e phrasibus, quibus similis est, quae legitur Matth. 17, 17. φέρετέ μοι. 21, 2. ἀγάγετέ μοι, cf. Matth. gr. §. 401. 3.) Act. 22, 20. — Sequitur etiam ἵνα cum coni., Matth. 4, 3. Luc. 4, 3. quod nos dicimus: sprich aus, thue den Ausspruch, dass sie sollen. — Ita quoque Matth. 20, 21. (Marc. 10, 37. δὸς ἡμῖν, ἵνα.) — interdum subiectum verbi cum ἵνα construendi mutatur in dativum, qui verbo εἰπεῖν adiiciatur, Marc. 3, 9. Luc. 10, 40. 4, 3. (aliter Matth. 4, 3.) Apoc. 6, 11. 9, 4. „Praeterea observa, ἵνα et ὄφρα a recentioribus poëtis frequentari post verba iubendi.“ Hermann. ad Viger. p. 852.

5., Phrasis hebraica: εἰπεῖν ἐν ἑαυτῷ (אָמַר בִּלְבּוֹ, Deut. 8, 17. Esth. 6, 6.), i. e. secum cogitare, Matth. 9, 3. Luc. 7, 30. 16, 3. 18, 4. (in aliis l. etiam λέγειν ἐν ἑαυτῷ.) et εἰπεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, quod idem est, Luc. 12, 45. Rom. 10, 6. (Deut. 8, 17.) cf. Apoc. 18, 7. — aliis in loc. εἶπον, ἔλεγον ἐν ἑαυτοῖς, i. q. πρὸς ἀλλήλους, Matth. 21, 38. — v. λέγω.

6., εἰπεῖν τινα καλῶς, laudare aliquem, Luc. 6, 26. — κακῶς, maledicere alicui, Act. 23, 5. (Exod. 22, 27.) — εἰπεῖν τινα cum acc. praedicati, appellare, nominare aliquem, Joh. 10, 35. (εἰ ἐκείνους εἶπε θεούς.) 15, 15. (Xen. Apol. Socr. §. 15. Lucian. Tim. §. 20.) Caeterum subscribimus iis, quae de utriusque verbi εἰπεῖν et λέγειν differentia Tittmannus (Lexic. Synonym. in N. T. Spec. V. p. 5.) annotavit: „Differunt haec verba eodem fere modo, ut nostra: reden und sagen. Nam λέγειν quidem ad sententiam et nexum verborum, εἰπεῖν ad verba tantum referendum est, quae quis deinceps eloquutus est. Discendum est hoc discrimen ex iis locis, ubi utrumque verbum iuxta positum est. Xenoph. Oecon. 4, 23. καὶ ὁ Λύσανδρος — εἰπεῖν· τί λέγεις, φάναι. Cyr. 1, 4, 12. οἱ παῖδες εἶπον· πονηρὸν λέγεις τὸ πρᾶγμα. 6, 4, 19. εἰ μέν τις εἰπεῖν τι βούλεται, λεξάτω. Lucian. Hermot. 8, 1. p. 747.

μηδαμῶς ἀλλ' εἰπὲ ὅ,τι καὶ λέγεις. Est enim in v. λέγειν notio colligendi verba in sententiam s. orationem, unde λόγος, λογισμός et διαλέγεσθαι, sed in εἰπεῖν cogitantur tantum verba, quae quis profert, et quae deinceps sequuntur. Hinc dicitur εἰπεῖν λόγον, et λόγος de ipsa oratione, nunquam λέγειν λόγον vel ῥῆμα. — Poterit hinc etiam intelligi, cur aliis locis λέγειν, aliis εἰπεῖν positum sit. Nam quum utrumque verbum addatur aliis verbis, ut ἰδὼν εἶπε, ἐγόγγυζον λέγοντες etc., animadverti potest λέγειν plerumque dici, si in eo verbo, cui additur, iam inest notio loquendi, contra εἰπεῖν scribi, si nova ea notio adiicienda est. Luc. 21, 7. 8. ἐπηρώτησαν λέγοντες. 5, 12. ἐδεήθη αὐτοῦ λέγων. v. 21. ἤρξαντο διαλογίζεσθαι λέγοντες. v. 30. ἐγόγγυζον λέγοντες. Contra Luc. 22, 17. δεξάμενος εἶπε. v. 13. ἥψατο εἰπών. v. 20. ἰδὼν εἶπε." — Quibus addo, utriusque verbi discrimen animadverti quoque posse in locis Matth. 9, 21. (Marc. 5, 28.) et Luc. 12, 45. In illo enim animi tantum sententia exprimitur, in hoc auctor sententiam vult reddi disertis verbis, cf. Joh. 14, 26. vox ἃ εἶπον ὑμῖν non solum signif. quae docui, sed pertinet ad verba, quibus is, qui docuit, usus est.

Εἴπερ, v. εἰ.

Εἴπως, v. εἰ.

Εἰρηνεύω, f. σω, (ab εἰρήνη) pacem colo, 2 Cor. 13, 11. Marc. 9, 50. (εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.) 1 Thess. 5, 13. (εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς.) Rom. 12, 18. (εἰρην. μετά τινος.)

Εἰρήνη, ης, ἡ, (videtur deriv. ab εἴρω, necto) pax, i. e. **1.**, status rei publicae tranquillus, cui bellum oppositum est, Luc. 14, 32. (ἐρωτᾷν τὰ πρὸς εἰρήνην.) Act. 12, 20. (αἰτεῖσθαι εἰρήνην.) Apoc. 6, 4. — πολλὴ εἰρήνη (tiefer Friede), Act. 24, 2. Hebr. 7, 2. — Matth. 10, 34. (βάλλειν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, oppon. μάχαιρα.) Luc. 12, 51. (oppon. διαμερισμός; in utroque loco Jesus praedicit, propter se familias turbata concordia in partes sibi invicem adversarias dissectum iri.) — **2.**, quae est hominum mutua, qui concordes sunt: concordia, Einigkeit; — ποιεῖν εἰρήνην, concordiae operam dare, Jac. 3, 18. restituere, Eph. 2, 15. — ζητεῖν καὶ διώκειν, 1 Petr. 3, 11. Rom. 14, 19. 2 Tim. 2, 22. 2 Petr. 3, 14. (ἐν εἰρήνῃ, scil. ὄντες.) — Act. 7, 26. (συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην.) Rom. 14, 17. (v. δικαιοσύνη et εἰμί II. n. 2. *b.*, *γ.*) 1 Cor. 7, 15. (ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ θεός, ita, ut abesse debeamus ab omn violentia, qua concordia tollitur.) Gal. 5, 22. — oppon. ἀκαταστασία, 1 Cor. 14, 33. — τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος ἐν συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης, Eph. 4, 3. — ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ, concordia, quae deo placet, Col. 3, 15. — τὴν εἰρήνην διώκειν μετά τινος, Hebr. 12, 14. — Jac. 3, 18. (ἐν εἰρήνῃ σπείρεται, i. e. seritur, ut progerminet.) — discordiae sublatio, Eph. 2, 17. Act. 10, 36. — **3.**, εἰρήνην ἔχειν, pace frui, non vexari, Joh. 16, 33. (Quare εἰρήνη in numerum bonorum refertur; oppon. θλῖψιν ἔχειν.) — εἰρήνην ἔχειν πρὸς τὸν θεόν,

dic. is, cui nihil a deo metuendum est, Rom. 5, 1. — ἐν εἰρήνῃ εἶναι, non laedi, securum esse ab impetu hostili, Luc. 11, 21. Hebr. 11, 31. — Phil. 4, 7. (ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, pax dei, i. e. quam deus praestat.) — ὕπαγε εἰς εἰρήνην, Marc. 5, 34. (s. πορεύου εἰς εἰρ., Luc. 8, 48. ut c. 7, 30.) formula bene precandi, qua Hebraei valedicentem sibi dimittere solebant: i secundo omine, ut nos: geh' in Gottes Namen! (hebr. לְכִי לְשָׁלוֹם, Ex. 4, 18. Jud. 18, 6. 1 Sam. 1, 17. 20, 42. 29, 7. 2 Sam. 15, 9. quod proprie est: abi in locum s. in statum pacis, geh' dem Frieden zu!) dicitur etiam ἐν εἰρήνῃ, Act. 16, 36. Jac. 2, 16. — Hinc ἀπολύειν τινὰ ἐν εἰρήνῃ, Luc. 2, 29. cf. Act. 15, 33. 1 Cor. 16, 11. v. supr. ἀπολύω. — Nam 5., ex Hebr. שָׁלוֹם, εἰρήνη est salus, felicitas omnis generis, Heil, Wohlbefinden; ita Luc. 2, 14. 19, 38. 42. (sens.: hoc ipso die, quo adveni ego, et quo mihi acclamant שָׁלוֹם, cf. 2 Sam. 18, 28. 1 Chron. 12, 18., tuum esset curare, quid tibi ipsi saluti sit. Cf. 2 Sam. 16, 4.) Gal. 6, 16. — ἡ ὁδὸς τῆς εἰρήνης, Luc. 1, 79. Rom. 3, 17. (via, quae ad salutem s. ad felicitatem ducit.) Rom. 2, 10. 8, 6. (ζωὴ κ. εἰρήνη.) — τὸ εὐαγγέλιον τῆς εἰρ., Eph. 6, 15. (felicitatem largiens vel promittens.) coll. Rom. 10, 15. 15, 23. — υἱὸς τῆς εἰρ., felicitate dignus, Luc. 10, 6. v. υἱός. — ὁ κύριος τῆς εἰρ., i. e. felicitatis auctor, 2 Thess. 3, 16. — ὁ θεὸς τῆς εἰρ., Rom. 15, 33. 2 Cor. 13, 11. Phil. 4, 9. 1 Thess. 5, 23. Rom. 16, 20. Hebr. 13, 20. — Qui fausta alicui apprecabantur, ap. Hebr. formula utebantur: שָׁלוֹם לְךָ, Judic. 6, 23. Dan. 10, 19. Hinc mandatum Jesu, Matth. 10, 13. Luc. 10, 6. (ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐλθέτω ἐπ' αὐτόν, salus, quam vos ei apprecamini, ei contingat, soll kommen; ibid. πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω, ad vos redeat, quia requiescere in altero non potuit.) quemadmodum illa salutandi et fausta apprecandi formula etiam in fronte epistolarum apostolicarum conspicitur, Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 3. 2 Cor. 1, 2. Gal. 1, 3. Eph. 1, 2. Phil. 1, 2. Col. 1, 2. 1 Thess. 1, 1. 2 Thess. 1, 2. 1 Tim. 1, 2. 2 Tim. 1, 2. Tit. 1, 2. 1 Petr. 1, 2. 5, 14. 2 Petr. 1, 2. 2 Joh. v. 3. Apoc. 1, 4. Eph. 6, 23. Atque ut iam supra dictum est, hanc formulam eorum fuisse, qui valedicentes sibi dimitterent, ita quoque Joh. 14, 27. εἰρήνην διδόναι, ἀφιέναι dicuntur ipsi valedicentes, a quibus eo se Jesus distingui vult, quod non apprecetur solum εἰρήνην, sed et largiatur.

Εἰρηνικός, ή, όν, pacis amans, pacis studiosus, Jac. 3, 17.

Εἰρηνοποιέω (ῶ), f. ήσω, (ab εἰρηνοποιός) pacem s. concordiam restituo, Col. 1, 20. (οἱ ὁ, Prov. 10, 10.) Etsi forma εἰρηνοποιεῖν analogum sibi habet εἰρηνοφυλακεῖν (Philo de decal. p. 769.), tamen significatio, quae in Pauli loco obtinet, compositionis rationi non congruit. Est enim εἰρηνοποιεῖν potius: pacis studiosum esse.

Εἰρηνοποιός, οῦ, ὁ, ἡ, pacis studiosus, Matth. 5, 9. (Xen. H. G. 6, 3, 4.)

Εἴρω, f. ἐρῶ, v. εἶπον.

Εἰς, praepositio regens accusat., designans: **I.**, motum in locum, in quem vel intretur, vel qui (cuius superficies) occupetur. Associatam eam deprehendimus ad terminum motus indicandum verbis eundi, ut: ἀκολουθέω, ἄπειμι, εἴςειμι, ἀποδημέω, ἀφικνέομαι, βαίνω et composit. ἀναβαίνω, διαβαίνω, ἐμβαίνω, ἐπιβαίνω, καταβαίνω, μεταβαίνω, γίνομαι et παραγίνομαι, ἔρχομαι et compos. ἀπέρχομαι, διέρχομαι, εἰςέρχομαι, ἐξέρχομαι, κατέρχομαι, προέρχομαι, συνέρχομαι, ἀποπλέω et ἐκπλέω, καταπλέω, εἰςδύνομαι, ἄγω et προάγω, ἐπιπηδάω, πορεύομαι et compos. εἰςπορεύομαι, ἐκπορεύομαι, πορείαν ποιοῦμαι, χωρέω et compos. ἀναχωρέω, ὑποχωρέω, ἥκω, καταντάω, συντρέχω, εὐθυδρομέω, πέτομαι, φεύγω et compos. καταφεύγω, φθάνω, στρέφω et compos. ὑποστρέφω; — verbis impulsum ad motum declarantibus, i. e. verbis ducendi, mittendi, iaciendi, collocandi: ἄγω et compos. ἀνάγω, ἀπάγω, κατάγω, συνάγω, ἀπολύω, ἀποστέλλω, ἐξαποστέλλω, ἐλαύνω, ἐκπέμπω, προπέμπω, μεταπέμπομαι, ἀναφέρω, εἰςφέρω, αἴρω, δέχομαι, ἀναλαμβάνω, μεταλαμβάνω, ἁρπάζω, ἑλκύω, ἕλκω, αἰχμαλωτίζω, ἀνασπάω, ἐάω, καθίημι, χαλάω, ἐξωθέω, βάλλω, στρώννυμι, — πίπτω et compos. ἐκπ., ἐμπ., περιπίπτω, — βαπτίζω, ἐμβάπτω, κρύπτω, ἐγκρύπτω, συγκλείω, ἐγκεντέω, ἐμβιβάζω, παρακύπτω, et si quae sunt alia. Terminum motus ea praepositio indicat, opposita alteri praepositioni ἀπό, vide locos: 2 Cor. 3, 18. 10, 5. Act. 26, 18. Luc. 17, 24. al. — et ut accuratius definiamus, ponit terminum locum,

1., in quem intretur (de ingressu in locum dicta), lat. in, nos: in etwas hinein, siquidem interdum ei appositum est ἔσω, ut Marc. 14, 54. Habet hanc vim cum uno alterove verborum modo recensitorum coniuncta, si nomini praeponitur, locum patentem, rem cavam aut eam, in qua aliquid abscondi possit, designanti, v. c. εἰς τὸν οἶκον, Matth. 9, 7. — αὐλήν, 17, 25. Marc. 14, 54. Joh. 10, 1. — συναγωγήν, Act. 17, 10. — πλοῖον, Matth. 8, 23. Joh. 6, 17. Act. 21, 6. εἰς πόλιν. — κολύμβηθραν, Joh. 9, 7. — θάλασσαν, Matth. 17, 27. — ἄβυσσον, Luc 8, 31. — οὐρανόν, Luc. 2, 15. — κόσμον, Joh. 4, 1. 1 Tim. 1, 15. Joh. 1, 9. 3, 19. al. — τὰ ἴδια, Joh. 1, 11. 16, 32. Act. 21, 6. — τὰ ὀπίσω, Joh. 18, 6. Marc. 13, 16. Luc. 17, 31. — ἀποθήκην, Matth. 3, 12. — εἰς τὰς καρδίας, Gal. 4, 6. — εἰς τὰ ὦτα, Luc. 1, 44. Matth. 10, 9. (Marc. 6, 8.) al. — εἰς ἀέρα, 1 Cor. 14, 9. — εἰς πῦρ, Marc. 9, 22. al. — Nota:

a., Nominibus urbium, vicorum et terrarum propriis praepositum τὸ εἰς nostrates reddunt: nach (quasi solum motum ad terminum indicaret), v. c. εἰς Ἱεροσόλυμα, εἰς τὴν Ναζαρήθ, εἰς Δαμασκόν, εἰς Βέροιαν, — εἰς Σπανίαν, Αἴγυπτον, Γαλιλαίαν, etc. Non autem sic vertunt, ubi scriptum est v. c. εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν, Joh. 3, 22. Matth. 2, 12. coll. 20. 21. — εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας, Matth. 2, 22. al. et ubi additum est nomen adiectivum, ut εἰς ὅλην τὴν Συρίαν, Matth. 4, 24.

b., τὸ εἰς additum verbis ingressum vel immixtionem, distributionem etc. denotantibus vertendum est: **inter** (nostr. unter — hinein), ubi praepositum est numero multitudinem comprehendenti, εἰς λῃστάς, Luc. 10, 36. — εἰς τὰς ἀκάνθας, Marc. 4, 7. (pro quo Luc. 8, 7. ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν.) cf. Marc. 8, 19. 20. Act. 18, 6. 22, 21. 26, 17. Joh. 21, 23. Col. 1, 6. — εἰς ὑμᾶς, Luc. 22, 34. Act. 20, 29. Joh. 21, 23. — εἰς αὐτούς, Luc. 11, 49. Act. 22, 30. al. (Xen. Mem. 1, 1, 14.) — vel singulari numero nominis collectivi, v. c. εἰς τὸν δῆμον, Act. 17, 5. 19, 30. — εἰς τὸν ὄχλον, Act. 14, 14. 17. — εἰς τὸν λαόν, Act. 4, 17.

c., motum in terminum, qui penetretur quasi, haec praepositio etiam indicat de tempore usurpata, v. c. εἰς τὸν αἰῶνα, in perpetuum, in die Ewigkeit hinein, Marc. 3, 29. 11, 14. Joh. 8, 35. 51. 52. 10, 28. 1 Cor. 8, 13. al. — εἰς τοὺς αἰῶνας, Luc. 1, 33. 2 Cor. 11, 31. Hebr. 16, 8. — εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων, Eph. 3, 21. — εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Phil. 4, 20. 1 Tim. 1, 17. 2 Tim. 4, 18. Hebr. 13, 21. 1 Petr. 4, 11, 5, 11. Apoc. 16, 18. 4, 9. 10. al. — εἰς αἰῶνα, 2 Petr. 2, 17. — εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, Hebr. 1, 8. — εἰς αἰῶνας αἰώνων, Apoc. 14, 11. — (μένει) εἰς τὸ διηνεκές, Hebr. 7, 3. 10, 1. 12. 14. (Appian. B. C. 1, 682. Heliod. 1, 25.) — εἰς νῖκος, in perpetuum, 1 Cor. 15, 54. (hebr. לָנֶצַח, vid. 2 Sam. 2, 26. Jerem. 3, 5. Thren. 5, 20. Amos. 1, 11. 8, 7. Prov. 21, 28.) — εἰς τὸ παντελές, Hebr. 7, 25.

d., Retinet τὸ εἰς vim ingressum in locum significandi, ubi dicitur res aliqua in aliam formam mutari, aut in alium statum transire, aut in partes dissolvi, aut plures res dicuntur in unum compingi, colligi etc. Ex quo genere sunt phrases et formulae: ἀποβαίνειν εἴς τι, Phil. 1, 19. γίνεσθαι εἴς τι (ex hebr. הָיָה לְ, Ex. 24, 7. pro γενέσθαι τι), 1 Cor. 15, 45. (Gen. 2, 7.) Matth. 19, 5. (Marc. 10, 8.) Joh. 16, 20. Apoc. 8, 11. 1 Cor. 6, 16. Eph. 5, 31. (Gen. 2, 24.) Matth. 21, 42. (Marc. 12, 10. Luc. 20, 17.) Act. 4, 1. 1 Petr. 2, 1. (Ps. 118, 22.) Luc. 3, 5. (Jes. 40, 4.) Act. 13, 4. (Jes. 49, 6.) Luc. 13, 19. Act. 5, 36. 8, 23. — Rom. 11, 9. (Ps. 59, 23.) 1 Cor. 4, 3. (differt autem 2 Cor. 8, 14.) — εἶναί τινι εἴς τι, 1 Cor. 14, 22. 2 Cor. 6, 18. Hebr. 1, 5. 8, 10. (2 Sam. 7, 14.) Eph. 1, 12. Col. 2, 22. Jac. 5, 3. v. εἰμὶ εἰς — p. 307. — cf. Act. 10, 4. εἰς μνημόσυνον, in monumentum, i. e. ut essent monumentum; Eph. 5, 2. εἰς ὀσμὴν εὐωδίας (Num. 28, 6. 29, 6.). Rom. 8, 22. — στρέφειν εἴς τι, Apoc. 11, 16. — μεταστρέφειν, Jac. 4, 9. Act. 2, 20. 1 Petr. 4, 9. — μεταλλάσσειν, Rom. 1, 26. 8, 21. — μεταμορφοῦσθαι, 2 Cor. 3, 18. — μετασχηματίζεσθαι, 2 Cor. 11, 13. 14. (aliter 1 Cor. 4, 6. v. infra 2. *b.*, *bb.*) — περιτρέπειν, Act. 26, 24. — δοῦναι εἴς τι, Act. 7, 5. — οἰκοδομεῖσθαι εἰς, Eph. 2, 22. (cf. v. 21. αὔξει εἰς.) — μεγαλυνθῆναι εἰς, 2 Cor. 10, 15. —

μένει εἰς, Joh. 11, 36. h. e. ita μένει, ut transeat in. Cf. Rom. 5, 21. — Joh. 5, 29. (ita ἐκπορεύσονται, ut eorum ἐκπόρευσις sit transitus aut ad vitam aut ad —.) — ποιεῖν τινα εἰς, Rom. 9, 21. — κτίζειν τινὰ εἰς, Eph. 2, 15. — λαμβάνειν τι εἰς, Hebr. 11, 8. et phrasis: λογίζεσθαι εἴς τι, Rom. 2, 26. 4, 3. 5. 9. 22. Gal. 3, 23. (Gen. 15, 6. Ps. 106, 31.) — ἐσχίσθη εἰς δύο, Matth. 27, 51. et Marc. 15, 38. (Polyb. 2, 16, 11. σχίζεται εἰς δύο μέρη. Ita et Lucian. Asin. §. 54. Dial. Deor. 8, 1. Herodian. 1, 1, 18. 3, 3, 4. Herodot. 4, 148. ἐς ἓξ μοίρας διεῖλον. Observatum est, veteres Graecos in hac formula non adhibuisse praeposit. εἰς, sed accusat. praedicati simplicem posuisse, ut et Xen. Cyr. 1, 2, 4. διήρηται δὲ αὕτη ἀγορὰ — τέτταρα μέρη, ubi nonnulli codd. male addunt εἰς.) Apoc. 16, 19. — δέειν εἰς δέσμας, Matth. 13, 30. (ad veterum Graec. morem scriberetur δέσμας absque εἰς.) — εἰς ἓν τελειοῦσθαι, Joh. 17, 23. — συνάγειν, Joh. 11, 52.

e., Verba eundi, veniendi, ducendi, al. praepotitionem εἰς etiam cum aliis nominibus coniungunt, ita adhibitis, quasi designarent loca. Unde variae metaphorae oriuntur, v. c. εἰςέρχεσθαι εἰς τὴν βασιλ. τῶν οὐραν. s. τοῦ θεοῦ, Matth. 5, 20. 7, 21. 18, 3. 19, 23. 24. Marc. 10, 15. Joh. 3, 5. Act. 14, 22. al. — εἰς τὴν ζωήν, Matth. 18, 8. 19, 17. 25, 46. — εἰς τὴν χαράν, Matth. 25, 21. 23. — εἰς κόλασιν αἰώνων, Matth. 25, 46. — εἰς κρίσιν, Joh. 5, 24. 1 Tim. 5, 24. (προάγειν.) — εἰς τὸν κόπον τινός, laborem suscipere in arvo iam laborato, Joh. 4, 38. — εἰς πειρασμόν, Matth. 26, 41. Marc. 14, 38. — ἔρχεσθαι εἰς τὸ χεῖρον, Marc. 5, 26. — εἰς ἀπελεγμόν, Act. 19, 27. — εἰς ὥραν τινά, Joh. 12, 27. — εἰς προκοπήν, Phil. 1, 12. — μεταβαίνειν εἰς τὴν ζωήν, Joh. 5, 24. 1 Joh. 3, 14. — πορεύεσθαι εἰς θάνατον, Luc. 22, 33. — εἰς πόλεμον, Luc. 14, 31. — ὑπάγειν εἰς αἰχμαλωσίαν, Apoc. 13, 14. — εἰς ἀπώλειαν, Apoc. 17, 8. 11. — ὑπ. s. πορεύεσθαι εἰς εἰρήνην, Marc. 5, 35. al. — ὑποστρέφειν εἰς διαφθοράν, Act. 13, 14. — συντρέχειν εἰς ἀνάχυσιν, 1 Petr. 4, 4. — ἅλλεσθαι εἰς ζωὴν αἰώνιον, Joh. 4, 14. — βάλλειν εἰς θλίψιν, Apoc. 2, 22. — εἰςφέρειν τινὰ εἰς πειρασμόν, Matth. 6, 13. Luc. 11, 4. — εἰςφ. εἰς τὰς ἀκοάς, Act. 17, 20. — ὁδηγεῖν εἰς τὴν ἀλήθειαν, Joh. 16, 13. — αἰχμαλωτίζειν εἰς ὑπακοήν, 2 Cor. 10, 5. — παραδιδόναι τινὰ εἰς θλίψιν, Matth. 24, 9. (βάλλειν, Apoc. 2, 22.) — εἰς θάνατον, 1 Cor. 5, 5. — εἰς κρίμα θανάτου, Luc. 24, 20. — εἰς ὄλεθρον, 1 Cor. 5, 5. — συνθάπτεσθαι, βαπτίζεσθαι εἰς θάνατον, Rom. 6, 3. 4. — συγκλείειν εἰς ἀπείθειαν, Rom. 11, 32. — ἐνδείξασθαί τι εἰς πρόςωπόν τινος, 2 Cor. 8, 24. — ἐμπίπτειν εἰς κρίμα, εἰς ὀνειδισμὸν καὶ παγίδα, 1 Tim. 3, 6. 7. coll. 6, 9. — ἐπιφώσκειν εἰς, de extrema parte diei in illucescentem alteram diem transeunte, Matth. 28, 1. — στῆναι εἰς τὸ μέσον, Marc. 3, 4. 14, 60. Luc. 6, 8. Joh. 20, 19. 26. (Xen.

Anab. 1, 2, 24.) al., et si quae sunt aliae similes phrases. Notes porro:

f., constructiones ellipticas, v. c. Gal. 2, 9. — ἡ ἐπιστολὴ εἰς, Act. 9, 2. Rom. 15, 31. Luc. 9, 61. — εἰς ᾅδου, Act. 2, 27. (scil. δόμα, cf. Aelian. V. H. 2, 21. εἰς Ἀρχελάου.)

g., constructiones praegnantes varii generis, *aa.*, verbo transitivo posito includentes notionem motus et directionis vel a parte subiecti agentis, vel a parte eius, in quem actio verbo expressa transit, v. c. ἀπαγγέλλω τι εἰς, Marc. 5, 14. Luc. 8, 34. — γνωρίζω εἰς, Rom. 16, 26. — εὐαγγελίζομαι εἰς, 2 Cor. 10, 16. Rom. 14, 25. Marc. 13, 10. Luc. 24, 47. 1 Thess. 2, 9. 1 Petr. 1, 25. Luc. 7, 1. (ut audirent.) — διασώζω, 1 Petr. 3, 22. — σώζω εἰς, 2 Tim. 4, 18. (Diod. Sic. 2, 48. Cebet. Tab. c. 27. Xen. Cyr. 5, 4, 8. al. — sed Marc. 1, 39. lege ἦν κηρύσσων ἐν —, ut et 13, 9. cf. Matth. 10, 17.) — βαπτίζειν εἰς ἓν σῶμα, ut unum corpus efficiatis, 1 Cor. 12, 15. — Matth. 20, 1. — ἐλευθερόω εἰς, Rom. 8, 21. — ἀποδιδόναι εἰς (Αἴγυπτον), Act. 7, 9. — ἀπολύω εἰς οἶκον, Marc. 8, 12. — ἔνοχος εἰς (würdig in die Gehenna hinein), Matth. 5, 22. — κτᾶσθαι χρυσὸν εἰς τὰς ζώνας, Matth. 10, 9. cf. 20, 1. — κλᾶν εἰς, Marc. 8, 19. Act. 16, 24. — καταλείπειν εἰς, Act. 2, 31. — *bb.*, coniungentes verba quietem in loco significantia cum praepos. εἰς (quasi aut verbis illis notio insit directionis, aut εἰς positum pro ἐν), v. c. κατοικεῖν εἰς, Matth. 2, 23. 4, 13. Act. 7, 4. (sens.: in quam venistis, ibi habitatum.) cf. Hebr. 11, 9. — εὑρέθη εἰς Ἄζωτον, Act. 8, 40. (i. e. eundum erat Azotum, ut ibi inveniretur.) — ἠκούσθη ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα, Act. 11, 22. (i. e. afferebatur, ut auribus audiretur.) — δεῖ με τὴν ἑορτὴν ποιῆσαι εἰς Ἱεροσ., Act. 18, 21. (i. e. me oportet Hierosolyma proficisci, ut ibi agam.) — ὡς συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον, Act. 20, 14. (i. e. cum venisset, ut posset συμβάλλειν ἡμῖν ἐν Ἄσσῳ.) — ita etiam γενέσθαι εἰς τόπον τινά, Act. 20, 16. — ἑτοίμως ἔχω ἀποθανεῖν εἰς Ἱεροσ., Act. 21, 13. (i. e. paratus sum abire, ut possim ἀποθανεῖν ἐν Ἱεροσολύμοις.) adde: Act. 23, 11. (i. e. profectus es [Hierosolyma], ut ibi testimonium ederes.) Rom. 8, 18. (ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς, i. e. venire in nos, ut possit ἀποκαλ. ἐν ἡμῖν.) — Luc. 4, 23. (quae translata a te sunt in.) Act. 2, 39. τοῖς εἰς μακράν, scil. οὖσι, die in die Ferne hin wohnen. cf. 8, 53. Luc. 9, 61. (die ins Haus gehören.) — εἶναι εἴς τι, se aliquo contulisse, Act. 19, 22. Joh. 1, 18. — Marc. 2, 1. 13, 16. — Nota: has phrases sic explica, ut εἰς mutes in ἐν, sed cogites, ad id ipsum, ut res fieri possit ἐν, aliquem se movisse. (Phrasis Joh. 9, 7. ὕπαγε νίψαι etiam sic enarrari potest: abi te ita lauturus, ut quod aqua abstergis, in balneum incidat.) — Alii loci, ubi εἰς non est: in, hic excluduntur, v. infra. (Suppetunt exempla huius constructionis etiam apud scriptores graecos, Aelian. V. H. 7, 8. ὅτι εἰς Ἐκ-

βάτανα ἀπέθανε. Xen. Anab. 1, 2, 29. *ἐνοικοῦντες εἰς χωρίον ὀχυρόν.* V. Matthiaei gr. §. 578.)

2., Si locus, quem quis occupavit, non ita comparatus est, ut circumdet intrantem, sed eius tantum superficies tangitur vel occupatur, praepositio *εἰς* et lat. in a nostratibus exprimitur vocula: auf, qua notatur terminus, in quo pes figitur, et quem quis assequutus est, in quo quasi requiescit. Ita *a.*, in phrasibus de motu physico in aliquem locum usurpatis, ex quo genere sunt, v. c. *διελθεῖν* vel *ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν*, Matth. 8, 18. (Marc. 4, 35. Luc. 8, 22.) 14, 22. — *εἰς τὴν γῆν*, Apoc. 9, 3. — *εἰς τὸ βάθος*, Luc. 5, 4. — *εἰς ὁδόν*, Matth. 10, 5. (Marc. 6, 8. Luc. 9, 3.) Luc. 1, 79. — *εἰς ἀγρόν*, Matth. 22, 5. Marc. 13, 16. — *εἰς τὸ ὄρος*, Marc. 3, 13. (Luc. 6, 12. Matth. 5, 1.) Matth. 17, 1. (Marc. 9, 2.) Luc. 9, 28. Matth. 4, 8. et Luc. 4, 5. Marc. 13, 14. et Luc. 21, 21. — *βάλλειν κλίνην*, Apoc. 2, 22. — *εἰς γῆν*, Luc. 12, 49. Apoc. 8, 5. 7. 12, 4. 9. — *εἰς τὰ δεξιά*, Joh. 21, 6. al. — *σπείρειν εἴς τι (σάρκα)*, Gal. 6, 8. — *(δοῦναι ἑαυτὸν) εἰς τὸ θέατρον*, Act. 19, 31. — *(πίπτω)* Marc. 4, 8. — *ἀνακλίνω εἰς τόπον*, Luc. 14, 10. — *δέχομαι εἰς τὰς ἀγκάλας*, Luc. 2, 28. — item *λάμπειν ἀπὸ — εἰς*, Luc. 17, 24. et in formulis: *ἐπαίρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἴς τινα*, Luc. 6, 20. — *βλέπειν εἰς*, Matth. 12, 16. Marc. 12, 14. Luc. 9, 62. Act. 3, 4. — *ἀναβλέπειν*, Act. 22, 13. — *ἀποβλέπειν*, Hebr. 11, 26. — *ἐμβλέπειν*, Matth. 6, 26. — *ἀφορᾶν*, Hebr. 12, 2. — *ἀτενίζειν εἰς*, Act. 1, 10. — *δηλοῦν εἰς χρόνον τινά*, 1 Petr. 1, 11. al. — *τύπτειν εἰς τὴν κεφαλήν*, Matth. 27, 30. Luc. 18, 13. et si quae sunt aliae similes phrases. Etiam hic nota: *aa.*, post verba eundi, ducendi et quae omnino de impulsu ad motum dicantur, praepositionem *εἰς* cum aliis quoque nominibus coniungi, ita adhibitis, quasi loca designarent (Latini reddunt: ad, nos: auf), v. c. *ἔρχεσθαι εἰς τὴν ἑορτήν*, Joh. 12, 12. *καλεῖν τινα εἰς* (v. c. *γάμον*, vel *γάμους*, vel *δεῖπνον* etc.), Matth. 12, 3. Luc. 14, 8. 10. Joh. 2, 1. — unde tropi oriuntur et metaphorae, v. c. *καλεῖν τινα εἰς μετάνοιαν*, Luc. 5, 32. 2 Thess. 2, 14. — *ἄγειν τ. εἰς μετ.*, Rom. 2, 4. — *ἀποστρέφειν* et *στρέφεσθαι εἰς τὸ φῶς*, Act. 26, 18. — *εἰς ματαιολογίαν*, 1 Tim. 1, 6. — *τὴν καρδίαν εἰς*, Act. 7, 39. 13, 46. Joh. 20, 14. — *μετατίθεσθαι εἰς ἕτερον εὐαγγέλ.*, Gal. 1, 6. — *χωρῆσαι εἰς μετάνοιαν*, 2 Petr. 3, 9. — *προσαγωγὴ εἰς χάριν*, Rom. 5, 2. — id quod etiam fit, *bb.*, ubi verba eundi, veniendi, al. ad res transferuntur inanimatas, ut Rom. 16, 19. *ἡ ὑπακοὴ ὑμῶν εἰς πάντας ἀφίκετο*, et dicitur venire aliquid in aliquem, auf jemand, quod ei contingit vel accidit, v. 1 Cor. 14, 36. 1 Thess. 1, 5. v. *γίνομαι εἴς τινα.* — 1 Cor. 10, 11. *εἰς οὕς*, in quos, i. e. ut ipsi sint ii, qui extrema mundi aetate vivant. Rom. 5, 12. 18. (omnibus hominibus insedit.)

b., a motu physico eiusque termino sermo motus notionem transfert ad verba, quae aliquam rationem agendi significant, et *εἰς*

denotat finem, ad quem actio tendit (seu terminum, in quem quasi e consilio agentis volvitur), etwas thun auf etwas hin. Huc pertinent *aa.*, phrases, quibus tempus futurum occupari et aliquid nunc fieri, curari, parari dicitur idcirco, ut futuro tempore praesto sit. Ita v. c. μεριμνᾷν εἰς τὴν αὔριον (scil. ἡμέραν), Matth. 6, 34. i. e. curare id s. sollicitum esse de eo, quod crastino die praesto sit. — ἀποθησαυρίζειν ἑαυτῷ εἰς τὸ μέλλον, 1 Tim. 6, 19. — τηρεῖν τι vel τινὰ εἰς, Act. 25, 21. — τήρησις εἰς τὴν αὔριον, Act. 4, 3. Gal. 3, 23. — τηρεῖν τι εἰς ἡμέραν τινά, tenere ut eo die paratum sit, Joh. 12, 7. — 1 Thess. 4, 15. περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν, qui superstites relinquuntur ad, h. e. ut eo tempore adhuc in vivis sint, die übrig gelassen werden auf. Huc ref. φυλάξαι εἰς, 2 Tim. 1, 12. — ἀγοράζειν εἰς τὴν ἑορτήν, Joh. 13, 29. — συγκεκλεισμένοι εἰς τὴν πίστιν, ut eo promtiores τὴν πίστιν, quando tempus eius amplectendae venisset, amplecteremur, Gal. 3, 23. — φρουρούμενοι εἰς σωτηρίαν, i. e. ut ἡ σωτηρία futura nos habeat, 1 Petr. 1, 5. — προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ut praesto sit, quod futuris necessitatibus satisfaciat, Tit. 3, 14. — ἔχειν κείμενα ἀγαθὰ εἰς ἔτη πολλά, iam nunc habere, quae multis annis venturis sufficiant, Luc. 12, 19. — καύχημα εἰς ἡμέραν χριστοῦ, gloria nunc parata, ut gloriam feram eo die, quo Christus iudicium habiturus est, Phil. 2, 16. — εἰλικρινεῖς εἰς ἡμέραν χριστοῦ, ut eo die, quo Christus iudicium habiturus est, probemini, Eph. 1, 14. 4, 30. 2 Tim. 1, 12. 2 Petr. 2, 9. — ἡ κληρονομία, ἡ τετηρημένη εἰς ἡμᾶς, quae nobis reservatur, ut in nos, cum venissemus, transferatur, 1 Petr. 1, 4. — οἷς τετήρηται ζόφος εἰς ἡμέραν αἰῶνος, hoc noli dictum putare pro: εἰς ἡμέραν αἰώνιον, ut formula ad Hebraeorum loquendi consuetudinem aptetur, animadverte potius, auctorem servare voluisse formulam solennem: τηρεῖν τι εἰς ἡμέραν τινά, ideoque aeternitatem cum aliquo die contulisse, Jud. v. 13. — παρεκάλουν εἰς τὸ μεταξὺ σαββάτων, iam nunc rogarunt in usum temporis inter sabbata interiecti, Act. 13, 42. — Luc. 13, 9. (adstipulor codici L. legere iubenti: ἐὰν μὴ ποιήσῃ καρπὸν εἰς τὸ μέλλον· εἰ δὲ μήγε cett.) Facile animadvertes, his se intermiscere constructiones praegnantes, v. c. Luc. 1, 20. λόγοι, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν, i. e. verba, quae iam nunc rata sint, ut tempus veniat, quo vere eventum habitura sunt. Cf. Gal. 3, 17. εἰς χριστόν, i. e. ut olim in Christo ratum fiat, s. eventum habeat. Act. 2, 25. λέγει εἰς αὐτόν, ut in ipso eventum haberet, cf. Hebr. 7, 14. — Luc. 12, 21. πλουτεῖν εἰς θεόν, i. e. in id tempus, quo deus adveniet te omnibus terrenis bonis exuturus, coll. v. 20., auf Gott hin. Vertunt alii: respectu ad deum habito; at quid hoc est? Verti voluit nescio quis: divitiis colligendis ad deum accedere, quam interpretationem leges linguae non ferunt. Nam πλουτεῖν non est verbum activum, ut motum involvere possit, sed intransitivum. Sunt qui in phrasibus allatis τὸ εἰς verti iubeant:

usque ad, minus accurate. Etenim hae phrases non dicunt actionem, verbo expressam, usque ad terminum duraturam esse, sed obiectum actionis parari in futuri temporis usum.

bb., ποιεῖν τι εἴς τινα (ut verbo activo exprimatur, coniici quid aut quemquam in aliquem), v. c. βαπτίζειν τινὰ εἴς τινα, in aliquem, cui obstrictus sit, Matth. 28, 19. Act. 8, 16. 19, 3. 4. Rom. 6, 3. al. vel εἰς ὄνομά τινος, 1 Cor. 1, 13. Matth. 28, 19. Act. 19, 5. v. βαπτίζω. — καταλλάσσειν τινὰ εἴς τινα, Col. 1, 20. — μετασχηματίζω εἰς, 1 Cor. 4, 6. — παραβολὴ εἰς, Hebr. 9, 9. cf. Eph. 5, 32. — 2, 3. εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη, ad nos perlata est, in quibus maneret. — πιστεύειν εἴς τινα, Matth. 18, 6. Marc. 9, 42. al. v. πιστεύω, πίστις, ἐλπίζω, ἐλπίς, πεποίθησις. — Eph. 1, 5. (προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν — εἰς αὐτόν, in se ipsum, ut υἱοθεσίαν haberemus.) Rom. 8, 18. (ἀποκαλύπτεσθαι εἴς τινα, id dic. quod manifestatur eo, quod transfertur in aliquem.) 2 Cor. 9, 1. Eph. 3, 2. Col. 1, 25 — Itaque si res in aliquem transferenda aliquid commodi et utilitatis significat, τὸ εἰς id est, quod dicimus: in commodum, et cum nostratibus: für, v. c. Matth. 13, 52. μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλ. τῶν οὐρανῶν, in usum, in commodum regni div. (alii codd. h. l. habent: τῇ βασιλ. quae lectio plane absona est, cum μαθητεύειν τινί sit: aliquem praeceptorem sectari, regnum div. autem nusquam ut persona sistatur.) 2 Cor. 2, 12. — Philem. v. 6. ἐνεργὲς εἰς χριστόν. — ἐργάζεσθαί τι εἴς τινα, 3 Joh. v. 5. Marc. 14, 6. — κοπιᾶν εἴς τινα, Rom. 16, 6. Gal. 4, 11. λειτουργὸς εἰς, Rom. 15, 16. cf. Act. 24, 17. — δύναμις εἰς, Eph. 1, 19. — χάρισμα εἰς, 2 Cor. 6, 11. Rom. 15, 26. — χάρις εἰς, 2 Cor. 8, 4. — ἁπλότης κοινωνίας εἰς, communis liberalitas in usum alicuius, 2 Cor. 9, 13. coll. v. 1. — πλουτεῖν εἴς τινα, Rom. 10, 12. (divitiis abundare, e quibus alius fructus percipiat.) Luc. 9, 13. (εἰς πάντα τὸν λαόν, i. e. in usum omnis huius multitudinis s. ut ei distribuatur.) Joh. 6, 9 — πλεονάζειν εἴς τινα, Phil. 4, 17. — περισσεύειν, Rom. 5, 15. — οὐκ ἀσθενεῖν εἴς τινα, 2 Cor. 13, 3. — ζῆν εἴς τινα, 2 Cor. 13, 4. — Col. 1, 25. (εἰς ὑμᾶς, in vestrum commodum.) — δουλεύειν εἰς, Phil. 2, 22. 2 Cor. 13, 3. 4.

His porro adde *cc.*, εἴς τι, auf etwas hin, ita dictum, ut significetur aliquid in aliquem finem exire, aptum esse, praeparatum ad aliquid, quod inde veniat (Anlage auf einen Zweck, der zugleich Folge ist, dass das Mittel gleichsam in ihn oder auf ihn übergeht). Hic distinguimus phrases, in quibus τὸ εἴς τι *α.*, ab alia voce pendet cum ea in integram notionem constructum et ante nomen substant. ponitur, utrumque praecedente *αα.*, nomine adiectivo, v. c. ἀργὸς κ. ἄκαρπος εἴς τι, 2 Petr. 1, 8. — εὔθετος εἰς, Luc. 9, 62. 14, 35. — εὔχρηστος, 2 Tim. 4, 11. — χρήσιμος, 2 Tim. 12, 14. — δυναμούμενος, Col. 1, 11. — θεοδίδακτος, 1 Thess. 4, 9. — βραδύς, Jac. 1, 19. — σοφός, Rom. 16, 19. — aut *ββ.*, substantivo, cuius usum τὸ εἰς denotat, v. c. φῶς εἰς ἀποκάλυψιν, Luc. 2, 32.

— ἄρτος εἰς βρῶσιν, Col. 4, 11. Hebr. 10, 19. 2 Cor. 9, 10. — μετάνοια εἰς θεόν, Act. 20, 21. — aut γγ., verbo, unde τὸ εἰς pendeat, v. c. ἀναγεννᾶν εἰς, 1 Petr. 3, 4. — ἀνακαινόω, Col. 3, 10. — παρασκευάζομαι, 1 Cor. 14, 8. — ἑτοιμάζειν εἰς, 2 Tim. 2, 21. Apoc. 9, 7. — καταρτίζειν εἰς, Rom. 9, 22. 23. cf. Eph. 4, 12. — γεννάομαι εἰς, 2 Petr. 2, 12. — γεννάω εἰς, Gal. 4, 24. — τάσσω, 1 Cor. 16, 15. — τάσσομαι, Act. 13, 48. — ἀφορίζω, Rom. 1, 1. Act. 13, 2. — προορίζω, Eph. 1, 5. 1 Cor. 2, 7. — αἱρέομαι, 2 Thess. 2, 13. — τίθεμαι, 1 Tim. 1, 12. cf. Act. 4, 3. — ἀποστέλλω, Hebr. 1, 14. cf. Rom. 1, 5. — πέμπω, 1 Thess. 3, 2. 1 Petr. 2, 14. Col. 4, 8. Phil. 4, 16. — ἔρχομαι εἴς τι, Joh. 1, 7. Marc. 1, 38. — ποιεῖν τι εἰς, 1 Cor. 11, 24. 10, 31. — ἐνεργεῖν εἴς τι, Rom. 15, 4. — δύναμις εἰς, Rom. 1, 16. Hebr. 11, 11. — ἰσχύειν εἰς, Matth. 5, 13. — διάκονος εἰς, Rom. 13, 4. — γράφειν τι εἰς, Rom. 15, 4. — διδόναι τι εἴς τι, 2 Cor. 10, 8. 13, 10. cf. Act. 14, 26. — παρέχειν, 1 Tim. 6, 17. — σοφίζειν τινὰ εἰς, 2 Tim. 3, 15. — intransit. ἀγρυπνέω, Eph. 6, 18. — νήφω, 1 Petr. 4, 7. — αὐξάνω εἰς, Col. 1, 10. — κεῖσθαι εἴς τι, Phil. 1, 17. 1 Thess. 3, 3. — πλουτίζεσθαι, 2 Cor. 9, 11. — praeterea: ἀνοίγειν τὸ στόμα εἰς, in id, quod ex ore venit, Apoc. 13, 6. — ἐκτείνειν τὴν χεῖρα εἰς, ad id, quod manu efficitur, Act. 4, 16. — συνέρχεσθαι εἰς (τὸ κρεῖττον, εἰς τὸ ἧττον), 1 Cor. 11, 17. (s.: vestros conventus ita instituitis, non ut meliores, sed ut inferiores fiatis.) Act. 15, 38. cf. formulam aliquid faciendi εἰς κενόν, 2 Cor. 6, 1. Gal. 2, 2. Phil. 2, 16. 1 Thess. 3, 5. — εἶναι εἴς τι, Hebr. 6, 8. 2 Tim. 2, 20. Rom. 10, 1. 7, 10. — Nota constructiones ellipticas: Gal. 5, 13. (μόνον μή, suppl. κατέχητε, i. e. ne abutamini libertate, ut inde nascantur peccatorum illecebrae.) Rom. 5, 18. (εἰς κατάκριμα, suppl. κρίμα ἐγένετο.) Rom. 15, 7. (ἡ εἰς χάριν, suppl. δεδομένη.) — Distinguimus porro locos, in quibus τὸ εἰς eadem ratione ab hoc illove verbo pendens positum est δδ., ante alicuius verbi infinitivum, articulo notatum, Matth. 20, 19. παραδώσουσιν αὐτὸν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι (ad supplicium crucis), 26, 2. 27, 31. (ἀπαγαγεῖν.) 1 Cor. 8, 10. (οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν.) cf. 1 Thess. 4, 9. 1 Cor. 11, 22. 33. Hebr. 8, 3. — ἐπιθυμίαν ἔχειν εἰς τό, Phil. 1, 23. — Iam vero notamus locos, ubi

β., τὸ εἴς τι finem innuens actionis non pendet ab aliqua voce praecedente, quacum in integram phrasin constructum esset, sed se habet ad modum appositionis, τῇ ῥήσει praecedenti iam completae adiectum. Ita saepissime αα., ante nomen substantivum, vide locos: Rom. 15, 7. εἰς δόξαν τοῦ θεοῦ. 8, 15. εἰς φόβον, ut metuatis, cf. 6, 16. 10, 4. 2 Cor. 2, 16. 7, 9. 10. 1 Tim. 1, 16. 2 Tim. 2, 25. Rom. 10, 10. 16, 18. 1 Petr. 1, 2. Judae v. 21. — Rom. 3, 25. εἰς ἔνδειξιν, ut ostenderet. 5, 21. 6, 19. (εἰς τὴν ἀνομίαν et εἰς ἁγιασμόν, i. e. ad efficiendam.) 6, 22. 14, 1. (μὴ εἰς κρίσεις διαλογισμῶν, non eo, ut distinctio-

nes disputantium faciatis.) Eph. 4, 19. Hebr. 3, 5. 4, 16. 9, 15 26. 10, 24. 39. 11, 7. Matth. 3, 11. 8, 4. (Marc. 1, 44. Luc. 5, 14.) Marc. 1, 4. 6, 11. (Luc. 9, 5.) 13, 9. (Matth. 24, 14. 10, 18.) Matth. 24, 9. 27, 7. Joh. 1, 7. 4, 36. 9, 39. Act. 11, 5. 18. 25, 16. Phil. 1, 11. 25. 2, 11. 16. Apoc. 22, 2. — cf. εἰς τοῦτο, idcirco, propterea, Marc. 1, 38. et Luc. 4, 43. Joh. 13, 37. 1 Joh. 3, 8. Rom. 9, 17. 14, 9. 2 Cor. 2, 9. 1 Petr. 4, 6. — εἰς αὐτὸ τοῦτο, ob id ipsum, 2 Cor. 1, 5. Eph. 6, 22. 2 Cor. 10, 3. — εἰς τί, cur? Marc. 13, 34. Matth. 14, 31. 26, 8. (Marc. 14, 1.) quem in finem? — εἰς ὅ, quam ob rem, ad quod, 2 Thess. 1, 11. Col. 1, 29. 1 Petr. 2, 8. — ββ., ante infinitivum, articulo notatum, ubi τὸ εἰς notes aut א., ἐκβατικῶς dici ad id significandum, quod ex actione aliqua fluit, et in quod illa procedit (darauf hinaus, darauf hin, dass, latine: ita ut, adeo ut, i. q. ὥστε seq. infinit.), Rom. 1, 20. 3, 26. 6, 12. 7, 4. 5. 12, 3. 1 Cor. 9, 18. Eph. 1, 18. 2 Thess. 2, 11. Hebr. 11, 3. 1 Petr. 4, 2. — aut ב., τελικῶς, de fine, in quem actio e consilio auctoris procedat (der beabsichtigte Erfolg, lat. ad cum gerundio), Marc. 14, 55. Luc. 20, 20. Act. 3, 19. Rom. 1, 11. 4, 16. 8, 29. 11, 11. 12, 2. 15, 8. 13. 16. — 7, 3. (animo meo inhaeretis in id, ut mecum aut vivatis aut moriamini.) 1 Cor. 10, 6. Eph. 1, 12. 1 Thess. 2, 12. 16. 3, 5. (ἔπεμψα εἰς τό.) 10, 13. 2 Thess. 1, 5. 2, 2. 10. 3, 9. Jac. 1, 18. Hebr. 2, 17. 7, 25. 9, 14. 28. 12, 10. 13, 21. — εἰς τὸ μή, ne, 1 Petr. 3, 7. — Nota *dd.*, constructiones praegnantes: καθῆσθαι εἰς, Marc. 13, 3. 2 Thess. 2, 4. Hebr. 2, 3. εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη, v. supra n. 2. *b.*, *bb.* — ὀμνύναι εἰς, Matth. 5, 35. εἰς Ἱεροσόλυμα, hoc non est: conversus (βλέπων) εἰς. Nam cum dicatur, ὀμνύναι ἔν τινι, illud εἰς, quod terminum in quo, in terminum mutat in quem, non aliter enarrari potest, atque sic: ut in eo nitaris, auf (ut iuramentum in aliquid volvas, quo stabiliatur). — cf. εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι, 2 Cor. 10, 16. (Gal. 6, 4.) — μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα, Matth. 12, 41. Hoc non est: respectu ad, sed: se accommodaturi ad (normam), Eph. 3, 16. κραταιωθῆναι εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, h. e. ut huic vis et robur addatur (perperam vertunt: respectu ad). — παιδαγωγὸς εἰς χριστόν, Gal. 3, 24. (hoc non est: usque ad Christum, sed: qui nos duceret ad Christum, s. qui nos disciplinae Christi aptos redderet.) Act. 25, 20. (cum nihil invenirem ad hanc quaestionem.) Matth. 10, 41. εἰς ὄνομα προφήτου, i. e. eo, ut prophetam honoret. Cf. Hebr. 6, 10. Act. 7, 53. ἐλάβετε εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, ad mandata, auf die Einhändigungen — hin, i. e. ideo, quod vobis per angelos tradita esset. Notamus locum difficilem 1 Petr. 3, 21. (nisi fallor, auctor verba εἰς θεόν construi voluit cum verbo σώζει. Sens.: ut Noachus nonnullos servavit in arcam receptos, ita nobis baptismus refugium ad deum parat per resurrectionem Christi, quippe qui iam in coelis est, v. 22.) Respondet praepositio εἰς nostro: auf denique

c., in formulis speciem adverbiorum referentibus (cf. Matth. gr. §. 578. d.): εἰς τέλος, tandem (nos: auf die Letzt), Luc. 18, 5. 1 Thess. 2, 16. (Xen. Oecon. 17, 10.) cf. εἰς τὸ πάλιν, Hebr. 5, 12. 6, 6. — εἰς τὸ παντελές, prorsus, Luc. 13, 11. quibus accenseri possunt: εἰς κενόν, 1 Thess. 3, 5. v. supra. — εἰς ὑπάντησιν, לִקְרַאת, obviam, Joh. 12, 13. Matth. 8, 34. — et *d.*, ἔρχομαι, ἐλεύσομαι εἰς de scriptore usurpatum, qui iam aliquam rem tractare incipit, 2 Cor. 12, 1. Haec hactenus de significatione primo loco ponenda. Sed denotat praepos. εἰς

II., motum in viciniam loci, et directionem ad locum. Scil. **1.**, si spectes extremum motus in locum directi terminum, occurrunt interdum *a.*, formulae, dicentes, aliquem venisse, missum etc. esse εἴς τι, εἴς τινα, ita dictae, ut εἰς sit idem quod lat. ad, h. e. prope (ut qui venerit, iam sit apud aliquem), nos: an (zu, scil. ubi εἰς secum habet acc. personae). Ita ἀποστέλλειν τινὰ εἴς τινας, Luc. 11, 49. v. ἀποστέλλω. — cf. προέλθωσιν, 2 Cor. 9, 5. — ἐγγίζειν εἰς, Matth. 21, 1. (Marc. 11, 1. Luc. 18, 35. 19, 29.) 24, 28. — ἐφικνέομαι εἰς ὑμᾶς, 2 Cor. 10, 14. Act. 16, 40. εἰς τὴν Λυδίαν, i. e. in domum Lydiae (at haec lectio, quamquam defenditur Homerico illo: εἰς Ἀχιλῆα, εἰς Ἀγαμέμνονα, suspecta est, et videtur iis deberi librariis, qui nomen mulieris cum regionis nomine confunderent). — ἦλθεν εἰς (τὴν θάλασσαν), Marc. 7, 31. (textus rec. πρός.) Joh. 4, 5. (coll. v. 28.) 11, 38. 20, 1. 3. 4. 8. — ὑπάγειν εἰς τὸ μνημεῖον, 11, 31. — εἰς τοὺς φραγμούς, Luc. 14, 23. — πεσεῖν εἰς τοὺς πόδας τινός, 11, 32. (Diog. Laërt. 2, 19.) — εἰς, an, Luc. 15, 22. (δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα.) cf. Jac. 3, 3. — ἔστη εἰς τὸν αἰγιαλόν, Joh. 21, 4. (ponitur etiam ἐπί, Matth. 13, 2. Apoc. 15, 2.) se collocaverat ad (ut καθέζεσθαι εἰς); ita Graeci quoque, v. Matth. gr. §. 578. (sed Act. 22, 30. εἰς sign. inter.) Rom. 11, 36. εἰς αὐτόν (scil. ἐστί, de rebus ad deum tendentibus. Distinguitur h. l. ab ἐξ et διά), cf. 1 Cor. 8, 6. Col. 1, 16. (Matth. 17, 27. construe: βάλε εἰς.) — *b.*, de tempore: usque ad, εἰς τέλος, Marc. 13, 13. (Matth. 24, 13. 10, 22.) Joh. 13, 1. (aliter Luc. 18, 5. v. supr. I. n. 2. *c.*) Ita quoque εἰς τό, 2 Thess. 2, 6. (Joh. 6, 27. huc non pertinet, v. supr. I. n. 1. *d.*, nec 1 Thess. 4, 15. v. supr. I. n. 2. *b.*, *aa.*) — Hinc *c.*, metaph. de modo s. de gradu dicitur, ad quem usque actio verbo expressa procedat aut processerit. Missis locis, qui ad comprobandam hanc significationem minus apte afferuntur (Wahlii Clav. p. 428.), nobis excitare nullos licet, nisi hos: Rom. 13, 14. 2 Cor. 7, 9. — καυχῶμαι εἰς τὰ ἄμετρα, 2 Cor. 10, 13. 15. (Non huc pertinent v. c. Col. 1, 10. αὐξάνεσθαι εἰς, h. e. in, v. supra. — Rom. 6, 12. apostolus non vult definire, quousque peccatum non imperet, sed id imperare plane non vult, et εἰς τό est: in id, s. hoc eventu, ut; qui eventus est imperii, omnino dicti, non gradus imperii. Multo minus huc pertinet 1 Cor. 8, 10. οἰκοδομεῖσθαι εἰς. — 2 Cor. 7, 3.

τὸ εἰς non designat gradum τοῦ εἶναι, sed finem, ad quem τὸ εἶναι ἐν ταῖς καρδίαις Παύλου refertur s. tendit.) — Sed

2., praepos. εἰς denotat etiam situm, qui ad terminum aliquem spectat (possis dicere directionis initium), lat. adversus, nos: nach — hin, nach — zu. Hac vi verbi nititur *a.*, phrasis: ἐνδείξασθαί τι εἴς τινα (nach einem zu, nach — hin, ut conspicere possit), 2 Cor. 8, 4. — Act. 2, 22. ἀποδεδειγμένος εἰς ἡμᾶς, nobis propositus (quasi nobis e regione positus, ut intueri eum possimus), 2 Cor. 11, 6. (φανερωθέντες εἰς ὑμᾶς. Ita ἀποφαίνεσθαί τι εἴς τινα, Plat. Menex. p. 239. — φανεῖσθαι, Thucyd. 7, 56.) Hinc transfertur *b.*, ad animi affectiones dispositas aut ad alicuius amorem aut odium et respondet latino: erga, adversus, φρονεῖν τι εἴς τινα, Rom. 12, 16. (Non huc pertinent loci seq. 1 Thess. 5, 15. [Nam in phrasi διώκειν τὸ ἀγαθόν, τὸ εἴς τινα est nostr. für.] Matth. 26, 10. ἐργάζεσθαι — εἴς τινα. 1 Cor. 15, 10. χάρις, ἡ εἰς ἐμέ, quam in me contulit, cf. 2 Cor. 1, 11. 7, 14.) — ἀγάπη εἴς τινα, Rom. 5, 8. 12, 12. 2 Cor. 2, 4. 8. 1 Thess. 3, 12. 4, 10. Eph. 1, 15. Col. 1, 4. 1 Petr. 4, 8. — φιλόξενος εἴς τινα, 1 Petr. 4, 9. — χρηστός, Eph. 4, 32. — huc referri poterit βουλὴ εἴς τινα, Luc. 7, 30. et si hoc, etiam θέλημα, 1 Thess. 5, 18. — de animo ac sensu hostili: ἐπιβουλὴ εἴς τινα, Act. 23, 30. — ἔχθρα, Rom. 8, 7. — ἀντιλογία, Hebr. 12, 3. — ἀπειλή, Act. 9, 1. — Sed ψεύδομαι, Col. 3, 9. — βλασφημεῖν, Marc. 3, 29. Luc. 12, 10. — βλασφημῶν λέγω εἰς, Luc. 22, 65. — εἰπεῖν λόγον, Luc. 12, 10. non videntur huc pertinere, quippe quae potius iniiciendi notionem involvunt. — ἁμαρτάνειν, Luc. 15, 21. (Xen. H. G. 7, 4, 34. ἀδίκημα ἐς. Pausan. 7, 8, 4. ἔγκλημα εἰς.) alio sensu dicitur hoc 1 Cor. 7, 18. (in detrimentum.)

Εἷς, μία, ἕν, gen. ἑνός, μιᾶς, ἑνός. Nomen numerale cardinale, **1.**, unus, a, um. Ponitur *a.*, ita, ut a pluralitate distinguatur, *aa.*, additum nominibus modo adiectivi, Matth. 25, 15. (— πέντε, — δύο, — ἕν.) 24. 6, 27. et Luc. 12, 25. (vel unam ulnam.) 26, 40. (Marc. 14, 37. i. e. vel unam horam, pluribus non opus est.) cf. Apoc. 18, 10. 1 Petr. 3, 8. — Matth. 20, 12. (unam tantum.) 21, 19. 27, 15. Act. 28, 13. 1 Cor. 10, 8. (vel uno die, reliquis non subducitur ratio.) Jac. 4, 13. 1 Cor. 12, 14. 19, 20. 1 Cor. 18, 24. (παρὰ μίαν scil. πληγήν, una minus.) — *bb.*, absol., Hebr. 2, 11. et ubi locum obtinet praedicati, Gal. 3, 20. (en locum, qui iampridem fuit crux interpretum. Sens.: mediator unius non est, quippe qui semper inter duos pluresve intercedit, deus vero unus est, ideoque consilii quidquam si cepit, neminem habet, cuius approbationi relinquat, aut cuius voluntati submittat. Aliter Winerus, cuius vide commentar. in epist. ad Galat.) 5, 20. (Christo adhaerentes unam efficitis personam pariter atque dominus ipse.) — Neutr. ἕν, συνάγειν εἰς ἕν, in unum cogere, Joh. 11, 52. Eph. 2, 14. (ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν.) — ἓν εἶναι, arctissime cum aliquo (voluntate, animo) coniunctum esse, Joh. 4, 30. 17, 11.

21. 22. 23. (ut perfecti in unum coniungantur.) Hinc illustres locos, ubi τὸ εἷς divisioni in partes opponitur, Matth. 19, 5. (Marc. 10, 8.) et 1 Cor. 6, 16. Eph. 5, 31. (εἰς σάρκα μίαν.) Joh. 10, 16. coll. Act. 17, 26. Eph. 2, 15. 16. 18. — et ubi cum partibus confertur, Rom. 12, 4. 5. 1 Cor. 12, 12. — aut unus ad multos comparatur, Rom. 5, 15 — 19. 1 Cor. 12, 20. quibus adde phrasin metaphoricam: μία καρδία, μία ψυχή, Act. 4, 32. (cf. Cic. Lael. c. 25. amicitiae vis est in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus.) — denique locos, ubi unus quis vel una res aliqua plurium esse dicitur, Eph. 4, 4. cf. Rom. 15, 6. — ἀπὸ μιᾶς, Luc. 14, 18. (v. ἀπό p. 82.) — cum negat. οὐδεὶς — οὐ, nullus, a, um, Matth. 5, 18. (ex ratione Hebraeorum, nullius notionem sic exprimentium.) — *b.*, Dicitur cum emphasi, ut excludantur alii, atque εἷς idem sit, quod *aa.*, unicus (ut lat. unus). Hac vi pollet *α.*, cum nominibus coniunctum, Matth. 21, 24. (Marc. 11, 29. Luc. 20, 3.) coll. Gal. 5, 14. Hebr. 10, 14. — Marc. 8, 14. (οὐκ — εἰ μὴ ἕνα ἄρτον.) 12, 6. Luc. 12, 52. 17, 34. Joh. 6, 22. 11, 50. 7, 21. 10, 16. Rom. 5, 12. 1 Cor. 12, 19. 1 Tim. 3, 12. et Tit. 1, 6. Apoc. 21, 21. — *β.*, absol., 1 Cor. 9, 24. 14, 27. 2 Cor. 5, 15. (cf. Joh. 11, 50. 18, 14.) Eph. 4, 6. 2 Tim. 2, 5. Jac. 4, 12. Matth. 23, 8. 9. 10. — praedicati locum obtinet Marc. 12, 29. — cum negat. οὐδὲ εἷς, ne unus quidem, Act. 4, 32. Matth. 27, 14. Rom. 3, 10. 1 Cor. 6, 5. — οὐκ ἔστιν, ἕως ἑνός, Rom. 3, 12. (Ps. 14, 3. אֵין גַּם־אֶחָד, quod verterunt οἱ ὁ ita, ac si legissent עַד־אֶחָד, quamquam hoc Ex. 14, 18. in textu hebraico expressum non sic reddiderunt, sed verbis οὐδὲ εἷς eandem vim habentibus interpretati sunt. Cf. etiam latinum illud: omnes ad unum.) — Neutr. ἕν, unum, reliquis exclusis, Marc. 10, 21. (Luc. 18, 22.) Luc. 10, 42. Joh. 9, 25. Phil. 3, 14. Jac. 2, 10. — *bb.*, solus; ita in phrasi: οὐδεὶς — εἰ μὴ εἷς ὁ θεός, Marc. 2, 7. (pro quo Luc. 5, 21. μόνος ὁ θεός.) 10, 18. (Matth. 19, 17.) Luc. 18, 19. — εἰς ἕνα τόπον, Joh. 20, 7. (in loco separato, seorsim, auf einen alleinigen Ort.) — *cc.*, unus idemque (is quasi, qui non est alius a se ipso. — Identität und Einerleiheit, wie selbige auch bei der numerischen Einheit ist). Ita in locis, ubi unitas diversitati opponi deprehenditur, v. c. *α.*, eo, qui εἷς dicitur, subiecti locum tenente, Rom. 3, 30. — *β.*, subiectis positis pluribus, quorum habita ratione fit, ut aliquis unus vel aliqua res una esse dicatur, Hebr. 2, 11. (ἐξ ἑνός πάντες.) 11, 12. (ab eadem ipsa.) Apoc. 17, 13. 17. 18, 8. 1 Cor. 10, 17. Quibus locis annumeraverim Eph. 4, 5. 6. — Neutr. ἓν εἶναι, non differre, quod 1 Cor. 3, 8. est: idem valere, eodem loco habendum esse, — τὸ ἕν, Phil. 2, 2. (idem sentire.) 1 Joh. 5, 7. (εἰς τὸ ἓν εἶναι, in idem s. eodem tendere, conspirare, text. rec. ἕν εἰσιν.) Explicatius: τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτό, 1 Cor. 12, 11. — ἓν καὶ τὸ αὐτό τινι, 1 Cor. 11, 15.

2., Dicitur εἷς, μία, ἕν de unitate, quae cuiusvis rei vel

personae subsistentis est (de unitate abstracta, ut cum philosophis loquamur), si rem vel personam distinctius notare non attinet, eo sensu, ut significet: ullus, a, um, aliquis, -qua, -quod, quidam, quaedam, quoddam, vario quidem modo. *a.*, Sic ponitur, ut secum habeat genitivum nominis genus quoddam significantis, ubi auctoris magis interfuit dicere, cuius esset aliqua res vel persona generis, numeri, ordinis, quam nominatim definire, quam et quotam ex toto genere et numero rem vel personam vellet cogitari. Sed vel sic distinguendi erunt loci, ubi sonus ac vis sententiae residet *aa.*, in voce εἷς, hac ut significetur: ullus, a, um, quicunque (quaec., quodc.) demum sit, cum hic sit par caeteris, Matth. 5, 19. (μίαν τῶν ἐντολῶν, praeceptum, quodcunque ex omni numero eligas.) 6, 29. (Luc. 12, 27.) 18, 6. (Marc. 9, 42. Luc. 17, 2.) — aut ex toto numero unum eximi (excipi) iubeatur, Joh. 19, 34. Marc. 14, 47. Luc. 23, 39. — Deinde *bb.*, loci, qui vim potiorem reiiciunt in nomen generis vel ordinis vel numeri gignendi casu positum, hac mente, ut quem unum ex omni numero commemorarint, eum eodem nomine appellari velint, quo caeteros, cum huic pares caeteri sint, Matth. 16, 14. (Marc. 8, 28. Luc. 9, 19. ἕνα τῶν προφητῶν.) 18, 28. 26, 4. (Marc. 14, 10. Luc. 22, 3. omisso τῷ εἷς solum ponit ὄντα ἐξ.) 51. Marc. 5, 22. 6, 16. 12, 28. 13, 1. 14, 43. 66. Luc. 5, 3. 12. 15, 19. 26. 22, 47. Joh. 12, 2. 18, 22. Huc referas ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, Luc. 5, 17. 8, 23. 20, 1. — *b.*, Adiungitur ei praepositio ἐκ cum genit. nominis totum aliquod significantis, ubi auctor non tam indicari, cuius generis et ordinis aliquis vel aliqua res fuerit, quam id exprimi voluit, ex coetu atque plurium congregatorum numero unum iam exstitisse, qui quidquam faceret, Matth. 22, 35. (sed Marc. 12, 28. εἷς τῶν γραμματέων, cf. tamen Marc. 9, 17.) 26, 21. (Marc. 14, 18.) 27, 48. Luc. 17, 15. Joh. 1, 41. 6, 8. 70. 71. 7, 50. 12, 4. 13, 21. 23. 18, 22. 26. 20, 24. Apoc. 5, 5. 7, 13. coll. 4, 4. 6, 1. (coll. 4, 6.) 13, 3. 17, 1. 21, 9. — His loc. adde: Matth. 18, 12. (Luc. 15, 4.) — Pluralis exprimitur plurali pronom. indef. τίς. Additur negatio copulata c. verbo, Matth. 10, 20. (nullum, ex illa loquendi ratione Hebr., v. supr. 1. *a.*) — *c.*, Occurrit addito nomine, quo quis ex munere aut arte et opificio aut ex statu et conditione appellatur; se habet ut articulus indefinitus atque idem est quod τίς, Matth. 8, 19. (εἷς γραμματεύς.) 18, 24. 26, 69. Marc. 12, 42. (Luc. 21, 2. χήραν τινά.) Joh. 6, 9. Apoc. 8, 13. 9, 13. (μίαν φωνήν, i. e. aliquem, qui vocem ederet, ut nos: eine Stimme.) Ita Hebraei אֶחָד, Dan. 8, 3. Gen. 22, 13. 1 Sam. 1, 1. 1 Reg. 20, 13. v. Gesen. Lehrgeb. p. 655. — et τὸ εἷς, μία, ἕν Graeci, Xen. Mem. 3, 3, 12. praesertim seriores. — *d.*, addito: τίς, εἷς τις, unus aliquis, c. nomine subst., Marc. 14, 51. vel sequente genitivo, Marc. 14, 47. (sed legendum videtur simplex εἷς, ut Matth. 26, 51. et locus annumerandus iis est, qui supra n. 2. *a.*, *aa.* allati sunt; cf. Diod. Sic. 11, 47.) vel seq.

ἐκ, ἐξ c. genit., Luc. 22, 50. Joh. 11, 49. — Neutr. ἕν, quidquam, Joh. 1, 1. οὐδὲ ἕν, ne quidquam quidem.

3., Ponitur in distributione: *a.*, εἷς — εἷς, unus — alter, Matth. 17, 4. (Marc. 9, 5. Luc. 9, 33.) 20, 21. (Marc. 10, 37.) 24, 41. (Luc. 17, 35.) 27, 38. (Marc. 15, 27.) Marc. 4, 8. 20. Joh. 20, 12. Gal. 4, 22. — Aristot. Eth. 4, 1. Xen. Cyr. 1, 2, 4. — praefixo articulo: ὁ εἷς, alter, Luc. 24, 18. Gal. 4, 24. — seq. ὁ εἷς, alter — alter, Matth. 24, 40. (Luc. 17, 34.) 1 Thess. 5, 11. 1 Cor. 4, 6. — sequente ὁ ἕτερος, Luc. 7, 41. 17, 34. 18, 10. Matth. 6, 24. (Luc. 16, 13.) Act. 23, 6. — seq. ὁ ἄλλος, Apoc. 17, 10. — *b.*, εἷς ἕκαστος, unusquisque, Act. 2, 6. 20, 31. Eph. 4, 16. Col. 4, 6. (Xen. Anab. 6, 6, 12.) — seq. gen. partit., Luc. 4, 40. 16, 3. Act. 2, 5. 17, 27. 21, 25. 1 Cor. 12, 18. Eph. 4, 7. 1 Thess. 2, 8. 17, 27. 21, 26. 1 Cor. 12, 18. 1 Thess. 2, 11. — addito insuper ἀνά, Apoc. 21, 21. — *c.*, καθ' εἷς; — ὁ καθ' εἷς, Rom. 12, 5. i. q. εἷς ἕκαστος. — εἷς καθ' εἷς, alter post alterum, Marc. 14, 19. Joh. 8, 9. Apoc. 4, 8. (ἓν καθ' ἑαυτό.) — καθ' ἕνα, καθ' ἕν, de serie, singuli, ae, a, deinceps; καθ' ἕν, deinceps omnia (Lucian. Dial. Deor. tom. 2. p. 12.), Joh. 21, 25. — item καθ' ἕνα πάντες, 1 Cor. 14, 31. (Xen. Venat. 6, 14.) — item καθ' ἓν ἕκαστον, Act. 21, 19. (Xen. Cyr. 1, 6, 27. Ages. 7, 1.) — (ὑμεῖς) οἱ καθ' ἕνα ἕκαστος (ἀγαπάτω τὴν ἑαυτοῦ), wie ihr alle nach einander in der Gemeine seid, Eph. 5, 33. — καθ' εἷς pro καθ' ἕνα dictum Lucian. (in Soloecist. §. 9.) soloecismis annumerat. — Denique

4., ponitur pro ordinali: πρῶτος, primus, Matth. 28, 1. μία σαββάτων, Marc. 16, 2. (Luc. 24, 1.) Joh. 20, 1. 19. Act. 20, 7. 1 Cor. 16, 2. His adde Luc. 17, 22. Apoc. 9, 12. coll. 11, 14. (ita ex usu hebr. אחד, Gen. 1, 5. 2, 11. 8, 13. Ez. 32, 1. Esdr. 10, 16. 17. et Polyb. p. 1401. ἐν τῇ μιᾷ καὶ εἰκόστῃ βίβλῳ, ut Cic. de Senect. c. 5. uno et octogesimo anno.)

Εἰςάγω, f. ξω, (ex εἰς et ἄγω, duco) **1.**, introduco, εἰς τόπον τινά, Luc. 22, 54. Act. 9, 8. 21, 28. 29. — loco, in quem introducitur, non expresse notato, Joh. 18, 16. (scil. εἰς τὴν αὐλήν.) Hebr. 1, 6. ὅταν — εἰςαγάγῃ, λέγει, tempus spectans, quo — in orbem terrarum introduxerit, dicit (non recte verterunt vernac.: wenn er ihn einführen würde, ut Wahl. c. Böhmio, nec magis recte Schulz.: wie er ihn einführt). — Pass., Act. 21, 37. — **2.**, infero, hinein-, hereinbringen (termino non expresse notato), Act. 7, 45. (scil. εἰς τὴν γῆν.) Luc. 2, 27. (scil. εἰς τὸ ἱερόν.)

Εἰςακούω, f. σομαι, (ex εἰς, ad, et ἀκούω) c. gen., aures alicui praebeo, i. e. **1.**, monenti obtempero (cf. latin. obedio), 1 Cor. 14, 21. (Deut. 1, 43. 9, 23.) — **2.**, roganti annuo, exaudio aliquem. Occurrit pass. εἰςακούομαι, exaudior, *a.*, de iis, qui preces ad deum faciunt, ipsis, Hebr. 5, 7. fut., Matth. 6, 7. — *b.*, de precibus, quae fiunt, Luc. 1, 13. (ἡ δέησις.) Act. 10, 31. (ἡ προςευχή.) Ps. 4, 2.

Εἰςδέχομαι, f. ξομαι, (ex εἰς, in, et δέχομαι) — τινά, benigne excipio aliquem, 2 Cor. 6, 17.

Εἴςειμι, imperf. εἰςῄειν, (ex εἰς et εἶμι) ingredior, intro, seq. εἰς c. nomine loci, Act. 3, 3. 9, 6. 21, 26. Hebr. 9, 6. — πρός τινα, Act. 21, 18.

Εἰςέρχομαι, f. -ελεύσομαι, (Matth. 7, 21. 19, 23. Marc. 10, 23. Luc. 18, 24. Joh. 10, 9. Act. 20, 29. Apoc. 2, 20. v. ἔρχομαι. — aor. 2. εἰςῆλθον. — ex εἰς et ἔρχομαι) ingredior, intro, introeo; **1.**, sensu proprio, de personis et animantibus, εἰςέρχεσθαι εἰς τόπον τινά, v. c. in domum, urbem aliquam, Matth. 10, 12. Marc. 1, 21. 11, 11. Matth. 8, 5. Act. 23, 33. Plures locos afferre non attinet, nec est quod memoremus, verbum nonnunquam solum poni absque loci notatione (ut nos saepissime: hinein, herein, simpliciter), ubi loci mentio iam in antecedentibus facta sit, ut Matth. 9, 25. Luc. 7, 45. 14, 23. 15, 28. (coll. v. 25.) 17, 7. 24, 3. 29. (scil. πρὸς αὐτούς.) Act. 1, 13. 5, 7. 10. 10, 25. Joh. 10, 9. 12. 20, 5. 8. 1 Cor. 14, 23. 24. — aut ex verbis adiunctis facile addi possit, ut Luc. 13, 24. Matth. 7, 13. — in locis Matth. 19, 24. Marc. 10, 25. et Luc. 18, 25. cum codd. legendum est (διὰ ῥαφίδος) διελθεῖν (non εἰςελθ.), ut recte Fritzschius (commentar. in ev. Marci p. 438. seq.) annotavit. — Praeterea nota *a.*, verbo εἰςελθεῖν etiam ita adiungi εἰς, hoc ut significet: inter, Act. 19, 30. 20, 29. (v. εἰς.) — *b.*, εἰςελθ. cum adverbiis: ὅπου ἐὰν εἰςέλθῃ, Marc. 14, 14. Hebr. 6, 20. — ὧδε, Matth. 22, 12. — ἔσω εἰς, Matth. 26, 58. — *c.*, εἰςελθ. πρός τινα, ad aliquem, i. e. in eius domum, adire aliquem, Marc. 15, 43. Luc. 1, 28. Act. 10, 3. 11, 3. 16, 40. (text. rec. πρός. V. de hoc loco, quae supra notata sunt ad voc. εἰς II. n. 1. *a.*) 28, 18. Apoc. 3, 20. — ad plures congregatos, Act. 18, 2. Matth. 26, 58. — *d.*, de proprietate vocis εἰςέρχεσθαι, si dictis aliquid addendum est, meminisse poterimus *aa.*, verborum εἰςέρχεσθαι καὶ ἐξέρχεσθαι iunctim poni solitorum de iis, qui alicui adsueti sunt domicilio, Joh. 10, 9. (εἰςελεύσεται, scil. εἰς τὴν αὐλήν, ut ibi in tuto sit, quod significatur: σωθήσεται, et ἐξελεύσεται, scil. ἐκ τῆς αὐλῆς εἰς νομήν.) Paullo aliter Act. 1, 21. ἐν ᾧ εἰςῆλθε κ. ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ κύριος, dum ingressus et egressus apud nos est dominus, ἐφ' ἡμᾶς, i. e. apud nos, ubicunque congregati eramus. Cf. phrasin Act. 9, 28. 1 Sam. 29, 6. — *bb.*, εἰς verbo εἰςελθεῖν additur etiam cum nominibus non locum aliquem, sed id designantibus, quod in loco agitur, v. c. εἰςελθεῖν εἰς τοὺς γάμους, Matth. 25, 10. — εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου, Matth. 25, 21. 23. (in locum, ubi cum domino indulgeas gaudio.) — *cc.*, εἰςελθεῖν εἰς ἄνθρωπον, phrasis de daemonibus usurpata, signif. corpus alicuius hominis occupare, Marc. 9, 25. Luc. 8, 30. 22, 3. 11, 24. 26. cf. Luc. 22, 3. — **2.**, Phrases metaphoricae: *a.*, quae terminum ingressus ponunt rem, per quam aliquis status intelligitur, non locus (v. supra εἰς I. n. 1. *e.*), v. c. εἰςελ-

θεῖν εἰς τὴν ζωήν, Matth. 18, 8. 9. 19, 17. Marc. 9, 43. 45. et εἰς τὴν βασιλ. τῶν οὐρανῶν s. τοῦ θεοῦ, Matth. 19, 24. Marc. 9, 47. 10, 15. 23. 24. 25. Luc. 18, 17. 24. 25. Joh. 3, 5. Act. 14, 22. al., i. e. participem fieri vitae aeternae, regni divini. — Matth. 23, 13. τοὺς εἰςερχομένους, qui intrare conantur, seu potius: qui in viam se dederunt, ut ingrediantur (respondet: ὑμεῖς οὐκ εἰςέρχεσθε, vos non iter suscipitis, ut ingrediamini). — etiam coetus Christianorum cum palatio comparatur, in quod ingressus quaerentibus pateat et in quod intromitti possint, Rom. 11, 25. — εἰς τὴν κατάπαυσιν, Hebr. 3, 11. 18. 4, 1. 3. 5. 6. 10. 11. (cf. εἰς τὴν χαράν, Matth. 25, 21.) — εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, Luc. 24, 26. — εἰς πειρασμόν, incidere in tentationem, Matth. 26, 41. (Marc. 14, 38. Luc. 22, 46.) cf. εἰςφέρω. — εἰς τὸν κόπον τινός, Joh. 4, 38. sens.: in arvum ab aliis laboratum ingressi estis, ut vestrum opus sit messis frugum. — *b.*, phrases, quae τὸ εἰςέρχεσθαι tribuunt rebus per se non subsistentibus, v. c. Rom. 5, 12. dicitur de peccato et morte in mundum illatis, cf. Sap. 14, 14. — Matth. 15, 14. Act. 11, 8. de cibis a comedentibus in os ingestis. — Luc. 9, 46. εἰςῆλθε διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, Lat. animum subire. — Jac. 5, 4. (αἱ βοαὶ εἰςεληλύθασιν εἰς τὰ ὦτα κυρίου, ad aures pervenerunt.) Hebr. 6, 19. (de ancora, usque aliquo pertingente. Ut voce ἀγκύρας spes, ita voce καταπετάσματος coelum adumbratur. Sens. igitur: speramus nos potituros esse felicitate in coelis parata.) — *c.*, aut verbum εἰςέρχομαι de persona dictum a sensu proprio declinat, ut in formula εἰςέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, de filio dei usurpata, Hebr. 10, 5. cf. Joh. 1, 9. (Sed 2 Joh. v. 7. significat in publicum prodire. Semper phrasis involvit hoc, quod quis conspicuus fiat hominibus, der Menschenwelt erscheinen.) — **3.**, constructio praegnans: εἰςῆλθεν ἐν αὐτοῖς, Apoc. 11, 11. (i. e. ingressa in eos ἡ ζωή est et vim sŭam in ipsis exseruit.) ita et Luc. 9, 46.

Εἰςκαλέομαι (οῦμαι), f. έσομαι, (med. verbi εἰςκαλέω, compos. ex εἰς et καλέω) — τινά, ad me (in domum meam) voco, invito, Act. 10, 23.

Εἴςοδος, ου, ἡ, (ex εἰς et ὁδός) **1.**, introitus, dicitur et via in aliquem locum ducens (Xen. Cyr. 1, 3, 11.), et actus ingrediendi. De hoc solo in N. T. quamquam *a.*, cum genit. ita constructum est, ac si via s. locus, per quem introitur, intelligendus sit, Hebr. 10, 19. (τῶν ἁγίων, introitus in sanctuarium.) — *b.*, adiuncto: εἴς τι, 2 Petr. 1, 11. — *c.*, ante accus. personae praemittitur πρός, 1 Thess. 1, 9. (h. l. εἴςοδον ἔχειν, cf. προςαγωγὴν ἔχειν.) 2 Thess. 2, 1. — **2.**, εἴςοδος absolute: eius, qui munus publicum auspicatur, ingressus muneris, Act. 13, 24.

Εἰςπηδάω (ῶ), f. ήσω, (ex εἰς et πηδάω, salio) insilio, introsalio, Act. 14, 14. (εἰς τὸν ὄχλον.) — εἰςεπήδησε, summo cum impetu irruit, 16, 29.

Εἰςπορεύομαι, f. σομαι, (ex εἰς et πορεύομαι) intro, in-

gredior, **1.**, propr, *a.*, seq. εἰς c. accus. loci, de iis, qui de via in aliquem locum, urbem, domum etc. ingrediuntur, Marc. 1, 21. 6, 56. Luc. 22, 10. (οὗ εἰςπορεύεται.) 8, 16. 11, 33. — participium orationi interiectum, Luc. 19, 30. — etiam de eo, qui cum in aedibus iam sit, in aliquod conclave introit, Marc. 5, 40. — Act. 8, 3. κατὰ τοὺς οἴκους, de domo in domum (Wahlius: κατὰ τὰς ὁδοὺς εἰςεπορεύετο εἰς τ. οἴκ., sic recte enarrari, cave credas). — *b.*, ante accus. personae πρός, ad aliquem, Act. 28, 30. — *c*, εἰςπορεύεσθαι κ. ἐκπορεύεσθαι μετά τινος, versari cum aliquo, Act. 9, 28. (v. εἰςέρχομαι n. 1. *d.*) — **2.**, metaph. ingredi dicitur, quod infertur, ingeritur, ut cibus in os, in sententia acute dicta, Marc. 7, 15. 18. (Matth. 15, 17.) v. εἰςέρχομαι n. 2. *b.* (usurpatum est verbum εἰςπορεύομαι consulto, ut εἰςπορ. et ἐκπορ. s. ἐξέρχεσθαι sibi vicissim responderent.) Ita etiam metaph. Matth. 4, 19. de eo, quod ingreditur in animum, ubi ὁ λόγος est, qui exsugatur, ut semen in arvo sparsum exsugitur a spinis, coll. v. 7.

Εἰςτρέχω, aor. 2. εἰςέδραμον, (ex εἰς et τρέχω) introcurro, Act. 12, 14. (Xen. Anab. 5, 2, 16.)

Εἰςφέρω, aor. 2. εἰςήνεγκον, aor. 1. εἰςήνεγκα, (ex εἰς et φέρω) **1.**, propr. *a.*, adduco in. — *b.*, infero (rem, quae se ipsa movere nequit), hereinbringen, seq. εἰς c. acc. loci, 1 Tim. 6, 7. Hebr. 13, 11. — verbum simpliciter posit., Luc. 5, 18. 19. — **2.**, metaph. *a.*, εἰςφέρειν τι εἰς τὰς ἀκοάς τινος, nuntiare alicui aliquid, Act. 17, 21. (φέρειν τι εἰς τὰ ὦτά τινος, Sophocl. Aiac. v. 149.) — *b.*, induco, — τινὰ εἰς πειρασμόν, Matth. 6, 13. et Luc. 11, 4.

Εἶτα, adv. temporis, tum, deinde, postea, quo facto. Semel positum, Luc. 8, 12. Joh. 13, 5. 19, 27. 20, 27. (Xen. Mem. 4, 2, 13. 4, 5, 3.) — adiecta aliqua determinatione per genitivos absol., Marc. 4, 17. — pluries repetitur in enumerationibus, praegresso πρῶτον, ubi tamen observandum, ordinem non pendere ab arbitrio scriptoris enumerantis, sed sermonem esse de successione temporis, ita 1 Tim. 3, 10. (Xen. Mem. 1, 2, 1.) Marc. 4, 28. 1 Cor. 15, 5. εἶτα sequitur v. 6. ἔπειτα, porro v. 7. ἔπειτα, et hoc excipitur ab εἶτα repetito ibid. — Singulari modo positum deprehendes Hebr. 12, 9. (Sed si spectaveris sequens illud: οὐ πολλῷ μᾶλλον, facile suspicaberis, praecessisse in protasi εἰ, ideoque τὸ εἶτα, quod eo loco legitur, ex corruptione lectionis genuinae ortum esse; quod notamus, etsi praevidemus, eos, qui unice a codicibus pendent, nobis non assensuros esse.)

Ἐκ, sequente vocali ἐξ, praepositio regens genitivum. Est ea e diametro opposita praepositioni εἰς, atque dicit egressum, exemtionem, emissionem rei vel personae ex eo loco, intra quem est, et ex iis partibus, quibus includitur, circumdatur, obducitur; deinde vero etiam designat separationem rei ab ea re, quacum cohaerebat et unum efficiebat. Ergo

I., opposita τῷ εἰς (in, intro, et τῷ ἐν, in, intra) signif.

1., ex, i. e. *a.*, proprie e loco circumcludente, aus, heraus, hinaus, v. c. ex aedificio, Luc. 4, 38. Act. 16, 40. — e navi, Marc. 5, 2. — ex aliqua terra, Act. 7, 3. Hebr. 3, 16. Joh. 4, 54. Act. 18, 2. — ex urbe, Act. 22, 18. — ex igne, Jud. v. 23. — e mundo, 1 Cor. 5, 10. — e coelo, Matth. 3, 17. al. — ex aqua, Act. 3, 39. Apoc. 13, 1. etc. Quam vim ut obtineat, associat sibi verba, quae motum e loco in locum denotant, cuius generis sunt *ἀναβαίνω, καταβαίνω, μεταβαίνω, ἐκδημέω, ἐκπορεύομαι, ἔρχομαι, ἐξέρχομαι, ἥκω, ὑποστρέφω, φεύγω, ἐκφεύγω, χωρίζομαι, ῥέω*, al. — item verba ducendi, mittendi, vocandi, iaciendi, pellendi, e. g. *ἐκβάλλω, ἀπάγω, ἀποστέλλω, προφέρω, καλέω, φωνέω.* — verba capiendi, ut *λαμβάνω, αἴρω, ἁρπάζω, ἐξαιρέομαι*, al. — Nota hic phrases, quae ad metaphoras conformantur, ut quod proprie dictum habes Apoc. 5, 7. *ἐκ τῆς χειρός τινος*, e potestate alicuius, v. c. *ἐξέρχεσθαι*, Joh. 10, 39. — *ἀπάγειν*, Act. 24, 7. — *ἁρπάζειν*, Joh. 10, 28. 29. — *ἐξαιρεῖσθαι*, Act. 12, 11. — *ῥύεσθαι*, Luc. 1, 73. — reposcere aliquid e manibus alicuius, Apoc. 19, 2. (*ἐκδικεῖν ἐκ*, i. e. alicuius rei vindictam ab aliquo sumere, 2 Reg. 9, 7. Gen. 9, 5. 2 Sam. 4, 11. al.) — *ἐξέρχέσθαι ἐκ τῆς ὀσφύος τινός*, nasci ab aliquo, Hebr. 7, 5. *ἐξέρχεσθαι ἔκ τινος*, — de daemonibus, e corpore pulsis. Marc. 1, 25. 26. 5, 8. 7, 29. 9, 25. Luc. 4, 35. (aliter Joh. 8, 42. v. infr.) — de vi e corpore emanante, Marc. 5, 30. — de iis, quae ex animo hominis exeunt, Marc. 7, 20. 21. — E verbis eximendi (quibuscum consociatum *τὸ ἐκ* vim modo dictam retineat) notes *πίνειν ἐκ* (e vase), Matth. 26, 27. (*ἐκ τοῦ ποτηρίου.* Marc. 14, 23.) 1 Cor. 11, 28. — 1 Cor. 10, 4. (*ἐκ πέτρας.*) Joh. 4, 12. (*ἐκ τοῦ φρέατος.*) quibus formulis adiicias: *διδόναι ἐκ*, Apoc. 21, 6. Pro *ἐκ* etiam *ἀπό*. (Ineptus esset, qui hanc constructionem illustratum iret ex hebr. מִן, quasi aut Graeci aliter loqui potuissent, aut in Hebraeis mirandum esset, quod non a sana ratione abhorruerint.) Aelian. V. H. 1, 4.

b., e medio (complexu, numero, coetu, societate) plurium, ita *aa.*, *ἐκ* cum verbis eundi, ducendi, removendi etc. *α.*, ante nomina collectiva, v. c. *ἐξολοθρεύω ἐκ τοῦ λαοῦ*, Act. 3, 23. — *ἐξαίρω*, 1 Cor. 5, 13. — *καλέω*, Rom. 9, 24. — *προβιβάζω ἐκ τοῦ ὄχλου*, Act. 9, 33. — *ἐκλέγειν ἐκ τοῦ κόσμου*, Joh. 15, 19. — (excipe tamen Act. 1, 25. etsi sermo de eo, qui a suo munere deficiens collegium apostolorum deseruit.) — *ἐκ μέσου τῶν* (*ἀφορίζειν*), Matth. 13, 49. Act. 17, 33. (*ἐξέρχομαι.*) 23, 10. (*ἁρπάζω.*) 1 Cor. 5, 2. 13. (*ἐξαίρω.*) — *ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης* (*ἀγοράζειν*), Apoc. 5, 9. — *ἐκ παντὸς γένους συνάγω*, Matth. 13, 47. — *β.*, ante pluralia: *ἀνιστάναι τινὰ ἐκ τινῶν*, Act. 3, 22. — *ἐκ νεκρῶν*, Act. 17, 31. — *ἀνίσταταί τις ἐκ νεκρῶν*, Act. 10, 41. 17, 3. — *ἐγείρω τινὰ ἐκ νεκρῶν*, Joh. 12, 1. 9. 17. Act. 3, 15. 4, 10. 13, 30. al. — *ἡ ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν*, Luc. 20, 15. Act. 9, 2. 1 Petr. 1, 3. — *ἀνάγειν τινὰ ἐκ νεκρῶν*, Rom. 10,

7. — ἐκλέγω, Act. 1, 24. 15, 22. — ἐγίνετο ζήτησις ἐκ τῶν, Joh. 3, 25. — λήψεται ἐκ τῶν ἐμῶν, Joh. 16, 14. 15. — Joh. 6, 39. 18, 3. — *bb.*, collocatis ante τὸ ἐκ vocibus quantitatem significantibus, *α.*, quas ἐκ sequatur cum plurali v. εἷς, τίς et τίς; πολύς, πλείων, οὐδείς; — λαὸν ἐξ, Act. 15, 14. — suppl. τινές, Joh. 9, 40. 16, 17. — τινάς, Apoc. 2, 10. 2 Joh. v. 4. — Apoc. 11, 9. — cf. Matth. 23, 34. Luc. 11, 49. 21, 16. Matth. 13, 47. — εἶναι (τινά) ἔκ τινων, Matth. 26, 73. (Marc. 14, 69. 70. Luc. 1, 5. 22, 58.) Act. 21, 8. 2 Tim. 3, 6. Joh. 1, 24. 6, 71. 7, 50. 10, 26. 18, 11. 23. Hebr. 7, 5. — οἱ ἐκ τῶν, Rom. 16, 10. Act. 15, 23. — τοὺς ἐκ τῶν τινος, Rom. 16, 10. 11. — *β.*, quas ἐκ sequatur cum nomine collectivo: Apoc. 7, 4. (χιλιάδες ἐκ πάσης φυλῆς.) Act. 6, 9. (οἱ ἐκ τῆς συναγωγῆς.) Act. 10, 45. et 11, 2. Rom. 4, 12. (οἱ ἐκ τῆς περιτομῆς.) Phil. 4, 22. (οἱ ἐκ τῆς οἰκίας.) — ἐξ ἐφημερίας, Luc. 1, 5.

c., e loco, in quo, i. e. in cuius superficie aliquis versabatur, quem occupatum tenebat (ut v. c. τὸ καταβαίνειν ἐκ τοῦ ὄρους respondeat τῷ ἀναβαίνειν εἰς τὸ ὄρος), Matth. 17, 9. (Marc. 9, 9. Luc. 9, 37. ἀπὸ τοῦ ὄρους.) — ἐξ οὐρανοῦ, vom Himmel herab, praesertim ubi cum verbo καταβαίνειν coniunctum occurrit, Matth. 28, 2. Joh. 1, 32. 3, 13. 6, 33. — ἔρχομαι, Joh. 3, 31. (i. q. ἄνωθεν.) 38. 42. Apoc. 8, 1. 10, 1. 20, 1. 3, 12. — πίπτειν ἐκ τῆς κεφαλῆς, Act. 17, 34. Luc 10, 18. 21, 18. Apoc. 8, 10. 9, 1. — e loco inferiori in superiorem, ὑψοῦν ἐκ τῆς γῆς, Joh. 12, 32. — κινέω ἐκ, Apoc. 2, 5. 6, 14. — Interdum verbum, quod motum indicet, omissum est in oratione concisiori, v. c. πνεῦμα ζωῆς ἐκ θεοῦ (scil. ἐξελθόν), Apoc. 11, 11. — δύναμις ἐξ ὑψίστου, Act. 2, 2. — ἡ ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, Luc. 1, 78. — ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, Matth. 5, 17. — σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Matth. 16, 1. Luc. 11, 16. — Iam vero

2, τὸ ἔκ τινος sic cum aliis enuntiationum partibus constructum deprehenditur, ut gignat metaphoras et tropos varii generis. Aut enim *a.*, secum quidem habet verba, quae motum e loco significant, sed nomen, quocum praepositio coniuncta est, non est loci, verum status cuiusdam, ex quo, qui in alium statum transiit, sic dicitur discessisse, quasi discesserit e quodam loco (cf. quae dicta sunt ad v. εἰςέρχομαι). Ita v. c. ἐξέρχεσθαι ἐκ τῆς θλίψεως, Apoc. 7, 14. — μεταβαίνειν ἐκ τοῦ θανάτου, Joh. 5, 24. 1 Joh. 3, 14. Jac. 5, 20. 1 Petr. 2, 9. His adde: ἐγερθῆναι ἐξ ὕπνου, Rom. 13, 11. — ἐγείρεσθαι ἐκ τοῦ δείπνου, Joh. 13, 4. cf. ἀναλύειν ἐκ τῶν γάμων, Luc. 12, 36. — ζῇ τις ἐκ νεκροῦ (nota: non ἐκ νεκρῶν, sed qui ipse fuit νεκρός), Rom. 6, 13. — ζωή τινων ἐκ νεκρῶν (qui fuerunt νεκροί), Rom. 11, 15. (haec noli confundere cum locis I. n. 1. *b.*, *bb.* allatis.) — Aut simul

b., verbis motum significantibus substituta sunt alia verba. Inter haec commemorabimus *aa.*, verba, quae originis et emanationis habent significationem, et praepositioni ἐκ servant notam

egressus et evolutionis ex alio, v. c. α., ἐν γαστρὶ ἔχειν ἔκ τινος, Matth. 1, 18 — κοίτην ἔχειν ἔκ τ., Rom. 9, 10. Matth. 1, 18. (γεννηθέν) εἶναι ἔκ τινος, v. 20. — γεννᾶσθαι ἐξ αἱμάτων, ἐκ θελήματος σαρκός, ἐκ τῆς σαρκός, Joh. 1, 13. (nasci e semine in carnibus latente.) — ἐκ πορνείας, Joh. 8, 41. — ἐγείρειν τινὶ τέκνα ἐκ, Matth. 3, 9. et Luc. 3, 11. cf. Act. 2, 30. (Ps. 132, 11.) Notio nascendi et gignendi translata ad res spirituales et hyperphysicas: εἶναι ἐκ θεοῦ, — τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ θεοῦ, 1 Cor. 2, 12. — de hominibus: γεννᾶσθαι ἐκ πνεύματος, Joh. 3, 5. 6. 8. — γεγεννημένον εἶναι ἐκ θεοῦ, 1 Joh. 2, 29. 3, 9. 5, 1. 18. v. γεννάω. — εἶναι ἐκ θεοῦ in scriptis Ioanneis non solus dicitur Christus, sed est formula laudem continens, qua omnino ornantur pii quique, atque inde explicanda, quod qui rerum divinarum amore ac studio tenetur, is naturam suam prae caeteris a deo accepisse videri potest, aut deum nosse, quasi cum deo versatus fuerit. Quapropter etiam formulam γινώσκειν τὸν θεόν cum illa phrasi coniunctam videmus, Joh. 8, 47. 1 Joh. 3, 10. 4, 1. 5, 19. 3 Joh. v. 11. Opponitur: εἶναι ἐκ διαβόλου de hominibus dictum, qui diabolum imitantur, Joh. 8, 4. 1 Joh. 3, 8. — Ex deo vero etiam esse dicuntur animi virtutes, quae ut πρωτότυπον suum habent in divina natura, ita etiam ex deo derivantur, v. c. ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν, 1 Joh. 4, 7. — Cum his cf. εἶναι ἐκ τῆς ἀληθείας, i. e. veritatis amantem esse, Joh. 18, 37. 1 Joh. 3, 19. — profectum esse ex veritate, Joh. 2, 21. — β., εἶναι, ἔρχεσθαι ἐκ ante nomen urbis, ante pluralitatem hominum, aut ante nomen collectivum latiori sensu dicitur: oriundum esse ex, proficisci, gebürtig sein, abstammen, v. c. ἐκ Ναζαρὲτ εἶναι, Joh. 1, 47. coll. v. 46. — ἐκ πόλεως, 1, 45. (permutatur h. l. cum ἀπό, ut 11, 1. Luc. 2, 4.) — ἐξ ὧν, scil. πατέρων, Rom. 9, 4. (cf. ἔστι ἔκ τινων, de aliqua re dictum, Joh. 7, 22 — a patribus derivanda est, 4, 22. salus prodit e Judaeis.) — ἐξ οἴκου (πατριᾶς) τινός, Luc. 1, 27. 2, 4. cf. 1, 5. — ἐκ γένους, Phil. 3, 5. Act. 4, 6. — ἐκ φυλῆς, Luc. 2, 36. Act. 13, 21. Rom. 11, 1. — ἐξ Ἰούδα, Hebr. 7, 14. — ἔρχεσθαι ἐκ σπέρματός τινος, Joh. 7, 42. (e posteris.) — γενέσθαι, Rom. 1, 3. — εἶναι, Rom. 11, 7. — ἐγηγερμένον εἶναι, 2 Tim. 2, 8. — nullo verbo adiecto: ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί, e paganis nati peccatores, Gal. 2, 15. — οἱ ἐξ ὑμῶν, cives vestri, Col. 4, 9. 12. — οἱ ἐκ πόλεώς τινος, incolae alicuius urbis, Luc. 8, 27. cf. 23, 7. Joh. 4, 39. scil. cavendum, ne ortus notio inferatur locis, ubi τὸ ἐκ cum alio verbo, v. c. verbo eundi coniunctum est, ut Joh. 1, 19. 4, 7. 39. 11, 55.* Luc. 2, 4. (h. l. non liquet, utrum qui Nazaretho discessisse dicitur, in ea urbe habitaverit tantum, an etiam natus fuerit.) Iunctum cum nomine alicuius terrae τὸ ἐκ denotat patriam, v. Act. 23, 24. Hinc explica locutiones metaphoricas Joh. 1, 31. εἶναι ἐκ τῆς γῆς, terram habere patriam. (De patria auctorem cogitasse verba docent adiecta: ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, quibus lingua

vernacula s. patria significatur; v. λαλέω.) cf. 1 Joh. 4, 5. (eam cogitandi rationem verbis prodere, quae hominum vulgarium plausum fert.) v. κόσμος. — γ., εἶναι ἔκ τινος τόπου dicitur etiam res aliqua, quia ab eo effecta, eo auctore instituta, introducta est, qui in illo loco versatur; ita ἐξ οὐρανοῦ (βάπτισμα), Matth. 21, 25. 26. (Marc. 11, 30. 31. Luc. 20, 4. 5.) opponitur ἐξ ἀνθρώπων, deo auctore institutum. — Joh. 19, 36. (regia potestas, qua praeditus sum, non ab hominibus mihi commissa est.) — δ., (εἶναι) ἔκ τινος dicitur, quod materia, ex aliquo desumta confectum, conformatum, compositum est. Sic 1 Cor. 11, 12. (ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρός.) Matth. 21, 29. (πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν.) Joh. 2, 15. 9, 6. 19, 2. Apoc. 18, 12. 21, 21. — Eph. 5, 30. Rom. 9, 21. cf. 1 Cor. 15, 47. (post ὁ κύριος ponas virgulam.) 2 Petr. 3, 5. Hebr. 11, 3. Atque huc referri possunt phrases: Luc. 16, 19. ποιεῖν ἑαυτῷ φίλους ἐκ. — ἀγοράζειν τι ἔκ τινος, ut legitur Matth. 27, 7. (transmutarunt quasi hanc pecuniam in aliquam rem inde emtam.) — κτᾶσθαι ἐκ, Act. 1, 18. — ε., εἶναι ἔκ τινος (gen. pers.) latiori sensu dictum refertur etiam ad caussam efficientem, i. e. ad eum, cuius opera et voluntate aliquid effectum est, ad auctorem et datorem; et construuntur quidem in eum sensum phrases, ubi magis interest scire, cuius generis vel potestatis ac dignitatis caussa efficiens sit, quam qui per eam res effecta sit (v. ἀπό) et ut originis mentione potius caussae effectae indoles celebretur, quam efficientis. Nos: von — her, von — aus (cf. Hom. Il. 1, 63.). Hoc sensu v. c. sibi opponuntur, quae sunt ἐκ θεοῦ et quae ἐξ ἀνθρώπων, Rom. 2, 29. 13, 3. Act. 5, 38. 39. — 1 Thess. 2, 6. Hebr. 2, 11. (ἐξ ἑνὸς πάντες.) 1 Cor. 1, 30. 11, 12. 2 Cor. 3, 5. 4, 7. Joh. 7, 22. 10, 32. Matth. 5, 37. (ἐκ πονηροῦ ἐστι, id aut est: a diabolo suggestum, aut profectum ab eo, quod malum est.) Joh. 6, 65. 2 Cor. 5, 1. 6, 7. 1, 11. 3, 1. (Aelian. V. H. 1, 22. δῶρα ἐκ βασιλέως διδόμενα. 12, 59. ἐκ τῶν θεῶν ταῦτα δέδοται τοῖς.) Adde: Joh. 12, 49. (proprio Marte.) Rom. 9, 11. 2 Cor. 11, 26. Gal. 5, 8. Eph. 2, 8. Hebr. 11, 35. — Nonnunquam circumscribit simplicem genitivum (auctoris), v. c. ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος, 2 Cor. 9, 2. ἡ ἐξ ὑμῶν ἀγάπη, v. 7. — Agnoscas ζ., emanationis notionem in locis Eph. 4, 16. Col. 2, 19. (ἐξ οὗ — αὔξησιν ποιεῖται.) — γίνεσθαι ἔκ τινος, oriri ex, 1 Tim. 6, 4. — εἶναι ἔκ τ., de commodis: deberi alicui, Gal. 3, 18. 21. 22. 24. 5, 5.

bb., Cum verbis agendi coniuncta formula ἔκ τινος denotat principium, ex quo actio proficiscitur, idque sic notat interdum, ut adhibita formula adverbii loco haberi possit, v. c. ἐκ καρδίας, Rom. 6, 11. ἐκ πίστεως, 14, 23. ἐκ ψυχῆς, Eph. 6, 6. Col. 3, 23. ἐξ εἰλικρινίας, 2 Cor. 2, 17. ἐκ καθαρᾶς καρδίας, 1 Tim. 1, 5. 2 Tim. 2, 22. 1 Petr. 1, 22. cf. Marc. 12, 30. 33. — 1 Thess. 2, 3. ἐκ λύπης, 2 Cor. 9, 7. ἐξ ἀνάγκης, ibid. et Hebr. 7, 12. Phil. 1, 16. 17. ἐκ συμφώνου, 1 Cor. 7, 5. ἐξ ἰσότητος, 2 Cor.

8, 13. ἐκ τοῦ ἔχειν (pro facultatum rationibus), 2 Cor. 8, 11. ἐξ ὑμῶν, quantum per vos fieri potest, Rom. 12, 18. ἱκανὸς ἐκ, 2 Cor. 2, 5. 4, 5. — Notanda porro

cc., verba sunt, quae per formulam ἔκ τινος eam vim, eum influxum s. eam materiam derivant, unde id, quod ipsa exprimunt, sustentatur et adiuvatur, v. c. ὀφελεῖσθαι ἔκ τινος, Matth. 15, 5. (Marc. 7, 11.) — ζημιοῦσθαι, 2 Cor. 7, 9. — λυπεῖσθαι, 2 Cor. 2, 2. — ἀδικεῖσθαι, Apoc. 2, 11. — ἀποθανεῖν, Apoc. 8, 11. 9, 18. — φωτίζεσθαι, Apoc. 18, 1. — σκοτίζεσθαι, 9, 2. — πυροῦσθαι, 3, 18. — γεμίζειν τι, 8, 5. — γεμίζεσθαι, 15, 8. (cf. Jes. 6, 4.) Joh. 6, 13. — πληροῦσθαι, Matth. 23, 25. Joh. 12, 3. — χορτάζεσθαι, Apoc. 19, 21. — πλουτίζεσθαι, 18, 3. 19. — ποτίζειν, 14, 8. — μεθύσκεσθαι, 17, 2. 6. Act. 19, 25. (εὐπορία ἡμῶν ἐστι ἐκ τῆς ἐργασίας ταύτης.) — ζῆν ἐκ, Rom. 1, 17. 1 Cor. 9, 14. Gal. 1, 11. cf. Rom. 9, 11. (non debetur hoc commodum factis.) Joh. 4, 6. (κεκοπιακὼς ἐκ. Aelian. V. H. 3, 23. ἐκ τοῦ πότου ἐκάθευδεν.) Ita loquuntur Graeci et Latini. — Referas huc etiam eas phrases, in quibus τὸ ἐξ idem est quod per, 2 Cor. 13, 4. Gal. 3, 2. 5. Jac. 2, 22. — Porro notes

dd., phrases et constructiones praegnantes varii generis, v. c. α., quae notionem exeundi, capiendi, ducendi alii implicant verbo ad naturam et indolem rei exeuntis conformato, ut: τὸ φῶς λάμπει ἐκ τοῦ σκότους, 2 Cor. 4, 6. — notionem capiendi aut poscendi: τὸ αἷμά τινος ἐκδικεῖν ἐκ τῆς χειρός τινος, Luc. 2, 65. (2 Reg. 9, 7. Gal. 9, 5. Ex. 33, 6.) — κατηχεῖσθαι ἐκ (τοῦ νόμου), Rom. 2, 18. — ἀκούειν ἐκ (τοῦ νόμου), Joh. 12, 34. — γνῶναι et γινώσκειν τι ἔκ τινος, Matth. 12, 33. 1 Joh. 4, 6. — ἐποπτεύειν, 1 Petr. 2, 12. — σώζειν, ex aliqua terra, Judae v. 5. aut ex aliquo loco, Act. 28, 4. (διασωθῆναι ἐκ τῆς θαλάσσης.) — σωτηρία ἐξ, Luc. 1, 71. (Hic memineris verborum liberandi: ἐξαιρέω, λυτρόω, ῥύω ἔκ τινος, e potestate alicuius.) — notionem mittendi (producendi), v. c. λαλεῖν ἐκ τῆς καρδίας, Matth. 12, 34. aliter Joh. 3, 31. (ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν, i. e. verba mutuari.) — δεικνύναι τι ἔκ τινος, Jac. 1, 18. — ἀποκαλύπτεσθαι ἐκ, Luc. 2, 35. — γράφειν ἐκ (litteras mittere), 2 Cor. 2, 4. — κρίνειν τὸ κρίμα τινὸς ἔκ τινος, Apoc. 18, 20. — νικᾷν ἐκ, Apoc. 11, 11. (victoriam deportare de aliquo.) — ὀνομάζειν τινὰ ἔκ τινος, Eph. 3, 15. — β., verba agendi, quae aliquid agi dicunt ἔκ τινος, i. e. ita, ut ratio, ob quam quidquam agitur, materia et argumentum aut forma ex aliquo repetatur, id quod interpretes expresserunt verbis: ad normam alicuius, et propter aliquem s. aliquid, v. c. Luc. 19, 22. (ἐκ τοῦ στόματος κρινῶ σε, i. e. iudicium de te mihi ferendum ex tuo ipsius ore sumo.) Apoc. 20, 12. ita ἐξ ἔργων, Rom. 11, 6. (propter meritum, i. e. caussa tributi beneficii non inest in antegressis meritis, unde repetatur.) Apoc. 16, 11. (ἐβλασφήμησαν τὸν θεὸν ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, i. e. materiam conviciandi sumserunt ex.) ita

quoque v. 10. 12. Referas huc phrases Paulo solennes: δικαιοῦν, δικαιοῦσθαι, δικαιοσύνη ἐκ πίστεως, Rom. 5, 1. 9, 32. 3, 20. ἐκ νόμου, Act. 3, 9. Rom. 10, 5. 6. Tit. 3, 5. — γ., formulas concisiores, quae verba ad supplendam constructionem desiderant, v. c. παρεγενόμην ἐξ ὁδοῦ, Luc. 11, 6. (scil. ἐλθών.) Act. 17, 26. ἐξ ἑνὸς αἵματος, scil. ἐλθόντας. — εἶδον ἐκ, Apoc. 16, 13. (scil. ἐκπορευόμενα.) — βάλλειν (scil. εἴς τι) ἔκ τινος (scil. id, quod ex aliquo desumtum est), Marc. 12, 44. Luc. 21, 4. — Nec non δ., phrases, quae in duarum constructionum confusione τὸ ἐκ ponunt pro ἐν, Matth. 24, 17. (ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ.) Luc. 11, 13. (ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει, i. e. ὁ πατὴρ ὁ ἐν οὐρανῷ δώσει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.) Act. 17, 13. Hebr. 13, 24. Forsitan huc ref. 2 Cor. 5, 2. coll. v. 1. Rom. 4, 26. Col. 4, 16. Sic Graeci quoque: ἁρπάζεσθαι τὰ ἐκ τῶν οἰκιῶν, οἱ ἐκ πεδίου ἔθεον. V. Passov. lex. sub v. ἐκ. Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 92. — Notes denique

ee., periphrasticas formulas: οἱ ἐκ περιτομῆς, Rom. 4, 12. (i. q. οἱ περιτετμημένοι.) Gal. 2, 12. Act. 11, 2. Col. 4, 2. — οἱ ἐξ ἐριθείας, Rom. 2, 8. — οἱ ἐκ νόμου, Rom. 4, 4. — οἱ ἐκ πίστεως Ἀβραάμ, 4, 16. Act. 10, 45. (οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί, i. q. οἱ πιστοὶ οἱ ἐκ περιτομῆς, i. e. e circumcisis s. e Judaeis.) — ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, Rom. 2, 27. (qui natura praeputiati sunt.) — ἐκ μέρους, ex parte, 1 Cor. 12, 27. 13, 9. 12. — ἐκ μέτρου, Joh. 3, 34.

II., Ad rationes loci spectans τὸ ἐκ, ubi nullum e loco circumcludente egressum aut e loci occupati superficie digressum indicat, significationes tamen sibi assumit ex egressus notione facile eliciendas. Denotat scil. sic

1., separationem rei a re, quacum arctissime erat coniuncta et unum efficiebat, nos: von etwas ab, Luc. 6, 44. (συλλέγειν ἐξ ἀκανθῶν, τρυγᾶν ἐκ βάτου, ubi Matth. 7, 16. ἀπό, aliter Matth. 13, 41.) — ἐκκόπτω, Rom. 11, 24. — κόπτω, Marc. 11, 8. — ἀποκυλίζω, Marc. 16, 3. Joh. 21, 1. — ἐκπίπτειν ἐκ τῶν χειρῶν (de catenis dictum), Act. 12, 7. — διδόναι ἐκ (partem), Joh. 6, 11. Matth. 25, 8. 1 Joh. 4, 13. — μετέχειν, 1 Cor. 10, 17. — ἐσθίειν, 1 Cor. 11, 28. ἐκ, de quo et alii comedant. — φαγεῖν, Luc. 22, 16. Joh. 6, 26. 50. 51. Apoc. 2, 7. (Differt haec constructio ab altera, quae in usum vocat simplicem genitivum, et maxime Graecis usitata est. Scil. ἐκ et ἀπό ponitur, non ut significetur, partem tantum totius nec totum ipsum sumi, sed ideo, quod de materia sermo est, ex qua semper pluribus et cuique aliqua pars praebeatur, eine dauernde Substanz, von der, so oft davon genossen wird, jeder nur einen bestimmten Theil empfängt.) Hinc explica Matth. 15, 27. ἀπὸ τῶν ψιχίων. Non dicuntur h. l. haec ψίχια, quae certis vicibus de mensa decidunt, haec enim canes omnia devorant, sed τὰ ψίχια quocunque tempore decidant in genere spectata (die jedesmaligen ψίχια, die ψίχια überhaupt, als

der ihnen für immer bestimmte Nahrungszweig). — πίνειν, Matth. 26, 29. (Marc. 14, 25.) ἐκ τούτου, i. e. a tali, qualis hic est (von der irdischen Weinstocksfrucht). Joh. 4, 13. 14. Apoc. 14, 10. 18, 3. cf. Marc. 11, 14. 1 Cor. 9, 7. (ἐσθίειν ἐκ τοῦ καρποῦ.) v. 13. (ἐκ τοῦ ἱεροῦ.) Hebr. 13, 10. ἐκ θυσιαστηρίου φαγεῖν, i. e. id, quod ad altare pertinebat. — (Loci, in quibus verbum πίνειν seq. praepositione ἐκ significationem habet hauriendi ex aliquo loco aqua pleno, supra allati sunt I. n. 1. *a.*) — θερίζειν ἐκ, Gal. 6, 8. Referri huc poterunt phrases vel metaphoricae vel praegnantes hae: ἀναπαύομαι ἔκ τινος, Apoc. 14, 13. — μετανοῶ ἔκ τινος, 1 Joh. 3, 14. Apoc. 2, 21. 9, 20. 21. 16, 12. cf. 2 Tim. 2, 26. — τηρεῖν τινα ἔκ τινος, entfernt halten, von etwas weg, Joh. 17, 15. Apoc. 3, 10.

2., τῷ ἔκ τινος rei, quae extra alteram est, nexus cum hac ille significatur, qui est rei affixae et ab eadem, cui affixa est, pendentis, nos: an etwas hangen, von etwas abhangen; — κρέμαμαι ἔκ τινος, Act. 28, 4. (Xen. Mem. 3, 10, 13. Symp. 8, 19. Hom. Od. 19, 53.) — συνέχομαι, Phil. 1, 23. Sed pertinere huc etiam videntur formulae: ἐκ δεξιῶν et ἐξ ἀριστερῶν s. ἐξ εὐωνύμων καθῆσθαι, Matth. 22, 44. (Marc. 12, 36. Luc. 20, 42.) 26, 54. (Marc. 14, 62. Luc. 22, 69.) Act. 2, 54. Hebr. 1, 13. Matth. 20, 21. 23. (Marc. 10, 37. 40.) — εἶναι, Act. 2, 25. Luc. 23, 33. — ἱστάναι et ἑστηκέναι, Matth. 25, 33. Luc. 1, 11. Act. 7, 55. 56. ita quoque cum Homero Herodot. 7, 109. ἐξ εὐωνύμου χερὸς ἀπέργων, — 112. ἐκ δεξιῆς χερός, alibi: 7, 43. ἀπέργων ἐν ἀριστερῇ, ἐν δεξιῇ, v. δεξιός. — item παρεστηκέναι ἐξ ἐναντίας, Marc. 15, 39. — et hanc rationem nectendi et alligandi praepositio ἐκ videtur intulisse in alias phrases, ex quarum genere est συμφωνεῖν μετά τινος ἐκ (δηναρίου), Matth. 20, 3.

3., Ubi ἐκ et εἰς sibi invicem respondent, nec tamen de egressu eius, quod prius alteri infuerit, sermo est, ut Joh. 5, 24. v. supr. I. n. 2. τὸ ἐκ certe indicat derivationem, nos: von — aus, e. g. Rom. 5, 16. (verte: iudicium, quod fert iustitia, in condemnationem abit ex uno, scil. peccato, i. e. ab uno; donum gratiae vero e multis peccatis fit restitutio in integrum.) — Rom. 1, 17. ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, aus Glauben auf Glauben, i. e. δικαιοσύνη, quae ex fide provenit (cuius ratio inest in fide), et quae sua beneficia in fidem confert, utrumque enim utique comprehenditur verbis ex Hosea citatis, v. δικαιοσύνη. Denique

4., praepos. ἐκ signif. inde a, e. g. Marc. 11, 20. ἐκ ῥιζῶν, radicitus (Job. 28, 9.); atque ita semper de tempore dicitur, nos: seit; ἐκ χρόνων ἱκανῶν, Luc. 8, 27. — ἐκ γενετῆς, Joh. 9, 1. (Hom. Il. 24, 535.) — ἐκ κοιλίας μητρός, Luc. 1, 11. Act. 3, 2. 14, 8. Gal. 1, 15. — ἐκ νεότητος, Matth. 19, 20. (Marc. 10, 21. Luc. 18, 21.) Act. 26, 4. — Graeci: ἐκ βρέφους, ἐκ παίδων, ἐκ παιδίου, Xen. Oecon. 3, 10. Mem. 2, 6, 8. (ex hebr. cf. Ps. 22, 10. Jes. 49, 1.) — ἐκ τοῦ αἰῶνος, Joh. 9, 32.

Aelian. V. H. 6, 13. 12, 64. ἐξ αἰῶνος. — ἐξ ἀρχῆς, Joh. 6, 64. 16, 4. — ἐκ γενεῶν ἀρχαίων, Act. 15, 21. — ἐξ ἐτῶν ὀκτώ, Act. 9, 33. ἐκ πολλῶν ἐτῶν, 24, 10. — ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, de die in diem, 2 Petr. 2, 8. (Eurip. Rhes. v. 445.) — ἐξαυτῆς vel ἐξ αὐτῆς (scil. ὥρας), illico, protinus, Marc. 6, 25. — ἐκ τούτου, ab eo tempore, Joh. 6, 66. 19, 12. (Xen. Mem. 2, 9, 8.) — ἐξ ἱκανοῦ, a multo inde tempore, Luc. 23, 8. — ἐκ δευτέρου, iterum, Matth. 26, 42. Act. 10, 15. 11, 9. Joh. 9, 24. Marc. 14, 72. Hebr. 9, 28. — ἐκ τρίτου, tertio, Matth. 26, 44. (Ita et Graeci: Xen. Mem. 3, 5, 8. ἐκ παλαιοῦ, cf. Anab. 1, 10, 11. Symp. 4, 23. ἐξαῦτις, iterum, ἐξ οὗ, ἐκ τούτου, ap. Homer. saepissime.) — Tamen vis, quam praepositioni tribuit laud. Wahl. Clav. p. 455., significandi: statim post, ex ea nullibi extricari potest. Loci enim in eam rem allati Luc. 11, 6. 12, 36. Joh. 13, 4. 2 Cor. 4. 6. Joh. 4, 6. ad se provocanti non respondent. — Caeterum cf. voc. ἀπό.

Ἕκαστος, η, ον, (ab ἑκάς, remote, comparat. ἑκάτερος, superl. ἕκαστος, vel remotissimus) quisque, unusquisque, singuli. Occurrit **1.**, copulat. cum subst., Luc. 6, 44. (ἕκαστον δένδρον.) Joh. 19, 23. — καθ' ἑκάστην ἡμέραν, Hebr. 3, 13. quovis die. — praeposito εἷς, unusquisque seorsim, Eph. 4, 16. Apoc. 22, 2. **2.**, absolute dict. *a.*, ita, ut cum suo verbo ῥῆσιν per se constituat, *aa.*, ἕκαστος simpliciter, Joh. 7, 53. Act. 4, 35. Rom. 2, 6. 14, 5. Gal. 6, 4. 5. 1 Cor. 3, 10. 13. 4, 5. 7, 2. (not. h. l. ἑκάστη, i. e. quaevis femina.) 7, 17. 20. 24. 10, 24. (ex adverso positum: μηδείς.) 11, 21. 12, 7. Rom. 12, 3. (ἑκάστῳ ὡς est traiectio, ut 1 Cor. 3, 5. traiectio et attractio, pro δι' ἑκάστου, ὡς αὐτῷ. Grotius quidem ante ὡς suppleri vult τοιοῦτος, quod tamen nimis longe petitum. Sic etiam 7, 17. h. l. aut verba εἰ μή a sequentibus separanda et antecedentibus annectenda sunt, ut iis affigatur interrogandi signum: quid nosti, an — servaturus sis, necne? aut verba inde ab εἰ μή usque ad ὁ θεός antecedentibus addenda sunt et constituendus verborum nexus sic: quid tu de eo, utrum — servaturus sis, scis, nisi hoc, id fieri, quemadmodum deus unicuique concesserit? — Proxime sequitur attractio verbi ἕκαστος, cf. illud: ut populo placerent, quas fecisset fabulas.) — *bb.*, addit. genit. partit. ἡμῶν, Rom. 15, 2. — ὑμῶν, Jac. 1, 14. 1 Petr. 1, 17. Apoc. 22, 12. Act. 2, 38. Luc. 23, 15. Rom. 14, 12. 1 Cor. 14, 26. 16, 2. 1 Thess. 4, 4. Hebr. 6, 11. — αὐτῶν, Joh. 6, 7. — subst., 1 Cor. 15, 38. — *cc.*, praecedente εἷς, εἷς ἕκαστος, vel absque genitivo partit., ut Act. 20, 31. Col. 4, 6. — vel cum genit. partit., Luc. 4, 40. 16, 5. Act. 2, 3. 17, 27. 21, 26. Eph. 4, 7. 1 Cor. 12, 18. Apoc. 21, 21. (not. h. l. ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν.) 2 Thess. 1, 3. (not. h. l. ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν.) — *b.*, ita ut subiecto iam designato et suum verbum iam nacto appositionis loco addatur, ideoque se applicet vel ad numerum pluralem primae personae, Act. 2, 8. vel secundae pers. (ihr, jeder), Matth. 18, 35. (ἐὰν μὴ ἀφῆτε

ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.) Joh. 16, 32. Act. 3, 26. (ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηρῶν ὑμῶν, — attractio, cf. Apoc. 2, 23.) Eph. 4, 25. 1 Petr. 4, 10. — vel ad pluralem tertiae, ut Luc. 2, 3. Hebr. 8, 11. Apoc. 5, 8. 20, 13. adde 1 Cor. 15, 23. — εἷς ἕκαστος, Act. 2, 6. et 11, 29. ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν, aliter Eph. 5, 33. (ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἀγαπάτω.)

Ἑκάστοτε, adv. temporis, omni tempore (cf. πότε, τότε, ὅτε, ἄλλοτε, δήποτε, ἔκτοτε), 2 Petr. 1, 15.

Ἑκατόν, οἱ, αἱ, τά, centum, Matth. 13, 8. (Marc. 4, 8.) v. καρπός. — Matth. 18, 12. (Luc. 15, 4.) al.

Ἑκατονταέτης, ου, ὁ, et ἑκατονταετής, οῦς, ὁ, (ex ἑκατόν et ἔτος. De scriptorum, librariorum et grammaticorum in accentu notando inconstantia v. Lobeck. ad Phrynich. p. 406. seq.) centenarius, centum annos natus, Rom. 4, 19.

Ἑκατονταπλασίων, ονος, n. ον, (si a radice huius formae exordiamur, a διπλῆ, quod a poëtico διπλός, ή, όν, descendit διπλάζω, duplex sum, unde δίπλαξ, duplex, ad quod conformatum τρίπλαξ, lat. triplex; a διπλάζω veniunt διπλάσιος et διπλασίων, quae vim comparativi habent: duplo maior, duplex; et sic in usu est ἑκατονταπλάσιος et ἑκατονταπλασίων, pro quo scripta Graecor. etiam offerunt ἑκατομπλασίων) centuplus, centuplex, Matth. 19, 29. (Marc. 10, 30. sed Luc. 18, 30. πολλαπλασίονα.) Luc. 8, 8.

Ἑκατοντάρχης, ου, ὁ, (ex ἑκατόν et ἄρχω, duco, v. πατριάρχης, τετράρχης, ἐθνάρχης, ἀσιάρχης. Forma a Latinis adoptata; hinc tetrarches, abelarches apud Liv., Cic., Horat.) centurio, Act. 10, 1. 22. 24, 23. 27, 1. 31. Sed in locis Luc. 7, 2. 6. (Matth. 8, 5. 8. 13.) 23, 47. (Matth. 27, 54.) Act. 21, 32. 22, 25. 26. 27, 6. 11. 46. 28, 16. codd. exhibent ἑκατόνταρχος. (Xen. Cyr. 5, 3, 41. Herodian. 2, 13, 3.) — genit. plur., Act. 23, 23.

Ἐκβαίνω, aor. 2. ἐξέβην, (ab ἐκβίβημι, cf. reliqua composita: ἀνα-, κατα-, παρα-, συμβαίνω) egredior, Hebr. 11, 15. (text. rec. ἐξῆλθον.)

Ἐκβάλλω, f. -βαλῶ, aor. 2. ἐξέβαλον, aor. 1. p. ἐξεβλήθην, I., inclusa violentiae notione: 1., aliquem *a.*, expello, Matth. 21, 12. (Marc. 11, 15. Joh. 2, 15. (ἐκ.) Luc. 20, 12. — pass., Matth. 8, 12. 22, 13. 25, 30. δαιμόνια, Matth. 7, 22. 8, 16. 31. (Marc. 1, 34. 39.) 9, 33. (Luc. 11, 34.) 10, 1. al. ἔκ τινος, Marc. 7, 30. ἀπό, 16, 9. ἔν τινι, per, Matth. 9, 33. et 12, 24. 27. 28. (Marc. 3, 22. Luc. 11, 15. 19. 20.) cf. ἐξελθεῖν et ἐκπορεύεσθαι ἔν τινι, Marc. 9, 29. (Matth. 17, 21.) — τῷ ὀνόματί τινος, Matth. 7, 22. — λόγῳ, Matth. 8, 16. — ἐπὶ τῷ ὀν. τινος, Luc. 9, 49. (Marc. 9, 38.) — *b.*, eiicio, Joh. 12, 31. coll. Apoc. 20, 1. Luc. 10, 28. — seq. ἔξω, Joh. 6, 32. 9, 34. 35. 12, 31. Luc. 13, 28. — ἔξω c. genit., Matth. 21, 39. (Marc. 12, 8.

Luc. 20, 15.) Luc. 4, 29. Act. 7, 58. — ἐκ τῆς ἐκκλησίας, 3 Joh. v. 10. — *c.*, discedere aliquem cogo, Act. 13, 50. (ἀπὸ τῶν ὁρίων.) — e familia dimitto, Gal. 4, 30. (Gen. 21, 10. גָּרֵשׁ.) — *d.*, ἐκβάλλω τινὰ εἰς τόπον τινά, vi, cui resistere nequit, aliquem abduco aliquo, Marc. 1, 12. — **2.**, rem *a.*, eiicio (de excrementis, quae ventre eiiciuntur), Matth. 15, 17. — ἐκβάλλεσθαι ἔκ τινος dicuntur, quae alicui rei inclusa inde vi protruduntur (vordrängen), ut herbae e terra; hinc ἐκβολὴ σίτου, tempus, quo seges in articulum it, ita Matth. 12, 35. cf. 13, 52. (h. l. auctor usus est verbo ἐκβάλλειν, rei comparandae memor, quia menti inhaerebat eorum, quae ex animo a loquente proferuntur seu quasi protruduntur, cogitatio. — Dicunt hanc simplicis verbi pro duobus positi rationem ζεῦγμα.) — *b.*, rem alii insertam extraho, Matth. 7, 4. Marc. 9, 47. (ἔκβαλε, pro quo Matth. 18, 9. ἔξελε αὐτόν.) — additur ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ, Matth. 7, 5. (Luc. 6, 42.) — *c.*, consulto aliquid e loco, ne amplius insit, eiicio, Act. 27, 33. med. ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλασσαν, scil. e navi. — *d.*, speciatim, Luc. 6, 22. ἐκβάλλειν τὸ ὄνομά τινος ὡς πονηρόν, quod aut significare potest: ut pro πονηρῷ habeatur, aut: tamquam nomen, quod πονηρόν sit, ut in eo caussa contineatur τοῦ ἐκβάλλειν. Praefero hoc adstipulans Hammondo, qui τὸ ἐκβάλλειν enarrat: ex albo (aut diptychis) expungere. (Nam e phrasi Deut. 22, 19. lumen accendi nostro loco nullum potest.) Ita quoque Apoc. 11, 2. de eo, quod cum contemtu excluditur.

II., exclusa violentiae notione: **1.**, τινά, alicui non permitto, ut alicubi versetur aut maneat, ideoque eum discedere iubeo, id quod severis quidem, tamen non asperis verbis, fieri potest, Matth. 9, 25. (Marc. 5, 40. Luc. 8, 54.) Act. 9, 40. 16, 37. (h. l. distinguitur a τῷ ἐξαγαγεῖν.) — **2.**, ita dicitur, ut impetus egredientis in emittentem ipsum transferatur, *a.*, Marc. 1, 43. aliquem dimitto, qui hinc festinans pergat, ne ab aliis conspiciatur. — *b.*, aliquem clam emitto, ut fugam acceleret (hinausstecken), Jac. 2, 26. (Jos. 2, 15.) — *c.*, greges ex aula emitto, qui exinde erumpunt, Joh. 10, 4. — **3.**, recto cursu progredi iubeo εἰς, ad (unaufhaltsam fortführen), Matth. 12, 20. (ἕως ἂν ἐκβάλῃ. Jes. 42, 3. יוֹצִיא, οἱ ό, ἐξοίσει — εἰς νῖκος, לֶאֱמֶת, οἱ ό, εἰς ἀλήθειαν. Auctor videtur cum hoc loco confudisse eum, qui est Habac. 1, 4. unde petiit לָנֶצַח; verba ἕως ἂν sumsit e formula nostri loci: עַד־יָשִׂים, verbo aliud e sequentibus substituens: עַד־יוֹצִיא, atque hoc ei in memoriam revocavit locum Habacuci. Id moneo contra Fritzschii commentar. ad h. l. — v. κρίσις et νῖκος.)

Ἔκβασις, εως, ἡ, (ex ἐκ et βαίνω, egredior, evenio, accido) exitus, eventus, 1 Cor. 10, 13. (ποιήσει τὴν ἔκβασιν τοῦ.) Hebr. 13, 7. (ἡ — τῆς ἀναστροφῆς.)

Ἐκβολή, ῆς, ἡ, (ab ἐκβάλλω adi. ἔκβολος, ον, eiectus, a, um. Femin. in communem notionem mutatum) eiectio, Act. 27, 18.

(ἐκβολὴν ἐποιοῦντο, iactum fecerunt, scil. mercium, quas ob nimiam tempestatem in mare proiiciebant.)

Ἐκγαμίζω, f. ίσω, (ex ἐκ, e domo, et γαμίζω) in matrimonium s. nuptum do, 1 Cor. 7, 38. — med. nubo (ἐκ, ut e domo sequar maritum), Matth. 22, 30. (Luc. 20, 34. 35. al. codd. ἐκγαμίσκονται, Marc. vero 12, 25. γαμίσκονται.) 24, 38. (Luc. 17, 27.)

Ἐκγαμίσκω, (ex ἐκ et γαμίσκω) i. q. ἐκγαμίζω, med., Luc. 20, 34. 35. (e lectione nonnullor. codd., v. ἐκγαμίζω.)

Ἔκγονος, ου, ὁ, ἡ, ἔκγονον, τό, (ab ἐκγίνομαι, s. potius obsol. ἐκγένω, eiusque perf. 2. ἐκγέγονα) progenitus, procreatus, neutr. substantive ut τέκνον, pl. τὰ ἔκγονα, soboles, filii et filiae, item nepotes; de his 1 Tim. 5, 4. (τέκνα ἢ ἔκγονα.) οἱ ὁ, Jes. 49, 15. Deut. 19, 10. Jes. 51, 9.

Ἐκδαπανάω (ῶ), f. ήσω, (ex δαπανάω, q. v., et ἐκ, scil. e meo penu, cf. ἐκδανείζω) expendo, sumtum facio; — pass. vi medii instruct. ἐκδαπανῶμαι, me ipse expendo, insumo, 1 Cor. 12, 15. (ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ c. gen.)

Ἐκδέχομαι, f. ξομαι, (ex ἐκ et δέχομαι) 1., excipio, τινά vel τί, 1 Cor. 11, 33. (vos mutuo excipite, i. e. mutuos cibos praebete.) — 2., exspecto (ut venientem excipere possim), Joh. 5, 3. Act. 17, 16. 1 Cor. 16, 11. Hebr. 11, 10. Jac. 5, 7. — sequente ἕως, Hebr. 10, 13. (1 Petr. 3, 20. pro ἅπαξ ἐξεδέχετο cum codd. leg. ἀπεξεδέχετο.) v. ἐκδοχή.

Ἔκδηλος, ου, ὁ, ἡ, (ex δῆλος et ἐκ, cf. lat. evidens, et γινώσκειν ἐκ) evidens, manifestus, 2 Tim. 3, 9. (Hom. Il. 5, 2.)

Ἐκδημέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἔκδημος, et hoc ex ἐκ et δῆμος, a., populus, b., terra patria, das Heimathland) 1., peregre proficiscor, et hinc omnino: emigro, ἔκ τινος, 2 Cor. 5, 8. — 2., peregrinor, ἀπό, 2 Cor. 5, 6. (in utroque loco oppon. ἐνδημῶ, ut et v. 9.) v. ἀποδημῶ.

Ἐκδίδωμι, f. -δώσω, (ex ἐκ et δίδωμι) eloco, verpachten, Matth. 21, 33. (Marc. 12, 1. Luc. 20, 9.) 41. (Aelian. V. H. 14, 15. Plato de Legg. 8.)

Ἐκδιηγέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (ex ἐκ et διηγέομαι) propr. totam rem enarro. Deinde etiam omnino enarro, expono, Act. 13, 41. (Habac. 1, 5.) 15, 3. (occurrit hoc v. ap. Joseph.)

Ἐκδικέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἔκδικος, q. v.) — τινά, 1., ius vindico alicui, Luc. 18, 5. (1 Macc. 6, 22.) — ἐμαυτόν, ulciscor, Rom. 12, 19. — ἀπό τινος, tueor, defendo aliquem ab aliquo, Luc. 18, 3. (cf. 1 Sam. 14, 16. 2 Sam. 18, 19. 31. שָׁפַט מִיַּד, οἱ ὁ, κρίνειν τινὰ ἔκ τινος.) — 2., cum acc. rei, τί, ulciscor aliquid (i. e. punio aliquem propter aliquid), 2 Cor. 10, 6. (τὴν παρακοήν.) — cf. τοὺς ὁ, 1 Sam. 15, 2. Amos. 3, 14.) — τὶ ἀπό τινος, ulciscor (et reposco) aliquid ab aliquo, Apoc. 6, 10. 19, 2. (2 Reg. 9, 7. et Gen. 9, 6. Ez. 33, 6. cf. Apoc. 18, 20. κρίνειν τὸ κρίμα τινὸς ἔκ τινος.)

Ἐκδίκησις, εως, ἡ, (ab ἐκδικέω, q. v.) vindicta; **1.**, ultio, Rom. 12, 19. et Hebr. 10, 30. 2 Cor. 7, 11. Luc. 21, 22. — ποιεῖν τὴν ἐκδίκησίν τινος, aliquem vindicare ab iniuriis, Luc. 18, 7. 8. (Graeci: ποιεῖσθαι ἐκδίκ., ut Polyb. 3, 8.) — τινί, aliquem (iniuria affectum) ulcisci, Act. 7, 24. (Jud. 11, 36.) — **2.**, poena, punitio, τινός (gen. obi.), 1 Petr. 2, 14. — διδόναι ἐκδίκησίν τινι, poenas infligere alicui, 2 Thess. 1, 8. (cf. Ez. 25, 14.)

Ἔκδικος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἐκ et δίκη, s. potius ab ea forma masculin., ad quam vox δίκη ipsa pertinet) ultor, vindex, Rom. 13, 4. — seq. περί τινος, 1 Thess. 4, 6. (οἱ ό, Ps. 8, 3.)

Ἐκδιώκω, f. -διώξω, (ex ἐκ et διώκω) — τινά, expello, infesto, Luc. 11, 49. 1 Thess. 2, 15. (οἱ ό, Ps. 119, 157. Joël. 2, 20. 1 Chron. 8, 13.)

Ἔκδοτος, ου, ὁ, ἡ, (ab ἐκδόω = ἐκδίδωμι) traditus (e manibus), ausgeliefert, Act. 2, 23. (ἔκδοτον λαβόντες.) Palaeph. f. 41, 2.

Ἐκδοχή, ῆς, ἡ, (ab ἐκδέχομαι, q. v., cf. περιοχή, διαδοχή, ἐκβολή) exspectatio, Hebr. 10, 27.

Ἐκδύω, f. ύσω, (i. q. ἐκδύνω, ex ἐκ et inus. δύω) exuo, τινά, exuere aliquem vestibus, Matth. 27, 28. Luc. 10, 30. — med., 2 Cor. 5, 3. 4. (ἐκδύσασθαι oppon. τῷ γυμνὸν εἶναι. Nec hic est, quod medio vim passivi tribuamus, cf. βαπτίζω; med. enim signif. vestem datam sumere, suscipere (sich anziehen lassen), ἐκδύεσθαι, vestem exuenti reddere. Caeterum sermo h. l. est de vestimento, quo anima, corpore exuta, induatur s. circumdetur. — τινά τι, Matth. 27, 31. (Marc. 15, 20. opponit ἐνδύω.)

Ἐκεῖ, adv. loci, ibi, illic, Matth. 2, 13. 15. 5, 24. al. — οἱ ἐκεῖ, scil. ὄντες, ibi versantes, Matth. 26, 71. — Nota insuper *a.*, ἐκεῖ, relatum ad personam, i. q. παρὰ τούτῳ, Matth. 10, 11. — *b.*, saepius ubi praecedens adverbium relativum sibi iam verbum attraxit, huic verbo per abundantiam additur ἐκεῖ, quasi adverbium illud non praecessisset, Apoc. 12, 14. (ὅπου τρέφει ἐκεῖ.) Marc. 5, 55. (ὅπου ἤκουον, ὅτι ἐκεῖ ἐστι.) ita ex hebr. אֲשֶׁר שָׁם (v. Gen. 13, 4. Ex. 20, 24. cf. Gesen. Lehrgeb. d. hebr. Sprache p. 743. et quae supra de pronomine αὐτός post pronom. relat. posito p. 126. notata sunt). — *c.*, ponitur ἐκεῖ pro ἐκεῖσε, illuc, post verba eundi, v. c. ἀπέρχομαι, Matth. 2, 22. (22, 36. huc non pertinet.) — μεταβαίνω, 17, 20. — συνάγομαι, 24, 28. (Luc. 17, 37. 12, 18.) — ὑπάγω, Joh. 11, 8. — ἔρχομαι, 18, 3. — προπέμπομαι, Rom. 15, 24. — et βάλλω, Luc. 22, 2. (ita Hebraei שָׁם pro שָׁמָּה, Deut. 1, 37. cf. 1 Reg. 18, 10. 2 Reg. 19, 32. Jerem. 19, 14. et Graeci quoque tum hoc adverb., tum alia eiusdem generis post verba eundi ponunt, statum cum motu commutantes, v. ὅπου, οὗ, ποῦ, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 43. 44. Idem annotarunt ad Sophocl. Antig. v. 515. et Trachin. v. 1006. Hermannus, ad Philoct. v. 481. Buttmannus, ad Eurip. Heraclid. v. 46. Elmsleius.) — Addimus, ne quis erret cum Wahl. Clav. p. 469.

d., ἐκεῖ, Luc. 13, 28. non de tempore dici, etsi sequente ὅταν, sed ad τὸ ἔξω pertinere, quod menti auctoris, cum ἐκεῖ scriberet, obversatum sit. Sens.: in loco exteriori, cum eo vos seclusos videritis, erit ὁ κλαυθμός cett.

Ἐκεῖθεν, adv. loci, inde, illinc, Matth. 4, 21. 5, 26. 9, 9. 27. Act. 20, 13. al. — οἱ ἐκεῖθεν elliptice pro: οἱ ἐκεῖθεν διαβῆναι θέλοντες, Luc. 16, 25.

Ἐκεῖνος, η, ο, (ab ἐκεῖ) pronom. demonstrat., ille, a, ud. Occurrit *a.*, absolute dictum, ita ut spectet ad subiectum remotius, distinctum ab οὗτος, Luc. 18, 14. Jac. 4, 15. Matth. 13, 11. (Marc. 4, 11.) 18, 32. Marc. 16, 20. Joh. 9, 9. Act. 21, 6. Hebr. 4, 2. 12, 25. — is, ea, id, etiam ubi spectat subiectum proxime praecedens, ubi nos cum vi: der, Joh. 4, 25. 5, 11. 19. 38. 39. 46. 47. 8, 44. 13, 6. 26. Act. 3, 13. al. Matth. 17, 27. Marc. 16, 10. Rom. 6, 21. 14, 14. Marc. 7, 15. 20. Luc. 12, 47. Marc. 12, 4. 5. — ἐκεῖνο seq. ὅτι, Matth. 24, 43. (ap. Joannem etiam pro αὐτός, ubi de aliquo sermo est, quem auctor omnino ab aliis distingui voluit, 13, 27. 30.) — vel: er, Joh. 1, 8. 2, 21. 7, 11. 2 Tim. 2, 13. Tit. 3, 7. 1 Joh. 3, 3. 5. 7. — accuratius definitur nomine per appositionem adiecto, Joh. 16, 13. — *b.*, adiectum nomini; *aa.*, postpositum, ut sonus requiescat in nomine; ita interdum remotius subiectum distinguit a propiore, Hebr. 8, 7. (ἡ πρώτη ἐκείνη.) Luc. 19, 27. — Plerumque vero adiicitur ei, de quo modo sermo fuit, ad modum adverbii ἐκεῖ, si huic adverbium loci praecessit (der dortige), Matth. 7, 25. 27. (Luc. 6, 48. 49.) 8, 28. 10, 14. (Luc. 9, 5. sed Marc. 6, 11. ἐκεῖθεν.) 15. 45. (i. e. hominis, qui locus est, quo impurus genius intrat.) 15, 22. 28. (nam si adverbium poni potuisset, posuisset auctor ἐκεῖθεν.) 18, 27. 28. 21, 40. (Luc. 20, 16. τούτους.) 22, 7. 24, 22. 29. (Marc. 13, 24.) 46. 48. 50. (Luc. 12, 43. 45. 46.) 25, 7. 19. 26, 24. (Marc. 14, 21. Luc. 22, 22.) Marc. 3, 24. 25. Joh. 1, 40. Act. 1, 19. — cum vi, Jac. 1, 7. — *bb.*, praepositum, et plerumque sic, ut cum vi pronuntiandum sit, Luc. 17, 31. Joh. 14, 20. 16, 23. Matth. 24, 19. (Marc. 13, 17.) Luc. 12, 47. Matth. 14, 1. (coll. Marc. 6, 14.) Marc. 2, 20. Matth. 11, 25. (coll. Luc. 10, 22. ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ.) 13, 4. (ἐκεῖνοι h. l. opponuntur τοῖς Γαλιλαίοις τούτοις, die Galiläer da.) Alibi se nomen adiectum habet ut appositio, Marc. 12, 7. Solennis est scriptoribus rerum Christi formula ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, de tempore, quod accuratius aut nesciunt definire, aut nolunt, quod tamen coniungi volunt cum rerum modo narratarum tempore, Matth. 3, 1. (illo tempore, quo Jesus adhuc Nazarethi versabatur.) Marc. 1, 9. 8, 11. Luc. 2, 1. Praeiverunt hanc formulam scriptores V. T., Ex. 2, 11. Jud. 18, 1. 19, 1. 1 Sam. 28, 1. Jes. 38, 1. al. (Noli tamen cum his confundere locos: Luc. 4, 2. 9, 36. 20, 1. Apoc. 9, 6.) — ἡ ἡμέρα ἐκείνη, κατ' ἐξοχήν dies ille fatalis, dies, quo Messias ad iudicium habendum venturus est, Matth.

7, 22. (Luc. 10, 12.) coll. 10, 15. (ἡμέρα κρίσεως.) 2 Thess. 1, 10. 2 Tim. 1, 12. Apoc. 16, 14. Etiam hanc phrasin praeiverunt libri V. T., cf. Joël. 1, 15. Ez. 13, 5. Jes. 2, 12. Tamen nec cum his confundas: Act. 2, 18. (Joël. 3, 1 — 3. nam h. l. formula nihil aliud dicit, quam: eo tempore.) Matth. 26, 29. — δι' ἐκείνης, scil. ὁδοῦ, Luc. 19, 4. (cf. Luc. 5, 19. al. codd. in utroque loco omittunt διά, Graeci tamen eo sensu dicunt: ἐκείνῃ.)

Ἐκεῖσε, adv. loci, illuc, in construct. praegnanti, Act. 21, 3. v. ἀποφορτίζομαι. — item pro ἐκεῖ in construct. praegnanti, τοὺς ἐκεῖσε ὄντας, eo congregatos, Act. 22, 5.

Ἐκζητέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐκ, ex occulto, et ζητέω) **1.**, exquiro, investigo, τινά, — τὸν κύριον, Act. 15, 17. Rom. 3, 11. Hebr. 11, 6. (Ps. 14, 2. 24, 6. Amos. 5, 4. Jes. 45, 10.) i. e. dei gratiam ac benevolentiam captare, deum colere. — περί τινος, scrutor de aliqua re, 1 Petr. 1, 10. (coniungitur h. l. cum ἐξερευνᾷν.) — **2.**, mihi expeto, posco, flagito, Hebr. 12, 17. (scil. τὴν μετάνοιαν patris.) — **3.**, reposco, ἀπό τινος, Luc. 11, 50. 51. (pass. τὸ αἷμα τῶν προφητῶν ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, i. e. ut vindicta caedis prophetarum ab hac aetate sumatur, locutio hebr., cf. 2 Sam. 4, 11. Ez. 3, 18. v. supra ἐκ p. 337.)

Ἐκθαμβέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (verb. depon. ab ἔκθαμβος, attonitus, obstupefactus; ἐκ, plane) obstupesco, terrore percellor, Marc. 14, 33. (coni. cum ἀδημονεῖν.) — ἐξεθαμβήθην, perterrefactus sum, Marc. 9, 15. 16, 5. — imperat. praes., 15, 6.

Ἔκθαμβος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἐκ, cf. ἔκφοβος, et θάμβος, terror) obstupefactus, Act. 3, 11.

Ἔκθετος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ab ἐκθέω = ἐκτίθημι) expositus, Act. 7, 19. (ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη, cf. supra ἔκδοτος, et λαβεῖν ἔκδοτον.) Aelian. V. H. 2, 7.

Ἐκκαθαίρω, f. αρῶ, (ex καθαίρω et ἐκ, i. e. aut funditus aut ἔκ τινος) **1.**, expurgo, plane purgo. — **2.**, purgo ἀπό τινος, ab aliqua re, ἐμαυτόν, 2 Tim. 2, 21. — **3.**, eiicio, removeo, τί (aliquid, ut id, a quo removetur, purum sit), 1 Cor. 5, 7.

Ἐκκαίομαι, aor. 1. pass ἐξεκαύθην, (pass. verbi ἐκκαίω, exuro, accendo, ex ἐκ et καίω) flagro, exardesco, metaph., Rom. 1, 27. (de iis, quorum animus incenditur impuris libidinibus.)

Ἐκκακέω (ῶ), f. ήσω, (ex κακέω, i. e. κακός, ignavus, timidus sum, et ἐκ, cf. ἔκθαμβος, ἐκπλήσσω) deficio, 2 Cor. 4, 1. — animum despondeo, Eph. 3, 13. (ἐν ταῖς θλίψεσι.) — languesco, Luc. 18, 1. 2 Cor. 4, 16. — coniunctum cum participio, Gal. 6, 9. 2 Thess. 3, 13. (alia verba sic constructa v. in Wineri grammat. N. T. Sect. 3. §. 39. de participio.) Polyb. 4, 19.

Ἐκκεντέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐκ et κεντέω, pungo) transfigo, pungo; — ὄψονται, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, Joh. 19, 37. Vulg.: videbunt, in quem transfixerunt (Zach. 12, 10. Sed οἱ ὁ h. l. longe aliter verterunt: ἐπιβλέψονται πρός με, ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο. Text. Aquilae: — σὺν ὃν ἐξεκέντησαν, Symmach.: — ἔμ-

προσθεν ἐξεκέντησαν); ad eundem locum respicitur Apoc. 1, 1. (οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν. Ergo in priori loco constr. ὄψονται εἰς τοῦτον, ὃν ἐξεκ.) — cf. ἐγκεντρίζω.

Ἐκκλάω, f. άσω, perf. pass. ἐκκέκλασμαι, aor. 1. pass. ἐξεκλάσθην, (ex ἐκ et κλάω, frango) defringo; — pass., Rom. 11, 17. 19. 20. (οἱ κλάδοι.)

Ἐκκλείω, f. είσω, perf. p. ἐκκέκλεισμαι, aor. 1. p. ἐξεκλείσθην, (ex ἐκ et κλείω) excludo, Gal. 4, 17. (ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, a me, scil. mea conversatione et doctrina.) — pass., Rom. 3, 27. (καύχησις ἐξεκλείσθη, i. e. gloriatio praeclusa, praecisa est.)

Ἐκκλησία, ας, ἡ, (ab ἔκκλητος, evocatus, quod est ab ἐκκαλέω) 1., concio convocata, i. e. concio populi vel (ut apud Graecos eos, qui civitate libera gaudebant) per praeconem ad locum consilii publicum deliberandi caussa convocata, vel ut Act. 19, 39. concio auctoritate magistratus congregata (ἔννομος, legitima h. l. dic. seu κυρία, concio rata, fixa, s. ordinaria, i. e. quae certis diebus ter aut quater singulis mensibus haberi solet, v. Demosth. de Corona c. 12. et Potteri Archaeol. graeca 1, 17.). — concio Israëlitarum ad audiendam legem convocata (dic. קָהָל, Deut. 30, 31. Jos. 8, 35. cf. 1 Chron. 13, 2. 4. et Ps. 26, 5. ubi signif. conventum), Act. 7, 38. Hebr. 2, 12. — 2., multitudo et turba hominum casu vel per tumultum congregata, Act. 9, 32. 40. — 3., coetus, i. e. congregatio eorum, qui ad eundem ordinem pertinent, Hebr. 12, 23. — 4., coetus eorum, qui salutem et felicitatem aeternam a Jesu Christo sperantes unam eandemque de Christo doctrinam profitentur, suis ritibus sacris utuntur, suos sacros conventus habent atque ad certas leges societati ordinis caussa scriptas suas res moderantur, *a.*, qui alicubi urbium aut vicorum eiusmodi coetum constituunt, et *aa.*, quidem quatenus in unam societatem coniuncti sunt, Act. 3, 44. 47. 5, 11. 8, 1. — 1 Cor. 1, 2. 2 Cor. 1, 1. 1 Thess. 1, 1. Col. 4, 16. Gal. 1, 2. Apoc. 2, 1. 12. 18. 3, 1. 7. 14. — plur., Act. 9, 31. 2 Cor. 8, 1. 18. Rom. 16, 4. 16. 2 Thess. 1, 14. Apoc. 1, 4. 11. 20. al. — *bb.*, pars Christianorum in loco precibus destinato conveniens, Col. 4, 15. Rom. 16, 5. Philem. v. 2. 1 Cor. 16, 19. — *cc.*, praevalente notione congregationis, ἐν ἐκκλησίᾳ, 1 Cor. 11, 18. 14, 19. 28. 35. — ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, v. 34. — ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων, v. 33. — *dd.*, concio, i. e. corpus Christianorum in certo loco congregatorum, Matth. 18, 17. (ex h. l. patet, primum non cogitandum esse de Judaeorum coetu. Sermo enim est de litibus inter τοὺς ἀδελφοὺς ortis, quas Judaei non curarunt, et Matthaeus respexit ad rationes Christianorum, quae condita iam ecclesia et introducto Christianorum baptismo, c. 28, 19., esse coeperant. Fallitur itaque Fritzschius (commentar. ad Matth. 18, 17. p. 580.). Deinde non intelligi nominis delationem speciatim ad collegium presbyterorum puniendi caussa factam, sed eam, quae adversario

quaerat publicam reprehensionem et admonitionem. Denique cum publica admonitio h. l. distinguatur a privata, sequitur ecclesiam eo commemorari, quia congregatio sit plurium, adeo, ut, si illa admonitio vel maxime per presbyteros facta fuerit, tamen ecclesiae nomine non significetur collegium presbyterorum, per se spectatum, sed presbyteri simul cum reliquis in loco sacro congregati.) — *b.*, universus Christianorum s. eorum, qui in Christo spem salutis positam habent et suis sacris utuntur, coetus per totam terram dispersus (s. coetus cultorum dei et Christi, hoc nomine ornandus, ubicunque locorum versetur, die Gottesgemeine in abstracto), Matth. 16, 18. 1 Cor. 10, 32. 11, 22. 12, 28. 15, 9. Eph. 1, 22. 3, 10. 5, 23. 24. 25. 27. 29. 32. Gal. 1, 13. — Phil. 3, 6. Col. 1, 18. 24. 1 Tim. 3, 5. 15. 3 Joh. 6, 9. 10. — v. Suiceri thesaur. T. 1. p. 1049. seq.

Ἐκκλίνω, f. νῶ, (ex ἐκ et κλίνω, clino, flecto) intr., declino, deflecto (pr.: a via recta et tramite, Mal. 2, 8.). — metaphor. absol., me averto, vel a via virtutis, Rom. 3, 12. (Ps. 14, 4.) — vel a malo (a malis declinare, Cic. Tusc. 4, 6.), ἀπὸ κακοῦ, 1 Petr. 3, 11. (Ps. 36, 28. Prov. 3, 7.) — ἀπό c. genit. pers., alicuius societate abstineo, Rom. 16, 17.

Ἐκκολυμβάω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐκ et κολυμβάω) natando evado, Act. 27, 42.

Ἐκκομίζω, f. ίσω, (ex ἐκ et κομίζω) effero, Luc. 7, 12. (ut lat. effero.)

Ἐκκόπτω, f. ψω, (ex ἐκ et κόπτω) excido, exscindo, τί, Matth. 3, 10. (Luc. 3, 9. δένδρον.) 7, 19. Luc. 13, 7. 9. (fut. permissive, ut Luc. 6, 42.) — Matth. 5, 30. et 18, 8. (τὴν χεῖρα. Marc. 9, 43. ἀπόκοψον. — τὸν ὀφθαλμόν, Dem. p. 744, 13.) — pass. ἔκ τινος, Rom. 11, 24. 22. (i. q. ἐκκλασθήσῃ, quod verbum v. 17. 19. 20. praecessit. Fut. non signif.: exscindi potes, sed exscinderis.) — τὴν ἀφορμήν, occasionem praecido, 2 Cor. 11, 12. (ut τὴν ἐλπίδα, Job. 19, 10.) in loco 1 Petr. 3, 7. leg. ἐγκόπτεσθαι, v. Griesbach. ad h. l.

Ἐκκρέμαμαι, (med. verbi ἐκκρεμάννυμι, ex ἐκ et κρεμάω = κρεμάννυμι) pendeo, Luc. 19, 48. (αὐτοῦ ἀκούων, cf. formulam lat. ab ore alicuius pendeo, Virg. Aen. 4, 79.)

Ἐκλαλέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐκ et λαλέω) eloquor, τινί, seq. ὅτι, Act. 23, 22. (auctor ex constructione indirectae orationis in alteram incidit, ut Act. 1, 4. ἣν ἠκούσατέ μου, cf. Luc. 5, 14.)

Ἐκλάμπω, f. ψω, (ex ἐκ et λάμπω) effulgeo, Matth. 13, 43. (Dan. 12, 3.)

Ἐκλανθάνομαι, (med. verbi ἐκλανθάνω, oblivisci facio) obliviscor; perf. ἐκλέλησμαι seq. genit., Hebr. 12, 5.

Ἐκλέγομαι, (med. verbi ἐκλέγω, eligo, pass., Xen. Mem. 3, 5, 2. et ἐκλελεγμένος in codd. nonnullis Luc. 9, 35.) eligo mihi, τί, Luc. 10, 42. 14, 7. — τινά, aliquem, e pluribus (de Jesu discipulos eligente), Joh. 6, 70. 13, 18. 15, 16. Luc. 6, 13.

Act. 1, 2. (aor. vim plusqperf. habet, v. Wineri grammat. N. T. Sect. 3. §. 34.) 6, 5. — ἐκ, Joh. 15, 19. Act. 15, 22 — 25. (pro ἐκλεξαμένους al. codd. ἐκλεξαμένοις, rectius ut videtur. Partic. pro infinit. ἐκλέξασθαι καὶ πέμψαι, cf. Luc. 1, 3.) — ἐν, Act. 15, 7. (ἐξελέξατο ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν, locutio hebr. ״בָּ בָּחַר, 1 Reg. 8, 16. delegit in ordine nostro; deest accusat. e sequentibus supplendus, aut sic explices: deus delectu facto constituit, ut inter nos ego sim, e cuius ore cett.) — 2., transfertur in sacris litteris hoc verbum ad rationes divinae providentiae, et ad curam, quam deus habet rerum humanarum. Dicitur scil. deus ex aliis elegisse eos, quos prae caeteris tuetur, amat ac beneficiis afficit atque qui in eo statu positi sunt, ut faustissima quaevis et nunc et olim a deo sperare possint. Ita Marc. 13, 20. (Matth. 24, 22.) οἱ ἐκλεκτοί, οὓς ἐξελέξατο (ὁ θεός), ii, quos deus incolumes servare decrevit ab instante Judaeorum pertinacium clade (cf. quae in V. T. de Lotho Sodomis educto memoriae prodita sunt, Gen. 19, 12 — 25. 2 Petr. 2, 9.). Speciatim deus dicitur sibi ex caeteris orbis terrarum gentibus elegisse populum Israëliticum, Act. 13, 17. (cf. Rom. 11, 28. Deut. 4, 37. Zach. 3, 2.) atque ita quoque eos, quibus spes salutis per Christum adipiscendae non frustra, sed eo effectu oblata erat, ut hac spe erecti Christo nomen darent, atque vitae sanctioris votum libenter susciperent, — 1 Cor. 1, 27. 28. (cf. Luc. 10, 21.) Eph. 1, 4. sequitur h. l. acc. c. inf. εἶναι ἡμᾶς, ut essemus. — sequente acc. praedicati, Jac. 2, 5.

Ἐκλείπω, f. ψω, (ex ἐκ et λείπω, linquo) dicitur et transitive (praetermitto, relinquo, scil. egrediens, τὴν πόλιν ἐς πόλιν, ut in aliam me conferam) et intransitive: deficio (ut v. c. ὁ ἥλιος, ἡ σελήνη, unde ἡ ἔκλειψις τοῦ ἡλίου, τῆς σελήνης, defectio solis, lunae, — de cisterna, quae paullatim aqua destituitur, cf. voc. ἀνέκλειπτος). Ita Hebr. 1, 32. (τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείπουσι ex Ps. 102, 28.) et de morientibus, Luc. 16, 9. Sed h. l. verbum consulto adhibitum, ut comparatio fieret cum improbo oeconomo, rebus ad vitam necessariis iam carente. Verte: si vitae fulcris destituti eritis, si in eo estis, ut plane destituamini. (Non necesse est, ut suppleatur τὸν βίον, quamquam haec formula occurrit apud Dion. Halic. Ant. 1, 54. Lucian. Macrob. §. 12.)

Ἐκλεκτός, ή, όν, (ab ἐκλέγω, perf. pass.) electus; 1., cum genit. possess. ἐκλεκτός τινος, quem aliquis prae caeteris carum habet, χριστοῦ, Matth. 24, 31. (Marc. 13, 27. fidi Messiae asseclae.) cf. Apoc. 17, 14. — θεοῦ, ὁ ἐκλ. τοῦ θεοῦ, speciatim: Messias, Luc. 23, 35. (cf. ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ, Marc. 1, 24. Luc. 4, 34.) de iis, qui nomine Christo dato se deo consecrarunt, Luc. 18, 7. Rom. 8, 33. Tit. 1, 1. Nonnunquam tamen id voce potissimum exprimitur, quod libero dei favore Christiani sint praelati caeteris atque ad spem felicitatis aeternae adducti, ut Col. 3, 12. (Nam petit inde h. l. apostolus argumentum ad mutuum amorem commendandum.) — Quare ἐκλεκτῶν nomen simpliciter coetui

Christianorum honoris caussa in epistolis apostolorum tribuitur, 1 Petr. 1, 1. 2, 9. (h. l. τὸ γένος ἐκλεκτόν, formula ex sacris Judaeorum monumentis repetita, quippe qui gens erant e caeteris gentibus electa), vel etiam Christianis singulis, 2 Joh. v. 1. 13. (cf. 1 Petr. 5, 13.) Rom. 16, 13. (ἐν κυρίῳ non pertinet ad ἐκλεκτός, sed ad ἀσπάζετε.) Distinguuntur οἱ ἐκλεκτοί etiam a τοῖς κλητοῖς, quasi deus vocari quidem (invitari ad felicitatis aeternae perceptionem) plures iusserit, ex his autem nonnullos tantum (eos, qui hac felicitate vere potiantur) elegerit; ita in parabolis Matth. 20, 16. 22, 14. et patet invitatos a deo dici pariter Judaeos atque Christianos, hos vero tantum (qui ducem ad vitam aeternam divinitus missum sequantur) electos, — 2 Tim. 2, 10. (h. l. e paganis ii, qui oblatam ipsis beneficiorum per Christum partorum communionem non repudiant.) — ἐκλεκτοί, nomen honorificum bonorum angelorum, 1 Tim. 5, 21. — **2.**, quasi e pluribus eiusdem generis electus (s. huius indolis, ut melioris ex eodem genere nullus eligi posset), h. e. eximius (exquisitus, in suo genere praestantissimus), 1 Petr. 2, 4. (cf. Gen. 23, 6.)

Ἐκλογή, ῆς, ἡ, (ab ἐκλέγω, ut forma docet, nomen notionem universam exprimens, cf. ἐκβολή, γενετή) electio, *a.*, de actu electionis, Act. 9, 13. (σκεῦος ἐκλογῆς, i. q. ἐκλεκτόν, eximium, ex hebraismo, v. supra ἀδικία, ἀτιμία.) — speciatim dic. de electione, quam deus faciat feceritve, ut beneficia alicui prae caeteris tribuat, adiuncta notione liberae voluntatis, Rom. 9, 11. (ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις, decretum in libera electione conspicuum.) — 11, 5. (c. gen. qualitat. κατ' ἐκλογὴν χάριτος, secundum electionem, quae gratia proficiscitur, s. electionem benignam. Genit. substant. pro adi. ex hebr., quamquam apud poëtas graecos similes phrases occurrunt.) — 11, 28. (secundum electionem, quam deus inter gentes olim fecit.) — c. gen. obi., 1 Thess. 1, 4. (electio h. l. eorum, qui e paganorum desperato statu ad verum deum spemque aeternae felicitatis adducti sunt.) 2 Petr. 1, 10. (ex h. l. intelligitur electos dici, quibus copia adipiscendae salutis facta sit, ut salvi fieri possint, si velint.) — *b.*, abstract. pro concr., Rom. 11, 7. (i. q. οἱ ἐκλεκτοί.)

Ἐκλύω, f. σω, (ex λύω et ἐκ, i. e. ἔκ τινος, nostr.: entbinden, ablösen) **1.**, solvo (libero) ab aliquo. — **2.**, dissolvo, metaphor.; pass. *a.*, viribus destituor (dissolvor), tabesco, Matth. 15, 32. (Marc. 13, 3.) cf. 1 Sam. 14, 28. Thren. 2, 19. Jud. 15, 2. sed Matth. 9, 36. pro ἐκλελυμένοι alii codd. rectius ἐσκυλμένοι. Gal. 6, 9. (μὴ ἐκλυόμενοι, hoc vulgo enarrant: si non segnes sumus, scil. in benefaciendo. Tamen referendum videtur ad θερίσομεν, metemus, ita ut non defatigemur. Differunt scil. ἐκκακεῖν, quod est sponte animum abiicere s. segnem esse, et ἐκλύεσθαι, operis molestiis defatigari necessario. Illud verbum trahit auctor ad benefaciendi operam, hoc vero ad messis laborem, unde lepida membrorum distinctio.) — *b.*, animum despondeo, zagen, Hebr. 12, 5.

3. (ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν videtur pertinere ad κάμητε, non ad ἐκλυόμενοι, cf. Job. 10, 1. Jes. 53, 11.)

Ἐκμάσσω, ττω, f. ξω, (ex ἐκ et μάσσω, tango, misceo) abstergo, Luc. 7, 38. τοὺς πόδας. — τινί, dat. instrum., v. 44. Joh. 11, 2. 12, 3. 13, 5. Cf. ἀπομάσσω.

Ἐκμυκτερίζω, f. ίσω, (ex ἐκ et μυκτερίζω a μυκτήρ, nasus) derideo (naribus suspensis) aliquem, τινά, Luc. 16, 14. 23, 34. (οἱ ό, Ps. 2, 4. 22, 7.)

Ἐκνέω, f. εύσω, ομαι vel οῦμαι (v. Matth. gramm. §. 243. p. 475. — ex ἐκ et νέω) 1., propr. enato, natando effugio. — 2., evado, clam elabor, Joh. 5, 13. — οἱ ό, Jud. 4, 13. 2 Reg. 2, 24.

Ἐκνήφω, f. ψω, (ex ἐκ et νήφω, sobrius sum) 1., propr. ex ebrietate ad me redeo (Joël. 1, 5.). — 2., metaph., ad sanam mentem redeo (cf. supr. ἀνανήφω), 1 Cor. 15, 34.

Ἑκούσιος, ίου, ὁ, ἡ, (ab ἑκών, οῦσα, όν) spontaneus, voluntarius, Philem. v. 14. (κατὰ ἑκούσιον, sponte.) Hinc

Ἑκουσίως, adv., sponte, Hebr. 10, 26. 1 Petr. 5, 2. (oppon. ἀναγκάστως.)

Ἔκπαλαι, adv., (ex ἐκ et πάλαι, cf. graec. ἔκτοτε) iam olim, 2 Petr. 2, 3. 3, 5. (Plut. Arist. c. 17. Arrian exp. Alex. M. 1, 9. 15. — vox serioris aetatis, v. Lobeck. ad Phryn. p. 45. seq.)

Ἐκπειράζω, f. άσω, (ex πειράζω et ἐκ, aliquid quasi eliciens) exploro, tento, τινά, Luc. 10, 25. — speciatim τὸν θεὸν ἐκπειράζειν, quod est experiri dei virtutem et potentiam, Matth. 4, 7. et Luc. 4, 12. (Deut. 6, 16. Fut. ἐκπειράσεις pro imperativo, praeeunte textu hebraico, quamquam et Graeci nonnunquam futurum imperativi loco ponunt, v. Matth. gramm. §. 498. c. β.) — vel patientiam dei tentare, 1 Cor. 10, 9. ubi monentur et Christiani, ne tentent Christum. (Sens.: nolite in caussis adversis vos impatientes gerere erga Christum, ut illi se gesserunt erga deum, Ex. 17, 2. Num. 21, 5. 6.)

Ἐκπέμπω, f. ψω, (ex ἐκ et πέμπω) emitto, Act. 13, 4. 17, 10. (Xen. H. G. 1, 1, 31.)

Ἐκπερισσῶς, adv., (ex ἐκ et περισσῶς) ultra, plus (hebr. יֶתֶר), Marc. 14, 31. (Sed haec vox apud Graecos non occurrit, et textus recept. tenet: ἐκ περισσοῦ, quod ipsum idem valet ac περισσῶς. Quare veri speciem omnino habet Matthaeii opinio, vocem illam censentis inde ortam esse, quod pars genuinae lectionis cum superscripto interpretamento coaluerit, praesertim cum huius confusionis aliud exemplum nonnulli codd. praebeant ad 1 Thess. 5, 13. pro genuina voce ὑπερεκπερισσοῦ monstrosam alteram, pari artificio compositam, ὑπερεκπερισσῶς offerentes.)

Ἐκπετάννυμι, f. άσω, (ex ἐκ et πετάννυμι, pando) expando, extendo; — τὰς χεῖράς μου πρός τινα, Rom. 10, 21. (Jes. 65, 2.)

Ἐκπηδάω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐκ et πηδάω, salio) prosilio,

Act. 14, 14. (ἐξεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον.) Xen. Cyr. 1, 4, 8. Aelian. V. H. 6, 3. (οἱ ὁ, Deut. 33, 22.)

Ἐκπίπτω, f. -πεσοῦμαι, ab obsol. πέτω, perf. πέπτωκα, aor. 2. ἔπεσον, aor. 1. ἔπεσα, Gal. 5, 4. (vide hunc aoristum supra sub v. ἀναπίπτω et infra sub v. πίπτω et quae de eo habet Winerus in gramm. N. T. Sect. 2. §. 11. de verbis defectivis, Lobeck. ad Phryn. p. 724.) excido, decido, 1., proprie: ἔκ τινος, Act. 12, 7. (Hom. Il. 14, 31. 465.) — absol., Marc. 13, 25. (οἱ ἀστ. τοῦ θεοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες, scil. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, al. codd. ἔσονται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐκπίπτοντες; pauciores: ἔσονται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πίπτοντες. Sed Marcus usus est verbo εἰμί c. partic., quia non tam, unde stellae delapsurae sint et eas de coelo delapsuras esse, quam id dicturus erat, stellis futurum esse, ut cadant, quemadmodum soli lunaeque id, ut obscurentur, futurum esse modo dixerat. Quare retinendum est ἐκπίπτοντες, et ἔσονται non erit ante ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, sed post haec verba collocandum. In alia abit Fritzschius in comment. ad Marc. 13, 25. cum quo non facere possumus. — Matth. 24, 8. (πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.) Act. 27, 32. Jac. 1, 11. (Jes. 28, 1.) — de navigantibus: ἐκπ. εἰς, Act. 27, 17. (μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, ne declinantes in Syrtam iniicerentur.) 26. 29. — 2., metaph. *a.*, τινός, re excidere, rem amittere, Gal. 5, 4. (τῆς χάριτος.) 2 Petr. 3, 17. (τοῦ ἰδίου στεριγμοῦ.) — πόθεν, Apoc. 2, 5. (ἐκεῖθεν, Aelian. V. H. 4, 7.) — *b.*, absol., cessare, 1 Cor. 13, 8. (ἡ ἀγάπη.) — *c.*, λόγος ἐκπέπτωκε, eventu caret, irritum factum est verbum, Rom. 9, 6. (1 Sam. 3, 19. Jos. 23, 14. alias παρελθεῖν, Matth. 5, 18. — cf. Esth. 6, 10.)

Ἐκπλέω, f. -πλεύσομαι, (ex ἐκ et πλέω, navigo) enavigo, navi avehor, ἀπό τινος (τόπου), Act. 20, 6. — εἰς τόπον, 15, 39. 18, 18.

Ἐκπληρόω, f. ώσω, (ex πληρόω et ἐκ, cf. lat. expleo) expleo, metaph., τὴν ἐπαγγελίαν, ratam facio, Act. 13, 32. Hinc

Ἐκπλήρωσις, εως, ἡ, impletio; — ἡ ἐκπλ. τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, tempus, quando dies castimoniae finem habituri sunt, Act. 21, 26.

Ἐκπλήσσω, ττω, f. ξω, aor. 2. p. ἐξεπλάγην, (ex πλήσσω, quatio, ictu percutio, et ἐκ, cf. ἔκθαμβος, ἔκφοβος) percello; — pass. obstupesco, absol., Matth. 19, 25. (Marc. 10, 26.) Luc. 2, 48. Matth. 13, 54. (Marc. 6, 2.) Marc. 7, 37. (Xen. Anab. 1, 3, 15. 7, 6, 42.) — ἐπί τινι, Matth. 7, 28. (Marc. 1, 22. Luc. 4, 32.) 22, 33. (Marc. 11, 18.) Luc. 9, 43. Act. 13, 12. (ἐπὶ τῇ διδαχῇ, i. e. h. l. de rebus huic doctrinae annexis; phrasin habent Aelian. V. H. 12, 41. et Xen. Cyr. 1, 4, 27. et cum dat simplici, 6, 3, 15. cf. θαυμάζεσθαι ἐπί τινι, Plato Menon. init.)

Ἐκπνέω, f. εύσω, (ex ἐκ et πνέω, spiro) exspiro, animam efflo, i. e. morior (Plut. de gen. Socr. c. 32. Sophocl.

Aiac. v. 1025. addit βίον Eurip. Orest. v. 496. et ψυχήν, ibid. v. 1163., ut Phoeniss. v. 1475.), Marc. 15, 37. 39. (Luc. 23, 46.)

Ἐκπορεύομαι, f. εύσομαι, (depon. pass. verbi ἐκπορεύω, egredi facio, educo, ex ἐκ et πορεύω, mitto, a πόρος, transitus, quod est a πείρω, permeo) egredior, exeo, i. e. *a.*, e loco discedo, *aa.*, terminus a quo notatur addito ἔξω (τῆς πόλεως), Marc. 11, 19. — ἐκ, Marc. 13, 1. (Matth. 24, 1. ἀπό. Obiter nota, praepositionem cum verbo compositam non otiari, sed semper vim habere τῷ ἐν oppositam, ut diserte aliquis negetur in loco mansisse, ubi eum commoratum esse, facile opinari posses.) — ἐκεῖθεν, Marc. 6, 11. (Matth. 10, 14. et Luc. 9, 5. ἐξέρχεσθαι.) — παρά τινος, e domo, e vicinia alicuius, Joh. 15, 26. v. παρά. — absque notatione termini a quo, Matth. 3, 5. (Luc. 3, 7. Marc. 1, 5. scil. ex urbe in desertum, cf. Luc. 7, 24. 25. 26. et Matth. 11, 7. 8. 9.) Act. 25, 4. Apoc. 16, 14. — terminus ad quem addito: ἐπί τινα, Apoc. 16, 14. — πρός τινα, Matth. 3, 5. (Marc. 1, 5.) — ἐκπορεύεσθαι εἰς ὁδόν, in viam se dare ex aliquo loco, Marc. 10, 17. — de phrasi: εἰςπορεύεσθαι et ἐκπορεύεσθαι, v. supr. εἰςπορεύομαι n. 1. *c.* — egredi (ex hominis corpore) dicuntur, qui expelluntur daemones, Matth. 17, 21. (Marc. 9, 29. ἐξελθεῖν.) Act. 19, 12.

b., prodeo, ἐκ τῶν μνημείων, de mortuis, qui vitae restituti sepulcrum relinquunt, Joh. 5, 29. — in formulis metaphoricis de iis dicitur, quae ex homine, sive eius corpore, sive animo emittuntur (v. supr. εἰςπορεύομαι n. 2.), Matth. 15, 11. 18. (Marc. 7, 15. 19. 20.) Luc. 4, 22. Eph. 4, 29. Matth. 4, 4. (locutio hebr., Deut. 8, 3. Obiter ad hunc locum notamus, ex mente scriptoris domino verba V. T. tribuentis, sensum horum verborum esse hunc: non pane opus est, sed id sufficit, quod deus ipse, deficiente pane, mihi cibi loco esse iusserit. Aliter Fritzschius ad h. l., cum quo ideo facere non possumus, quoniam ῥῆμα τοῦ θεοῦ h. l. mandatum dei, quod aliquis peragat, significare non potest.) — Additur in his loc. ἐκ τοῦ στόματος, διὰ τοῦ στόμ., ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, ἐκ τῆς καρδίας, item ἔσωθεν, Marc. 7, 21. - de flammis erumpentibus (ἔκ τινος), Apoc. 4, 5. 9, 17. 18. 11, 5. — de fluvio promanante (ἔκ τ.), Apoc. 22, 1. — de gladio ex ore alic. prominente, Apoc. 1, 16. 19, 15. 21. (al. codd. ἐξέρχεσθαι.) — de fama dimanante: ἐκπορ. εἰς, Luc. 4, 37.

Ἐκπορνεύω, f. εύσω, (ex πορνεύω, scortor, et ἐκ, vel eo respiciente, quod quid consumatur scortando, vel quod quis scortationi se dederit) scortor, Judae v. 7. — οἱ ὁ, Gen. 38, 24.

Ἐκπτύω, f. ύσω, exspuo (Hom. Od. 5, 322.); — tropice: respuo, sperno, τί, Gal. 4, 14. (coniunct. c. ἐξουθενεῖν.)

Ἐκριζόω (ῶ), f. ώσω, (ex ἐκ et ῥιζόω, radices ago) eradico, evello, τί, Matth. 13, 29. 15, 13. Luc. 17, 6. Jud. v. 12. (arbores eradicatae h. e. homines plane inutiles, prorsus inepti ad virtutis studium.)

Ἔκστασις, εως, ἡ, (ab ἐξίστημι, ἐξέστην) mentis alienatio, quae est vel eius, qui mentis non compos est (Deut. 18, 28.), vel etiam hominis, qui motu repentino quasi extra se raptus est, ut, etsi vigilet, tamen eius mens ab omnibus rebus circumiacentibus avocata nil videat, nisi species et imagines intus obiectas. Ita ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις, Act. 10, 10. — εἶδεν ἐν ἐκστάσει, 11, 5. 22, 17. — γενέσθαι ἐν ἐκστάσει, cf. 2 Cor. 12, 2. 3. — Hinc is, qui praeterlapsis eiusmodi speciebus ad mentis usum redit, dicitur γενέσθαι ἐν ἑαυτῷ, Act. 12, 11. — **2.**, stupor, status eius, qui novitate rei alicuius pariter perterritus atque in admirationem coniectus est, Marc. 16, 8. (εἶχε αὐτοὺς τρόμος καὶ ἔκστασις.) 5, 42. (ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ, cf. Gen. 27, 33.) Luc. 5, 26. (ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας.) Act. 3, 10. (ἐπλήσθησαν θάμβου κ. ἐκστάσεως.)

Ἐκστρέφω, f. ψω, perf. p. ἐξέστραμμαι, (ex στρέφω et ἐκ) extorqueo, evello; — pass. metaph., mentem inverto, Tit. 3, 11. — οἱ ό, Deut. 32, 29. Jer. 2, 20. cf. διαστρέφω.

Ἐκταράσσω, ττω, f. ξω, (ex ταράσσω et ἐκ, cf. ἐκπλήσσω, ἔκθαμβος, ἔκφοβος) perturbo, τινά, Act. 16, 20. (τὴν πόλιν.)

Ἐκτείνω, f. -τενῶ, (ex ἐκ et τείνω, tendo) extendo, protendo, τί; — τὴν χεῖρα, Matth. 8, 3. (Marc. 1, 41. Luc. 5, 13.) 12, 13. (Marc. 3, 5. Luc. 6, 10.) 14, 31. 20, 51. Act. 26, 1. Joh. 21, 18. — idem addito: ἐπί τινα, versus aliquem vel monstrandi caussa, Matth. 12, 49. vel ut capiatur, Luc. 22, 53. — ἐκτείνειν τὴν χεῖρα εἰς ἴασιν (de deo dictum), Act. 4, 30. — ἀγκύρας, Act. 27, 30.

Ἐκτελέω (ῶ), f. έσω, (ex τελέω et ἐκ, cf. ἐκπληρόω) perficio, absolvo, Luc. 14, 29. 30. (scil. τὴν οἰκοδομήν s. potius οἰκοδομίαν, oppon. ἄρχεσθαι.)

Ἐκτένεια, ας, ἡ, (ab ἐκτενής, q. v.) contentio; — ἐν ἐκτενείᾳ, intente, cum contentione, Act. 26, 7. (λατρεύω.) — 2 Macc. 14, 38. (Vox aetatis serioris.)

Ἐκτενέστερον, neutr. comparativi (pertinentis ad adi. ἐκτενής, q. v.), vim habens adverbii: intentius, Luc. 22, 44. (προσεύχεσθαι.) — ἐντόνως ἀπαιτεῖν τὸν μισθόν, Xen. Anab. 7, 5, 7.

Ἐκτενής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ab ἐκτείνω, q. v.) extensus, enixus, intentus, ἀγάπη, Act. 12, 5. 1 Petr. 4, 5. (ita et ἐκτενὴς φίλος ap. Aesch. Suppl. 990.)

Ἐκτενῶς, adv., enixe, impense, 1 Petr. 1, 22. (ἀγαπᾶν.) — Phrynichus hanc vocem reprobat, v. Phryn. edit. Lobeck. p. 311. — οἱ ό, Jon. 3, 8. Joël. 1, 14.

Ἐκτίθημι, f. -θήσω, (ex ἐκ et τίθημι) expono; **1.**, proprie: infantem, Act. 7, 21. (Aelian. V. H. 2, 7. Lucian. de sacrif. §. 5.) — **2.**, med. metaph., enarro (expono), Act. 11. 4. (καθεξῆς, seq. λέγων.) — τί, Act. 18, 26. 28, 23. (ita med. legitur ap. Joseph. Arch. 1, 12, 2. Athen. 7. p. 278.)

Ἐκτινάσσω, ττω, f. ξω, (ex ἐκ et τινάσσω, quatio) **1.**, ex-

cutio (ut, quod inest, excidat), ausschütteln, Act. 18, 6. (τὰ ἱμάτια.) — 2., excutio (ut ab eo, cui adhaeret, decidat, abschütteln), Marc. 6, 11. (τὸν χοῦν. Matth. 10, 14. τὸν κονιορτόν, genitivus additus τῶν ποδῶν non pendet a verbo, sed a nomine subst., ut Act. 13, 51. Luc. 9, 5. habet ἀποτινάξατε.)

Ἕκτος, η, ον, sextus, Matth. 20, 5. al.

Ἐκτός, adv., (cui oppositum est ἐντός, q. v.) extra, praeter; — ἐκτὸς εἰ μή, ausser wenn, 1 Cor. 14, 5. 15, 2. 1 Tim. 5, 19. (in hac formula τὸ ἐκτός ante τὸ μή redundat. Ut hac formula seriores usi sunt, ita simili quoque hac: χωρὶς εἰ μή, Plut. Symp. 1, 7. Quaest. 1, 3. 286. sed praeivit iam Demosth. πλὴν εἰ μή, v. Lobeck. ad Phryn. p. 459.) — τὸ ἐκτός id, quod extra s. extus est, Matth. 23, 26. (coll. v. 25. τὸ ἔξωθεν. — gen. τοῦ ποτηρίου non pendet ab ἐκτός, sed pertinet ad τό, genit. possess. pars poculi exterior, oppon. τὸ ἐντός.) — *b.*, praepositionis vim habet, sequente genit. *aa.*, extra, v. c. ἐκτὸς τοῦ σώματος εἶναι, quod est aut extra corpus versari, 2 Cor. 12, 2. 3. — aut ad corpus non pertinere, 1 Cor. 6, 18. — *bb.*, praeter, Act. 26, 22. (constr. οὐδὲν λέγων ἐκτὸς τούτων, ἅτε οἱ — ἐλάλησαν cett.) 1 Cor. 15, 27. (ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα, excepto eo, qui ei omnia subiecit.)

Ἐκτρέπω, f. ψω, (ex ἐκ et τρέπω, verto) 1., extorqueo (v. ἐκστρέφω), de membris, quae e situ pristino extorquentur, ausrenken, verrenken; — pass., Hebr. 12, 13. (ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ne quod claudum est, plane distorqueatur s. luxetur.) — 2., deflecto (v. c. τῆς ὁδοῦ, i. q. ἐκκλίνω, Aelian. V. H. 14, 49. — omisso: τῆς ὁδοῦ, Xen. Anab. 5, 4, 8. Aristoph. Plut. v. 838.); — pass. vi medii instruct., 1 Tim. 1, 6. ἐκτραπῆναι, aversum esse, se avertisse εἴς τι (εἰς ματαιολογίαν). — ἐπί τι, 2 Tim. 4, 4. (ἐπὶ τοὺς μύθους.) — ὀπίσω τινός, 1 Tim. 5, 15. declino ab aliquo, ut sequar aliquem. — ἐκτρέπομαί τι, aversor, fugio aliquid, occursum vel congressum declino, einer Sache aus dem Wege gehen, 1 Tim. 6, 20. (τὰς κενοφωνίας, v. supr. ἀποστρέφω et ἀποτρέπω.)

Ἐκτρέφω, f. -θρέψω, (ex ἐκ et τρέφω, nutrio) 1., enutrio, nutrio, alo, Eph. 5, 29. (τὴν ἑαυτοῦ σάρκα. Aelian. V. H. 2, 14. ὕδωρ ἐκτρέφον, scil. arbores.) — 2., educo (τὰ τέκνα), Eph. 6, 4. (ἐν παιδείᾳ κ. νουθεσίᾳ κυρίου.)

Ἔκτρωμα, τος, τό, (ab ἐκτιτρώσκω, transit. abortum facio vel intransit. abortum patior, ex ἐκ et τρόω s. τρώω, Hom. τιτρώσκω, laedo, perforo, cf. graec. voc. ἔκβρωμα) fructus abortivus, foetus immaturus (οἱ ὁ, Num. 12, 12. i. q. ἄμβλωμα, quam vocem Phrynichus reiecta illa unice probat. — ἔκτρωμα habet Aristot. 10, 27. 463. Aristoph. vero et Plato de abortu semper ἀμβλίσκειν, ἀμβλώσκειν et voc. ἄμβλωσις usurparunt, ut patet e verbis Galeni comment. I. in epid. 6, 556. τὸ δὲ ἀμβλώσκειν κατὰ τῆς ἀτελοῦς τῶν ἐμβρύων ἐκπτώσεως ἐπιφέρουσι, scil

οἱ Ἀττικοί, v. Lobeck. ad Phryn. p. 209.), 1 Cor. 15, 8. (explicatur v. 9. Nam tantum se dicit Paulus reliquis apostolis, a Jesu ipso electis, inferiorem esse, quantum foetus immaturus distet a maturo; sed cur usus est hac comparatione? Nimirum loquitur de ἐκτρώματι non mortuo, sed vivo, quod etsi immaturo partu editum, tamen eadem luce et aura spirabili, qua infantes recreantur maturi, ad vires instaurandas fruatur, ut adolescat. Omnes apostoli dominum viderunt; lucem domini videre contigit etiam Paulo sic, ut caeteris, qui viderant, par evaderet.)

Ἐκφέρω, f. ἐξοίσω, aor. 1. ἐξήνεγκα, aor. 2. ἐξήνεγκον, (ex ἐκ et φέρω) **1.**, effero (cf. supr. ἐκκομίζω), Act. 5, 15. (τοὺς ἀσθενεῖς.) Luc. 15, 22. (στολήν.) 1 Tim. 6, 7. (τί, scil. ἐκ τοῦ κόσμου, oppon. εἰςφέρειν.) — **2.**, profero, v. c. de terra fruges edente, Hebr. 6, 8. (cf. supr. ἐκπορεύομαι. — ἐκφέρειν καρπόν, Aelian. V. H. 3, 18. Xen. Oecon. 16, 5.)

Ἐκφεύγω, f. φεύξομαι, perf. ἐκπέφευγα, (ex ἐκ et φεύγω) effugio, i. e. *a.*, fuga salutem peto, absol., Act. 16, 27. — ἐκ τόπου, Act. 19, 16. — *b.*, elabor, evado, entwischen; — absol., 1 Thess. 5, 3. Hebr. 2, 3. — τί, Luc. 21, 36. Rom. 2, 3. (τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ, alias φυγεῖν ἀπό, Matth. 3, 7. 23, 33.)

Ἐκφοβέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐκ et φοβέω) exterreo (herausschrecken) et perterrefacio, cf. ἔκφοβος, in metum coniicio, 2 Cor. 10, 9. (v. supr. ἄν p. 42.) οἱ ό, Deut. 28, 26. Zeph. 3, 13.

Ἔκφοβος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, metu, terrore perculsus, consternatus, Marc. 9, 6. Hebr. 12, 21. (cf. Deut. 9, 19. et τοὺς ό.)

Ἐκφύω, f. ύσω, (ex ἐκ et φύω) progermino ex, Matth. 24, 32. et Marc. 13, 28. (in hoc loco si legis τὰ φύλλα ἐκφύῃ, hic coni. praes. refertur ad κλάδος, et ἐκφύῃ i. est, quod προβάλῃ, ita Hom. Il. 1, 234. σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα κ. ὄζους φύσει. Sed pronuntiari etiam potest: τὰ φύλλα ἐκφυῇ, aor. 2. ἐκφύην, enascor, ut Palaeph. f. 6. quod plurimis praeplacet. At non videtur auctor duo subiecta, τὸν κλάδον ἁπαλόν et τὰ φύλλα, distincta iuxta ponere voluisse, quorum posteriori positum prius superfluum esset, immo attendi unice vult τὸν κλάδον, quippe in quo plenum indicium, quod ἁπαλός factus sit, illud est, quod ἐκφύει, i. e. progerminat, τὰ φύλλα. Atque hunc nisi ponere voluisset subiectum agens unum, sed addere alterum (τὰ φύλλα), admodum credibile est, eum scripturum fuisse: οἱ κλάδοι, quandoquidem non modo pluralis aptior fuisset associato plurali, verum etiam τὰ φύλλα per se spectata plures κλάδους requirerent.)

Ἐκχέω et forma grammaticis improbata ἐκχύνω, Matth. 23, 35. 26, 28. Marc. 14, 21. Luc. 11, 50. 22, 20. v. Lobeck. ad Phryn. p. 726., fut. ἐκχεῶ (Act. 2, 17. 18. Ex. 29, 13.), pro quo Graeci antiquiores ἐκχεύσω, aor. 1. ἐξέχεα, (ita et ἔγχεα, apud epicos etiam: ἔγχευα, cf. ἔκηα, ἔσευα, ἤλευα [ab ἀλεύω], inf. συγχεῦαι), inf. ἐκχέαι, Ez. 9, 8., perf. p. ἐκκέχυμαι, aor. 1. p. ἐξεχύθην, f. 1. ἐκχυθήσομαι (v. grammaticos libros Matthiaei

et Buttmanni) effundo; *α.*, proprie: *aa.*, de rebus liquidis, aut quibus *α.*, data opera vas evacuatur, et construitur quidem verbum sic, ut vel res, quae vase continetur, vel vas quod continet, dicatur effundi. Hoc altero modo Apoc. 16, 1. (ἐκχέατε τὰς ἑπτὰ φιάλας.) 2. 3. 4. 8. 10. 12. 17. — Aut *β.*, dic. de rebus liquidis, quae ruptis vasibus effluunt atque perduntur, ut Matth. 9, 17. (Marc. 2, 12. Luc. 5, 37.) — *bb.*, de aliis rebus conservatis, quae proiiciuntur, hinschütten, ausschütten, Joh. 2, 15. (de nummis.) Act. 1, 18. (de visceribus.) — *b.*, formulae metaphor.: *aa.*, αἷμα ἐκχέω, sanguinem effundo, de caede nefaria, ἐκχέαι αἷμα, Rom. 3, 15. — τινός, Apoc. 16, 6. (cf. Gen. 9, 6. 37, 21. 2 Sam. 1, 16. 3, 28.) — pass. τὸ αἷμα τὸ ἐκχυνόμενον, Matth. 23, 35. et Luc. 11, 50. (nota partic. praes. ideo positum pro ἐκχυθέν, quod eo simul caedes prophetarum novissima, ab iis ipsis, quibuscum haec dicenti res est, patrata comprehenditur: sanguis prophetarum, qui a temporibus inde antiquissimis ad vestram aetatem effunditur.) — ἐκχεῖται τὸ αἷμά τινος, Act. 22, 20. — ἐκχέειν τὸ αἷμα ἑαυτοῦ ὑπέρ s. περί τινος, — pass. τὸ αἷμα τὸ περί τινος ἐκχυνόμενον, Matth. 26, 28. et Marc. 14, 24. (Luc. 22, 20. ὑπὲρ ὑμῶν. Sanguinem suum, quem alii per necem effusuri erant, Jesus se ipsum dicit effusurum esse, h. e. se sponte necem sibi inferri passurum veluti eum, qui se victimam offerat, v. supr. αἷμα.) — *bb.*, ἐκχέειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, s. ἀπὸ τοῦ πνεύματος, i. e. largiter distribuere, Act. 2, 33. ex Joël. 3, 1. — ἐπί τινα, Act. 2, 17. 18. 10, 45. Tit. 3, 6. (οὗ per attraction. pro ὅ.) — *cc.*, ἡ ἀγάπη ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, Rom. 5, 2. (construct. praegnans, i. e. ἐκκέχυται εἰς — καὶ ἔστιν ἐν ταῖς cett.) — *dd.*, med. effundor (ut fluvius), metaphorice dictum, Jud. v. 11. τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν (in fraudem proruerunt allecti mercede Bileami, cf. 2 Petr. 2, 15. qui locus nos in suspicionem adducit, τὸ ἐξεχύθησαν ex ἐξηκολούθησαν corruptum esse).

Ἐκχύνω, v. ἐκχέω.

Ἐκχωρέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐκ et χωρέω) e loco discedo, decedo, Luc. 21, 21. (οἱ ό, Amos. 7, 12.)

Ἐκψύχω, f. ξω, (ex ἐκ et ψύχω, spiro) exspiro, animum efflo (i. q. ἐκπνέω, q. v.), Act. 5, 5. 10. 12, 23. (οἱ ό alium sensum verbo tribuunt, Ez. 21, 12.)

Ἑκών, οῦσα, όν, non coactus, voluntarius, lubens, sponte, Rom. 8, 20. 1 Cor. 9, 17. (oppon. ἄκων.)

Ἐλαία, ας, ἡ, 1, olea, Rom. 11, 17. 24. — plur., Apoc. 11, 4. (αἱ ἐλαῖαι, cf. Zach. 4, 3. 11. 12.) Luc. 19, 37. Matth. 21, 1. (Marc. 11, 1. τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, Luc. 19, 29. τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν, Act. 21, 37. ita Joseph. Arch. 20, 8, 6. πρὸς τὸ ὄρος τὸ προςαγορευόμενον. Sed fortasse in hoc et Lucae similibus locis legendum est τὸ — ἐλαιών. Offendit enim quod, si genitivus ponendus erat, non scriptum sit τῶν ἐλαιῶν. At nominativus habet, quo excusetur. Cf. Dio Cass. 43, 13. βι-

βλίον γράψας ὁ Ἀντικάτων ἐκάλεσε.) 24, 3. (Marc. 13, 3.) 26, 30. (Marc. 14, 26. Luc. 22, 39.) Joh. 8, 1. v. ὄρος. — 2., oliva, fructus oleae, Jac. 3, 12. (Xen. Oecon. 19, 17.)

Ἔλαιον, ου, τό, oleum (adhibitum suffundendis lucernis), Matth. 25, 3. 4. 8. — sanandis aegrotis, Marc. 6, 13. (ἀῤῥώστους ἀλείφειν ἐλαίῳ.) Luc. 10, 34. Jac. 5, 14. — (capiti et corpori inungendo epulantium, Athen. Deipnosoph. 15, c. 11.) Luc. 7, 46. Hebr. 1, 9. (Ps. 45, 8. v. supr. ἀγαλλίασις.) — (inter merces refertur:) Luc. 16, 6. Apoc. 6, 6. 18, 13.

Ἐλαιών, ῶνος, ὁ, (terminus -ών est nominum derivatorum indicans complexum plurium et locum, in quem res aut personae nomine primitivo designatae congregantur, v. c. ὁ δαφνών, δενδρών, ἰτεών, δρυμών, μελισσών, ξενών, ξυλών, κεδρών, θιασών, θημιών, κοπρών, ἱππών, cf. θυρών, πυλών al.) olivetum (locus oleis consitus), Act. 1, 12. (Fortasse huc pertinent loci Luc. 19, 29. 21, 37. v. ἐλαία.)

Ἐλαμίτης, ου, ὁ, Elamita, i. e. civis provinciae Elymaidos (Elam), regionis sitae ad sinum persicum in media australi inter montem Orontem et Eulaeum fluvium (termino -της notatur, qui aliquo loco oriundus est, aut ad eum pertinet, cf. πολίτης, Ἠπειρώτης, al.), Act. 2, 9.

Ἐλάσσων, ττων, ὁ, ἡ, ον, τό, minor, vel natu, Rom. 9, 12. vel dignitate, Hebr. 7, 7. vel bonitate, deterior, Joh. 2, 10. (oppon. ὁ καλός.) Hinc

Ἔλαττον, adv., minus, (δύνασθαι ἔλαττόν τινος, Xen. H. G. 1, 4, 13.) 1 Tim. 5, 9. (ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα.) — ἧττον et πολὺ ἔλαττον, Xen. Mem. 1, 3, 15. — et

Ἐλαττονέω (ῶ), f. ήσω, minor sum (opibus), 2 Cor. 8, 15. (οἱ ό, Ex. 16, 18.) Vox serioris aetatis. Antiquiores Graeci passivo usi sunt verbi sequentis.

Ἐλαττόω (ῶ), f. ώσω, minorem facio; pass. οῦμαι, minor, inferior reddor, Hebr. 2, 7. 9. decresco, Joh. 3, 30. (oppon. αὐξάνω.)

Ἐλαύνω, f. ἐλάσω, (ab obsol. ἐλάω) perf. ἐλήλακα, agito (v. c. feras, Xen. Cyr. 8, 1, 44.); — de vento nubes agitante, Jac. 3, 4. 2 Petr. 2, 17. — de nautis navem remis agitantibus, remigo, Marc. 6, 48. (addit νῆα Hom. Od. 15, 503.) Joh. 6, 19. (ἐληλακότες.) — pass. ἐλαύνομαι ὑπό τινος (addito εἰς τόπον τινά), Luc. 8, 29. Jac. 3, 4.

Ἐλαφρία, ας, ἡ, (ab ἐλαφρός, cf. ἀδικία, ἀτιμία al.) levitas, animi levitas, 2 Cor. 1, 17.

Ἐλαφρός, ά, όν, (cognatum est voci ἔλαφος, quasi significaret cervo similem) levis pondere, Matth. 11, 30. (φορτίον.) 2 Cor. 4, 17. (de quo loco v. sub voc. βάρος.)

Ἐλάχιστος, η, ον, (superl. adiect. μικρός, ductus ab ἐλαχύς, cf. τάχιστος a ταχύς) minimus, vel mensura, vel pondere, vel auctoritate; — mensura, Jac. 3, 4. — pondere: quod est le-

vissimi momenti, res minuta, 1 Cor. 6. 2. — auctoritate, c. genit. partit., Matth. 5, 19. (μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, constructio ad sermonis hebr. ingenium facta, pro: τὴν ἐλαχίστην τούτων τῶν ἐντολῶν, i. e. aliquod praeceptum ex omnibus, quodcunque sit, etsi videretur levissimum esse.) Locus similis 25, 40. 45. (ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, i. e. τῷ ἐλαχίστῳ τῶν ἀδελφῶν μου, cf. Matth. 18, 6. Marc. 9, 42. ubi ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, i. q. μικρόν τινα τούτων.) — ἐλάχιστον εἶναι ἐν τῇ βασ. τῶν οὐρανῶν, i. e. tum, cum venit regnum dei, sperni, excludi, Matth. 5, 19. cf. 18, 3. 4. — neutr. τὸ ἐλάχιστον — πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, Luc. 16, 10. 19, 17. (oppon. πολύς. Quare Matth. 25, 21. posuit: ἐπὶ ὀλίγα.) 1 Cor. 4, 3. ἐμοὶ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι, v. sub εἰς.

Ἐλαχιστότερος, α, ον, (comparat. format. a superlat. ἐλάχιστος, habetur etiam superlat. ἐλαχιστότατος, — „poëtas hoc genus iteratae comparationis frequentare vulgo notum est. In orationem numero solutam si quid eiusmodi inciderit, vitiosum videbitur,“ verba Lobeckii ad Phrynich. p. 136.) multo minor, multo inferior, Eph. 3, 8.

Ἐλάω, v. ἐλαύνω.

Ἔλεγξις, εως, ἡ, (ab ἐλέγχω, q. v.) redargutio, exprobratio, 2 Petr. 2, 16. (ἔλεγξιν ἔχειν ἰδίας παρανομίας ὑποζύγιον ἄφωνον, exprobrationem expertus est, exprobratorem habuit cett. Wahl. ἔλεγξιν ἔχειν, i. q. ἐλέγχεσθαι. At non ita est. Phrasis enim est ἔχειν τί τινα.)

Ἔλεγχος, ου, ὁ, (ab ἐλέγχω, q. v.) argumentum; id, quo aliquis convincitur aut redarguitur, quo aliquid comprobatur, Hebr. 11, 1. (ἔλεγχος τῶν μὴ βλεπομένων, verte: fides est, in qua ea, quae sperantur, fundamentum, et ea, quae non cernuntur, indicem s. testem habent, qui ea vera esse arguat, er ist für das Gehoffte der Grund des Bestehens, für das Nichtsichtliche der Beweis des Daseins.) 2 Tim. 3, 16. πρὸς ἔλεγχον, ut quis argumentis convincatur (scil. is, qui in dubitationem adductus est). Quod h. l. ex altera parte positum est διδασκαλία et ἔλεγχος, ei ex altera parte respondet ἐπανόρθωσις et παιδεία.

Ἐλέγχω, f. ξω, 1., convinco erroris aut maleficii, τινά, Tit. 1, 9. Xen. Mem. 4, 8, 1. — pass., Joh. 8, 9. 1 Cor. 14, 24. — τί, pass. ἐλέγχεσθαι dicitur, quod φανεροῦται κακὸν ὄν, Joh. 3, 20. coll. v. 21. — 2, reprehendo, vitupero, graviter admoneo aliquem, Apoc. 3, 19. 1 Tim. 4, 2. 5, 20. (τοὺς ἁμαρτάνοντας.) Matth. 18, 15. Tit. 1, 13. (ἀποτόμως.) — vitia castigo, Tit. 2, 15. Eph. 5, 11. — pass., Hebr. 12, 5. Jac. 2, 9. (ὑπὸ τοῦ νόμου, ὡς παραβάται.) — τινὰ περί τινος, exprobro alicui aliquid, Joh. 8, 46. 16, 8. — pass., Luc. 3, 19. — τὰ ἐλεγχόμενα, quae reprehensione digna sunt, Eph. 5, 13.

Ἐλεεινός, ή, όν, (ab ἐλεέω) miserandus (ut δεινός a δέω,

horrendus), attic. ἐλεινός, Apoc. 3, 17. — comparat., 1 Cor. 15, 19.

Ἐλεέω (ῶ), f. ήσω, misereor, τινά, afflicto alicui vel auxilium petenti succurro, Matth. 9, 27. 15, 22. 17, 15. 18, 33. 20, 30. 31. (Marc. 10, 47. 48. Luc. 18, 38. 39.) Marc. 5, 19. Luc. 16, 24. 17, 13. Rom. 9, 15. (Exod. 33, 19.) 16. 18. 11, 32. Phil. 2, 27. Jud. v. 22. (Aelian. V. H. 13, 31.) — absol., afflictis succurro, miseris opem fero, Rom. 12, 8. — pass., misericordiam experior, Matth. 5, 7. Rom. 11, 30. 31. 2 Cor. 4, 1. 1 Tim. 1, 13. (veniam nactus sum.) v. 16.

Ἐλεημοσύνη, ης, ἡ, (ab ἐλεήμων. Videtur terminus -συνος, -σύνη studium rei, inclinationem in rem indicare, cf. adiect. δουλόσυνος, servilis, unde δουλοσύνη, servitus, item εὐφρόσυνος, — feminin. mutatur in notionem communem, v. supr. ἀγαθοσύνη) **1.**, misericordia. — **2.**, stips erogata pauperibus (e Graeco nostrum: Almosen); — ἐλεημοσύνην ποιεῖν, egenis erogare stipem, Matth. 6, 2. 3. 4. — διδόναι, Luc. 11, 41. 12, 33. — αἰτεῖν, Act. 3, 2. — ἐρωτᾶν, v. 3. — plur., Act. 9, 36. 10, 4. 31.

Ἐλεήμων, ονος, ὁ, ἡ, misericors, Matth. 5, 7. Hebr. 2, 17.

Ἔλεος, ου, ὁ, misericordia, Tit. 3, 5. — ἔλεον λαμβάνειν, Hebr. 4, 16. — speciatim: studium (pauperibus et egenis) benefaciendi, Matth. 23, 23. 9, 13. et 12, 7. (ex Hos. 6, 6. hebr. חֶסֶד; dicentibus, hoc significari pietatem s. virtutem, noli assentiri!)

Ἔλεος, ους, τό, misericordia, deo tributa, Luc. 1, 50. 54. μνησθῆναι τοῦ ἐλέους dic. deus, si beneficium exhibet antea promissum. — v. 78. (διὰ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ, per summam dei misericordiam; vertit sic auctor duobus verbis hebr. רַחֲמִים, quod οἱ ό voc. οἰκτιρμοί reddunt.) Rom. 15, 9. Eph. 2, 4. 1 Petr. 1, 3. — et Jesu, Jud. v. 21. — refertur inter beneficia in faustis apprecationibus, Gal. 6, 16. 1 Tim. 1, 2. 2 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4. 2 Joh. v. 3. Jud. v. 2. — Rom. 9, 23. σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν, vasa, quae benigne electa ad splendorem (ut herus, lautas epulas daturus), destinavit; vox metaphorica, quae cum eiusmodi vasis homines confert ad religionem Christianam adductos et ad aeternam felicitatem adducendos. — Rom. 11, 31. τὸ ὑμετέρῳ ἐλέει, i. e. misericordia, quae vos beneficiis affecit. — ab hominibus postulata, studium miseris benefaciendi, Jac. 3, 17. — ποιεῖν ἔλεος μετά τινος (Gen. 24, 14.), Luc. 10, 37. (τὸ ἔλεος cum artic., eam misericordiam, de qua in antecedentibus sermo fuit.) Jac. 2, 13. — Luc. 1, 58. ἐμεγάλυνε κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς, insigne misericordiae suae documentum in ea edidit (ex hebr., v. Gen. 19, 19.), Luc. 1, 72. (μετὰ τῶν πατέρων.) — Not.: Graeci scriptores non τὸ ἔλεος, sed ὁ ἔλεος dicunt.

Ἐλευθερία, ας, ἡ, (adiect. ἐλευθέριος, ὁ, ἡ, liberalis. Femin. in subst. mutatum, v. βασιλεία) libertas, i. e. *a.*, facultas agendi pro lubitu, 1 Cor. 10, 29. 2 Petr. 2, 19. (ἐλευθερίαν ἐπ-

αγγέλλεσθαι, oppon. δοῦλον εἶναι.) 1 Petr. 2, 16. — *b.*, libertas a legis poenas intentantis imperio, 2 Cor. 3, 17. — Jac. 1, 25. (ὁ νόμος ὁ τῆς ἐλευθερίας, lex libertatem concedens sive quae liberis scripta est; intelliguntur morum praecepta cum doctrina de Christo coniuncta.) 2, 12. — Gal. 2, 4. 5, 1. (oppon. ζυγὸς δουλείας.) v. 13. — *c.*, libertas, qua fruuntur, qui mortis imperio subiecti esse desierunt, Rom. 8, 21. (ἡ ἐλευθερία τῆς δόξης, libertas, quam praebet status gloriosus, oppon. ἡ δουλεία τῆς φθορᾶς.)

Ἐλεύθερος, έρα, ον, liber, i. e. **1.**, qui non servus est, *a.*, sensu proprio (oppon. δοῦλος), 1 Cor. 12, 13. Gal. 3, 28. Eph. 6, 8. Col. 3, 11. Apoc. 6, 15. 19, 18. — femin., Gal. 4, 22. 23. 30. 31. (oppon. ἡ παιδίσκη.) — qui desiit servus esse, manu missus (γίνεσθαι ἐλεύθερον), 1 Cor. 7, 21. 22. — *b.*, metaphorice, ut ὁ ἐλεύθερος ab eo, qui in statu servili esse per metaphoram dicitur, distinguatur, scil. *aa.*, a civitate Israëlitica, quippe quae legi animi vires deprimenti teneatur subiecta, Gal. 4, 26. coll. v. 25. — *bb.*, ab eo, qui peccato servit, Joh. 8, 33. 36. coll. v. 34. — *cc.*, Ludit apostolus Paulus verbis: δοῦλον et ἐλεύθερον εἶναι, Rom. 6, 20. (de libertate, quae utrique et servo peccati et servo dei sit, disserens: δοῦλος τῆς ἁμαρτίας ἐλεύθερός ἐστι τῇ δικαιοσύνῃ, dat., libertate utitur, quoad non subiectus est virtutis legi; ὁ ἐλευθερωθεὶς ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, qui desiit esse servus peccati, servum se fecit deo.) — Ita quoque 1 Cor. 9, 19. ἐλεύθερος ἐκ πάντων πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, quamquam liber eram ab omnium dominio, me tamen omnibus servum feci cett., v. supr. δοῦλος. — **2.**, latiori sensu dicitur ἐλεύθερος, qui sui iuris est, 1 Cor. 9, 1. — ἀπό τινος, qui non amplius est alicui obligatus, ut id iam ei liceat, quod olim per illum, cui subiectus et obligatus tenebatur, vetitum erat, Rom. 7, 3. — seq. infin., 1 Cor. 7, 39. ἐλευθέρα ἐστιν, ᾧ θέλῃ γαμηθῆναι, potestatem habet cuilibet velit nubendi. — **3.**, immunis (ab aliqua re), qui non tenetur aliquid praestare, cui aliquod onus non imponitur, Matth. 17, 28. (immunis a pendendo tributo s. censu.) Hinc verbum sequens

Ἐλευθερόω (ῶ), f. ώσω, libero, in libertatem vindico. Occurrit *a.*, in sermonibus Christi Joh. 8, 32. universe dictum, ut auditores nescirent, de quanam libertate sermo esset et vocem perperam de libertate politica interpretarentur, coll. v. 36. Ex sequentibus patet, de libertate ea cogitandum esse, quae ius aeternae habitationis in aedibus dei involvat, ideoque a filio dei largienda sit; ergo de libertate ab imperio peccati, quae si cui contigerit, dignum eum reddat dono vitae aeternae. — *b.*, ἐλευθερόω τινὰ ἀπό τινος, libero aliquem ab alicuius imperio; — speciatim ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας κ. τοῦ θανάτου, ab imperio legis peccandi cupiditatem excitantis et mortem afferentis, Rom. 8, 2. — pass., ἐλευθεροῦμαι ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, liberor ab imperio pec-

cati, Rom. 6, 18. 22. (i. e. vi instruor peccati illecebris resistendi.) — ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, in libertatem vindicor, ne amplius moriendi necessitati subiectus tenear, Rom. 8, 21. — *c.*, ἐλευθεροῦν cum dat. commodi: ᾗ scil. ἐλευθερίᾳ, χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, i. e. cuius libertatis Christus nos compotes reddidit. Haec formula ibi obviam fit, ubi de libertate a legis Mosaicae terroribus sermo est, Gal. 5, 1.

Ἔλευσις, εως, ἡ, (ab ἔρχομαι, fut. ἐλεύσομαι) adventus, Act. 7, 52. (Dion. Halic. Opp. Tom. I. p. 565. ed. Reisk.)

Ἐλεφάντινος, ίνη, ον, (ab ἐλέφας, αντος, elephas, ebur, cf. ἀμαράντινος, ἀκάνθινος, δερμάτινος, ἀνθρώπινος al.) eburneus, Apoc. 18, 12. — οἱ ὁ, Ez. 27, 6. Amos. 3, 15.

Ἑλίσσω, ττω, f. ξω, convolvo, complico, Hebr. 1, 12. (Hom. Il. 22, 95.)

Ἕλκος, εος (ους), τό, (ap. Homer. et antiquissimos scriptores: vulnus cruentum, corpori recentissime illatum, v. Hom. Il. 11, 812. apud seriores vero vulnus corporis suppuratum, idem, quod Latinis vocabulo significatur a Graecis accepto) ulcus (ulceris), Apoc. 16, 1. — plur., Luc. 16, 21. Apoc. 16, 11. Hinc

Ἑλκόω (ῶ), f. ώσω, exulcero; — pass., exulceror, Luc. 16, 20. (ἡλκωμένος, ulceribus scatens, exulceratus. Xen. de re equestri 1, 4. 5, 1.)

Ἑλκύω, f. ύσω, (veteres dixerunt ἕλκω) aor. 1. εἵλκυσα, traho, τί, Joh. 21, 6. — μάχαιραν, gladium distringo, Joh. 18, 10. — τινά, Joh. 6, 44. (vi adduco.) — τινὰ πρός τινα, Joh. 12, 32. — τινὰ εἰς τόπον τινά, Act. 16, 19. trahere aliquem (invitum) in locum aliquem (nos: schleppen). — Liv. 2, 27. cum a lictoribus iam traheretur.

Ἑλλάς, άδος, ἡ, (adi. fem. gen. ab Ἕλλην, ut Ἰάς ab Ἴων) *a.*, hoc nomine primum appellabatur urbs Thessaliae (in parte Graeciae septentrionali sitae) ab Hellene, Deucalionis et Pyrrhae filio, condita, deinde regio, urbes Helladem, Larissas, Phthiam, Magnesiam, Mithronem, Pharsalum complectens, tum tota Thessalia, quae antiquitus Pelasgia dicta praeter Helladem simul Aemoniam et Epirum (olim Dodoneam dictam) cum urbibus Ambracia, Nicopoli, Apollonia, Dyrrhachio s. Epidamno comprehendebat. Sortita est haec regio nomen Graeciae a Γραϊκῷ, filio Thessali, Cecropis regis successore, et incolae inde Graeci dicti. — *b.*, Post Helladis nomine comprehendebantur Peloponneso exclusa civitates: Attica (cum Athenarum urbe), Boeotia (cum urbibus Thebis, Plataeis, Leuctris, Coronea, Chaeronea, Orchomeno), Phocis (cum urbibus Delphis, Anticyra), Doris, Locris (cum urbe Thronio, Thermopylis, Naupacto), Aetolia (cum urbibus Calydone, Chalcide, Thermis), Acarnania (cum urbe Actio); insulae ad Helladem pertinuerunt Euboea, Creta, Archipelagi insulae: Cyclades, Sporades (Samos, Patmos, Rhodus), in mari Aegaeo: Samothrace, Lemnos, Lesbos, in mari Ionio: Zacynthus, Cephalonia, Ithaca, Corcyra. — *c.*, La-

tissimo vero sensu dictum Helladis nomen continet Helladem modo dictam cum Peloponneso et insulis. Ad Peloponnesum scil. pertinebant civitates Achaia propria (cum civitatibus minoribus Corintho et Sicyone), Arcadia (cum urbibus Megalopoli, Tegaea, Mantinea), Laconia (cum urbibus Sparta, Epidauro, Limera), Messenia (cum urbibus Messene, Methone), Elis (cum pago Olympiae et urbe Elide), Argia s. Argolis (cum urbe Argo et Troezene). Insulae Graeciae sunt: Cephalonia, Corcyra, Creta, Cyclades, Cythera, Delos, Euboea et aliae minores. Dividitur ergo Graecia in Graeciam septentrionalem, Helladem et Peloponnesum. Atque hoc latissimo sensu Helladis nomen dici videtur Act. 20, 2. (Cum Graecia per Mummium in potestatem Romanorum redacta erat, quod factum esse anno 146. ante Chr. constat, Macedoniam cum Epiro, Thessalia et Illyrico Macedoniae nomine comprehendere, universam vero Graeciam liberam appellare Achaiam consueverunt.) V. supra Ἀχαΐα.

Ἕλλην, ηνος, ὁ, **1.**, nomen Deucalionis et Pyrrhae filio proprium, quod ab hoc urbis Helladis conditore ad eius posteros urbisque dictae incolas propagatum est et ab his ad alios transiit. Aucti scilicet numero et opibus Hellenis posteri in reliquas Graeciae civitates fere omnes eduxerunt colonias, atque eae cum graecis gentibus immixtae magis magisque praevaluissent, factum est, ut Hellenum nomen maximam per Graeciam celebritatem nactum tandem in prima Olympiadum celebratione pro communi omnium Graeciae incolarum nomine agnosceretur. Ἕλληνος nomen igitur denotat Graecum, i. e. hominem e Graecia oriundum, aut Graeciae incolis annumerandum, Act. 18, 17. Rom. 1, 14. — **2.**, Ubi οἱ Ἕλληνες distinguuntur a Judaeis, respicitur aut gentis et simul religionis discrimen, atque additur haec nota nomini, ut designet aliquem, qui Graecia natus aut Graeciae incola ad Judaeorum genus non pertinet et ab eorum sacris alienus est, Act. 14, 1. 16, 1. 3. 18, 4. 19, 10. 17. 20, 21. 21, 28. Rom. 1, 16. 2, 9. 10. 3, 9. 10, 12. 1 Cor. 1, 22. 24. 10, 32. 12, 13. Gal. 2, 3. 3, 28. Col. 3, 11. — Act. 11, 20. codd. alii habent Ἕλληνας, alii Ἑλληνιστάς. Sed ex Act. 15, 1. patet, legendum esse Ἕλληνας, ut incircumcisi intelligantur. — Joh. 11, 7. ἡ διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων, v. διασπορά. — aut si qui Judaeorum sacra amplexi Ἕλληνες dicuntur, hoc nomine tamen notantur, qui Graeciam incolentes non nati sunt genere Israëlitarum, Joh. 12, 20. Act. 17, 4.

Ἑλληνικός, ή, όν, graecus, a, um, Luc. 23, 38. Apoc. 9, 11. (ἐν τῇ ἑλληνικῇ scil. φωνῇ, i. q. ἑλληνιστί.)

Ἑλληνίς, ίδος, ἡ, **1.**, Graeca, et natione et religione, Act. 17, 12. — **2.**, mulier, quae etsi non graecae originis, tamen pagana (profana) est et e graece loquentibus, Marc. 7, 20.

Ἑλληνιστής, οῦ, ὁ, (ab ἑλληνίζω, perf. pass., Graecorum mores et cultum imitor, vel graeco sermone utor; cf. infra ἰουδαΐζω) qui Graecorum mores et instituta, aut cultum imitatur, et graeco sermone utitur. Speciatim Ἑλληνιστῶν nomine appellantur,

qui inter Graecos (ἐν τῇ διασπορᾷ τῶν Ἑλλήνων, Joh. 11, 7.) degebant et graeca loquebantur lingua Judaei, Act. 9, 1. Mansit hoc nomen in coetu Christianorum Hierosolymitano Judaeis e Graecia oriundis etiam, cum iam ad castra Christianorum transiissent, Act. 6, 1. — de vera lectione loci Act. 11, 20. v. sub v. Ἕλλην.

Ἑλληνιστί, adv., (ab ἑλληνίζω, perf. pass, cf. voc. ἑβραϊστί, λυκαονιστί, ῥωμαϊστί) vel more Graecorum vel graece, i. e. graeco sermone, Joh. 19, 20. Act. 21, 37.

Ἐλλογέω (ῶ), f. ήσω, (a λόγος, ratio, Rechnung. Simplex λογέω non exstat, at supponitur ad formam vocis λόγιμος, cf. ὠφέλιμος, al.) imputo debitum, quod solvatur; — τινί τι, Philem. v. 18. (illud mihi in rationes debiti refer.) — peccatum, cuius poena pendatur, Rom. 5, 13.

Ἐλπίζω, f. ίσω, att. ιῶ (Matth. 12, 21. — Hom., Hesiod. et Pindar. hoc verbo, maxime Atticis celebrato, nusquam, sed semper verbo ἔλπω utuntur) spero; *a.*, absol., 2 Cor. 8, 5. — *b.*, τί, Rom. 8, 24. 25. (explicatur h. l. per: δι' ὑπομονὴν ἀπεκδέχομαί τι.) 1 Cor. 13, 7. — τὰ ἐλπιζόμενα, quae sperantur, Hebr. 11, 1. (cf. τὰ βλεπόμενα.) Xen. Mem. 4, 3, 17. — *c.*, seq. infinit. (scil. ubi infinit. ad subiectum verbi ἐλπίζω pertinet), Luc. 6, 34. (ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν.) 23, 8. et 3 Joh. v. 14. (ἰδεῖν.) Act. 26, 7. (καταντῆσαι εἰς.) Rom. 15, 24. (θεάσασθαι.) 1 Cor. 16, 7. (ἐπιμεῖναι.) Phil. 2, 19. 23. (πέμψαι.) 1 Tim. 3, 14. (ἐλθεῖν.) 2 Joh. v. 12. (Xen. Mem. 2, 1, 27. Thuc. 7, 21.) — infin. perfecti, 2 Cor. 5, 11. — *d.*, seq. ὅτι, Luc. 24, 21. — ὅτι cum fut., Act. 24, 26. 2 Cor. 1, 13. 13, 6. Philem. v. 22. (Observarunt, hanc constructionem in scriptis graec. raram esse.) — *e.*, cum praepos. et casu nominis aut pronominis: εἴς τινα, spem colloco in aliquo, s. coniicio in aliquem, Joh. 6, 45. (perf. ἠλπίκατε, in quo spem vestram positam habetis s. posuistis, ut eam teneatis.) — addito ὅτι c. fut., 2 Cor. 1, 10. — ἐπί τινι, fiduciam positam habeo in aliquo, Rom. 15, 12. (οἱ ό, Jes. 11, 10.) 1 Tim. 6, 17. (i. e. propter praesidium, quod in aliquo est, de rebus futuris non sollicitus sum. Polyb. 1, 82, 6.) — i. q. ἔν τινι, 1 Tim. 6, 17. cf. Matth. 12, 21. ἐν τῷ ὀνόματι. — sed οἱ ό, Jes. 42, 4. ἐπί. — Spei vero notio tenenda est in loco 1 Cor. 15, 19. (εἰ ἠλπικότες ἐσμὲν — μόνον, i. e. si iis aequiparandi sumus, qui sperantes tantummodo fuerint.) — ἐπί τι, de iis, qui se quidquam accepturos esse sperant, 1 Petr 1, 13. — ἐπί τινα, 1 Petr. 3, 5. (mulieres, quae virtutis s. castitatis praemia a deo exspectabant.)

Ἐλπίς, ίδος, ἡ, spes (maxime spes melioris sortis futurae, qua speciatim continetur spes felicitatis futurae), Rom. 5, 4. 5. 8, 24. (τῇ ἐλπίδι, dat. commodi, ut spem teneamus.) Non est: quod attinet ad spem, der Hoffnung nach (Wahl. Clav.). — alia vis dativo inest, Rom. 12, 12. (i. q. εἰ ἔχετε ἐλπίδα, cf. v. 8. 10. 11.) — ὁ θεὸς τῆς ἐλπίδος, deus, spei auctor, Rom. 15, 13. — ἡ πληροφορία τῆς ἐλπίδος, confirmatio spei, Hebr. 6, 11. —

ἡ ὁμολογία τῆς ἐλπίδος, 10, 23. — ἐπειςαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος, introductio spei melioris, Hebr. 7, 19. — *b.*, cum genit. subi., Act. 28, 20. 2 Cor. 1, 6. Phil. 1, 20. — cum genit. obi., Act. 26, 6. 27, 20. (ἐλπὶς τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς.) — c. genit. rei, in qua spes nititur, Act. 16, 19. (ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν.) Gal. 5, 5. (τῆς δικαιοσύνης.) — *c.*, periphrases adverb.: κατ' ἐλπίδα, ut spes est, Tit. 3, 7. — ἐπ' ἐλπίδι, secure, Act. 2, 26. (Ps. 16, 9. לָבֶטַח, cf. Judic. 18, 7. Ps. 4, 10.) spe fretus, Rom. 4, 18. 8, 20. 1 Cor. 9, 10. — addito gen. obi. (ζωῆς αἰωνίου), Tit. 1, 2. — παρ' ἐλπίδα, praeter spem, Rom. 4, 18. — *d.*, formulae de conceptione vel conservatione spei: ἐλπίδα ἔχειν, 2 Cor. 3, 12. (τοιαύτην.) — εἰς θεόν, Act. 24, 15. — ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ' αὐτῷ, 1 Joh. 3, 3. — ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, spem nullam habentes (de paganis), Eph. 2, 12. 1 Thess. 4, 13. — περισσεύω ἐν τῇ ἐλπίδι, spe abundo, Rom. 15, 13. — διδόναι ἐλπίδα (ἀγαθήν), 2 Thess. 2, 16. — τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος βέβαιον κατέχω, Hebr 3, 6. — **2.**, metonymice: *a.*, auctor spei, is, in quo spes nititur, Col. 1, 27. 1 Tim. 1, 1. 1 Thess. 2, 19. — *b.*, res sperata, Tit. 2, 13. (προςδέχεσθαι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα.) et locus simillimus Gal 5, 5. (ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα.) Rom. 15, 2. (τὴν ἐλπίδα ἔχειν.) Col. 1, 5. (διὰ ἐλπιδα τὴν ἀποκειμένην ἐν τοῖς οὐρανοῖς.) Hebr. 6, 18. (κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος.)

Ἐλύμας, α, ὁ, Elymas, Act. 13, 8. nomen appellativum, ab ipso Luca per μάγον explicatum, et ex arab. et persico Alim, Elymon, quod sapientem denotat, derivandum. Cf. vers. arab. Saadiae Gen. 41, 8. Ex. 8, 15. pro voce hebr. חַרְטֻמִּים vocem Alima ponentem. Ludovicus de Dieu critica S. p. 581. tamen Lucae verba sic capi voluit, ac si vox Elymas interpretatio diceretur esse nominis illi homini proprii Βαριησοῦς v. 6. Quod cum filium sanationis significare putaret, illud alterum, interpretamenti loco positum, derivari maluit a Chaldaico: חַלּוּמָא, sanator, curator (a חָלַם, sanavit). In qua interpretatione si nihil aliud, certe ratio de Lucae sensu supposita vitio laborat.

Ἐλωΐ, Eloi, Syr. אֱלָהִי, loco hebr. אֵלִי posita (Ps. 22, 1.), Marc. 15, 34.

Ἐμαυτοῦ, ῆς, οῦ, **1.**, pronom. reflex., mei ipsius, — genit. — περί, de me ipso, Joh. 5, 31. 8, 14. 18. — ἀπ' ἐμαυτοῦ, meo lubitu, meo arbitrio, Joh. 5, 30. 8, 28. — ex meo ingenio, 7, 17. 14, 10. — sponte, 7, 28. 8, 42. 10, 18. — ὑπ' ἐμαυτοῦ, sub mea ipsius potestate, Matth. 8, 9. (Luc. 7, 8.) — ἐμαυτόν, me ipsum, Luc. 7, 7. Joh. 8, 54. — me ipse, 17, 19. 1 Cor. 4, 3. Gal. 2, 18. — πρὸς ἐμαυτόν, Joh. 12, 32. 14, 3. (i. e. eo, ubi ipse versor.) — ἐμαυτῷ, 1 Cor. 4, 4. (nihil mihi ipsi, s. potius ipse conscius sum, oppon. ὁ ἀνακρίνων με κύριός ἐστι.) 9, 19. (ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, i. e. ego me ipse — sponte.) 2 Cor. 11, 7. (me ipse, oppon. ὑμεῖς.) v. 9. (me propria sponte.) Philem.

v. 15. (apud me ipsum, ut eum non alio mitterem.) Semper vox facit oppositionem aliquam nec ullibi loco pronom. simplicis positum est, (contra Wahl. Clav. sub h. v.) modo teneas, non modo significare: me ipsum, sed etiam: me ipse.

Ἐμβαίνω, aor. 2. ἐνέβην, (ex ἐν et βαίνω) ingredior, Joh. 5, 4. — εἰς τὸ πλοῖον, navem conscendo, Matth. 8, 23. al.

Ἐμβάλλω, f. -βαλῶ, (ex ἐν et βάλλω) iniicio, coniicio in, — εἰς, Luc. 12, 5.

Ἐμβάπτω, f. ψω, (ex ἐν et βάπτω, tingo) intingo, immergo, Joh. 13, 26. (τὸ ψωμίον.) — ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν τὼ πόδε, Aristoph. Nubb. — τὴν χεῖρα ἐν τῷ τρυβλίῳ, Matth. 26, 23. — med. ὁ ἐμβαπτόμενος μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον, Marc. 14, 20.

Ἐμβατεύω, f. εύσω, (ex ἐν et βατεύω, quod a βατός, ή, όν, i. q. βατόν facio; βατός vero a βαίνω, vadum, pervium facio, cf. ὁδεύω) incedo, Col. 2, 18. (locus difficilis; videntur verba coniungenda esse: ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, sed si ἐμβατεύειν τι enarraveris: investigare aliquid, non patet, quid his verbis h. l. dicatur. Interpretantur quidem sic: qui velit perscrutari et in ea mentis acumine penetrare audeat, quorum cognoscendorum facultas humanae mentis imbecillitati concessa non est. At hoc est, verbis: ἃ μὴ ἑώρακεν, plus extricare velle, quam inest.)

Ἐμβιβάζω, f. άσω, (ex ἐν et βιβάζω) ingredi facio; — τινά, Act. 27, 6. (εἰς τὸ πλοῖον.)

Ἐμβλέπω, f. ψω, (ex ἐν et βλέπω) intueor; *a.*, τινί, Marc. 10, 21. 27. (Matth. 19, 26.) Marc. 14, 67. Luc. 20, 17. 22, 61. Joh. 1, 36. 43. (in his locis omnibus: ἐμβλέψας αὐτῷ s. αὐτοῖς λέγει s. εἶπε.) Plat. ep. 7. — *b.*, εἴς τινα, oculos dirigo in aliquem, Act. 1, 11. (εἰς τὸν οὐρανόν.) — specto aliquid, Matth. 6, 26. (sed Marc. 8, 25., ubi text. vulg. ἐνέβλεψε, videtur leg. esse ἔβλεπε, v. τηλαυγῶς; et Act. 22, 11. alii codd. suppeditant ἀνέβλεπον.)

Ἐμβριμάομαι (ῶμαι), f. ήσομαι, (ex ἐν et βριμάομαι a βρίμη, ira commoveor) **1.**, absol., graviter commoveor, Joh. 11, 33. (τῷ πνεύματι.) 38. (ἐν ἑαυτῷ.) — **2.**, τινί, *a.*, indignor, Luth.: ergrimmen, Marc. 14, 5. — *b.*, graviter admonens praecipio, Marc. 1, 43. Matth. 9, 30.

Ἐμέω (ῶ), f. έσω, vomo, evomo (absol., Aelian. V. H. 9, 26. ἔμεσον), Apoc. 3, 16. (ἐμεῖν τινα ἐκ τοῦ στόματος.)

Ἐμμαίνομαι, (ex ἐν et μαίνομαι) — τινί, furo in aliquem, Act. 26, 11.

Ἐμμαούς, ἡ, Emmaus, untis, vicus ab Hierosolymis 60 stadiis distans, Luc. 24, 13. (Oppidum exstitit eiusdem nominis in regione campestri 140 vel 176 stadiis ab Hierosolymis dissitum, nobile thermis et clade regis Antiochi, a Juda Maccabaeo profligati, 1 Macc. 3, 40. 57. Hodie nomen gerit Nicopolis. Tertius eius-

dem nominis locus situs erat prope Tiberiadem, aquis nobilitatus medicatis, Jos. Arch. 23, 3.)

Ἐμμένω, f. νῶ, (ex ἐν et μένω) — τινί, maneo in, persevero in, Act. 14, 22. (τῇ πίστει.) — ἔν τινι, constanter teneo, Gal. 3, 10. (ἐν τοῖς γεγραμμένοις. Deut. 27, 26.) Hebr. 8, 9. (ἐν τῇ διαθήκῃ, οἱ ό, Jerem. 31. 32.) v. μένω.

Ἐμός, ή, όν, meus, a, um, Joh. 4, 34. Gal. 3, 9. Matth. 20, 23. (Marc. 10, 40.) — c. art., Matth. 18, 20. (τὸ ἐμὸν ὄνομα.) Rom. 3, 7. 10, 1. 1 Cor. 9, 2. 16, 21. Col. 4, 18. Joh. 7, 16. al. — 3, 29. (ἡ — ἡ ἐμή.) 10, 27. 6, 38. 8, 16. 31. 43. 14, 27. — praedicat., Joh. 14, 24. 16, 15. — τὸ ἐμόν, Joh. 16, 14. Matth. 20, 27. — pl., Matth. 20, 15. Luc. 15, 31. — ubi exprimit genitivum obiecti, Luc. 22, 19. et 1 Cor. 11, 24. 25. (ἡ ἐμὴ ἀνάμνησις, memoria mei.) Joh. 15, 9. 10. (ἡ ἀγάπη ἡ ἐμή.) Ita Hom. Od. 11, 201. Plat. Gorg. p. 486. (τῇ εὐνοίᾳ τῇ σῇ.)

Ἐμπαιγμονή, ῆς, ἡ, (ab ἐμπαίζω, perf. p.) irrisio, ludibrium, 1 Petr. 3, 3. (vox graecis auctoribus incognita.)

Ἐμπαιγμός, οῦ, ὁ, (ab ἐμπαίζω, perf. p., cf. supr. ἁρπαγμός) ludibrium, Hebr. 11, 36. — οἱ ό, Ez. 22, 4. (Sirac. 27, 28.) Vox aevi serioris.

Ἐμπαίζω, f. αίξω, aor. 1. ἐνέπαιξα, pro forma antiquiori: ἐνέπαισα, (ab ἐν et παίζω) ludo in, Ps. 104, 26. — illudo, i. e. *a.*, derideo aliquem; — absol., Matth. 20, 19. (Marc. 10, 34. αὐτῷ, Luc. pass. 18, 32. ἐμπαιχθήσεται.) 27, 41, (Marc. 15, 31.) Luc. 23, 11. — τινί, Matth. 27, 29. (Marc. 15, 20.) Luc. 14, 29. 20, 63. 23, 36. — τινά, Luc. 18, 32. — *b.*, deludo aliquem (decipio), τινά, pass., Matth. 2, 16. — οἱ ό, Gen. 39, 14. 17. Ex. 20, 2. Hinc sequens

Ἐμπαίκτης, ου, ὁ, irrisor, derisor, 2 Petr. 3, 13. Jud. v. 18. Vox aevi serioris.

Ἐμπεριπατέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐν et περιπατέω) inambulo in aliquo loco, versor aliquo, 2 Cor. 6, 16. οἱ ό, Levit. 26, 12.

Ἐμπιπλάω, (pro quo Graeci: ἐμπίπλημι) impleo, τινά τινος, Act. 14, 17. (ἐμπιπλῶν, quod Graecis inauditum, ap. τοὺς ό, Ps. 103, 5. 145, 16. ἐμπιπλᾷς.)

Ἐμπίπτω, f. -πεσοῦμαι, (ex ἐν et πίπτω) incido, Matth. 12, 11. (εἰς βόθυνον, cf. Luc. 6, 39. ubi verbum simplex.) Luc. 14, 5. (εἰς φρέαρ.) — 10, 39. (εἰς τοὺς λῃστάς.) — in phrasibus metaphoricis, 1 Tim. 3, 6. 7. 6, 9. — εἰς χεῖράς τινος, Hebr. 10, 31. (2 Sam. 24, 14. 1 Chron. 21, 13. Sirac. 2, 18.)

Ἐμπλέκω, f. ξω, (ex ἐν et πλέκω) plico (pass. propr., Aelian. V. H. 13, 1.); med., implicor, τινί (dat. rei), 2 Tim. 2, 4. 2 Petr. 2, 20. (τούτοις ἐμπλακέντες.)

Ἐμπλήθω, f. ήσω, (ex ἐν et πλήθω) impleo (pr., Xen. Ages. 2, 8.), τινά τινος, Luc. 1, 53. — pass. τινός (gen. pers.),

consuetudine alicuius plene frui, Rom. 15, 24. (cf. Ps. 17, 15.) — absol., pass., satiari, οἱ ἐμπεπλησμένοι, Luc. 6, 25. (oppon. πεινᾶν.) — ἐνεπλήσθησαν, i. q. ἐχορτάσθησαν, Joh. 6, 12.

Ἐμπλοκή, ῆς, ἡ, (ab ἐμπλέκω, cf. τροπή, ἀναστροφή, al.) implicatio, 1 Petr. 3, 3. (τριχῶν, artificiosa crinium in nodos collectio.)

Ἐμπνέω, f. εύσω, (ex ἐν et πνέω) **1.**, inspiro, Sap. 15, 11. Xen. H. G. 7, 4, 32. — **2.**, spiro, intrans. τινός (ad similitudinem verborum plenitudinem et abundantiam significantium), Act. 9, 1. (ἐμπνέων ἀπειλῆς κ. φόνου, minas et caedem spirans. Aristoph. Equit. v. 435. κακίας κ. συκοφαντίας πνεῖ. Aristaenet. 1, ep. 6. πνέων θυμοῦ, pro quo Eurip. Bacch. v. 26. θυμὸν ἐμπνέων, cf. lat. spirare minas.)

Ἐμπορεύομαι, depon. pass. c. fut. med. σομαι, (ut a πόρος descendit πορεύομαι, iter facio, ita ab ἔμπορος, quod v., ἐμπορεύομαι) iter facio negotiandi caussa, negotior, Jac. 4, 13. — trop. τινά, lucrum ex aliquo peto, 2 Petr. 2, 3.

Ἐμπορία, ας, ἡ, (ab ἔμπορος, adiect. ἐμπόριος, ία, ον, ad mercaturam pertinens, feminin. substantive) mercatura, Matth. 22, 5.

Ἐμπόριον, ου, τό, (neutr. adiectivi ἐμπόριος, ία, ιον) mercatura, Joh. 2, 16. (οἶκος ἐμπορίου.)

Ἔμπορος, ου, ὁ, (ex ἐν et πόρος, Hesych. ἔμπορος· ὁ ἐπ' ἀλλοτρίας νεὼς πλέων μισθοῦ, ὁ ἐπιβάτης, quocum consentit schol. ad Aristoph. Plut. 521. atque sic dicta vox occurrit apud Homerum; deinde ἔμπορος omnino dicitur, qui negotiandi caussa in itinere est, sive maria traiiciat, sive itinera faciat pedestria) mercator, Apoc. 18, 3. 11. 23. — ἔμπορος ἄνθρωπος, Matth. 13, 45.

Ἐμπρήθω, f. σω, (ex ἐν et πρήθω, ab obsoleto πρέω, unde nostr. brennen) incendo, Matth. 22, 7. (τὴν πόλιν, cf. Judic. 1, 8. 15, 6.)

Ἔμπροσθεν, adv. loci, (propr. a parte anteriore, cf. ὄπισθεν, πόθεν, ἄλλοθεν, ἄνωθεν al.) **1.**, de loco, *a.*, adverbialiter pos. *aa.*, a parte anteriore, Apoc. 4, 6. (oppon. ὄπισθεν, ut Palaeph. f. 29.) — *bb.*, ante; — πορεύεσθαι, antecedere, anteire, Luc. 19, 28. (ibid. v. 4. προδραμὼν ἔμπροσθεν, ut Xen. Cyr. 4, 2, 23. προπορεύεσθαι ἔμπροσθεν.) — τὰ ἔμπροσθεν, quae ante procedentem sunt, Phil. 3, 14. (oppon. τὰ ὀπίσω.) Aelian. V. H. 9, 16. ubi opponuntur τὰ κατόπισθεν, ut et 12, 21. — *b.*, praepositionis locum tenet: — τινός, *aa.*, ante aliquem; — πορεύεσθαι ἔμπρ. τινος, antegredi aliquem, Joh. 10, 4. — σαλπίζειν ἔμπρ. τινος, Matth. 6, 2. — τὴν ὁδὸν κατασκευάσαι, 11, 10. — ἀποστέλλεσθαι, mitti ante aliquem, qui sequuturus est, Joh. 3, 28. — *bb.*, coram aliquo, *α.*, i. q. ante aliquem, ex adverso alicui, v. c. στῆναι, Matth. 27, 11. — σταθῆναι, Luc. 21, 36. — ὁμολογεῖν et ἀρνεῖσθαι, Matth. 10, 32. 33. (Luc. 12, 8.) 26, 70. Gal. 2, 14. 1 Thess. 1, 3. 2, 19. 3, 9. 13. — εἶναι,

Luc. 14, 2. — γονυπετεῖν, Matth. 27, 29. — β., coram, i. q. in conspectu alicuius, Matth. 5, 16. (λαμψάτω τὸ φῶς.) 6, 1. 17, 2. (Marc. 9, 27.) 23, 13. (5, 14.) Luc. 19, 27. Joh. 12, 37. — γ., coram, i. q. in ea locorum parte, quae ante aliquem alicubi stantem est, Luc. 5, 19. Matth. 5, 24. 7, 6. Act. 8, 17. 2 Cor. 5, 10. Apoc. 19, 10. 22, 8. — Notes phrases hebraicas: θέλημά ἐστι ἔμπροσθεν τ. θεοῦ, Matth. 18, 14. — εὐδοκία, Matth. 11, 26. Luc. 10, 21. (Quas formulas non inde explicabimus, quod stipatam choro angelorum sedem dei sibi finxerint Judaei iidemque eandem ob rem per ea, quae coram deo placuisse s. decreta esse dicerent, ea intelligi voluerint, quae huic dei concilio placuissent, v. Fritzschii commentar. in Matth. p. 577. Constat enim, Hebraeos omnia, quae sensibus iucunda aut iniucunda sunt, praesertim ea, quae iucunda visu sunt, et propterea, quod placent, bona esse dicuntur, si cui ea placere dicturi sint, hanc indolem habere dicere ἔμπροσθεν s. ἐνώπιόν τινος. Atque hinc demum manant formulae: εὐδοκία (δοκεῖ εὖ εἶναι), θέλημά ἐστι, i. e. res desiderabilis est coram deo, v. Nehem. 2, 5. cf. infr. ἐνώπιον. Et dic quaeso, quidnam sit χαρὰ ἔσται ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, si quae ἐνώπιον τοῦ θεοῦ fieri dicuntur, attribuenda censes dei concilio? — 2., De tempore: ante; et sic potest adverbial. dici et praepositionis vices gerere. Praepositionis partes ei tribuunt phrases: εἶναι, γεγονέναι ἔμπρ. τινος, Joh. 1, 15. 27. 30.

Ἐμπτύω, f. ύσω, (ex ἐν et πτύω, spuo) inspuo, conspuo; a., τινί, Marc. 10, 34. 14, 65. 15, 19. — τινά, pass., Luc. 18, 32. — b., εἰς τὸ πρόςωπόν τινος, Matth. 26, 67. (Num. 12, 14. κατὰ τὸ πρόςωπ. τινι, Deut. 25, 9.) — εἴς τινα, Matth. 27, 31.

Ἐμφανής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex ἐν et φαίνομαι) conspicuus, — γίνομαι τινί, fio alicui (de eo, qui se alicui conspiciendum praebet), Act. 10, 40. 41. (Aelian. V. H. 1, 21.) et de eo, qui alii se quaerenti occurrit, Rom. 10, 20. (de deo eos, qui eum precibus adeunt, benigne excipiente, ex Jes. 65, 1. v. ἐπερωτάω.)

Ἐμφανίζω, f. ίσω, (ab ἐμφανής) 1. conspiciendum praebeo; — τινί τινα, Joh. 14, 21. 22. — pass., Matth. 27, 13. Hebr. 9, 24. (i. q. ὀφθῆναι, cf. Jes. 1, 12.) — 2., indico, significo, seq. ὅτι, Hebr. 11, 14. (Xen. Cyr. 8, 1, 20. Aelian. V. H. 4, 9.) — τινί, ὅπως, Act. 23, 15. — τὶ πρός τινα, v. 22. — τὶ κατά τινος, indicium facio contra aliquem, Act. 24, 1. 25, 2. — περί τινος, de aliquo, Act. 25, 15. (Jos. Arch. 14, 10, 12.)

Ἔμφοβος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἐν et φόβος) in metum coniectus, Luc. 24, 5. Act. 10, 4. 22, 9. 24, 26. Apoc. 11, 13.

Ἐμφυσάω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐν et φυσάω) inspiro; — τινά, afflo, Joh. 20, 22. (οἱ ὁ, Gen. 2, 7.)

Ἔμφυτος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἐν et φύω) innatus

(Xen. Mem. 3, 7, 5.), insitus, Jac. 5, 1. (τὸν ἔμφυτον λόγον, doctrinam a doctoribus vobis insertam, δέξασθε ἐν πραΰτητι, excipite veluti ager mollis.)

'Εν, praepositio regens dativ., lat. in cum ablat. Spectat I., ad spatium, atque cum suo nomine ad unum alterumve ex verbis existendi, commorandi, standi, sedendi, quiescendi al. relata, aut verbis aliquem vel aliquid alicubi reperiri, teneri, asservari etc. dicentibus associata significat: in (quo respondeatur quaerenti, ubi aliquis vel aliquid sit, commoretur, reperiatur), atque hoc in 1., idem est, quod intra, si nomine praepositioni adiuncto locus aut res designatur, eum, qui, vel id, quod inesse dicitur, circumcludens sive comprehendens; cuius generis sunt domus, urbes, regiones, vasa (1 Cor. 4, 7. 11, 31.), librorum volumina, scripta etc., animus et corpus (2 Cor. 12, 3. oppon. ἐκτός); et si verbo praecedente aliquid fieri aut factum esse indicatur, quod in loco simul commemorato aut in re locum explente aut cum spatio comparata non aliter fieri vel factum esse, quam occupatis interioribus utriusque partibus, credi potest. Scil. vis praepositionis tum adiecti nominis, tum verbi praecedentis definitur notione. Iam videas suis locis verba: ἀνάκειμαι, ἀνακλίνω, ἀνίσταμαι, ἀναστρέφομαι, ἀνατρέφω, ἀνατέλλω, ἀπόκειμαι, ἀπολείπω, βάλλω, ἀμφιβάλλω, βαπτίζω, γίνομαι, διατρίβω, εἰμί, ἐπιμένω, ἵσταμαι, καθέζομαι, κάθημαι, καθίζω, κατάκειμαι, καταλείπω, σκηνόω, κατασκηνόω, κατοικέω, παροικέω, κεῖμαι, μένω, ξενίζομαι, οἰκέω, πάρειμι, περιπατέω, πλανάομαι, προςκαρτερόω, προςμένω, ὑπάρχω et προϋπάρχω, συνέρχομαι, τηρέομαι, τρέχω, ὑπομένω, φυτεύω, χρονίζω, εὑρίσκω, καταγγέλλω, κηρύσσω, κατακλείω, καταστρώννυμι, ἀπόλλυμι, κατέχω, καταποντίζω, ὀρύσσω, τίθημι, κατατίθημι — γράφω, ἀπογράφω, ἐντυπόω. Nam ea tantum h. l. verba ad locum spectantia afferri possunt, quae alicuius loci innuunt usum; ab iis contra, quae ex rerum in aliquo loco gestarum narrationibus depromi possent, abstinendum est. Notes hic insuper

a., peculiaris ingenii formulas, vel ad locum vel ad positum terminum, intra quem aliquis teneatur, spectantes: ἐν τῷ κρυπτῷ, ἐν τῷ φανερῷ, ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἐν τῷ φωτί (Luc. 12, 3.), ἐν προςώπῳ, ἐν ὀφθαλμοῖς (Ps. 118, 22.), ἐν τοῖς ὠσί τινος (Deut. 5, 1.). — ἐν τῇ τάξει (Luc. 1, 8.), ἐν τῷ τάγματι (1 Cor. 15, 23.), ἐν μέτρῳ (Eph. 4, 16.), ἐν ἑτοίμῳ ἔχειν, paratum esse, 1 Cor. 10, 6. — de vestibus, quibus circumdatur corpus: ἠμφιεσμένος ἐν — ἱματίοις, Luc. 7, 25. (Matth. 11, 8.) — περιβάλλεσθαι ἐν ἱματίοις, Apoc. 3, 5. 4, 4. (Graeci: ἀμφιέννυμι, περιβάλλω τινά τι vel τινά τινι.) — ἐν ἐνδύμασι προβάτων, Matth. 7, 15. cf. Luc. 24, 4. Act. 10, 30. Hebr. 11, 37. — ἐν σάκκῳ κ. σποδῷ, Luc. 10, 13. (Matth. 11, 21.) Apoc. 3, 4. Jac. 2, 2. — Σολομὼν ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, Luc. 12, 27. (Matth. 6, 29.) — εἶναι ἐν δόξῃ, 2 Cor. 3, 7. 8. — ὀφθῆναι, Luc. 9, 31. Col. 3, 4. — ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ cett., Matth. 16, 27. (Marc. 8, 38.

Luc. 9, 26.) Cf. εἶναι, ὑπάρχειν ἐν μορφῇ, Marc. 16, 12. Phil. 2, 6. — κοσμεῖν ἑαυτὸν ἔν τινι, 1 Tim. 2, 9. — ἐν σαρκί (περιπατεῖν), carne indutum (incedere), 2 Cor. 10, 3. cf. Rom. 8, 3. Gal. 2, 2. Phil. 1, 22. 1 Joh. 4, 2. 2 Joh. v. 7. — ἐν βασάνοις ὑπάρχειν, Luc. 16, 23. — de iis, quae scriptis continentur: γεγραμμένον ἐστὶν ἐν ἐπιστολῇ, 1 Cor. 5, 9. cf. Hebr. 10, 7. — ἐν βιβλίῳ, Apoc. 13, 8. Gal. 3, 10. — ἐν τῷ νόμῳ etc., Luc. 24, 44. Joh. 1, 46. — τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις, Act. 13, 40. — ἐν Ἠλίᾳ, Rom. 11, 2. cf. ἀναγνῶναι ἐν, Matth. 12, 5. 21, 42. — ἀποκαλύπτεται ἐν αὐτῷ, scil. τῷ εὐαγγελίῳ, Rom. 1, 17. — λαλεῖν ἐν ἐπιστολαῖς περί τινος, 2 Petr. 3, 16. — λέγειν ἐν τῇ διδαχῇ, Marc. 4, 2. 12, 38. Hinc etiam formula: ἐν τῇ προςευχῇ, Matth. 21, 22. (quia preces sunt totum aliquod, quo plura dicta comprehenduntur.) Col. 4, 12. Rom. 15, 30. Phil. 1, 4. 2 Tim. 1, 3. — adde: κατανοεῖν ἐν ἐσόπτρῳ, Jac. 1, 23. quocum cf. βλέπειν — ἐν αἰνίγματι, 1 Cor. 13, 12.

Nota *b.*, formulas, quibus persona aut id, quod personae speciem refert, in alia natura intelligente habitare aut vim suam exserere fingitur, quas formulas appellare possis mysticas: — ἐν θεῷ μένειν, 1 Joh. 2, 24. al. — ζῆν, κινεῖσθαι κ. εἶναι, Act. 17, 28. — κέκρυπται ἡ ζωὴ (Christianorum), Col. 3, 3. (i. e. in dei gremio quasi latet s. recondita est, usque dum in conspectum prodeat.) Eph. 3, 9. — ἐν τῷ λόγῳ (s. ἐν τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ) ἦν (ἔστι) ἡ ζωή, Joh. 1, 3. 5, 26. 1 Joh. 5, 11. — ἐν χριστῷ εἶναι, 1 Joh. 2, 5. 1 Cor. 1, 30. 2 Cor. 5, 17. — μένειν, Joh. 15, 4. 7. 1 Joh. 2, 6. 24. 27. 28. — στήκειν, Phil. 4, 1. — λαλεῖν, 2 Cor. 2, 17. — κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα etc., Col. 1, 19. cf. 2, 3. — In hominibus dicitur habitare ἡ ἁμαρτία, Rom. 7, 17. 18. cf. Jac. 4, 21. in aliis dicitur ὁ χριστὸς εἶναι, Rom. 8, 10. cf. 2 Cor. 13, 5. μένειν, Joh. 17, 26. ζῆν, Gal. 2, 20. μορφοῦσθαι, Gal. 4, 19. λαλεῖν, 2 Cor. 13, 3. κατοικεῖν, Eph. 3, 17. Gal. 4, 19. item ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, 1 Joh. 1, 10. μένειν, Joh. 5, 38. — ὁ λόγος τοῦ χριστοῦ, Col. 3, 16. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Rom. 8, 9. 11. 1 Cor. 3, 16. 6, 19. Joh. 17, 13. 2 Tim. 1, 14. — τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ, 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6. — ἐνεργεῖν ἔν τινι, Eph. 2, 2. Matth. 14, 2. 1 Cor. 12, 6. al. — παῤῥησιάζεσθαι ἐν τῷ θεῷ, 1 Thess. 2, 2. — ἐνεργεῖσθαι, Col. 1, 29. κατεργάζειν, Rom. 7, 8. — τελειοῦσθαι ἔν τινι, 1 Joh. 4, 18. Haec verba omnia vide explicata suis locis.

Referas huc *c.*, formulas, quibus non modo anima hominis in corpore, Act. 20, 10. aut animus (spiritus) in homine, 1 Cor. 2, 11. Act. 17, 16. sed ipse quoque homo in alterutra sui parte, aut in animo aut corpore, versari et quidquam efficere dicitur: ἐν σαρκὶ εἶναι, Rom. 7, 5. 8, 8. (cui oppon. ἐν πνεύματι εἶναι v. 9.) ἐπιμένειν, Phil. 1, 24. ζῆν, Gal. 2, 20. 1 Petr. 4, 2. εὐπροςωπεῖν, Gal. 6, 12. — ἐν τῷ σκήνει εἶναι, 2 Cor. 5, 4. — ἐνδημεῖν ἐν τῷ σώματι, 2 Cor. 5, 6. coll. v. 8. — εἶναι ἐν

σώματι, 2 Cor. 12, 2. Hebr. 13, 3. — ἐν πνεύματι εἶναι, Rom. 2, 29. 8, 9. alio sensu Apoc. 1, 10. 4, 2. — ἐν πν. λατρεύειν τῷ θεῷ, Rom. 1, 9. (aliter Joh. 4, 23. προςκυνεῖν ἐν πνεύματι κ. ἀληθείᾳ, mit Geist und Wahrheit.) — λαλεῖν ἐν πνεύματι θεοῦ, 1 Cor. 12, 3. — ἐν πνεύματι (accepto) κράζειν, Rom. 8, 15. — συνοικοδομεῖσθαι εἰς κατοικητήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι, Eph. 2, 22. — ἐβαπτίσθημεν ἐν ἑνὶ πνεύματι (scil. ὄντες) εἰς cett., 1 Cor. 12, 13. (i. e. unam quasi efficientes mentem, contra: ἐκλήθητε.) — ἐν ἑνὶ σώματι, Col. 3, 15. — θέσθαι ἐν τῷ πνεύματι, Act. 19, 21. Rom. 8, 4. (ἐν ἡμῖν i. q. ἐν τῷ ἡμῶν πνεύματι, ut id, quod lege iussum est, plene exprimeretur in nobis, qui vi spiritus agimur.) — ἐν τῇ καρδίᾳ, Matth. 9, 4. (ἐνθυμεῖσθαι πονηρά.) Marc. 2, 8. et Luc. 5, 22. (διαλογίζεσθαι.) — Matth. 24, 48. Rom. 10, 6. (εἰπεῖν.) 1 Petr. 3, 15. (ἁγιάζειν τὸν θεόν.) Col. 3, 16. (ᾄδειν τῷ κυρίῳ.) Rom. 10, 9. (πιστεύειν.) 1 Cor. 7, 37. (ἑστηκέναι ἑδραῖον.) — quibus formulis simul adde: Rom. 2, 15. (γραπτόν ἐστι.) Col. 3, 15. (βραβευέτω ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ.) Rom. 5, 5. (ἐκκέχυται ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ.) 2 Cor. 4, 6. (λάμπειν.) 2 Petr. 1, 19. (φωσφόρος ἀνατέλλει.) 1 Petr. 3, 4. (ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος κ. ἡσιχίου πνεύματος.) Rom. 14, 5. (ἐν τῷ ἰδίῳ νοΐ πληροφορεῖσθαι.) — et prae caeteris verba additis voculis: ἐν ἑαυτῷ definita, e quorum numero sunt v. c. εἰδέναι, Joh. 6, 61. εἰπεῖν, Luc. 7, 39. 18, 4. ἐμβριμᾶσθαι, Joh. 11, 38. στενάζειν, Rom. 8, 23. στενοχωρεῖσθαι, 2 Cor. 6, 12. διαλογίζεσθαι, Matth. 10, 7. 8. Luc. 12, 17. διαπορεῖν, Act. 10, 17. παροξύνεσθαι, 17, 16. γίνεσθαι, Act. 12, 11. λέγειν, Matth. 9, 21. — vel plurali: ἐν ἑαυτοῖς, Matth. 3, 9. 16, 8. Luc. 7, 49. Jac. 2, 4. 1 Cor. 11, 13. 2 Cor. 1, 9. Phil. 2, 5. (ἐν ὑμῖν.) — φανεροῦσθαι ἐν ταῖς συνειδήσεσι, 2 Cor. 5, 11. et: τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, Rom. 1, 28.

d., εἶναι (aut οὐκ εἶναι) ἔν τινι (dat. pers.) dicuntur virtutes et vitia, mentis et ingenii facultates, v. supra εἰμὶ ἔν τινι p. 309.

e., Verba de hominibus dicta εἶναι, ὑπάρχειν, ἀναστρέφεσθαι (ἀναστροφή, 2 Petr. 2, 7.), πορεύεσθαι (2 Petr. 2, 10. Luc. 1, 6.), περιπατεῖν, στῆναι, μένειν, ἐμμένειν, βεβαιοῦσθαι, ἐνδυναμοῦσθαι (2 Tim. 2, 1.), καταρτίζειν, τηρεῖν, et similia, si per additum ἔν τινι non adstringuntur loco spatioque, saepe faciunt tropos et metaphoras atque statum significant, in quo quis versatur, aut quem tenet, et in quo perseverat. Vid. verba modo dicta suo loco, itemque verba στηρίζω, ῥιζόω, προβαίνω, προκόπτω.

f., Item commemorandae sunt e phrasibus, ad quaestionem: ubi accommodatis, sigillatim hae: δράσσομαι, 1 Cor. 3, 19. παγιδεύω, Matth. 22, 15. καταλαμβάνω, Joh. 8, 3. προλαμβάνω τινα ἔν τινι, Gal. 6, 1.

Iam porro g., notandum, quomodo praepositio ἐν cum aliis verborum generibus nominibusque connexa vim, quam inesse ei diximus, tueatur, ac

'aa., quidem nominibus praefigitur, quibus indicatur aliquid aliquo contineri aut cerni (Inhalt und Inbegriff), Rom. 13, 9. (ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται.) 12, 4. (multa in uno corpore membra, scil. quia multis corpus membris constat.) 1 Cor. 12, 18. — quibus adde phrases metaphoricas ἐν cum dat. pers. coniungentes, ut Eph. 1, 10. (ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ χριστῷ, cf. Col. 1, 16. 17. 2, 9.) et εἶναι ἔν τινι, totum esse in (occupari) aliqua re, 1 Tim. 4, 15. — porro: ἔχειν τι ἔν τινι, Col. 1, 23. Ita vero etiam τὸ ἐν saepius notam reddit et signum, quo aliquid repraesentatur et conspicuum fit (Zeichen u. Merkmal), 2 Cor. 1, 22. — εἶναι ἔν τινι, cerni, manifestari aliquo, constare aliquo, 1 Thess. 1, 5. 2, 3. 2 Thess. 2, 9. Nonnunquam verbum εἰμί omissum, ut Hebr. 10, 3. Eph. 5, 4. Phil. 3, 19. 1 Cor. 2, 4. 4, 20. Col. 3, 16. 4, 6. (ἐν χάριτι, scil. ἔστω, i. e. sese exserat, conspicuum reddatur.) Ut in his locis verbum εἰμί facile suppletur, ita et in aliis, ubi τὸ ἐν cum suo nomine, (etsi utrique additum est aliud verbum, tamen non ad hoc, sed) ad nomen substantivum simul expressum sese applicat, inter hoc nomen subst. et additum ἔν τινι participium verbi εἰμί mente interiiciendum est, v. c. Eph. 2, 7. (τὸν νόμον ἐν δόγμασι.) cf. Col. 2, 24. (suppl. τὸν ὄντα.) Eph. 3, 6. (ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ ἐν χριστῷ.) Gal. 1, 17. 3, 16. Eph. 1, 17. Col. 1, 12. Luc. 1, 17. A quibus locis non prorsus differt is, qui legitur Rom. 8, 4. (Nam etsi h. l. coniungi possunt verba: κατέκρινε ἐν σαρκί, tamen his simul indicatur, quod deus κατέκρινε, scil. peccatum, id in carne esse.) — γινώσκειν ἔν τινι, 1 Joh. 3, 16. — ἐνεργῆ εἶναι (ἐν dat. rei), Philem. v. 6. ἐνδεικνύναι ἐν, Eph. 2, 7. φανερὸν εἶναι, 1 Tim. 4, 15. — subintellecto verbo monstrandi, Rom. 12, 7. 8. (e v. 7. patet, auctorem cogitari voluisse, qua in re cuivis ad coetum Christianorum sacrum pertinenti se fungi membri, coetui velut corpori inserti, officio ostendendum sit.) Atque hinc α., explices, quod τὸ ἔν τινι rem verbo enuntiatam pariter limitibus circumscribat atque definiat accuratius; — ἐν τούτῳ, hac in re (in diesem Stücke), 1 Cor. 11, 22. Joh. 4, 37. 9, 30. 1 Joh. 2, 3. 5. 3, 16. 19. 24. 4, 2. 13. 5, 2. 4. 9. 17. Rom. 2, 1. 14, 22. 16, 2. 1 Cor. 4, 4. 7, 15. 2 Cor. 6, 4. 7, 11. 8, 10. 22. 1 Petr. 1, 15. 2, 12. 3, 4. — ἐν παντί, Eph. 5, 24. 2 Cor. 6, 4. 7, 11. 16. 11, 6. 9. 21. — pl., Tit. 2, 9. — ἐν τούτῳ τῷ μέρει, 1 Petr. 4, 16. 2 Cor. 3, 10. (i. e. quatenus splendore in faciem Mosis coniecto illustre reddebatur.) — ἐν ᾧ, quatenus, Rom. 8, 3. — pl., Hebr. 6, 18. — ἐν μηδενί, 2 Cor. 6, 3. — adde formulas: κρίνειν τινὰ ἔν τινι, Col. 2, 16. — ἔπαινος ἔν τινι, 2 Cor. 8, 18. — ζηλοῦσθαι, Gal. 4, 18. — σύνεσις ἔν τ., Eph. 3, 4. 2 Tim. 2, 7. — Eph. 4, 24. (verba ἐν δικ. κ. ὁσιότητι

vid. coniungenda esse cum ἐνδύσασθε, non cum κτισθέντα.) Col. 1, 10. 3, 17. Jac. 3, 2. — 1 Cor. 1, 21. (ἐν τῇ σοφίᾳ τ. θεοῦ τὸν θεόν.) 3, 19. — πιστὸς ἔν τινι, Luc. 16, 10. 11. 12. 19, 17. 1 Tim. 3, 11. 4, 12. Tit. 2, 7. — δυνατός, Luc. 24, 19. Act. 7, 22. (18, 24. sed hunc locum referamus inter exempla sub I. n. 1. α. allata.) — φανεροῦν ἐν, Tit. 1, 3. — et quod β., nonnulla verba fere ubicunque occurrunt, secum gerunt additamentum ope praepositionis ἐν factum, quo eorum quasi ambitus describatur, aut sua ipsis vis vindicetur, v. c. πλουτεῖν (1 Tim. 6, 18.), πλουτίζεσθαι (1 Cor. 1, 5. 2 Cor. 9, 8.), πλούσιος (Eph. 2, 4.), περισσεύειν (Rom. 15, 13. 1 Cor. 15, 58. 2 Cor. 3, 9. 8, 7. — aliter Rom. 4, 7. et Phil. 4, 12.), ὑστερεῖσθαι (1 Cor. 5, 7. 9.), cf. αὐξάνεσθαι (2 Petr. 3, 18.), ὠφελεῖσθαι (Hebr. 13, 9.), ζημιοῦσθαι ἔν τινι (2 Cor. 7, 9.). Praepositionem, quam in his formulis latine reddere possis: quod attinet ad, Graeci solent omittere. Adde etiam: ματαιοῦσθαι (Rom. 1, 21. ἐν τοῖς διαλογισμοῖς, scil. διαλογισμοῖς ματαίοις), δικαιοῦσθαι (Rom. 3, 4. ἐν τοῖς λόγοις, scil. λόγοις δικαίοις), ὑγιαίνειν (Tit. 1, 13.), διαφέρειν (1 Cor. 15, 41. Graeci constr. cum dativo simplici). — Aliis verbis additur obiectum, circa quod versentur, καυχᾶσθαι (Jac. 4, 16. Rom. 2, 18. 23. 2 Cor. 10, 15. 16. καύχημα, 1 Cor. 15, 31. Phil. 1, 26.), αἰσχύνεσθαι (Phil. 1, 20. aliter Joh. 15, 8.), εὐδοκεῖν (1 Cor. 10, 5. al.), χαίρειν (Luc. 10, 20. Col. 1, 14.), ἀγαλλιᾶσθαι (1 Petr. 1, 6.), εὐφραίνεσθαι (Act. 7, 41.), δοξάζεσθαι (Joh. 17, 10.), ἐνδοξάζεσθαι (dat. pers., 2 Thess. 1, 10.), θαυμάζεσθαι (ibid. et v. 12. et 1 Tim. 2, 7.), cf. μεγαλύνεσθαι (2 Cor. 10, 15.). — aut γ., ostenditur actio verbo significata, quonam modo efficiatur idque formulis, in quibus nostrates vocula: mit, Graeci dativo et Lat. ablativo utuntur simplicibus. Et denotatur quidem praepositione ita posita αα., instrumentum, cuius ope actus (scil. is, cuius notio in verbo usurpato inest) efficitur, v. c. Matth. 7, 6. (ἐν τοῖς ποσί.) Luc. 1, 51. 22, 49. Eph. 4, 3. Rom. 15, 6. Jac. 3, 9. Apoc. 2, 16. 27. 6, 8. 9, 19. 20. 13, 10. 18, 16. 19, 15. 21. 2, 23. 6, 8. Matth. 26, 52. 25, 16. — Rom. 1, 9. 10, 9. 15, 27. Joh. 4, 23. 2 Petr. 2, 16. 1 Cor. 14, 19. 21. Apoc. 14, 2. — s. materia, ad id, cuius notionem verbum involvit, efficiendum sumta, βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐν πυρί, ἐν πνεύματι ἁγ., Matth. 3, 11. Luc. 3, 16. — καθαρίζειν ἐν αἵματι, Hebr. 9, 22. cf. Joh. 17, 17. Apoc. 17, 16. Rom. 7, 6. 14, 18. 15, 16. 1 Cor. 1, 18. Eph. 5, 18. 26. (constr. ἁγιάσῃ ἐν ῥήματι, καθαρίσας τ. λουτρῷ τ. ὕδατος.) Luc. 21, 34. Marc. 9, 50. — aut ββ., delineatur quasi adiecto signo vel notato argumento actionis verbo declaratae forma et ratio vel quoad speciem, κοπιᾷν ἐν λόγῳ κ. διδασκαλίᾳ, 1 Tim. 5, 17. — ἀσπάζεσθαι ἐν φιλήματι, Rom. 16, 16. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 1 Thess. 5, 26. — 1 Cor. 2, 13. 14, 6. 2 Cor. 1, 12. Col. 1, 21. 2, 4. 3, 16. 17. 1 Thess. 1, 5. 4, 18. 1 Joh. 3, 18.

— Eph. 3, 3. 1 Tim. 2, 2. Matth. 13, 34. Joh. 16, 25. Luc. 1, 23. 75. Act. 5, 23. Tit. 1, 9. 1 Petr. 1, 22. 2 Petr. 1, 13. 3, 1. 1 Petr. 1, 2. (verba: ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος construe cum ἐκλεκτοῖς v. 1.) Luc. 22, 20. et 1 Cor. 11, 25. (διαθήκη ἐν.) Jac. 3, 2. Notes phrases: παρακαλεῖν ἐν παρακλήσει, 2 Cor. 7, 7. δυναμοῦσθαι ἐν δυνάμει, Col. 1, 11. εὐλογεῖν ἐν εὐλογίᾳ, Eph. 1, 3. ἐν μέτρῳ μετρεῖν, Matth. 7, 2. Marc. 4, 24. — Eph. 1, 6. Luc. 1, 44. cf. 4, 19. Apoc. 14, 7. (λέγειν ἐν φωνῇ.) — vel quoad agentis affectionem, v. c. ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ, Eph. 4, 15. — 5, 21. 6, 5. Col. 3, 22. 4, 2. Rom. 9, 22. 2 Cor. 11, 17. 1 Thess. 2, 17. 5, 13. 2 Tim. 1, 3. 13. Hebr. 3, 11. et 4, 3. Matth. 22, 37. Act. 2, 46. — vel indicatur res, in qua actionis cernitur effectus et vestigium, Rom. 5, 21. (βασιλεύειν ἐν τῷ θανάτῳ.) Eph. 1, 3. Col. 1, 10. 3, 16. 2 Cor. 12, 12. 2 Thess. 1, 8. 2 Petr. 1, 2. — Notes et hic praecipue Act. 7, 14. ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα (nos: 70 Mann stark, Deut. 10, 22.), et Luc. 14, 31. Judae v. 14. — vel denique significatur, qua usus conditione seu in quo versatus statu peregerit vel passus sit aliquis id, quod peregisse vel passus esse dicitur, idque formulis, in quibus nostrates utuntur vocibus: unter, v. c. Act. 20, 19. 1 Thess. 2, 2. (λαλεῖν ἐν πολλῷ ἀγῶνι.) 2 Thess. 3, 8. Rom. 3, 26. Hebr. 11, 37. Eph. 6, 18. Matth. 17, 21. — bei, Matth. 6, 7. 1 Tim. 1, 13. 5, 2. 2 Cor. 8, 2. 1 Thess. 1, 6. Luc. 8, 18. (ἐν ὑπομονῇ, perseverantes.) Rom. 2, 12. (ἐν νόμῳ, lege instructi.) Gal. 5, 4. 2 Joh. v. 3. Jac. 2, 1. solennis est formula ἔρχεσθαι ἐν, de qua v. sub v. ἔρχομαι. — Atque ita usurpata praepositio saepius γγ., cum suo nomine facit periphrasin adverbii, v. c. ἐν δυνάμει, potenter, Marc. 9, 1. Rom. 1, 4. Col. 1, 29. Luc. 8, 15. — ἐν τάχει, Luc. 18, 8. Apoc. 1, 1. al. — ἐν παῤῥησίᾳ, Col. 1, 15. — ἐν χάριτι, Col. 3, 16. 2 Thess. 2, 16. — ἐν ἀληθείᾳ, Matth. 22, 16. Col. 1, 6. 2 Joh. v. 1. — ἐν δόξῃ (gloriose), Phil. 4, 19. — Luc. 1, 44. 2, 29. 18, 8. Marc. 14, 1. Act. 2, 46. 12, 7. 16, 36. 17, 31. 26, 7. 22, 15. 25, 4. Joh. 7, 10. Rom. 12, 8. 16, 20. 1 Cor. 16, 11. 2 Cor. 11, 17. 22. 12, 12. Eph. 1, 4. 4, 2. 6, 19. 24. Col. 2, 15. 1 Thess. 2, 17. 1 Tim. 2, 11. 2 Tim. 2, 25. 4, 2. Hebr. 11, 19. Jac. 1, 6. 21. 2, 16. Apoc. 18, 2. 19, 11. — Not.: Similes phrases occurrunt ap. Graecos, v. c. de instrumento: ἐν πυρὶ καίειν, Hom. Il. 24, 38. ἐν δεσμῷ δῆσαι, ἐν χερσὶ λαβεῖν, ita tamen dictae, ut ἐν nativam suam vim servet, ut in phrasi quoque: ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, q. e. aliquid videre, quod ante oculos est, v. Passov. sub h. v.

bb., Formula ἔν τινι refertur ad conditionem, cui actio verbo significata annexa est, et ad vim, cui innititur. Et *α.*, quidem, si de vi animo eius, qui aliquid agere dicitur, insidente sermo est (von einem innern geistigen Princip), latine vertere poteris: cum, vel: instructus ea re, Luc. 1, 17. (προελεύσεται — ἐν πνεύ-

ματι κ. δυνάμει Ἠλίου, ἐπιστρέψαι, cett.) Rom. 8, 15. 9, 1. 15, 13. Luc. 11, 20. et Matth. 9, 34. 12, 24. (Marc. 3, 20. 22.) 21, 23. (Marc. 11, 28. Luc. 20, 2.) Act. 4, 7. 9. 1 Cor. 6, 11. 12, 3. 2 Petr. 2, 20. Joh. 3, 22. (ἐν θεῷ, i. e. animo dei pleno.) — β., si id, quod verbo exprimitur, derivatur a vi, quam habuerit in agentem caussa aliqua externa, vertendum est: per, vel vi alicuius, v. c. παῤῥησιάζειν ἐν χριστῷ, Eph. 6, 20. cf. Act. 9, 27. (quam impavide Jesum Messiam esse professus sit.) Act. 16, 14. 16, 18. — ἰσχύειν ἔν τ., Phil. 4, 13. — ἐνδυναμοῦσθαι, Eph. 6, 10. 2 Tim. 2, 1. — 2 Cor. 2, 10. (τῷ θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ χριστῷ.) Hebr. 10, 19. (ἔχοντες παῤῥησίαν ἐν τῷ αἵματι χριστοῦ.) Gal. 3, 11. — γ., Referenda huc est phrasis: ἀγοράζειν — ἔν τ., Apoc. 5, 9. (pretio sanguinis tui, cf. 1 Chron. 21, 24.) — nec non δ., eae, in quibus ἐν i. q. propter, Hebr. 13, 20. (Zach. 9, 11.) Gal. 1, 24. — Denique ε., illae, in quibus monstrat normam praefinientem, Rom. 1, 10. Hebr. 10, 10. — Sed

cc., formula ἔν τινι, si cui quidquam contingere dicitur in aliquo, saepissime ad eum refertur, qui aliquid pro altero repraesentat atque id praestat, quod in alterum, nexu secum aliquo (vel naturae vel fidei) coniunctum, derivetur. Verti itaque potest simul cum. Id quod clarius fiet ex locis iam afferendis. — Joh. 17, 21. (ἐν ἡμῖν, i. e. ut coniuncti nobiscum sint atque sic coniuncti secum invicem.) 1 Cor. 7, 14. (mulier sacra est, atque simul cum ea is, qui cum ea coniunctus est, maritus.) 2 Petr. 1, 5. — 7. (h. l. ἐν idem esse quod simul cum, patet, sed tamen requiritur praevia subiecti cum ea re, in qua exhibeatur alterum, coniunctio.) Gal. 3, 14. (ἐν τῷ λόγῳ πληροῦται. Enarrant quidem hoc: uno hoc praecepto tota lex continetur, sed sensus est: observando hoc praecepto simul observatur.) Rom. 10, 5. et Gal. 3, 12. (ζήσεται ἐν αὐτοῖς, i. e. si quis ea observat praecepta, is eo ipso suae saluti prospicit.) Jac. 1, 25. Judae v. 10. Rom. 12, 21. (ἐν τῷ ἀγαθῷ, i. e. eo, quod Christianorum more recte facis.) cf. Joh. 13, 31. v. δοξάζω. 1 Cor. 12, 9. (ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, simul cum eo spiritu, qui scilicet iam datus alicui est.) Rom. 5, 17. (ἐν ζωῇ, i. e. ea ipsa vita, qua fruuntur.) v. 21. (ἐν τῷ θανάτῳ, quod etsi verti potest: per mortem, tamen hac praepositione auctor ideo usus est, quod mortem peccato iam associaverat.) Hebr. 1, 1. (deus locutus in prophetis, ἐν h. l. reddi potest: per.) — 1 Petr. 1, 5. — Nullae vero crebrius phrases occurrunt, quam quibus Christianis aliquid dicitur exhiberi ἐν χριστῷ. Distingui possunt loci, in quibus α., deus dicitur quidquam hominibus ἐν χριστῷ praestitisse, Eph. 1, 4. (ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ, i. e. dum eum eligeret s. Messiam constitueret, simul cum eo elegit nosmet ipsos.) 3, 11. 2 Cor. 5, 19. (ἦν καταλλάσσων — ἐν χριστῷ, i. e. dum Christum filium suum hominibus dabat, eo ipso hos sibi reconciliatos esse ostendit; quam explicationem confirmant

verba adiecta: μὴ λογιζόμενος κ. τ. λ., cf. Rom. 8, 38.) Eph. 2, 6. (notes h. l. praepos. σύν cum verbis compositam illam.) Rom. 10, 3. Col. 3, 11. Gal. 3, 8. (cf. v. 9. σύν.) v. 14. Hebr. 11, 18. Act. 4, 12. (ἐν ᾧ ὀνόματι cett., i. e. cuius auctoritas agnoscenda iis sit, qui velint salvi fieri.) Phil. 4, 19. (constr. πληρώσει ἐν χριστῷ et verba: ἐν δόξῃ referas ad voc. πλοῦτον.) — β., loci, in quibus ipse Christus dicitur aliquid fecisse ἐν ἑαυτῷ, Eph. 2, 15. (ἐν τῇ σαρκὶ καταργ. τὴν ἔχθραν, i. e. καταργήσας τὴν ἑαυτοῦ σάρκα καὶ σὺν αὐτῇ τὴν ἔχθραν. — ibid. ἐν ἑαυτῷ, secum, i. e. cum ipse in vitam transiisset.) v. 16. (constr. διὰ τοῦ σταυροῦ τὴν ἔχθραν ἀποκτείνας ἐν αὐτῷ, i. e. ἐν τῷ σώματι, simul cum corpore. Al. ἐν αὐτῷ referunt ad τὸν σταυρόν.) cf. Col. 1, 22. 2, 15. 1 Petr. 3, 24. — γ., loci, in quibus hominibus aliquid accidere dicitur ἔν τινι, aut Christianis aliquid contingere ἐν χριστῷ, 1 Cor. 15, 22. (ἐν Ἀδάμ — Adamus morientes quasi repraesentat; in eo, s. cum eo moriuntur, quiqui cum eo coniuncti sunt — ζωοποιηθήσονται ἐν χριστῷ, i. e. ut Christus ipse vitae restitutus est, ita cum eo restituuntur omnes, qui ei adhaerent.) cf. Gal. 2, 17. (διασωθ. ἐν χριστῷ, qui cupimus cum Christo coniuncti servari.) Eph. 1, 7. et Col. 1, 14. (ἐν ᾧ ἔχομεν, i. q. ἔχοντες τὸν χριστὸν σὺν αὐτῷ ἔχομεν τὴν ἀπολ.) Eph. 3, 12. Rom. 5, 25. (ἡ ἐν χριστῷ Ἰησοῦ, quae per Jesum Christum praestatur.) v. 9. (δικ. ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, i. e. eo ipso, quod effusus sanguis eius est, poenis peccatorum immunes declarati.) v. 10. (ἐν ζωῇ, eo, quod vitae restitutus est et vita sua ipse in nostrum commodum uti potest.) Eph. 2, 10. (κτισθέντες ἐν χριστῷ, i. e. qui ad Christi societatem adducti novae vitae initia cepimus hac lege, ut cett.) v. 13. (cum ad Christum accesseritis, eo ipso ad deum appropinquastis — ἐν τῷ αἵματι, i. e. cum eius sanguine ipsi vos deo pro grato munere oblati.) Act. 13, 40. (ἐν τούτῳ, per hunc, si scil. eius castra sequimini.) Eph. 1, 13. (nervose dictum, sens.: ut doctrina de salute confirmata spiritu divino est, quippe quo Christus vitae est restitutus; ita eo ipso vos, qui e Christi resurrectione spem vitae aeternae capitis, spiritu, promissionis sponsore, simul cum illa doctrina obsignati et confirmati estis.) cf. 4, 30. (ἐν ᾧ, quo instructi ad epistolae instar obsignati estis.) 2 Cor. 7, 6. 1 Petr. 1, 5. Col. 1, 5. — Notandi sunt hi loci vel maxime, quia iis non satisfaceret, qui ἐν verteret (ut διά) per, nec qui in; cum utramque significationem coniungant. — In aliis vero locis

dd., formula ἐν χριστῷ, et quae ab ea non differt, ἐν κυρίῳ (utriusque frequentissimus usus est in scriptis Paulinis), latiore sensu dicta de necessitudine est, quae Christianis propter fidei vinculum cum Christo intercedit. Et α., quidem quicunque Christo nomen dederunt, spemque adipiscendae salutis in eo ponunt, dicuntur εἶναι ἐν χριστῷ, Rom. 8, 1. Eph. 2, 13. οἱ τοῦ χριστοῦ, Gal. 5, 24. αἱ ἐκκλησίαι αἱ ἐν χριστῷ, Gal. 3, 22. 1 Thess. 2,

14. (Oppon. εἶναι χωρὶς χριστοῦ, Eph. 2, 12. καταργεῖσθαι ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, Gal. 5, 4.) 2 Cor. 12, 2. (ἄνθρωπον ἐν χριστῷ, i. e. Christianum.) Ergo ἐν χριστῷ s. ἐν κυρίῳ si quid habere aut agere dicuntur Christiani, hoc ipsum indicatur, quod hoc agant habeantque tanquam Christiani, 1 Cor. 4, 10. 15. (licet vobis, ex quo cum Christo coniuncti estis, sexcenti contigerint paedagogi, tamen non habetis multos patres. Verba vero: ἐν χριστῷ iuncta verbis ἐγέννησα ὑμᾶς, enarranda sunt: eo, quod Christum vobis cognitum redderem; cf. 1 Cor. 7, 22.) Col. 2, 11. Eph. 1, 13. 2, 21. (ἐν ᾧ, quocum coniuncti.) 1 Cor. 15, 18. (ἐν χριστῷ, Christo adhaerentes.) Gal. 2, 4. Philem. v. 16. (ἐν κυρίῳ, ob fidei societatem.) v. 20. (religionis caussa.) Gal. 2, 29. 1 Cor. 16, 24. (quamdiu erimus coniuncti cum Christo.) 2 Cor. 4, 17. 7, 39. (ita ut christiano marito nubat.) ἀσπάζεσθαι ἐν κυρίω, Rom. 16, 22. 1 Cor. 16, 19. Phil. 4, 21. — β., ἐν χριστῷ s. ἐν κυρίῳ, i. q. in caussa Christi, domini, in propaganda religione Christiana (praesertim ubi doctorum Christianorum res spectantur), 2 Cor. 13, 4. Phil. 1, 13. Philem. v. 23. 1 Cor. 15, 58. — ἐν χριστῷ λαλεῖν, 2 Cor. 2, 17. 11, 10. 12, 19. — 1 Thess. 5, 12. — Additur nominibus et praedicatis, quibus ministri et Christi asseclae ornantur: — ὁ συνεργός (μου) ἐν κυρίῳ, Rom. 16, 3. 9. — ὁ δόκιμος ἐν χρ., Rom. 16, 10. — πιστὸς διάκονος, Eph. 6, 21. Col. 4, 7. — Col. 1, 28. (h. l. verba ἐν χριστῷ aeque pertinent ad παριστάναι atque ad τέλειον. Sens.: ut quemvis perfectum reddamus scientiae incrementis a Christo suppeditatis, cf. Col. 4, 12. 1 Cor. 3, 1. Rom. 14, 14.) — γ., i. q. per, propter Christum, in formulis obtestandi: παρακαλεῖν, Eph. 4, 1. 1 Thess. 4, 1. Phil. 4, 2. — μαρτύρεσθαι ἐν κυρίῳ, Eph. 4, 17. — et asseverandi, ἀλήθειαν λέγω, 1 Thess. 7, 1. — in admonitionibus, Eph. 6, 1. Col. 3, 18. — δ., additur nominibus beneficia, quae Christo debentur, significantibus aliisque, v. c. ἡ ζωή, Rom. 8, 2. — ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἡ ἐν, v. 39. 1 Tim. 1, 14. 2 Tim. 1, 13. — ἡ ἄνω κλῆσις, Phil. 3, 14. — explicatius: 1 Cor. 1, 4. 2 Tim. 1, 9. — τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, 1 Thess. 5, 18. — ἡ χάρις, 2 Tim. 2, 1. — ε., ἐν χριστῷ, i. q. in Christianismo, Gal. 5, 6. 6, 15. — ζ., Obiter tangimus phrases verba ἐν χριστῷ cum alio verbo construentes, quod sine illis intelligi nequit, v. c. περιπατεῖν, Col. 2, 6. ζῆν ἐν, 2 Tim. 3, 12. 1 Cor. 1, 2. 2 Cor. 3, 14. In his enim verba nihil difficultatis habent et eorum mentio iam facta est supra. — θ., de formula: ἐν ὀνόματι τοῦ χριστοῦ, τοῦ κυρίου, v. sub v. ὄνομα. — ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, v. εὐαγγέλιον.

ee., ἔν τινι ponitur, ut diximus, ubi sermo est de statu, in quo quis versatur, vid. εἶναι ἔν τινι supra sub v. εἰμί. Inter locos ibi excitatos referendi etiam ii sunt, in quibus particip. ὤν, ὄντες suppressum est, v. c. Rom. 3, 19. οἱ ἐν νόμῳ, i. e. οἱ νόμον ἔχοντες. — Marc. 1, 23. 5, 2. 2 Petr. 1, 4. (verte: cum effugerunt sortem rerum corruptibilium, quam mundus affert iis, qui

libidinibus indulgent, cf. 2, 22. v. φθορά. — Jac. 4, 3. — Tit. 3, 5. (τὰ ἐν δικαιοσύνῃ, i. q. τὰ δίκαια.) Act. 11, 5. Rom. 8, 37. 4, 11. 12. 1 Cor. 1, 20. 15, 43. 2 Cor. 2, 3. 6, 4. 6. 7. 8, 2. 4. 11, 17. 23. 27. 1 Thess. 1, 6. Col. 2, 13. 1 Tim. 1, 13. 2, 2. 7. 3, 14. 4, 2. Philem. v. 13. Apoc. 1, 16. Joh. 8, 21. 24. 9, 24. — Caeterum v. verba μένω, περιπατῶ, πορεύομαι, κτῶμαι (1 Thess. 4, 4. 5.), ζάω (Gal. 2, 20.), ἄγομαι (Luc. 4, 1.), γίνομαι (1 Thess. 2, 5.). Joh. 9, 34. (γεννᾶσθαι ἐν ἁμαρτίαις.) διανυκτερεύω (Luc. 6, 1.). Hinc ἐν c. nomine nonnunquam facit circumscriptionem adiectivi, v. c. 1 Cor. 2, 7. 7, 18. 15, 42. 2 Cor. 11, 17. Jud. v. 24. Luc. 1, 44. Act. 2, 46. al.

2., Ἐν, in, ut est i. q. intra spatium, in medio, in interioribus loci partibus, ita ubi ad complexum numero plurium refertur, respondet nostro: unter, Marc. 6, 4. Matth. 2, 6. 11, 11. Joh. 1, 12. 13, 35. Rom. 8, 29. Act. 7, 44. 20, 32. (Eph. 1, 18.) 26, 18. 1 Cor. 2, 6. 3, 8. Phil. 2, 15. Col. 1, 27. 1 Tim. 3, 16. ἐν ὑμῖν, Act. 25, 5. Joh. 8, 37. al. Act. 2, 29. (in vestra urbe.) ἐν ἡμῖν, Joh. 1, 14. 2 Cor. 5, 19. ἐν οἷς, Rom. 1, 6. ἐν ἀλλήλοις, Marc. 9, 50. ἐν αὐτοῖς, Joh. 9, 16. Act. 25, 6. al. ἐν πρώτοις, in primis, inter praecipua, 1 Cor. 15, 3. Nota phrases: Luc. 1, 25. 28. 16, 15.

3., ἐν, in, i. q. nostr.: an, v. c. *a.*, ubi construct. est cum verbis: κοινωνεῖν, μερίδα ἔχειν etc., Gal. 6, 6. Matth. 23, 30. Act. 8, 21. (μερίς, cf. 2 Sam. 20, 10.) Apoc. 1, 9. 20, 6. — ἐξουσία, 1 Cor. 9, 18. — *b.*, cum verbis aliquid in partibus totius cuiusdam fieri dicentibus, v. c. περιτομὴ ἐν σαρκί, Rom. 2, 28. 29. 1 Petr. 4, 1. ποιεῖν τι ἔν τινι, Matth. 17, 12. Luc. 23, 31. 22, 37. (Wahl. p. 518. explicat: δεῖ τελεῖν τοὺς ἀνθρώπους ὄντας ἐν ἐμοί!!) 1 Thess. 5, 12. (κοπιᾶν ἔν τινι.) 3, 21. Rom. 1, 27. 1, 9. — *c.*, cum verbis quaerendi, inveniendi, cognoscendi, monstrandi, laudandi etc., Luc. 23, 4. 14, 22. cf. ἐστί τι (scil. αἴτιον) ἔν τινι, Act. 25, 5. 28, 18. — ἔχειν τι ἔν τινι, Joh. 14, 30. 1 Cor. 4, 2. (ζητεῖν.) Phil. 1, 30. (ἰδεῖν.) Rom. 9, 17. 1 Tim. 1, 16. 1 Cor. 4, 6. (μανθάνειν.) Joh. 9, 3. (γινώσκειν.) Joh. 13, 35. Act. 4, 2. (καταγγέλλειν τι ἔν τινι, per id, quod in aliquo factum est, docere quid aliis futurum sit.) — 1 Joh. 2, 8. (ἐνδείκνυμι.) Rom. 9, 17. 1 Cor. 6, 20. (δοξάζειν.) Phil. 1, 20. (ἐνδοξάζεσθαι.) 2 Thess. 1, 10. al. — *d.*, cum verbis προςκόπτειν, πταίειν, σκανδαλίζεσθαι, Rom. 14, 21. Jac. 2, 16. Matth. 11, 6. 13, 57. 26, 31. 33. Marc. 6, 3. 27. Luc. 7, 22. — βλασφημεῖν, 2 Petr. 2, 12. — ἀπορεῖσθαι, Gal. 4, 24. Rom. 1, 17. — *e.*, in phrasi: μετρεῖν τι ἔν τινι, 2 Cor. 10, 12. (suo se modulo ac pede metiri.)

4., ἐν, in, i. e. in superficie, nostr. auf, v. c. ἐν τῷ ἀγρῷ, Matth. 24, 18. 40. Luc. 15, 25. 17, 31. 12, 28. — ἐν τῷ ὄρει, 2 Petr. 1, 18. — ἐν τῇ ὁδῷ, Matth. 5, 25. 15, 32. Luc.

10, 30. 24, 35. — pl., Rom. 3, 11. Jac. 1, 8. — ἐν τῇ ἀγορᾷ, Matth. 20, 3. — pl., 23, 7. — ἐν τόπῳ, Matth. 24, 15. Act. 7, 33. Marc. 13, 26. Apoc. 6, 21. 13, 12. 18, 19. 2 Petr. 3, 10. Matth. 18, 19. 1 Thess. 4, 17. vid. metaphoram Eph. 2, 21. 22. — Eadem praepositionis notio subest formulis: ἐλπίζω, Eph. 1, 12. πιστεύω, Marc. 1, 15. (ἐν, Fritzsch. commentar. in Marc. p. 25. ad fidem adducamini per evangelium. At nec πιστεύετε est: ad fidem adducamini, — nam ut in nonnullis locis aoristus verbi πιστεύειν in hunc sensum accipi posse videatur, semper tamen in his locis τὸ πιστεύειν absolute et sine casu nominis positum est, — nec ἐν, ubi aliquis agere sponte quidquam dicitur, significare potest: per, nisi praepositio illa praefixa est aut nomini instrumenti, aut eius rei, cuius vi et auxilio suffultus s. qua instructus is ipse agit, qui agere dicitur. Quod in nostro loco secus est. Nec verti potest: glaubt auf die Verkündigung. Nam in hunc sensum scribi debuisset εἰς, non ἐν. Immo verte: fidem adiungite regnum dei instare nuntianti.) — πίστις, 1 Tim. 3, 13. πεποίθησις, Phil. 3, 3. 4. — ὄμνυμι, iuro per (cf. Dan. 12, 7.), Matth. 5, 34. 35. 36. 23, 16. 18. 20. 21. 22. Apoc. 10, 6. — 2 Cor. 11, 17.

5., ἐν, ad, apud, iuxta, Luc. 13, 14. — εἶναι ἐν δεξιᾷ τινος, Rom. 8, 34. 1 Petr. 3, 22. Col. 3, 1. — καθίζειν, intransit., Hebr. 1, 3. 8, 1. 10, 12. 12, 2. — transit., Eph. 1, 20. (alias ἐκ.) — κρέμασθαι, Matth. 22, 40. Apoc. 9, 10. — φαίνεσθαι, Matth. 24, 30. Act. 2, 19. — ἐν ταῖς γωνίαις (στῆναι), Matth. 6, 5. (Loci Joh. 15, 2. 4. 5. huc non pertinent, v. n. 6.)

6., ἐν nonnunquam vices gerere videtur praepositionis εἰς, additum verbis dandi, mittendi, vocandi, ponendi (v. τίθημι, σπείρω, στρώννυμι), sed suam nativam vim retinet, cum illis verbis simul quiescendi commorandique in termino notio adiungatur. Exempla: Rom. 1, 23. 25. (ἤλλαξαν ἐν, mutarunt mutatumque habuerunt in, cett., cf. Ps. 106, 20.) — διδόναι ἐν, 2 Cor. 8, 16. (studium, quod a deo datum inest in.) v. supr. p. 239. — καλέσαι ἐν, 1 Thess 4, 7. 1 Cor. 7, 15. Act. 4, 12. — παραδιδόναι, Rom. 1, 24. (ubi tamen verba etiam sic accipere possis: deus eos ita, ut libidinibus suis indulgebant, tradidit, i. e. incurrere sivit εἰς ἀκαθαρσίαν.) — ἀποστέλλειν, Matth. 10, 16. (mitto vos ideoque eritis; verti tamen h. l. etiam potest: mitto vos ita, ut oves sunt inter lupos, h. e. inermes.) cf. Luc. 1, 17. — 2 Cor. 8, 7. (τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, amore, qui documentis a vobis editis sese in nobis conspicuum reddit.) cf. 1 Joh. 4, 9. Rom. 5, 5. Joh. 5, 4. Luc. 9, 46. Matth. 26, 23. 27, 6. 13, 19. 24. 27. Marc. 9, 36. (Eph. 2, 16. his locis accenseri nequit.) Etiam in Graecor. scriptis praeposition. ἐν sic constructam obvenire, notatum est in Passovii lexico sub voc. ἐν not. 6. — Explicamus hinc phrasin: ὁμολογεῖν ἔν τινι, Matth. 10, 32. et Luc. 12, 8. Nam ut

quod facilius diceretur: ὁμολογεῖν εἴς τινα, significaret: se cum aliquo facturum confiteri sive se alicuius asseclis accensendum esse, quaerentibus declarare, ita formula: — ἔν τινι exprimi potest, quod quis se alicuius sectatorem vel amicum esse non diffiteatur.

7., ἐν transfertur etiam ad tempus atque *a.*, denotat spatia partesque temporis, in quas id, quod fit aut factum aut futurum est, incidit (nostrates in istius modi formulis utuntur voculis: an, zu); — ἐν τῇ ἡμ. c. gen., 1 Cor. 5, 5. ἐν μιᾷ ἡμ., 10, 8. (solus dat., 1 Cor. 15, 4. cf. 3 Cor. 6, 2.) vid. vocc. αἰών, ἀρχή, ἄτομος, ἔτος, ἡμέρα, καιρός, μήν, νύξ, — ῥιπή, στιγμή, χρόνος, ὥρα, — item vocc. ἑορτή, πάσχα, σάββατον. — ἐν ὀλίγῳ, brevi, Act. 26, 28. — ἐν ὀλίγῳ κ. ἐν πολλῷ, serius, ocius, Act. 26, 29. (male Wahl. p. 537. huc trahit ἐν παντί, 2 Cor. 11, 6. Phil. 4, 6. 1 Thess. 5, 17.) — ἐν τῷ δευτέρῳ, altera vice, secundo, Act. 7, 13. — ἐν τῷ καθεξῆς, Luc. 8, 1. — ἐν τῷ μεταξύ, interea, Joh. 4, 31. — ante pluralitatem, quae seriem continuam efficit, idem est, quod nostr. in, Act. 1, 15. ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, his diebus, cf. Act. 14, 16. — sed ubi numerus seriem constituentium, v. c. dierum, mensium, annorum etc. definitur, τὸ ἐν limitibus circumscribitur sic, ut idem sit, quod lat. intra, v. c. Matth. 27, 40. (ἐν τρισὶν ἡμέραις, intra triduum, Aelian. V. H. 1, 6. Aeschin. contra Ctesiph. p. 286. lin. 35.) Luc. 13, 14. — Ut ἐν τούτῳ est: tunc, interea, ita ἐν ᾧ (quod ad illud refertur, Herod. Erat. c. 89. Xen. Cyr. 2, 1, 20.) s. ἐν οἷς, signif.: dum, intra quod tempus, Act. 24, 18. 26, 12. vel ubi novam periodum incipit, intra hoc tempus, interea, Luc. 12, 1. — *b.*, Positum ante nomina subst., per quae eventus in certum quoddam tempus incidens intelligitur, nonnunquam idem est quod: tempore huius illiusve eventus (si scil. aliquid factum aut futurum esse commemoratur ἔν τινι), nostrates idem exprimunt voce: bei, Matth. 19, 28. (ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ.) 1 Cor. 15, 23. 1 Thess. 2, 19. 3, 13. (ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ.) Phil. 2, 12. 1 Cor. 15, 52. (ἐν τῇ — σάλπιγγι.) 1 Thess. 4, 16. Matth. 22, 28. (Marc. 12, 23. Luc. 20, 33. ἐν τῇ ἀναστάσει.) Luc. 14, 14. — 2 Thess. 1, 7. 1 Petr. 1, 7. 13. 4, 13. — 2 Tim. 4, 16. Marc. 10, 37. Matth. 13, 40. 49. Act. 7, 45. 8, 33. (v. ταπείνωσις.) 1 Cor. 16, 7. Phil. 2, 12. Hebr. 3, 8. 15. (loci: Apoc. 20, 6. Eph. 6, 19. Col. 2, 12. Act. 14, 16. Matth. 12, 41. Luc. 10, 14. 11, 51. 52. Jac. 1, 27. Apoc. 15, 1. cum his, quos modo excitavimus, confundendi non sunt, Wahl. clav. p. 536.) Sed not. Act. 7, 29. — *c.*, Ponitur ante infinitivos verborum articulo notatos, et ante infinit. quidem praesentis signif. dum (während, bei), Marc. 6, 48. Matth. 13, 4. (ἐν τῷ σπείρειν.) v. 25. ((ἐν τ. καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους.) 27, 12. Luc. 1, 21. 24, 51. — 1 Cor. 11, 21. Gal. 4, 18. al. (Act. 3, 26. verti potest: eo, quod averteret.) — excipias vero locos, ubi τὸ ἐν simul ad vocem aliquam praecedentem pertinet, ut Rom. 15, 13. — ante infin. aor. signif.: cum,

als, Luc. 9, 36. 19, 15. al. — *d.*, Constructum cum nominibus eventorum vel actionum aliquod temporis spatium explentium, si de re interim facta aut futura sermo est, signif.: während, unter, Luc. 22, 28. (ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου.) Act. 20, 19. Eph. 3, 13. Joh. 21, 20. Luc. 16, 25.

Ἐναγκαλίζομαι, f. ίσομαι, (med. ex ἐν et ἀγκάλη, ulna) — τινά, in ulnas recipio, Marc. 9, 36. 10, 16. (cf. Luc. 2, 28.) — Diod. Sic. 3, 57. Alciphron. 2, 9. 4. Cf. graec. περιπλευρίζω.

Ἐνάλιος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, et ἐνάλιος, ία, ιον, (ex ἐν et ἅλς, mare) marinus, qui in mari est; pl., τὰ ἐνάλια, animalia marina, Jac. 3, 7. (Vulg.: caeterorum, e vitio typographico pro: cetorum.) Hom. Od. 5, 67. cf. graec. ἔγγειος, ἐνθαλάσσιος.

Ἔναντι, adv., (ex ἐν et ἀντί, propr. in ea parte loci, quae ex adverso est) coram, τινός (i. q. ἐνώπιόν τινος), coram aliquo, Luc. 1, 8. (ex hebr., cf. Ex. 6, 12. 34, 34.)

Ἐναντίος, α, ον, (ab ἔναντι, ut ἀντίος ab ἀντί) 1., contrarius, Matth. 14, 24. Act. 27, 4. (Xen. Mem. 3, 12, 7.) — ἐξ ἐναντίας (scil. χώρας, cf. κατ' ἰδίαν, scil. χώραν), e regione, Marc. 15, 39. (Thuc. 4, 35. 1 Sam. 13, 5.) — 2., metaph., adversarius, 1 Thess. 2, 15. (ad h. l. cf. Tacit. Hist. 5, 5.) — ὁ ἐξ ἐναντίας, adversarius, Tit. 2, 8. — ἐναντίον ποιεῖν τί τινι, Act. 28, 17. (nihil contra — commisi, cf. Ez. 18, 18.) — ἐναντία πράττειν πρός τινα, Act. 26, 9. (quae alicui adversa sunt moliri.) — Neutr. ἐναντίον, adv. constr. cum genit., coram, praesente aliquo, Marc. 2, 12. Luc. 20, 26. Xen. Mem. 2, 5, 1. — in nonnullis formulis dic. ex hebraismo, v. c. Act. 8, 32. (Jes. 53, 7.) 7, 10. (χάριν ἐναντίον, cf. Gen. 6, 8. 19, 19.) — et cum adiectivo: aliquid esse ἐναντίον (ἐνώπιον) τινός, i. e. iudice aliquo, Luc. 24, 19. (cf. 1, 15.) Gen. 10, 9. 19, 13.

Ἐνάρχομαι, f. ξόμαι, (ex ἐν et ἄρχομαι, incipio) inchoo, incipio, absol., Gal. 3, 3. (oppon. ἐπιτελεῖσθαι.) — τί, Phil. 1. 6. (Polyb. 5, 1. 3. Plut. Cic. p. 878. E.)

Ἔνατος, v. ἔννατος.

Ἐνδεής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (oppon. ἀδεής, a δέος, cf. ἔμφρων et ἄφρων, Xen. Mem. 1, 4, 4. ἐνεργός et ἀργός, ἔννομος et ἄνομος) indigus, egenus, Act. 4, 34.

Ἔνδειγμα, τος, τό, (ab ἐνδείκω = ἐνδείκνυμι) indicium, argumentum, 2 Thess. 1, 5. (accus. per appositionem, pro: ὅ ἐστι ἔνδειγμα, v. Matth. gramm. §. 432. 5.)

Ἐνδείκνυμαι, (med. act. ἐνδείκνυμι, f. ἐνδείξω, med. propr., sich womit, etwas an sich sehen lassen) ostendo, demonstro; — τί, Rom. 9, 22. (coniunct. cum γνωρίσαι.) Tit. 2, 10. 3, 2. Hebr. 6, 11. — cum acc. praedic., Rom. 2, 15. — τὶ ἔν τινι, in aliqua re, Eph. 2, 7. — ἔν τινι, dat. pers., Rom. 9, 17. (Exod. 9, 16.) 1 Tim. 1, 16. — εἴς τινα, Hebr. 6, 10. 2 Cor. 8, 24. (εἰς h. l. adversus, coram.) — 2., τινί τι, exhibeo, edo, 2 Tim. 4, 14. (κακά.) cf. Gen. 50, 15. et 17.

Ἔνδειξις, εως, ἡ, (ab ἐνδείκνυμι) 1., declaratio, Rom. 3, 25. (τῆς δικαιοσύνης.) 2 Cor. 8, 24. (τῆς ἀγάπης.) — 2., demonstratio, i. q. indicium, argumentum, Phil. 1, 28. (ἀπωλείας.)

Ἕνδεκα, οἱ, αἱ, τά, undecim; — οἱ ἕνδεκα, undecim Jesu apostoli post Judae Cariothensis mortem superstites, Matth. 28, 16. Marc. 16, 14. Luc. 24, 9. Act. 1, 26. 2, 14.

Ἑνδέκατος, άτη, ον, (ab ἕνδεκα) undecimus, Matth. 20, 6. 9. Apoc. 20, 21.

Ἐνδέχομαι, f. -δέξομαι, (ex ἐν et δέχομαι) recipio, approbo, admitto (v. c. τὸν λόγον, Herodot. 1, 60.). — Imperson. ἐνδέχεται, admitti, fieri potest, seq. acc. c. inf., Luc. 13, 33. (cf. 17, 1.) Xen. Mem. 1, 2, 23. Polyb. 3, 4, 1. Herodian. 4, 8, 8.

Ἐνδημέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἔνδημος, qui in populo s. intra sui populi fines est, qui peregre non it. Oppon. ἔκδημος, v. δῆμος) *a.*, propr., in populo meo sum, in patria versor, domi maneo, non peregrinor (oppon. ἐκδημέω, ἀποδημέω). — *b.*, quasi: mecum sum, ἐνδημεῖν ἐν τῷ σώματι, 2 Cor. 5, 6. 9. — et v. 8. ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον.

Ἐνδιδύσκω, i. q. ἐνδύω, (ex ἐν et δύω) induo, et med. ἐνδιδύσκομαι, me induo, ἱμάτιον, Luc. 8, 27. 16, 19. (πορφύραν, βύσσον, οἱ ό, 2 Sam. 1, 24. et ἐκδιδύσκω, Nehem. 4, 23.)

Ἔνδικος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἐν et δίκη, ius, iustitia, cf. ἔννομος, ἔμμετρος) iuri s. aequo conveniens, iustus, Rom. 3, 8. (τὸ κρίμα.) Hebr. 2, 3. (μισθαποδοσία.) Anthol. Gr. T. 1. p. 216. T. 2. p. 185. ed. Jacobs.

Ἐνδόμησις, εως, ἡ, (ex ἐν et δομέω, quod deriv. a δέμω, struo, exstruo) structura, Apoc. 21, 18. — ap. Joseph. Antiq. 15, 9, 6. moles; speciat., moles iacta ad navale portuosum reddendum, ein steinerner Molo im Hafen gegen das Meer gebaut.

Ἐνδοξάζω, f. άσω, (ab ἔνδοξος) glorifico, gloria condecoro. — Passiv. ἔν τινι, ex beneficiis alicui tribuendis laudem sibi et gloriam parare, sich verherrlichen an —, 2 Thess. 1, 10. 12. vid. Ez. 28, 22. Jes. 43, 3. 44, 23.

Ἔνδοξος, ον, ὁ, ἡ, (i. e. ὁ ἐν δόξῃ ὤν) 1., splendidus, Luc. 7, 25. (ἱματισμός.) — metaph., sceleris purus, Eph. 5, 27. (ἡ ἐκκλησία, additur: μὴ ἔχουσα σπῖλον.) — 2., magnificus, gloriosus; — τὰ ἔνδοξα, facta admiranda, Luc. 13, 17. Exod. 34, 10. — 3, clarus, nobilis, 1 Cor. 4, 11. (oppon. ἄτιμος.) Aelian. V. H. 2, 11.

Ἔνδυμα, τος, τό, (ab ἐνδύω, induo) indumentum, vestimentum, Matth. 6, 25. 28. (Luc. 12, 23.) — speciat., pallium, vestis superior (i. q. τὸ ἱμάτιον), Matth. 3, 4. 7, 15. — 22, 11. 12. (ἔνδυμα γάμου, vestis nuptialis.) 28, 3. — οἱ ό, Zeph. 1, 8.

Ἐνδυναμόω (ῶ), f. ώσω, (ab ἐνδύναμος, validus, quod deriv. a δύναμις, v. ἔνδοξος) validum reddo, viribus instruo; —

τινά, Phil. 4, 13. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 4, 17. — Passiv., vires recipio, fortis sum, Eph. 6, 10. 2 Tim. 2, 1. — roboror, confirmor, Act. 9, 22. — τινί, Rom. 4, 20. (τῇ πίστει.) — ἐνδυναμοῦσθαι ἀπὸ τῆς ἀσθενείας, a morbo (morbis) convalescere, Hebr. 11, 34.

Ἐνδύνω et ἐνδύω, f. -δύσω, (ex ἐν et δύω) 1., transit., propr., ingredi facio, cf. lat. phrasin: se induere in aliquid; — induo, τινά τι, a., sensu proprio, Matth. 27, 31. (Marc. 15, 17. 20. oppon. ἐκδύω.) Luc. 15, 22. (sic et Graeci.) — Med., induo me, induor, Matth. 6, 25. (Luc. 12, 22.) Marc. 1, 9. (lege: ἐνδύσασθαι.) Act. 12, 21. — ἐνδεδυμένος c. acc., Marc. 1, 6. Matth. 22, 11. Apoc. 1, 13. 15, 6. 19, 14. Xen. Cyr. 6, 4, 2. — ἐνδυσάμενος, oppon. γυμνῷ et intelligitur corpore indutus, 2 Cor. 5, 3. — b., in orat. metaph. aa., de armatura metaphor. dicta, Rom. 13, 12. (τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Oppon. ἀποθέσθαι.) Eph. 6, 11. (τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ.) v. 14. (τὴν θώρακα τῆς δικαιοσύνης.) 1 Thess. 5, 8. (θώρακα πίστεως.) — bb., instruor aliqua re, quasi induerer veste, ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, ἀθανασίαν (cf. Horat. Od. 3, 29, 55. mea virtute me involvo), 1 Cor. 15, 53. 54. — τὸν καινὸν ἄνθρωπον, Eph. 4, 24. Col. 3, 10. (Quod sic usurpaverat verbum ἐνδύομαι, auctor retinet v. 12. hominis novi describens indolem. Hinc phrasis: ἐνδ. σπλάγχνα οἰκτιρμῶν.) — Ἰησοῦν χριστόν, scil. eorum instar, qui cum mane surrexerunt, iterum vestes induunt, Rom. 13, 14. vel ut baptismo tincti, qui vestibus induuntur aqua relicta. — Aut denique cc., id, quo quis instruitur, confertur cum armis, Luc. 24, 49. (ἐνδύεσθαι δύναμιν. Cf. Jes. 51, 9. Hom. Il. 9, 231. εἰ μὴ σύγε δύσεαι ἀλκήν.) — 2., intransit., ingredior, 2 Tim. 3, 6. (ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας.) Descendit hinc voc. seq.

Ἔνδυσις, εως, ἡ, propr., id, quod Latini seriores dicunt indutus, nos: Anzug, 1 Petr. 3, 3. (ἱματίων, vestitus.)

Ἐνδύω, v. ἐνδύνω.

Ἐνέγκω, v. infra sub φέρω.

Ἐνέδρα, ας, ἡ, (ex ἐν et ἕδρα, sedes, propr., locus insidiarum, latibulum, cf. Jos. 8, 2. 7. 12. 14. 19.) insidiae, quae alicui struuntur, Act. 13, 16. (cum rescisset has insidias. Al. leg. τὸ ἔνεδρον.) 25, 3. (ἐνέδραν ποιεῖν seq. infinit. consilium et finem indicante. Graeci: ἐνέδραν ποιεῖσθαι, Thuc. 3, 90.)

Ἐνεδρεύω, f. εύσω, (ab ἐνέδρα. Cf. ἀγρεύω, παγιδεύω, al.) insidior, insidias struo; — τινά, alicui, Luc. 11, 54. Act. 23, 21. — Passiv., Xen. Mem. 2, 1, 4.

Ἔνεδρον, ου, τό, i. q. ἐνέδρα, insidiae, Act. 23, 16. (e nonnullor. codd. lectione.)

Ἐνειλέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐν et εἰλέω, volvo) involvo; — τινά τινι, aliquem aliqua re, Marc. 15, 46. — οἱ ὁ, 1 Sam. 21, 9. (ἐν ἱματίῳ.) Artemidor. 1, 13. (14.) βρέφη — ἐνειλούμενα τὰς χεῖρας τυγχάνει.

Ἔνειμι, (ex ἐν et εἰμί) insum; — τά ἐνόντα, quae insunt, scil. in patina, Luc. 11, 41. (cf. Matth. 23, 26. τὰ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου κ. παροψίδος.)

Ἕνεκα (εἵνεκα) vel ἕνεκεν (εἵνεκεν), praepos. regens genitivum, propter, ob, Matth. 5, 10. 11. 10, 18. 39. 16, 25. 19, 29. Rom. 8, 36. Act. 28, 20. 2 Cor. 7, 12. (εἵνεκεν.) — ἕνεκεν τούτου, propterea, Matth. 19, 5. — τούτων, Act. 26, 21. — οὗ ἕνεκεν, quapropter, Luc. 4, 18. — τίνος ἕνεκεν, cuius caussa, Act. 19, 32. — ante τοῦ c. infin., 2 Cor. 7, 12. (ἕνεκεν τοῦ φανερωθῆναι, ut manifestum fieret, cf. Palaeph. prooem. 5.) — In loco 2 Cor. 3, 10. nonnulli enarrari voluerunt: respectu ad, quod attinet ad; contra sensum auctoris.

Ἐνέργεια, ας, ἡ, (ab ἐνεργής, q. v.) vis et efficacia, Col. 2, 12. Eph. 1, 19. 20. (κατὰ τὴν ἐν., ἣν ἐνήργησε, cf. Col. 1, 29. 2, 12.) — 2 Thess. 2, 12. (πέμψει αὐτοῖς ἐνέργειαν πλάνης, i. e. miracula impostorum, ut e verbis adiectis et e v. 9. patet, cf. Matth. 24, 11.* Alii verba sic scripta esse putant pro πλάνην ἐνεργῆ [Wahl. clav. sub h. v.], sed falluntur.) — κατὰ τ. ἐνέργ., Phil. 3, 21. (κατὰ τ. ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτόν cett., secundum efficaciam potentiae, qua omnia sibi subiicere potest.) Eph. 1, 19. 3, 7. 4, 16. 2 Thess. 2, 9.

Ἐνεργέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἐνεργής, q. v.) **1.**, activ. signif. media et intrans., operor, ago, vim exsero; *a.*, — ἔν τινι, Matth. 14, 2. (Marc. 6, 14.) Eph. 2, 2. — *b.*, τινί, dat. commodi, operam praestare alicui, adiuvare aliquem, εἴς τι, ad aliquid (peragendum), Gal. 2, 8. (εἰς τὰ ἔθνη, i. q. εἰς ἀποστολὴν τῶν ἐθνῶν. Sens.: ut commoda afferrem paganis. Verbum ἐνήργησε continet notionem missionis.) Ita quoque subst. ἐνέργεια de opera et auxilio, Eph. 4, 16. 2 Thess. 2, 9. — **2.**, activ. transit., efficio, exsequor, τί, 1 Cor. 12, 11. Eph. 1, 11. (ἐνεργεῖν ἐνέργειαν.) — τὶ ἔν τινι, dat. pers., 1 Cor. 12, 6. Gal. 3, 5. Phil. 2, 13. — **3.**, med. ἐνεργοῦμαι, me efficacem praesto; *a.*, ἔν τινι, dat. rei, ubi? Rom. 7, 5. i. q. per, 2 Cor. 1, 6. — ἔν τινι, dat. pers., 2 Cor. 4, 12. Eph. 3, 20. Col. 1, 29. 1 Thess. 2, 13. — *b.*, διά τινος, Gal. 5, 6. — *c.*, partic. ἐνεργούμενος, i. q. ἐνεργής, strenuus, impiger, Jac. 5, 16. (δέησις ἐνεργουμένη.) — Hinc voc. seq.

Ἐνέργημα, τος, τό, pr., id, quod effectum est, effectus. Sed in N. T. potius vis aliquid efficiendi, speciat., vis miraculosa. Plur., 1 Cor. 12, 6. — addito genit. δυνάμεων (obi.), v. 10.

Ἐνεργής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (i. q. ἐνεργός, Xen. Mem. 1, 4, 4. ex ἐν et ἔργον, propr., qui in actu est, qui vim agendi habet et exserit, v. supr. ἐνδεής) efficax, Hebr. 4, 12. (h. l. ei respondet: ζῶν.) 1 Cor. 16, 9. (θύρα ἐνεργής, ianua ad agendum apta.) — ἐνεργ. γίνομαι ἔν τινι, in aliqua re, Philem. v. 6.

Ἐνιστώς, v. ἐνίστημι.

Ἐνευλογέω (ῶ), f. ήσω, (ex εὐλογέω, q. v., et ἐν, scil. τινί) 1., propr., benedico, fausta apprecor. — 2., beneficiis afficio, beo. Pass. ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου, Act. 3, 25. (text. rec. τῷ σπέρμ., sed haud dubie leg. ἐν τῷ σπ. propter verb. compos. ἐνευλ., cf. Gen. 26, 4.). Gal. 3, 8. (h. l. al. verbum simplex εὐλογ. Cf. Gen. 12, 3. unde verba: ἐνευλογ. ἐν σοί, et Gen. 18, 18. unde verba: πάντα τὰ ἔθνη.)

Ἐνέχω, f. ἐνέξω s. ἐνσχήσω, (ex ἐν et ἔχω) 1., τινά τινι (s. ἔν τινι), teneo aliquem vel aliquid in aliquo. Pass., teneor (Herodot. lib. 2, 121, 2. πάγῃ ἐνέχεσθαι), teneri me patior in aliqua re, Gal. 5, 1. (μὴ ζυγῷ ἐνέχεσθε. Dio Cass. 1. p. 713. ἐνέχεσθαι ἐν νόμοις.) — 2. ἐνέχω τινί (quo οἱ ὁ hebr. שָׂטַם exprimunt, Gen. 49, 23.), infensus sum alicui, Marc. 6, 19. Luc. 11, 53. locutio elliptica; suppl. χόλον τινί, additum illud ap. Herodot. 1, 118. 8, 27. et 6, 119. (ἐνεῖχέ σφι δεινὸν χόλον, cf. Luc. l. c. δεινῶς ἐνέχειν.) Constat et ex aliis phrasibus usum quotidianum verba primaria tenuisse, secundarias voces emisisse, v. c. ἐλαύνειν (τὴν ναῦν), μηκύνειν, latiore oratione uti (τὸν λόγον), τελευτᾷν (τὸν βίον), et exemplum simillimum suppeditat hebr. נָטַר, conservavit, quippe ad quod supplendum אַף, iram. Recte igitur Hesych. ἐνεῖχον· ἐχόλουν, ὠργίζοντο.

Ἐνθάδε, adv., (ex ἔνθα et δέ encl., ut in τηνικάδε, ἐνθένδε, ὧδε) hic, Luc. 24, 41. Act. 10, 18. 16, 28. 17, 6. 25, 24. (Xen. Mem. 1, 4, 9. et 17.) — huc, Joh. 4, 15. 16. (ἔρχομαι.) Act. 25, 17. (συνελθεῖν.)

Ἔνθεν, adv., (ex ἐν et syllaba paragog. θεν, terminum unde, indicante, cf. πόθεν, ὅθεν, ἐντεῦθεν, οὐρανόθεν, Matth. gramm. §. 260.) hinc, Luc. 16, 26. (Xen. Cyr. 1, 2, 2.)

Ἐνθυμέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (verb. depon. pass., ex ἐν et θυμός, animus, cf. ἐνωτίζομαι) propr., in mentem sumo, animo volvo; — τί, Matth. 1, 20. 9, 4. (Thuc. 5, 32.) — cogito, περί τινος, de aliquo, Act. 10, 19. Hinc voc. seq.

Ἐνθύμησις, εως, ἡ, cogitatio, Matth. 9, 4. 12, 25. (Luc. 11, 17. διανοήματα.) Hebr. 4, 12. (coniunct. cum ἔννοιαι καρδίας.) — Act. 17, 29 χάραγμα τέχνης κ. ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, sculptura arte et ingenio hominis confecta.

Ἔνι, (quod differt a praepos. ἐνί = ἐν) forma contracta verbi ἔνεστι (v. Aristoph. Nub. v. 482. λέγειν μὲν οὐκ ἔνεστ', ἀποστερεῖν δ' ἔνι), Gal. 3, 28. cf. Col. 3, 11. Jac. 1, 17. (Palaeph. f. 14. Plat. Theaet. p. 136. Phileb. p. 90. Aristot. Rhet. 3. c. 12. Epictet. Enchir. c. 32. Aristoph. Plut. v. 348.)

Ἐνιαυτός, οῦ, ὁ, (ab ἔνος, annus, cf. vocc. latt. biennis, triennis) annus, Luc. 4, 19. Jac. 4, 13. (ποιεῖν ἐνιαυτόν, annum transigere.) Apoc. 9, 15. (οἱ ἡτοιμασμένοι εἰς τὸν ἐνιαυτόν, parati in annum fixum ac determinatum.) — pl., Gal. 4, 10. — Joh. 11, 49. 51. et 18, 13. (ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου.) Hebr. 9, 7. (ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, cf. Luc. 17, 4. ἑπτάκις

τῆς ἡμέρας.) — accus. ubi quaeritur: quamdiu? Act. 11, 26. 18, 11. (Noli tamen huc referre loc. Jac. 4, 13.) Jac. 5, 17. — κατ' ἐνιαυτόν, quotannis, Hebr. 9, 25. 10, 1. 3. (Xen. Oec. 4, 6. Anab. 3, 2, 12.)

Ἐνίστημι, f. ἐνστήσω, (ex ἐν et ἵστημι) **1.**, praes., imperf., fut. 1., aor. 1. act.: colloco in, impono; — **2.**, perf, plusquampf., aor. 2. act. et medium: insto, immineo, 2 Thess. 2, 2. — partic. ἐνεστώς et ἐνεστηκώς, praesens, Rom. 8, 38. et 1 Cor. 3, 22. (τὰ ἐνεστῶτα, oppon. τὰ μέλλοντα.) Gal. 1, 4. (ὁ ἐνεστὼς αἰὼν πονηρός opponendus τῷ μέλλοντι αἰῶνι.) 3 Macc. 1, 16. Sext. Empir. Phys. 2, 193. Hebr. 9, 9. (sens.: haec est adumbratio temporis praesentis, quo in sanctuario Judaeorum terrestri veluti in priori tentorio, v. 6., sacrificia fiunt ad animos tranquillandos minime apta, Christus vero per tentorium perfectius semel in sanctuarium ingressus est ad peccata in aeternum expianda, v. 11. 12. A quo auctoris sensu deflexit Schulzius in: d. Brief an die Hebr. p. 210. not. 7. τὰ ἐνεστῶτα non praeteritis, sed futuris opponens.) — proxime instans, 1 Cor. 7, 26. (ἡ ἐνεστῶσα ἀνάγκη.) — med. ἐνστήσονται, 2 Tim. 3, 1.

Ἐνισχύω, f. ύσω, (ex ἐν et ἰσχύω, quod non tam videtur esse ἰσχύω ἔν τινι, quam ἐν ἰσχύει εἰμί, cf. ἐνδυναμόω) **1.**, intransit., vires recipio, Act. 9, 19. — **2.**, transit., corroboro, confirmo aliquem, animum addo alicui, Luc. 22, 43.

Ἔννατος s. ἔνατος, άτη, ατον, nonus, Matth. 20, 5. 27, 45. Act. 3, 1. (τὴν ἐννάτην, adiect. per appositionem, et verba sic capienda sunt, ac si auctor scripsisset: τοῦτ' ἔστι, τὴν ἐννάτην. Respondet Judaeorum hora diei nona nostratium tertiae pomeridianae. Scil. Judaeorum sexta exaequat diei, ex nostro calculo dispertiti, duodecimam, et prima diei hora apud illos eadem est, quae apud nos sexta.) Joh. 1, 40.

Ἐννέα, οἱ, αἱ, τά, novem, Luc. 17, 7.

Ἐννενήκοντα ἐννέα, nonaginta novem, Matth. 18, 12. 13. Luc. 15, 4. 7.

Ἐννεός s. ἐνεός, οῦ, ὁ, (videtur composit. ex ἐν et νεός, quod cohaeret cum verbo νεύω, nuo, quasi is, qui solo nutu uti potest, ut itaque videatur rectius scribi ἔννεος, quam ἔνεος) mutus, Act. 9, 7. (εἱστήκεισαν ἐννεοί.) cf. ἀπενεύομαι, Dan. 4, 16.

Ἐννεύω, f. εύσω, (ex ἐν et νεύω, nuo) innuo, nutu significo; — τινί, Luc. 1, 62. — οἱ ὁ, Prov. 10, 10.

Ἔννοια, ας, ἡ, (ab ἔννοος) notio, imago rei, Diog. Laërt. 3, 75. — cogitatio, 1 Petr. 4, 1. — plur., Hebr. 4, 12.

Ἔννομος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἐν et νόμος, oppon. ἄνομος. — v. supr. ἐνεργής et ἐνδεής) **1.**, qui legi obstrictus est, qui legi paret, 1 Cor. 9, 21. (τινί, h. l. dat. commodi.) — **2.**, legitimus (cf. ἔμμετρος), Act. 19, 39. (ἐκκλησία, concio legitimo modo ac tempore coacta, i. q. νομίμη s. κυρία ἐκκλησία.)

Ἔννυχος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἐν et νύξ) nocturnus (Hom. Il.

11, 716. ἄγγελος. Eurip. Hecub. v. 72. ὄψις.). — Neutr. adverb., noctu, Marc. 1, 35. (πρωῒ, ἔννυχον λίαν, mane, multa adhuc nocte, i. e. bene mane, cf. τὸ μεσάμβρινον, Theocrit. Idyll. 1, 15. 10, 48. et μεσονύκτιον, Idyll. 23, 69. 24, 11.)

Ἐνοικέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐν et οἰκέω) inhabito, in N. T. ἔν τινι, in aliquo, dat. pers., sensu metaphorico de spiritu S. in Christianis ut in templo habitante, de deo praesentiae suae documenta exhibente, de fide, de doctrina divina animis inhaerente, Rom 8, 11. 2 Tim. 1, 14. 2 Cor. 6, 16. (Levit. 26, 11. 12.) Col. 3, 16. 2 Tim. 1, 5.

Ἐνόντα, τά, v. ἔνειμι.

Ἑνότης, τητος, ἡ, (ab εἷς, ἑνός, unus) unitas, cum gen., Eph. 4, 13. (τῆς πίστεως, usque dum eo perveniamus, ut amplectamur unam eandemque fidem.) v. 3. (τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος, operam dantes, ut omnes in omnibus vinculo pacis unum eundemque spiritum teneamus, quasi unum idemque corpus efficeremus, coll. v. 4.) Auctor usus est abstracta τῆς ἑνότητος notione, quia verba in illis locis ita mente coniungi voluit: εἰς πίστιν, ἥ ἐστι μία, — τηρεῖν τὸ πνεῦμα ὡς ἕν.

Ἐνοχλέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐν et ὀχλέω ab ὄχλος, turba) turbas excito, Hebr. 12, 15. (Sed recte censuit Millius, pro ἐνοχλῇ legendum esse ἐν χολῇ. Hanc ut esse veram lectionem cuique patet locum Deut. 29, 18. conferenti, ita verbum ἐνοχλεῖν post textus corruptionem nunc residuum non modo, ut aliquid dicat, vim recipere cogitur insolentem, — nam ἐνοχλεῖν Graeci potius dicunt vel τινί vel τινά, ut significet: molestum esse alicui, v. Passov. lex. sub h. v. et Matth. gramm. §. 393. not. 2. nunquam vero ut significet, turbas excitare, quam significationem ei nec οἱ ό tribuunt, Gen. 48, 1. 1 Sam. 19, 14. 30, 13. Dan. 6, 3. — sed etiam id, quod sic dicit, contextui ipsi molestum est nec apte coniungitur cum sequentibus verbis: καὶ διὰ ταύτης — μιανθῶσι πολλοί.)

Ἔνοχος, ου, ὁ, ἡ, (ab ἐνέχω, intrans., teneor in, cf. ἔξοχος, eminens, it. ὑπέροχος) 1., τινός, gen. rei, *a.*, adstrictus alicui rei, v. c. δουλείας, Hebr. 2, 15. (qui in servitute detinebantur.) — *b.*, c. genit. eius rei, ex cuius violatione culpa contracta est, reus alicuius rei, 1 Cor. 11, 27. (τοῦ σώματος κ. τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου, i. e. reus criminis in corpus et sanguinem domini commissi.) Jac. 2, 10. (omnium ac singulorum praeceptorum reus factus est, i. e. is omnes leges violasse censendus est.) — *c.*, c. genit. poenae, — θανάτου, supplicio dignus, Marc. 14, 64. (Matth. 26, 66.) Gen. 26, 11. — αἰωνίου κρίσεως, poena aeterna dignus, Marc. 3, 29. (al. codd. pro κρίσεως exhibent: ἁμαρτήματος, al. ἁμαρτίας. Neutrum probatur, cum addi his vocibus epitheton αἰωνίου non possit. Quod vero alii praebent: κολάσεως, id substitutum voci κρίσεως est ex interpretamento.) —. Sic et Demosth. p. 1229, 11. — 2., τινί, dat. fori et iudicii: obnoxius huic vel illi iudicio, i. e. poenae ab hoc vel illo iudicio ipsi irro-

gandae; — τῇ κρίσει, Matth. 5, 21. 22. — ibid. τῷ συνεδρίῳ. — Ita οἱ ὁ construxerunt: αἵματι ἔνοχος, Deut. 19, 10. — ἔνοχος γραφῇ, accusandus, Xen. Mem. 1, 2, 64. — Graeci etiam copulant cum dativo criminis, v. Matth. gramm. §. 374. not. 4. — 3., ἔνοχος εἰς (τὸν τόπον τῆς κολάσεως), — εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός, Matth. 5, 22. (εἰς non est usque ad, bis zur Hölle, ut cum Fritzschio Wahlius sumsit, — qui enim locus denotare potest gradum, ut εἰς ante loci nomen positum idem esse possit, quod usque ad? — sed: in Geennam, i. e. ad construct. praegnantem: qui abeat in.)

Ἔνταλμα, τος, τό, (ab ἐντέλλομαι, q. v.) praeceptum; — plur., Matth. 15, 9. (Marc. 7, 7.) et Col. 2, 22. (Respiciunt hi loci effatum illud Jes 29, 13. ut in textu graeco legitur.)

Ἐνταφιάζω, f. άσω, (ab ἐντάφιος, quod formatur ex ἐν et τάφος) propr. i. q. apud Euripid. Helen. v. 1419. legitur, ἐντάφια δοῦναι νεκρῷ, s. curo τὰ ἐντάφια, i. e. corpus sepeliendum omni apparatu et ornatu sepulcrali, qui est in lavacris, vestibus, floribus, coronis, unguentis et libaminibus etc. adhibendis, instruo ac funeri praeparo, pollingo, Matth. 26, 12. Joh. 19, 41. — cf. Gen. 50, 2. 3. — Hinc voc. seq.

Ἐνταφιασμός, οῦ, ὁ, pollinctura, praeparatio corporis ad funus, Marc. 14, 8. Joh. 12, 7.

Ἐντέλλομαι, f. -τελοῦμαι, (verb. depon. med., ex ἐν et τέλλω) mando, praecipio; — περί τινος, Hebr. 11, 22. — ἐνετείλατο λέγων, Matth. 15, 4. — τινί, Act. 1, 2. — addito: οὕτω, 13, 47. (ἐντέταλται pro ἐνετείλατο.) — καθώς, Joh. 14, 31. — seq. infin., Matth. 19, 7. (ἐνετείλατο δοῦναι.) — τινί seq. infin., Joh. 8, 5. — τινί, ἵνα, Marc. 13, 34. — τινί τι, Joh. 15, 14. 17. Matth. 28, 20. (ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν.) Marc. 10, 3. — τινὶ περί τινος, Matth. 4, 6. (Luc. 4, 10. ex Ps. 91, 11. 12.) — διαθήκην ἐντέλλεσθαι πρός τινα, quod pro: διαθ. διατίθεσθαι πρός τινα, Exod. 24, 8., scriptum est Hebr. 9, 20.

Ἐπαίρω, f. -αρῶ, (ex ἐπί et αἴρω) attollo, i. e. sursum tollo, Act. 27, 40. (τὸν ἀρτέμονα.) Luc. 24, 50. (τὰς χεῖρας.) 1 Tim. 2, 8. — Luc. 21, 28. (τὰς κεφαλάς.) Matth. 17, 8. et Luc. 16, 23. Joh. 4, 35. 6, 5. (τοὺς ὀφθαλμούς.) — Luc. 11, 27. et Act. 2, 17. 14, 11. 22, 22. (τὴν φωνήν.) — notato termino: ἐπαίρειν τοὺς ὀφθ. εἰς c. acc., Luc. 6, 20. 18, 18. Joh. 17, 1. — τὴν πτέρναν ἐπί τινα, calcem tollere contra aliquem, calcitrare aliquem, metaph. pro: adoriri aliquem, Joh. 13, 18. (ex Ps. 41, 10. οἱ ὁ· ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν; v. de hac metaph. infra sub v. πτέρνα.) — Pass. ἐπήρθη, sublatus est (de Christo πορευομένῳ εἰς τὸν οὐρανόν), Act. 1, 9. (11.) — med., metaph., ἐπαίρομαι, fastu efferor, 2 Cor. 11, 20. — 5, 10. (quamvis arcem sublimem, quae se effert contra cett. Verba composita sunt ad Ps. 68, 19. cf. Eph. 4, 8.)

Ἐπαισχύνομαι, f. ἐπαισχυνθήσομαι, (med. verbi ἐπαισχύνω, ex ἐπί, scil. τινί, propter, et αἰσχύνω; v. supr. αἰσχρός) pudet me; *a.*, absol., erubesco, 2 Tim. 1, 12. — *b.*, pudet me *aa.*, alicuius, τινά, Marc. 8, 38. et Luc. 9, 26. (si quis meum nomen meamque doctrinam profiteri erubuerit.) ibid. fut. (hunc erubescet suum dicere filius hominis.) — τί, Rom. 1, 16. (Sens.: non me pudet doctrinae ad fidem omnia revocantis, licet invidiam habeat Judaeorum.) 2 Tim. 1, 8. 16. (v. ἅλυσις.) — vel ἐπί τινι (dat. rei), Rom. 6, 21. — *bb.*, seq. inf., Hebr. 2, 11. — utraque constructio *aa.* et *bb.* coniuncta: Hebr. 11, 16. (non pudet deum eorum, quorum se deum appellari pateretur.)

Ἐπαιτέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et αἰτέω) peto, mendico, stipem rogo, Luc. 16, 3. — οἱ ὁ, Ps. 119, 10.

Ἐπακολουθέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et ἀκολουθέω, q. v.) subsequor, τινί, subs. aliquem, Palaeph. fab. 29, 3. — metaph. de peccatis auctorem subsequentibus, 1 Tim. 5, 24. (oppon. προάγω, anteverto; sens.: aliorum peccata tam manifesta sunt, ut au-

ctorum iam certa sit condemnatio, priusquam ad iudicium adducantur, aliorum vero flagitia homines latent, quae suos tantum auctores, ad locum iudicii discedentes, sequuntur. Cf. ἀκολουθεῖν μετά τινος, Apoc. 14, 13.) — ἐπακ. τοῖς ἴχνεσί τινος, insistere alicuius vestigiis, sequi alic. vestigia, i. e. eius exemplum imitari, 1 Petr. 2, 21. — ἐπακ. ἔργῳ ἀγαθῷ, operam dare benefactis, 1 Tim. 5, 10. — dat. subintellecto, Marc. 16, 28. (ἐπακολ. h. l. de miraculis praeconum Christi doctrinam comitantibus.)

Ἐπακούω, f. -ακούσομαι, (ex ἐπί et ἀκούω) — τινός, exaudio aliquem, 2 Cor. 6, 2. (ex Jes. 49, 8.) — Hom. Il. 2, 143. c. genit. rei, ut plerumque et in prosa oratione.)

Ἐπακροάομαι (ῶμαι), (depon. med. ex ἐπί et ἀκροάομαι) — τινός, ausculto alicui, Act. 16, 25. — subst. ἐπακρόασις, auscultatio, 1 Sam. 15, 22.

Ἐπάν, coniunct. condition., (ex ἐπεί et ἄν, v. Hom. Il. 6, 412. — apud Herodot. ἐπεάν, ap. Hom. ἐπήν) si, simulac, construct. in N. T. cum coniunctivo aoristi, per Latinor. futurum exact. exprimendo, Matth. 2, 8. (ἐπὰν δὲ εὕρητε, simulac vero inveneritis.) Luc. 11, 22. (ἐπὰν δὲ — νικήσῃ. Patet h. l. quomodo differant ὅταν, so lange als, v. 2. et ἐπάν, sobald als, v. 22. atque ita quoque v. 34.) Xen. Anab. 1, 4, 13. Hom. Il. 1, 168. 24, 716.

Ἐπάναγκες, neutr. adiect. ἐπαναγκής, adverbial. posit. mutato accentu ἐπάναγκες i. q. ἀναγκαίως, (ex ἐπί et ἀνάγκη) necessario. — τὰ ἐπάναγκες, Act. 15, 28. (πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων, praeter haec, quae necessario imponenda sunt.)

Ἐπανάγω, f. άξω, (ex ἐπί et ἀνάγω) **1.**, reduco, intrans. (subintell. ἑαυτόν), revertor, Matth. 21, 18. — subintell. ναῦν (ut ad verb. ἐλαύνω), proveho (navem), Luc. 5, 3. 4. (addito: εἰς τὸ βάθος, in altum.)

Ἐπαναμιμνήσκω, f. -μνήσω, (ex ἐπί et ἀνα-μιμνήσκω) commonefacio; — τινά, Rom. 15, 15.

Ἐπαναπαύομαι, f. σομαι, (med. verbi ἐπαναπαύω, ex ἐπί et ἀνα-παύω, facio, ut quiescat aliquis in aliqua re) quiesco in aliquo, τινί, metaph., τῷ νόμῳ, innitor, confido, Rom. 2, 17. — ἐπί τινα, constr. praegnans: me demitto in aliquem, Luc. 10, 6. — οἱ ὁ, Num. 11, 25. 26. 2 Reg. 2, 15.

Ἐπανέρχομαι, aor. 2. ἐπανῆλθον, (ex ἐπί et ἀνέρχομαι) redeo, Luc. 10, 35. 19, 15.

Ἐπανίσταμαι, f. -αναστήσομαι, (med. verbi ἐπανίστημι, ex ἐπί et ἀνίστημι, erigo) insurgo, ἐπί τινα, Matth. 10, 21. Marc. 13, 12. — Deut. 19, 11. 22, 26.

Ἐπανόρθωσις, εως, ἡ, (ab ἐπανορθόω, compos. ex ἐπί et ἀνορθόω, q. v.) **1.**, propr., correctio eius, quod incurvatum est. — **2.**, omnis restitutio in integrum et meliorem statum, s. restitutio pristinae vel nativae integritatis, v. c. de correctione eorum, quae vitiose scripta sunt, ἐπανορθῶσαι βίβλους, Dio Cass. 62, 25.

1021. — ἐπανορθώσασθαι τὰ γραφέντα. Liban. Decl. T. IV. p. 755. —Plato Rep. 10, 302. ἐπανορθοῦν τὸ πεσὸν κ. νοστῆσαι. 1 Macc. 14, 32. — sens. morali (3 Esdr. 8, 53.): vitiorum emendatio, correctio, 2 Tim. 3, 16. (differunt h. l. ἔλεγχος et ἐπανόρθ. eo, quod ille peccata eius, cui adhibetur, antecedit, haec vero ea sequitur.)

Ἐπάνω, adv., (ex ἐπί et ἄνω, supra, sursum) super (עַל־פְּנֵי, Gen. 1, 2.); **1.**, adverb., *a.*, de loco, Luc. 11, 44. (περιπατεῖν ἐπάνω.) Matth. 2, 9. (ἔστη ἐπάνω, οὗ ἦν τὸ παιδίον.) — *b.*, de numero: ultra, plus quam, Marc. 14, 5. (ἠδύνατο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων, poterat vendi pluris quam trecentis denariis.) 1 Cor. 15, 6. (ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς.) — Ex. 30, 14. — **2.**, praeposit. vim habet constr. c. genit., *a.*, de loco, Matth. 5, 14. (κεῖσθαι.) 21, 22. et 28, 2. (καθῆσθαι.) Luc. 4, 39. (ἐπιστῆναι.) Apoc. 20, 3. (σφραγίζειν.) post verb. ἐπιτίθημι, Matth. 21, 7. 27, 37. — ὁ, ἡ, τὸ ἐπάνω τινός, Matth. 23, 18. 20. — *b.*, de dignitate, Luc. 19, 17. (ἐξουσίαν ἔχειν ἐπάνω τινός.) Joh. 3, 31. (εἶναι ἐπ. τινός.)

Ἐπαρκέω (ῶ), f. έσω, (ex ἐπί et ἀρκέω, q. v. H. l. nota ἀρκέω esse proprie *a.*, i. q. lat. arceo s. propulso; construct. τί τινι vel ἀπό τινος; — hinc *b.*, τινί, eo sensu dici, quo lat. defendo aliquem, opem fero alicui. Denique respondere ei lat. sufficio. Nam triplex illa vis etiam inest verbo composito ἐπαρκέω) o p e m f e r o, τινί, 1 Tim. 5, 10. (θλιβομένοις.) v. 16. (χήραις.) Xen. Mem. 2, 7, 1. κατὰ δύναμιν ἀλλήλοις ἐπαρκεῖν.

Ἐπαρχία, ας, ἡ, (ab ἔπαρχος, q. e. ὁ ἐπ' ἀρχῇ ὤν, qui cum imperio est, dux, praefectus) **1.**, munus, dignitas τοῦ ἐπάρχου. — **2.**, ditio, provincia, i. q. ἡγεμονία, i. e. regio extra Italiam in ditionem populi Rom. redacta (cf. ἐξουσία, βασιλεία, quae voces aeque de terris et regionibus dicuntur), Act. 23, 34. (cf. Luc. 23, 7.) 25, 1.

Ἔπαυλις, εως, ἡ, (ex ἐπί et αὖλις, villa rustica, casa, stabulum) domicilium, Act. 1, 20. (ex Ps. 69, 26.)

Ἐπαύριον, adv. temporis, (ex ἐπί et αὔριον, cras) ἡ ἐπαύριον, scil. ἡμέρα, dies posterus (crastinus), Matth. 27, 62. Marc. 11, 12. Joh. 1, 29. 35. 6, 22. 12, 12.

Ἐπαυτοφώρῳ, v. supra αὐτόφωρον.

Ἐπαφρίζω, f. ίσω, (ex ἐπί, nostr. obenauf, et ἀφρίζω, q. v.) spumo, tamquam spumam eiicio; — τί, Judae v. 13. (κύματα ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας.) cf. Jes. 57, 20.

Ἐπεγείρω, f. -εγερῶ, (ex ἐπί, contra, et ἐγείρω, quod v.) excito contra aliquem, τὶ ἐπί τινα, Act. 13, 50. (διωγμόν.) — κατά τινος, irrito — contra, Act. 14, 2. (ἐπήγειραν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν.)

Ἐπεί, coniunct., **1.**, postquam, Luc. 7, 1. (ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ. Aelian. V. H. 10, 17. Xen. Venat. 5, 12.) — **2.**, siquidem, quoniam, Matth. 18, 32. 27, 6.

Luc. 1, 34. Joh. 13, 29. 19, 31. 1 Cor. 14, 12. 2 Cor. 11, 18. 13, 3. Hebr. 2, 14. 5, 2. 11. 6, 13. 9, 17. 11, 11. (Xen. Anab. 1, 2, 5. Cyr. 1, 4, 7.) — ἐπεὶ οὖν, cum igitur, Hebr. 4, 6. — 3., alioquin, sin minus, si secus esset, sonst (ita semper in scriptis Pauli, et minus recte alii ponunt significat.: nam), Rom. 3, 6. 11, 6. 1 Cor. 14, 16. nota praecipue: Rom. 11, 22. 1 Cor. 7, 14. 15, 29. — Hebr. 9, 26. 10, 2. (post v. προςφερόμεναι ponas signum interrog. et vertas: nonne alioquin offerri desiissent?) — ἔπει — ἄρα, sonst — ja, alioquin sequeretur, vos cett., 1 Cor. 5, 10. 7, 14. in his locis clarum est, ἐπεί nec esse: quandoquidem, neque: nam. — Pind. Olymp. ϑ. stroph. β. ἐπεὶ ἔναντ' ἂν πῶς — τίναξε χερσίν; et Olymp. ι. ε. 7. Aristoph. Nubb. 689. Sophocl. Electr. 352. Qui in omnibus his locis verti volunt: nam, hi ipsi aliquam post ἐπεί inserendam sententiam esse concedunt, v. Viger. edit. Herm. p. 402. Passov. sub v. ἐπεί. Sed significatio alioquin in voce ipsa latet quippe composita ex ἐπί, contra, et εἰ, si.

Ἐπειδή, coniunct., (ex ἐπεί et δή) quoniam, weil eben, Matth. 21, 46. (ἐπειδὴ — εἶχον.) Luc. 11, 6. Act. 14, 12. 1 Cor. 1, 22. 14, 16. Phil. 2, 26. — in protasi: 1 Cor. 15, 21. Act. 13, 46. 15, 24. 1 Cor. 1, 21.

Ἐπειδήπερ, coniunct., (ex ἐπεί, δή et πέρ) quandoquidem, weil nun einmal, Luc. 1, 1. (Aeschin. Dial. Socr. 2, 12.)

Ἐπεῖδον, (aor. 2. verbi ἐφοράω, adspicio, ex εἶδον, q. v., et ἐπί, scil. τί, in aliquid oculos convertebam) adspexi, seq. infin., ex hebr., Luc. 1, 25. (ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου; ad ἐπεῖδεν vel suppleas ἐπ' ἐμέ, cf. Gen. 4, 4. vel ἐπὶ τὸ ὄνειδός μου, ut ῥῆσις ex duabus partibus contracta esse videatur. Infinit. consilium indicat, cf. Hebr. 11, 16.) — ἐπί τι, animum adverto ad, animadverto aliquid, Act. 4, 29.

Ἔπειμι, (ex ἐπί et εἶμι, eo) succedo, sequor; participium ἐπιών, οὖσα, όν, sequens; — τῇ ἐπιούσῃ, scil. ἡμέρᾳ, postero die, Act. 16, 12. 20, 15. 21, 18. (Polyb. 2, 25, 11.) addita voce ἡμέρας, Act. 7, 26. — τῇ ἐπιούσῃ νυκτί, Act. 23, 11. (Etiam Attici nomen modo addidisse, modo omisisse reperiuntur, etsi Phrynichus hanc legem scribit: τῇ ἐπιούσῃ ἐρεῖς, μὴ προςτιϑεὶς τὴν ἡμέραν, τῆς δὲ ἐπιούσης ἡμέρας. V. Lobeck. ad Phryn. p. 464.)

Ἐπείπερ, coniunct., (ex ἐπεί et πέρ) siquidem, Rom. 3, 30.

Ἐπειςαγωγή, ῆς, ἡ, (ex ἐπί, super, insuper, εἰςαγωγή, inductio, ex εἰς et ἀγωγή, q. v.) superinductio, quae praeterea fit inductio; — τινός, Hebr. 7, 19. (ἐπειςαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος, scil. τελειοῖ, immo vero inductio melioris spei perficit. Neutiquam supplendum γίνεται, et δέ est nostr.: wohl aber, v. supr. δέ.)

Ἔπειτα, adv., (ex ἐπί et εἶτα) deinde, tum, postea, Luc. 16, 7. Gal. 1, 18. 21. 2, 1. 1 Thess. 4, 17. 1 Cor. 15, 46. — per pleonasm. additur: μετὰ τοῦτο, Joh. 11, 7. — Marc. 7, 5.

(si lectio: ἰδόντες v. 2., ἔπειτα recte se habet, al. εἶτα, al. καὶ ἔπειτα, cf. ἔπειτα post partic., Hom. Il. 18, 222. Virg. Aeneid. 2, 391. sic fatus deinde, cett. His tamen exemplis ad commendandam lectionem propterea nihil efficitur, quod h. l. coniunctio a participio interiectorum verborum nimia copia divellitur.) — in enumerationibus: πρῶτον, ἔπειτα, Hebr. 7, 2. πρότερον, ἔπ., Hebr. 7, 27. — post τρίτον, 1 Cor. 12, 28. — ἀπαρχὴ — ἔπειτα, 1 Cor. 15, 23. — εἶτα — ἔπειτα, 1 Cor. 15, 5. 6. — ἔπειτα — ἔπειτα, v. 7. — Cf. εἶτα.

Ἐπέκεινα, (hyphe τοῦ· ἐπ' ἐκεῖνα adverbiascens) ultra, trans, Act. 7, 43. (ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, cf. Amos. 5, 27. — Xen. Anab. 5, 4, 3. Herodot. 3, 115. Polyb. 3, 22, 5.)

Ἐπεκτείνω, f. -τενῶ, (ex ἐπί, ad, et ἐκ-τείνω, tendo) extendo ad. — Med., me protendo ad, τινί, Phil. 3, 14. (τοῖς ἔμπροσθεν.)

Ἐπενδύτης, ου, ὁ, (ab ἐπενδύνω s. ἐπενδύω, q. v.) tunica (superior) inter subuculam et vestes interiores media (Graeci, Romani et Judaei duas gerere solebant tunicas, quarum una, quae cutem tangeret, lat. dicebatur interula, s. subucula, s. indusium, graec. ὑποδύτης, attic. χιτωνίσκος, Jud. חָלוּק, altera, togae et pallio propior, de qua h. l. sermo, Lat. superaria, s. tunica absolute, ἐπενδύτης, quam vocem etiam Judaei adoptarunt. Nam אֲפוּנְדָּה occurrit apud Talmudicos), Joh. 21, 7. (οἱ ὁ, 1 Sam. 18, 4. 2 Sam. 13, 8. Theodotion 1 Sam. 2, 19. Job. 1, 20. hac voce exprimit hebr. מְעִיל, quod οἱ ὁ reddunt χιτῶνα, Jes. 61, 10. Vulgat. tunicam, 1 Sam. 2, 19.)

Ἐπενδύω, f. ύσω, (ex ἐπί, super, et ἐνδύω, induo) superinduo, 1 Cor. 5, 2. 4.

Ἐπέρχομαι, f. -ελεύσομαι, (de qua fut. forma v. quae sub verbb. ἀπέρχομαι, διέρχομαι, ἐξέρχομαι, εἰςέρχομαι notata sunt — ex ἐπί, super, ad, et ἔρχομαι) 1., advenio, herbeikommen, de iis, qui e loco in locum veniunt, Act. 14, 19. (ἐπῆλθον, scil. τινές.) — b., de tempore: insto, futurus sum, Eph. 2, 7. (ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις, Jes. 41, 4. 22. 23.) — c., de iis, quae tempus afferet, Jac. 5, 1. (ἡ ταλαιπωρία ἡ ἐπερχομένη.) — τινί, Luc. 21, 26. (οἱ ὁ, Jes. 63, 4.) — ita de rebus secundis, Sirac. 3, 8. (ἡ εὐλογία.) — 2., supervenio aliquem, über jemand kommen, ἐπί τινα, a., de calamitatibus, Luc. 21, 35. Act. 8, 24. 13, 40. (Gen. 42, 21. Mich. 3, 11. Zeph. 2, 2. 2 Chron. 20, 3. Jerem. 5, 12. — Herodian. 8, 4, 8. alibi verbum simplex, v. c. Apoc. 3, 10.) — b., de spiritu div. in aliquem se demittente, auf jem. kommen, Act. 1, 8. paullo aliter, et ita, ut ἐπί respondens hebraico עַל par sit nostro: über, Luc. 1, 35. (nam explicatur h. l. per ἐπισκιάζειν.) — c., de hoste aliquem aggrediente, Luc. 11, 22. (h. l. ἐπελθὼν νικήσῃ αὐτόν.) Hom. Il. 12, 136. — cf. 1 Sam. 30, 23. ubi addit. ἐφ' ἡμᾶς. — ἐπί τινι, Herodian. 1, 8, 12.

Ἐπερωτάω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et ἐρωτάω, q. v.) **1.**, interrogo, befragen; *a*, τινά, Marc. 9, 32. 12, 34. Matth. 22, 46. Luc. 2, 46. 1 Cor. 14, 35. Joh. 18, 21. Act. 5, 27. — speciatim: ἐπερωτάω τὸν θεόν, oraculum Jehovae consulo, Rom. 10, 20. (ex Jes. 65, 1. verbis a Paulo ad gentiles relatis.) cf. Judic. 1, 1. 18, 5. 20, 13. — *b.*, τινά τι, aliquem aliquid, Marc. 4, 10. 11, 29. (Luc. 20, 40.) Luc. 6, 9. Herodot. 9, 93. — *c.*, τινὰ περί τινος, de aliqua re, Marc. 7, 17. (Dem. 1072, 12. Herodot. 1, 30.) — *d.*, adiecto λέγων cum verbis, quibus is, qui interrogavit, usus est, Matth. 12, 10. 17, 10. (Marc. 9, 11.) 22, 23. (Marc. 12, 18. Luc. 20, 27. 28.) v. 35. (Marc. 12, 28.) v. 33. 41. Matth. 27, 11. (Luc. 23, 3. sed Marc. 15, 2. abest λέγων.) Marc. 8, 27. (Luc. 9, 18.) 9, 16. 21. (abest λέγων, ut 5, 9. [Luc. 8, 30] 7, 5. 8, 5. 9, 28. 33. 10, 2. 17. 13, 3.) Luc. 3, 10. 14. (pass., 17, 20.) 18, 18. 40. 20, 21. 21, 7. 22, 64. Joh. 18, 7. (abest λέγων.) Act. 1, 6 — *e.*, seq. εἰ, an, Marc. 8, 23. (εἴ τι βλέπει.) 15, 44. Luc. 23, 6. — vel interrogatione indir., Act. 23, 34. — ἐπηρώτησαν λέγοντες, τίς εἴη, Luc. 8, 9. — **2.**, rogo aliquem, ut, τινά, seq. inf., Matth. 16, 1. (ex usu hebr. שָׁאַל, cf. Ps. 137, 3.) — Hinc voc. sequens.

Ἐπερώτημα, τος, τό, (interrogatio, Thuc. 3, 53. et 54.) videtur significare sponsionem, Angelobung, 1 Petr. 3, 21. (c. genit. obiecti: συνειδήσεως ἀγαθῆς, sponsio de servanda castitate mentis facta. Sic ἐπερώτ. συν. ἀγαθῆς optime respondet formulae ex adverso positae: ἀπόθεσις ῥύπου. — Verba vero εἰς θεόν aptius cum verbo σώζειν coniungi, supra p. 324. annotavimus.)

Ἐπέχω, f. ἐφέξω, (ex ἐπί et ἔχω) **1.**, adhibeo; — subint. τὸν νοῦν, observo, attendo, seq. interrog. indir., Luc. 14, 7. — τινί, dat. pers., attendo ad aliquem, Act. 3, 5. 1 Tim. 4, 16. (Herodot. 6, 96. — οἵ ὅ, Job. 30, 26. plene: Lucian. Tom. 2, 212.) — **2.**, obverto, entgegen halten, Phil. 2, 16. (metaphora desumta a Pharo, ubi accensae faces in alto navigantibus portum quasi praetendunt, in quem appellant, coll. v. 15.) — **3.**, inhibeo, anhalten, subint. ἐμαυτόν (ἐπέχειν ἑαυτόν), moror, subsisto, Act. 19, 22. (Xen. Cyr. 4, 5, 17. 5, 4, 38.)

Ἐπηρεάζω, f. άσω, (ex ἐπί et ἐπήρεια, calumnia, increpatio. — Hoc forsitan ab ἀρά, imprecatio, s. ἀρειά, comminatio, deducendum, tamen Suidas, ἐπήρειαν per πολεμικὴν καταδρομήν enarrans, a nomine Ἄρης derivat, Hesych. ἐπηρεάζει· βιάζει, — ἐπήρεα· βία) criminor, calumnior, τινά, Matth. 5, 44. (Luc. 6, 28. Xen. Mem. 1, 2, 31. τινί, ut et 3, 5, 16. in utroque loco signif.: cupere aliquem damno et iniuria afficere, atque ita occurrit ap. Philon. in Flacc. p. 972. D. 983. E.) — τί, acc. rei, 1 Petr. 3, 16.

Ἐπί, praeposit. nunc regens genitivum, nunc dativum, nunc accusativum. (Ortae sunt ex varia eius pronuntiatione duae diversae sermonis vernaculi praepositiones, scil. ex ἐπ' praepositio: auf,

ut lat. ex transiit in aus, et ex ʼπί prognatum: bei, quod in verbis compositis, ut graecum ἐπί cum verbis compositum simili sono exprimatur, corrumpitur in: be, ut v. c. ἐπιστέλλειν = bestellen, ἐπερωτᾷν, befragen, etc.)

I., c. genit., de loco, **1.**, lat. super, in c. ablat., nostr. auf, quasi: ob des Orts. Dic. *a*, sensu proprio (genitivus denotat substratum, cuius aliquam partem praepositio dicit occupari a toto seiungendam) et additur quidem cum suo casu *aa.*, verbis diserte de occupato aut occupando loco dictis, v. c. αἴρω ἐπὶ χειρῶν, Matth. 4, 6. (Luc. 4, 11.) — φέρω ἐπί, Luc. 5, 18. — ἐκάθισα et κάθημαι, Matth. 19, 28. 24, 3. 25, 31. 27, 19. Apoc. 9, 17. al. — ἔρχομαι ἐπί, Matth. 24, 30. 26, 64. (Marc. 14, 62. μετὰ τῶν νεφελῶν.) — περιπατέω, Matth. 14, 25. (Marc. 6, 48. Joh. 6, 19. quamquam vox in his locis nonnihil ambiguitatis habet.) — εἰμὶ ἐπί, Joh. 20, 7. Apoc. 5, 13. (h. l. distinguuntur formulae ἐπὶ τῆς θαλάσσης et ἐν τῇ θαλ.) Marc. 4, 2. (ἐπὶ τῆς γῆς, oppon. ἐν τῇ θαλάσσῃ, ut 6, 47. — Matth. 24, 17. (Marc. 13, 15. ὁ ἐπί, scil. ὤν.) Eph. 1, 10. Col. 1, 16. 20. 3, 2. 5. — ἔστην, ἕστηκα ἐπί, Luc. 6, 17. Act. 21, 40. Apoc. 10, 5. 8. (in phrasi metaphor., 2 Cor. 13, 1. Matth. 18, 16. ἵνα σταθῇ, ἐπὶ στόματος cett. non significat: praesente ore — testium [cf. Fritzschii commentar. in ev. Matth. ad h. l.), sed: ut nitatur testium sermone, יָקוּם עַל־פִּי, Deut. 19, 15.) — κατοικέω, Apoc. 3, 10. 6, 10. 9, 13. 14, 6. al. — οἰκοδομοῦμαι, Luc. 4, 29. — ubi de corporis partibus sermo, Apoc. 10, 1. 11, 14. (ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.) 12, 1. — 1, 20. Marc. 14, 51. (σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ, scil. σώματος.) Joh. 20, 7. — Apoc. 7, 3. 9, 4. 13, 16. 14, 9. (ἐπὶ τοῦ μετώπου.) — ἔχειν ἐφʼ ἑαυτοῦ, Act. 21, 23. — πνεῖ ὁ ἄνεμος ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπὶ τῆς θαλ., Apoc. 7, 1. — *bb.*, per se patet, qui stans super aliquo loco aut sedens aut commorans aliquid faciat, eum id facere etiam dici posse super eo ipso loco, adeo ut, si hoc dictum sit, non referat addi, fuisse eum ibi, cum hoc faceret. Possunt ergo verba diversissimi generis, si modo aliquid effici aut effectum esse dicant, cum illa formula, locum suo modo notante, coniungi, v. c. Marc. 8, 4. Joh. 21, 1. Obiter notemus phrasin ἐπὶ τῆς γῆς in N. T. sic poni solitam, ut alteri: ἐν τῷ οὐρανῷ s. ἐν τοῖς οὐρ. opponatur, Matth. 6, 10. 19. 16, 19. 18, 18. 19. Luc. 2, 14. Act. 2, 19. Apoc. 5, 3. — aut oppositionem innuat, Marc. 2, 10. (Matth. 9, 6. Luc. 5, 24. ὁ υἱὸς τ. ἀνθρ. ἐπὶ τῆς γῆς, scil. ubi ipse est, ἀφιέναι, scil. ut deus in coelis.) Matth. 23, 35. cf. Apoc. 18, 24. — Jac. 5, 5. Hebr. 12, 25. — Alibi ἐπὶ τῆς γῆς, in solo, in arvo, Marc. 4, 31. — in orbe terrarum, Apoc. 5, 10. 16, 18. Rom. 9, 28. (Jes. 10, 23.) — *cc.*, etiam haec cum genit. constructa praepositio, ut praepos. ἐν, et adverbia ἐκεῖ, ποῦ, verbis motum in locum designantibus adiungitur, ea vi, ut simul motus transiisse in quietem indicetur; ita verbo βάλλειν Marc. 4, 26. Matth. 26, 12. —

σπείρειν, Marc. 4, 31. — τιθέναι, Act. 5, 15. Joh. 19, 19. et Matth. 27, 37. — ἐπιτιθέναι, Luc. 8, 16. — καθιέναι, Act. 10, 11. — πίπτειν, Marc. 9, 20. 14, 35. — βρέχω, Jac. 5, 17. — διδόναι, 10, 16. — ibid. ἐπιγράφειν, ut Hebr. 8, 10. — ἑλκύειν, Joh. 21, 11. — ἔρχεσθαι, Hebr. 6, 7. Apoc. 3, 10. (in his l. supple ante praeposit. verba: ut sit, ut esset etc.) — quod multo minus offendit in phrasi: εἶναι βεβλημένον ἐπί τινος (cf. nostrum: gelegen auf), Matth. 9, 2. Marc. 7, 30. — γενέσθαι ἐπί τινος τόπου, Luc. 22, 40. al. — *dd.*, Nota ποιεῖν τι ἐπί τινος, Joh. 6, 2. (sibi attrahit formulam ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων h. l. verbum ποιεῖν ex voce σημείων; haec enim σημεῖα erant id, quod in corporibus i. e. in corporum superficie conspiciendum se praebebat. Noli autem coniungere τὸ ἐπί cum verbo ἑώρων. Aliter Wahl. Clav. p. 574. n. 2.) — *ee.*, κρεμᾶν τινα ἐπί, suspendere a, ab — (ex hebr. תָּלָה עַל, Gen. 40, 19. Deut. 21, 22. 23. Jos. 10, 26. Esth. 5, 14. 7, 10.), Act. 5, 30. 10, 39. Gal. 3, 13. — hinc: μένειν ἐπὶ τ. σταυροῦ, Joh. 19, 31.

b., a situ ad dignitatem transfertur, cf. lat. illud: superiorem, inferiorem esse aliquo; — ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός, qui supra omnes deus est (scil. θεός praedicatum est ad subiectum, ὁ ὤν, quod in initio τῆς δοξολογίας positum est, referendum: der als Gott über alle ist, s. der, welcher über alle Gott ist, sei gelobt), Rom. 9, 3. Eph. 4, 6. (h. l. ἐπί, διά et ἐν distinguuntur.) — καθίστημί τινα ἐπί τινα, Act. 6, 3. 12, 22. Luc. 12, 24. 42. (lege: ὃν κατέστησε, Matth. 24, 45.) Matth. 25, 21. 23. (Luc. 12, 41. 42.) — Gen. 39, 4. 5. ita Latini: supra aliquid positus. — δίδωμί τινι ἐξουσίαν ἐπί τινος, Apoc. 3, 26. — alibi ἐπάνω τινός, v. ἐξουσία. — ἔχω ἐξ. ἐπί τ., potestatem in aliquem (eum laedendi) habeo, Apoc. 20, 6. — βασιλεύειν ἐπὶ γῆς τινος, Matth. 2, 22. rex sum alicuius terrae. — ἔχειν ἐφ' ἑαυτοῦ βασιλέα, Apoc. 9, 11. — ἔχειν βασιλείαν ἐπί (τῶν βασιλέων), Apoc. 17, 18. — Act. 8, 27. ὃς ἦν ἐπὶ etc., qui praefectus erat aerario, qui positus erat supra — (ita ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων, Dem. de Cor. 265. ὁ ἐπὶ τῆς φρουρᾶς, Plut. Arat. 34, 527. — de eo, qui supra aliquod officium positus est, nostrates: der etwas unter sich hat). — *cc.*, λέγειν ἐπί τινος, de aliquo, i. e. ut aliquem in mente habeas, Gal. 3, 16.

2., ad, iuxta, prope (aliam rem), ita tamen *a.*, ut, quod iuxta, s. prope, s. ad aliquam rem esse dicitur, simul significetur rei, quam prope sit, imminere (coniungit ergo duas significationes, et quod aliquid prope sit, et quod supra sit, ut hebr. עַל, Ps. 1, 3. Ez. 1, 1. ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ, i. e. in ripa fluminis ipso editiore, Ex. 14, 2. 21, 19. 2 Reg. 2, 7. Dan. 8, 2. Gen. 16, 7.), Luc. 22, 30. (ἐσθίειν ἐπὶ τῆς τραπέζης τινός, über jemands Tische essen, cf. v. 21. Phrasis utrumque notat, et quod cibum capientes accumbant mensae, et quod ita acclinent, ut capere possint cibum potumque in mensa repositum.) Matth. 21, 19. (de ficu, stante

ἐπὶ τῆς ὁδοῦ.) Nunquam τὸ ἐπί τινος solum significat situm ad aliquid. Nam etsi Thuc. 5, 34. ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς idem videri potest, quod: in finibus Lacedaemoniae, et quae alibi dicuntur τὰ ἐπὶ Θρᾴκης intelligenda esse videntur de iis, quae Thraciae adiacent; tamen sermo in iis locis est de oppidis aedificiisque super regionis oram exstructis. Ideoque in loco supra laudato Matth. 14, 25. et locis parallel. τὸ ἐπί ad partes nobis referendum erit, ita iuxta mare sitas, ut mari sint altiores, h. e. ad littus maris. Cf. Francogallorum illud: sur, et, Boulogne sur mer. — Joh. 21, 11. ἐπὶ τῆς γῆς videtur quidem esse: ad terram, sed tamen hic commemorantur homines in ripa stantes, qui si ex situ suo rationes spatii aestimabant, id, quod in mari prope locum, quem ipsi occupaverant, esset, facile tanquam aliquid supra se positum spectare poterant. — Emergit vero hinc altera significatio

b., coram (nam quae coram nobis prospicientibus posita sunt, ea nobis etiam videntur imminere), 2 Cor. 7, 14. (gloriatio, qua usus sum coram Tito.) — Matth. 28, 14. Act. 24, 19. 26, 2. 24, 20. 25, 9. 10, 26. 1 Cor. 6, 1. 1 Tim. 6, 13. Marc. 13, 9. Not.: in his l. omnibus de iis, qui coram iudice se sistunt. Atque hinc videtur orta esse et invaluisse formula obtestantium: testor, iuro hoc coram, et asseverandi formula: ἐπ' ἀληθείας, profecto (quasi nostrates dicerent: bei Wahrheit, ut dicere iurantes solent: bei Gott!), Marc. 12, 14. 32. al. (Polyb. 5, 33.) v. ἀλήθεια. — Notetur hic locus Marc. 12, 26. ἐπὶ τοῦ βάτου (al. τῆς; scil. ὁ βάτος ἀττικῶς, ἡ βάτος ἑλληνικῶς. Moeris. Illud legitur Ex. 2, 2. hoc Deut. 33, 16.), i. e. aut si referas ad ὡς εἶπεν, coram rubo, cum ante rubum staret, aut si coniunxeris cum οὐκ ἀνέγνωτε: in loco, ubi de rubo scriptum est. Excerpsit auctor e tota narratione verbum aliquod, quo caetera ei annexa audientibus in memoriam revocarentur. Cf. Exod. 3, 4. — Eadem praeposit. genitivo praefixa refertur

3., ad tempus, notionem praesentiae (eius, quod coram est) exprimens, in phrasibus duplicis generis, *a.*, iis, quibus dicitur aliquid factum, res aliqua gesta esse ἐπί τινος, i. e. tempore, aetate alicuius hominis, Marc. 2, 26. Luc. 4, 27. Act. 11, 28. — Xen. Mem. 3, 5, 10. Cyr. 1, 6, 31. — muneris nomine ante nomen viri proprium posito, Luc. 3, 2 (Anna et Caipha pontificibus.) — ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλ., tempore exilii Babylonici, Matth. 1, 11. (oppon. μετά v. 12.) — ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν (zur Letztzeit der Tage), 2 Petr. 3, 3. vel τῶν ἡμερ. τούτων, Hebr. 1, 1. (ex hebr. בְּאַחֲרִית הַיָּמִים, Jerem. 30, 24. Gen. 49, 1. Num. 24, 14. Mich. 4, 1. Dan. 11, 4.)

b., quibus indicatur, aliquid factum esse (aut fieri) tempore peracti (aut peragendi) alicuius negotii, ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, Rom. 1, 10. (lat. in precibus meis.) Eph. 1, 16. 1 Thess. 1, 2. Philem. v. 4.

II., c. dativo, **1.**, lat. super, *a.*, pr. de loco, in c. abl.,

aa., post verba iaciendi et standi, Marc. 2, 4. Luc. 5, 25. (ἐφ᾽ ᾧ κατέκειτο.) Marc. 13, 2. (λίθος ἐπὶ λίθῳ, sed Matth. 24, 2. et Luc. 21, 6. ἐπὶ λίθον.) 11, 7. Luc. 19, 44. Matth. 14, 8. 11. (Marc. 6, 25. 28.) Marc. 6, 55. Joh. 11, 38. Act. 9, 33. Apoc. 21, 12. — dativum et accus. in uno eodemque loco oblatum vid. Marc. 4, 38. (alii codd. tamen ἐν τῇ πρυμνῇ), genitivum et dativum Act. 27, 44. (Not.: videtur pro genitivo dativus poni, vel ubi superius ab inferiori distinguitur, vel res inferior alteri, quod sustentetur, substrata esse fingitur, Aelian. V. H. 1, 30. ἐπεὶ ἐπὶ ἵππῳ ἐτύχομεν ὄντες, quia forte equis vehimur.) — *bb.*, pro ἐπί c. acc. post verba imponendi et ea, quae motum ac directionem in locum significant, Luc. 23, 38. et Joh. 12, 16. ἐπ᾽ αὐτῷ (Matth. 27, 37. explicat: ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ). Marc. 6, 39. ἀνακλῖναι πάντας ἐπὶ τῷ χόρτῳ, sed Matth. 14, 19. ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους. cf. Aelian. V. H. 1, 30. ἀγομένους τινὰς ἐπὶ θανάτῳ.) — Joh. 8, 7. (βάλλειν τὸν λίθον.) Matth. 16, 18. (οἰκοδομεῖν.) Eph. 2, 20. (ἐποικοδομεῖν.) Matth. 9, 16. (ἐπιβάλλειν. Marc. 2, 21. ἐπιῤῥίπτειν, sed Luc. 5, 36. ἐπιβάλλειν ἐπί τι.) Phil. 2, 17. (σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ — ὑμῶν, fundor veluti libamen in victimam et sacrificium, quod est in fide vestra.) Act. 8, 16. (ἐπιπίπτειν.) Matth. 24, 47. et Luc. 12, 44. (καθιστάναι.) Huc ergo referas Joh. 12, 16. (Nam ἐπ᾽ αὐτῷ h. l. pro: ἐπ᾽ αὐτόν. Hoc vero non est d e (Wahl. Clav. p. 585.), sed: i n eum, seu ex construct. praegn.: ut haec essent rata in ipso.) Apoc. 10, 11. (Sed 22, 16. aut ἐν est legendum aut praepositio plane tollenda.) Hom. Il. 1, 55. Xen. Anab. 5, 2, 12. 4, 1, 13. Cyr. 6, 3, 28. Dem. 21, 19. Nota phrasin: μὴ ἐπανέτω ὁ ἥλιος ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, Eph. 4, 26. i. e. ne perseveret ὁ — ὑμῶν, usque dum occidat sol. Deut. 24, 15.

b., Eadem praepositione notatur, quod latiori sensu ac per tropum dicitur alicui effectui s u b e s s e tamquam ratio, fundamentum ac fulcrum, et id esse, in quo aliquid n i t a t u r; *aa.*, de fulcro: ζῆν ἐπί τινι, Matth. 4, 4. et Luc. 4, 4. (Gen. 27, 40. Deut. 8, 3. — Plat. Alcibiad. 1. sub init.) ἐπ᾽ ἐλπίδι, spe fretus, cum spe, Act. 2, 26. Rom. 4, 18. 1 Cor. 9, 10. Tit. 1, 2. — addita spe, Rom. 8, 20. Luc. 5, 5. Act. 3, 16. — aliquid facere ἐπὶ τῷ ὀνόματί τινος, i. e. quia quis nomen (dignitatem, auctoritatem) alicuius aut sibi aut aliis tribuit; — sibi, Matth. 24, 5. et Marc. 13, 6. Luc. 21, 8. (ἐλεύσονται ἐπὶ τ. ὀν. μου, nomen Messiae, quod mihi competit, sibi tribuentes.) — aliis, Luc. 9, 49. (Marc. 9, 38. 39. pro quo Matth. 7, 22. simplex dat. et Marc. 16, 17. ἐν τῷ ὀνόμ. μου.) auctoritate alicuius, nomine alicuius interposito (cf. Act. 2, 38. 16, 18. et 19, 13.), Luc. 24, 47. Act. 4, 17. 18. 5, 28. 40. — Matth. 18, 5. (Marc. 9, 37. Luc. 9, 48. Explicatur Marc. 9, 41. verbis: ὅτι χριστοῦ ἐστε.) — Aliter Luc. 1, 59. secundum (iuxta) nomen. (Nehem. 7, 63. Esdr. 4, 63.) — παρακαλεῖσθαι ἐπί τινι, dat. pers., 1 Thess. 3, 7. —

ita quoque in phrasibus: ἀρκεῖσθαι ἐπί τινι, 3 Joh. v. 10. — παῤῥησιάζεσθαι, Act. 14, 3. — πεποιθέναι, Luc. 18, 9. 11, 22. Marc. 10, 24. 2 Cor. 1, 9. Hebr. 2, 13. — πιστεύειν, Luc. 24, 25. Rom. 9, 33. 10, 11. al. (Matth. 27, 42. text. vulg. πιστεύσομεν αὐτῷ, recte; male alii: ἐπ' αὐτόν.) — βέβαιος ἐπί, Hebr. 9, 17. — *bb.*, de ratione, quae dictis factisque subest, ut ἐπί sit i. q. propter, Act. 3, 16. 4, 9. 11, 19. 1 Cor. 8, 11. Matth. 19, 9. Phil. 3, 9. — αἰνεῖν, Luc. 2, 20. — δοξάζειν τινὰ ἐπί τ., Act. 4, 21. 2 Cor. 9, 13. — μαρτυρεῖν, Hebr. 11, 4. — εὐχαριστεῖν τινι ἐπί τ., 1 Cor. 1, 4. Phil. 1, 5. 1 Thess. 3, 9. — χάρις, 2 Cor. 9, 15. — ἐφ' ᾧ, quia, Rom. 5, 12. Phil. 3, 12. — συνιέναι ἐπί, Marc. 6, 52. Quare verbis quibusdam animi affectum exprimentibus obiectum suppeditat, ad quod referantur, v. c. exprimentibus gaudium, moerorem, tristitiam, ut ἀγαλλιᾶν, Luc. 1, 47. (ἀγάλλεσθαι, Xen. Mem. 2, 6, 35.) — χαίρειν, Matth. 18, 13. Luc. 13, 17. Rom. 16, 19. al. — χαρά ἐστι, Luc. 1, 14. 15, 7. — χαρὰν ἔχω, Philem. v. 7. — κλαίειν, Luc. 19, 41. — κοπετὸν ποιεῖν, Act. 8, 2. — κόπτεσθαι, Apoc. 18, 9. 11. — ὀδυνᾶσθαι, Act. 20, 38. — ὀλολύζειν, Jac. 5, 1. — στυγνάζειν, Marc. 10, 22. — συλλυπεῖσθαι, Marc. 3, 5. (Lucian. Toxar. §. 24.) — μετανοεῖν ἐπί, dolere de, Reue empfinden über, 2 Cor. 12, 21. — misericordiam: σπλαγχνίζεσθαι, Matth. 14, 14. (Marc. 6, 34.) Luc. 7, 13. — μικροθυμεῖν, Matth. 18, 26. 29. Luc. 18, 7. Jac. 5, 7. — iram et indignationem: ὀργίζεσθαι, Apoc. 12, 17. — admirationem: ἐκπλήττεσθαι, Marc. 1, 22. (Matth. 7, 28. Luc. 4, 32.) Luc. 9, 43. Act. 13, 12. (Aelian. V. H. 12, 41. Xen. Cyr. 1, 4, 2.) — διαταράττεσθαι, Luc. 1, 29. — ἐξίστασθαι, Luc. 2, 47. — θαμβεῖσθαι, Marc. 10, 24. — θάμβος περιέχει τινά, Luc. 5, 9. cf. Act. 3, 10. — θαυμάζειν, Marc. 12, 17. (Luc. 20, 26.) Luc. 4, 22. 9, 43. Act. 3, 12. — affectum gloriantis et eius, quem alicuius rei vel hominis pudet, καυχᾶσθαι, Rom. 5, 2. — ἐπαισχύνεσθαι, Rom. 6, 21. — ἐπί τινι, quod attinet ad aliquem, im Betreff, Act. 5, 35. Hebr. 9, 10. — *cc.*, Nonnunquam dicitur pro ἐπί c. accusat. in construct. praegn., ut terminus, ad quem s. finis mutetur in id, quod facto subsit, Act. 21, 24. (δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς.) Gal. 5, 13. (ἐκλήθητε ἐπ' ἐλευθερίᾳ.) Eph. 2, 10. 1 Thess. 4, 7. (possis dicere in his l. τῷ ἐπί indicari praemium aliquod propositum aut exspectatum s. rem, quam in mente habuerit, qui aliquid fecisse dicitur. Locos simillimos ex Graecis scriptoribus excitatos vide in Matthiaei gramm. §. 585. β.) — Matth. 26, 50. (ἐφ' ᾧ πάρει; al. ἐφ' ὅ. Hesych. et Theophylact. ἐφ' ᾧ· ἐπὶ ποίῳ σκοπῷ. Cf. Herodot. 7, 146. πυθόμενος, ἐπ' οἷσι ἦλθον. — ἐλθεῖν ἐπὶ κακῷ, Thuc. 8, 58. Sed ἐφ' ᾧ pro ἐπὶ τίνι nuspiam dictum reperitur.) Act. 15, 14. (ut se colant.) 2, 38. Hebr. 7, 11. 8, 6. Phil. 4, 10. — Hinc *dd.*, ἐπί τινι, dat. pers., nostr. an (si quis aliquid ferre dicitur), Marc. 5, 33. Matth. 13, 14. — *ee.*, interdum cum subst. iunctum adverbiascit, v. c. ἐπὶ

τῷ ὁμοιώματί τινος, ad similitudinem alicuius, Rom. 5, 14. — ἐπ' εὐλογίαις, propr., cum benedictionibus, i. e. largiter, copiose, 2 Cor. 9, 6. (oppon. φειδομένως, parce.) cf. ἐπ' ἐλπίδι, secure. (Lys. p. 165, 13. ἐπ' εὐνοίᾳ λέγειν.)

2., insuper ad, Matth. 25, 20. 22. (κερδαίνειν τι ἐπί τινι.) Phil. 2, 27. (λύπην ἐπὶ λύπῃ. Eurip. Iphig. T. 197. φόνος ἐπὶ φόνῳ.) — προςτιθέναι ἐπί, Luc. 3, 20. — ἐπὶ πᾶσι τούτοις, praeter haec omnia, Luc. 16, 20. Eph. 6, 16. Col. 3, 14. (Xen. Cyr. 4, 5, 38.) Hebr. 8, 1. 1 Cor. 14, 16.

3., ante; — ἐπὶ θύραις, Matth. 24, 33. (Marc. 3, 29.) Joh. 5, 2. (ἐπὶ τῇ προβατικῇ, scil. πύλῃ.) Act. 5, 9. 28, 14.

4., contra, Luc. 12, 52. 53. (διαμερισμένοι ἐπί.) Act. 11, 19.

5., de rebus, quae tempore iunctae sunt, atque secum invicem ita comparantur, ut altera dicatur accidere interea, dum altera agatur, Joh. 4, 27. (ἐπὶ τούτῳ, interea, dum haec Jesus loquebatur, intervenerunt eius discipuli.) — Nostrates: bei, Lat. in, 2 Tim. 2, 14. 2 Cor. 1, 4. — unter, Lat. sub, Hebr. 9, 15.

III., cum accusativo motum in terminum repraesentat **1.**, ita, ut potius locus occupatus, quam via ad eum tendens designetur; *a.*, supra, *aa.*, additum verbis eundi, et quibus inest motus ad locum occupandum notio, vel *α.*, sensu proprio dictis, ἐλθεῖν, Matth. 14, 28. — πορεύεσθαι, Act. 8, 26. — προέρχεσθαι, Act. 20, 13. 9, 11. Matth. 22, 9. — φεύγειν, Matth. 24, 16. — ὁρμᾶν, Act. 7, 57. — ἐξέρχεσθαι, Luc. 8, 27. — ἐξιέναι, Act. 27, 43. — ἐπιβαίνειν, Matth. 21, 5. — ἀναβαίνειν, Luc. 5, 19. 19, 4. Act. 10, 9. Apoc. 20, 9. — καταβαίνειν, Luc. 22, 44. Apoc. 16, 21. — ἀπέρχεσθαι, Luc. 23, 33. — ἐφάλλεσθαι, Act. 19, 16. — vel *β.*, metaphor., *αα.*, de ingruentibus malis, ἔρχεσθαι ἐπί τ., Matth. 23, 35. Joh. 18, 4. Eph. 5, 6. Col. 3, 6. — ἥκειν, Matth. 23, 36. Luc. 19. 43. Apoc. 3, 3. — γίνεσθαι ἐπί τινα, incidere in aliquem, Luc. 1, 65. 4, 36. Act. 5, 5. 11. (aliter 8, 1. ubi praepos. ἐπί pertinet ad voc. διωγμός, cf. 13, 50.) — ἐπέρχεσθαι, Luc. 21, 35. Act. 8, 24. 13, 40. — προκόπτειν ἐπί τι, procedere in aliquid, 2 Tim. 3, 13. — subintellecto verbo γίνεσθαι, Matth. 27, 25. (suppl. γενέσθω.) Act. 18, 6. Rom. 2, 9. (suppl. γενήσεται.) Act. 13, 11. — πίπτειν, Apoc. 8, 10. 11, 11. — ἐπιπίπτειν, Luc. 1, 12. Act. 13, 11. 19, 17. Rom. 15, 3. (ex Ps. 69, 10.) Luc. 15, 20. Act. 20, 37. (Gen. 46, 29.) Rom. 4, 9. — *ββ.*, de bonis et beneficiis, quae conferuntur in aliquem, ἐπαναπαύεσθαι, Luc. 10, 6. 1 Petr. 4, 14. — ἐπισκηνοῦν, 2 Cor. 12, 9. — ἄρχεσθαι, Matth. 10, 13. Rom. 3, 22. — de spiritu S., καθίζειν, Act. 2, 3. — ἐπέρχεσθαι, Luc. 1, 35. Act. 1, 8. — καταβαίνειν, Marc. 1, 10. Luc. 3, 22. Joh. 1, 33. 52. — *γγ.*, ἐπιπίπτειν ἐπί τινα, de exstasi, Act. 10, 10. 44. — de sorte, Act. 1, 26. (οἱ ὁ, Jon. 1, 7. coll. Levit. 16, 9.) — πίπτειν ἐπὶ τοὺς

πόδας τινός, Act. 10, 25. — ἐπὶ πρόςωπον, Matth. 17, 6. 26, 39. Luc. 5, 12. 17, 16. 1 Cor. 14, 25. Apoc. 7, 11. — προςκυνεῖν, Hebr. 11, 21. — bb., additum verbis ponendi, ducendi, iaciendi; — τιθέναι, Matth. 23, 4. 5, 15. (Marc. 4, 21. Luc. 11, 33.) — ἐπιτιθέναι, Matth. 9, 13. Act. 15, 10. Apoc. 22, 18. Marc. 8, 25. 16, 18. Matth. 27, 29. Luc. 15, 5. Joh. 9, 15. Act. 28, 3. 8, 17. (cf. αἴρειν ἐφ' ἑαυτόν, Matth. 11, 29.) — προςτιθέναι, Matth. 6, 27. (Luc. 12, 25.) — οἰκοδομεῖν, Matth. 7, 24. 26. (Luc. 6, 49.) Rom. 15, 20. — ἐποικοδομεῖν, 1 Cor. 3, 12. — θεμελιοῦν, Luc. 6, 48. — τιθέναι τὰ γόνατα ἐπί, Act. 21, 5. — βάλλειν, Joh. 8, 59. Apoc. 2, 24. 14, 16. 18, 19. — ἐπιβάλλειν, Luc. 5, 36. (Matth. 9, 16.) — ἐπιβ. τὰς χεῖρας ἐπί τινα, Matth. 26, 50. al. v. ἐπιβάλλειν. — ἐπιῤῥίπτειν, Luc. 19, 35. 1 Petr. 5, 7. — ῥαπίζειν, Matth. 5, 39. — τύπτειν, Luc. 6, 29. — ἀναβιβάζειν, Matth. 13, 48. — ἐπιβιβάζειν, Luc. 10, 34. — κατάγειν, Luc. 5, 11. — καταχέειν, Matth. 26, 7. — σωρεύειν, Rom. 12, 20. — διδόναι, Luc. 19, 23. Apoc. 8, 3. — ἐπάγειν, Act. 5, 28. — ἐπιφέρεσθαι, Act. 19, 12. — ἐκχέειν, Act. 2, 17. 18. 10, 45. Tit. 3, 6. (οὗ pro ὅ, per attract.) — ἀναφέρειν ἐπί, 1 Petr. 2, 24. — κρεμᾷν ἐπί, Matth. 18, 6. — γέγραπται ἐπί τινα (scriptum, ut veniat in aliquem), Marc. 9, 12. 13. — λέγεται ἐπί, Hebr. 7, 13. — προφητεία ἐπί, 1 Tim. 1, 18. (secundum praeeuntes in te, i. e. quae in te eventum habeant, faustas apprecationes, cf. 4, 14. v. προφητεία.) — ἀποστέλλειν, Luc. 24, 49. — ἀποφέρειν, Apoc. 21, 10. — cc., Notes verba, quibus aliud verbum, motum aut immissionem significans, includitur, ἀνατέλλειν ἐπί, Matth. 5, 45. — βρέχειν, ibid. — πνέειν ἐπί, Apoc. 7, 1. (ex h. l. patet, quid differant ἐπί c. gen., über, et c. acc., einen anwehen, wehend auf einen kommen.) — διασωθῆναι, Act. 27, 44. — Hebr. 8, 8. (συντελέσω ἐπὶ — διαθήκην, i. e. novum foedus pangendo novas leges imponam in.) — ὀνομάζειν τὸ ὄνομα ἐπί (herabrufen), Act. 19, 13. 15, 27. cf. Jac. 5, 14. — φυλάσσειν φυλακὰς ἐπί, Luc. 2, 8. — constructiones praegnantes: καθεύδειν ἐπί τι, Marc. 4, 38. — στῆναι, Act. 26, 16. 14, 10. Apoc. 11, 11. — σταθῆναι ἐπί τι, Apoc. 12, 18. — ἑστηκέναι, Matth. 13, 2. (i. e. se collocaverat, ita ut occuparet littus; ἐπί h. l. non est: versus.) — Apoc. 14, 1. 4. 9, 7. — καθῆσθαι, Matth. 9, 9. (Marc. 2, 14.) Apoc. 6, 2. 4. 5. 4, 4. 11, 16. 14, 4. 16. 17, 3. 19, 11. 20, 11. Luc. 21, 35. — καθίσαι, Marc. 11, 2. Luc. 19, 30. Joh. 12, 14. Apoc. 20, 4. — καθίσεσθαι, Matth. 19, 28. — ἀφιέναι ἐπί, Matth. 18, 12. — κατοικεῖν, Act. 17, 26. — ἐπιστῆναι, Luc. 21, 34. (ne repente vobis superveniat.) Act. 10, 17. — μένειν (se demittere et manere), Joh. 1, 32. 33. 3, 36. — εἶναι ἐπί τινα, Act. 4, 33. — ἐπαναπαύεσθαι, Luc. 10, 6. 1 Petr. 4, 14. — σκηνοῦν, Apoc. 7, 15. — κεῖσθαι, 2 Cor. 3, 15. — εἶναι ἐπὶ τὸ αὐτό, una esse cum aliquo, Luc. 17, 35. Act. 1, 15.

2, 1. 44. — διδόναι ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας (aquam, quae infundatur in), Luc. 7, 44. — γεγονέναι ἐπί τινα, Act. 4, 22. — *dd.*, phrases de motu animi in terminum, v. c. πιστεύειν ἐπί τ., Act. 9, 42. 11, 17. 16, 31. 22, 19. Rom. 4, 5. 24. cf. 11, 21. (πιστεύσας ἐπέστρεψεν ἐπί.) — πίστις ἐπί, Hebr. 6, 1. — πέποιθα ἐπί, 2 Cor. 2, 3. 2 Thess. 3, 4. — ἐλπίζειν ἐπί τι (quasi spem directam habere in aliquid vel positam supra aliquo), 1 Petr. 1, 13. — χρηστὸς ἐπί τινα, Luc. 6, 35. — χρηστότης et ἀποτομία, Rom. 11, 22. Eph. 2, 7. — κλαίειν, Luc. 23, 28. — σπλαγχνίζομαι ἐπί τ., Matth. 15, 32. (Marc. 8, 2.) Marc. 9, 22. — κόπτεσθαι, Apoc. 1, 7. — εὐφραίνεσθαι, Apoc. 18, 20. Rom. 9, 23. — *ee.*, supra, de potestate ac dignitate: βασιλεύειν ἐπί τινα, Luc. 1, 33. 19, 14. 27. Rom. 5, 14. — καθίστημι, Act. 7, 27. Hebr. 2, 7. — τινὰ ἡγούμενον ἐπί, Act. 3, 6. — ἐξουσία ἐπί τ., Apoc. 6, 8. 16, 9. 22, 14. Luc. 10, 9. — subintellecto: γενόμενος, — υἱὸς ἐπί, Hebr. 3, 6. — ἱερεὺς μέγας, Hebr. 10, 21. — πιστὸς ἐπί, Matth. 25, 21. 23.

b., ad, in numerando, s. ubi numerus ad terminum ducitur, nos: auf; — ἐπὶ τρίς, Act. 10, 16. — ἐπ' ἔτη τρία, Luc. 4, 25. — ἐπὶ ἡμέρας πλείους, Act. 13, 31. 27, 20. — 16, 18. 17, 2. Hebr. 11, 30. — ἐπὶ πλείονα χρόνον, Act. 18, 20. — 19, 8. 10. 34. — ἐφ' ὅσον χρόνον, 1 Cor. 7, 39. Rom. 7, 1. Gal. 4, 1. (Thuc. 2, 35. Xen. Anab. 6, 6, 36. Palaeph. f. 28.) — Hinc cum adiectivis, quae in genere neutro de quantitate dicta ad tempus referuntur; ἐφ' ὅσον, quamdiu, Matth. 9, 15. 2 Petr. 1, 13. — ἐφ' ἱκανόν, satis diu, Act. 20, 11. — ἐπὶ πολύ, diu, Act. 28, 6. — ἐπὶ πλεῖον, diutius, Act. 4, 17. 20, 9. 24, 4. 2 Tim. 2, 16. 3, 9. (Aelian. V. H. 1, 20. Herodian. 8, 6, 7.)

2., Praeposit. ἐπί ita collocatur, ut ex ea animo informanda sit motus potius ac directionis in terminum, quam termini occupati cogitatio. Ita post verba de quaerentibus, petentibus, persequentibus aliquem adhibita. Est igitur *a.*, i. q. ad, auf etwas aus, i. e. vel ad aliquid recuperandum, Luc. 15, 4. — ἐκτείνειν τὰς χεῖρας ἐπί τινα, nach jemand, Luc. 22, 53. — βάλλειν κλῆρον, Marc. 15, 24. — vel si praefigitur nomini actionem denotanti, alicuius rei caussa, Luc. 23, 48. (ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην.) Hebr. 12, 10. Act. 8, 32. Palaeph. f. 40. Xen. Cyr. 1, 6, 12. Anab. 2, 5, 22. vel nostr.: auf einen los, v. c. ἐξέρχεσθαι ἐπὶ λῃστήν, ad capiendum latronem, Matth. 26, 55. (Marc. 14, 48. Luc. 22, 52.) Luc. 14, 31. 22, 52.

b., adversus, contra, ἀναστῆναι, Marc. 3, 26. — ἐγερθῆναι, Matth. 24, 7. (Marc. 13, 8. Luc. 21, 10.) — ἐπανίστασθαι, Matth. 10, 21. 13, 12. — ἐπεγείρειν διωγμόν, Act. 13, 50. — μερισθῆναι, Matth. 12, 26. (Marc. 3, 24. 25. Luc. 11, 17. 18. 12, 53. — ἐπαίρειν, Joh. 13, 18. — μάρτυρ ἐπί, 2 Cor. 1, 23. — μαρτύριον, Luc. 9, 5. — ἀσχημονεῖν, 1 Cor. 7, 36. — μοιχᾶσθαι, Marc. 10, 11. — συνήχθησαν, Act. 4, 27. (aliter

Matth. 27, 27. v. infr. — τολμᾶν, 2 Cor. 10, 2. — ὀργίζεσθαι, Apoc. 12, 17. — βρύχειν ὀδόντας, Act. 7, 54.

c., versus, ἐκτείνειν τ. χεῖρα, Matth. 12, 49. sic etiam de tempore, Marc. 15, 1.

d., ad, hin bei, i. e. hin zu, Marc. 16, 2. — ἐπὶ ἡγεμόνας, Matth. 10, 18. Luc. 12, 11. 58. 21, 12. 23, 1. Act. 9, 21. 16, 19. 17, 19. — ἐπὶ τὸ μνημεῖον, Luc. 24, 12. 22. 24. 24, 1. — Act. 21, 35. — πορεύεσθαι, Act. 25, 12. — ἐκπορεύεσθαι, Apoc. 16, 14. — ἐκτρέπεσθαι, 2 Tim. 4, 4. — ἐπιστρέφειν, Luc. 1, 16. 17. Act. 9, 35. 11, 21. 14, 15. 15, 19. 26, 18. 20. al. vid. h. v. — προςφέρειν, Matth. 5, 23. — συνήγαγον ἐπί, Matth. 25, 27. cf. 2 Thess. 2, 1. Marc. 5, 21. — ἔρχεσθαι, Luc. 19, 5. Act. 8, 36. 12, 10. 12. 24, 8. Joh. 19, 33. — καταβ. ἐπὶ τ. θάλ., Joh. 6, 16. Act. 10, 11. Luc. 5, 11. Act. 21, 32. — ὁδηγεῖν, Apoc. 7, 17. — παραγίνεσθαι, Matth. 3, 13. cf. 3, 7. (ἐπὶ τ. βαπτ. αὐτοῦ non est: ut baptismo initiarentur, sed: ad baptismum eius, i. e. ad locum, ubi baptismum administrabat.) Act. 17, 14. (tamquam ad mare.) 20, 13. — μετάνοια ἀπὸ — ἐπί, Hebr. 6, 1. — φθάνειν, Matth. 12, 28. (Luc. 11, 20.) — construct. praegn.: ἑστηκέναι ἐπί, Apoc. 3, 20. 15, 2. — ἐπιστῆναι ἐπί, Act. 10, 17. 11, 11. — εἰςέρχ. κ. ἐξέρχ., Act. 1, 21. — ἐπὶ τὴν δεξιάν, ad dexteram, Apoc. 5, 1.

e., supra (i. e. ultra, de transgressu), Matth. 14, 29. (ἐπὶ τὰ ὕδατα, über das Wasser hin.) 2 Thess. 2, 4. (ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα — θεόν.)

Ἐπιβαίνω, f. -βήσομαι, (ex ἐπί et βαίνω) **1.**, conscendo, seq. ἐπί τι, Matth. 21, 5. (Xen. H. G. 3, 4, 1. οἱ ὁ, Gen. 24, 61.) — ἐπιβ. τινί, Act. 27, 2. (Thuc. 7, 70.) — εἴς τι, Act. 21, 6. — nude positum 21, 2. — **2.**, ingredior, seq. εἰς, Act. 20, 18. — τινί, Act. 25, 1.

Ἐπιβάλλω, f. -βαλῶ, (ex ἐπί et βάλλω) iniicio; — τινί τι, Marc. 11, 7. (Matth. 21, 7. ἐπέθηκαν, Luc. 19, 35. ἐπιῤῥίψαντες.) 1 Cor. 7, 35. (Xen. Anab. 3, 5, 10.) — τὶ ἐπί τινα, v. c. τὴν χεῖρα vel τὰς χεῖρας ἐπί τινα (de iis, qui aliquem captivum ducturi sunt), Matth. 26, 50. (Marc. 14, 46.) Luc. 20, 19. 21, 12. Joh. 7, 39. 44. Act. 5, 18. 21, 27. — vel ἐπιβ. τὰς χεῖρας τινί, Act. 4, 3. — ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας seq. infinit. consilium indicante, Act. 12, 1. — ἐπιβ. τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, manus admovere aratro (de araturis), Luc. 9, 62. — ἐπιβάλλειν ἐπίβλημα ἐπὶ ἱμάτιον (assuere), Luc. 5, 36. (Matth. 9, 16. ἐπὶ ἱματίῳ, Marc. 2, 21. ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ.) — ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, Marc. 14, 72. (h. e. Theophylacto interprete: ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλήν, ut suppleatur: τὸ ἱμάτιον, veste capiti iniecta, s. capite operto flevit. Addit tamen Theophylact. etiam aliam interpretationem: ἀρξάμενος μετὰ σφοδρότητος; priorem praefert Lambert. Bos. exercitatt. philol. p. 21.) — **2.**, sensu intransit., me iniicio, irruo,

εἰς, Marc. 4, 37. (de fluctibus in navem irruentibus.) — 3., imperson., ἐπιβάλλει μοι, pertinet ad me, Luc. 15, 12. (τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. 1 Macc. 10, 30. Tob. 6, 13. Polyb. 8, 24, 1.)

Ἐπιβαρέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et βαρέω, quod idem valet ac βαρύνω) aggravo, onero; — τινά, 1 Thess. 2, 9. et 2 Thess. 3, 8. — locus obscurus: 2 Cor. 2, 5. (si quis dolorem attulit, non mihi attulit, nisi aliquatenus, ne molestum castigandi eius negotium imponerem vobis omnibus. Alii verba: ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ a sequentibus seiuncta in parenthesi ponunt, vertuntque: ne quid acerbius dicam; quorum interpretum consilium sequi valde dubitamus.)

Ἐπιβιβάζω, f. άσω, (ex ἐπί et βιβάζω) conscendere facio, impono aliquem alicui, τινὰ ἐπί τι, Luc. 10, 34. 19, 35. Act. 23, 24. — οἱ ό, 2 Sam. 6, 8.

Ἐπιβλέπω, f. ψω, (ex ἐπί et βλέπω) adspicio, ἐπί τινα, aliquem, Jac. 2, 3. (h. l. cum admirationis ac reverentiae sensu aliquem intueor.) — Luc. 1, 18. (ἐπὶ τὴν ταπείνωσίν τινος, i. e. misereor alicuius, 1 Sam. 1, 11.) 9, 38. (text. rec. ἐπίβλεψον, recte, cf. Ps. 25, 16. 69, 17.)

Ἐπίβλημα, τος, τό, (ab ἐπιβάλλω, perf. pass.) id quod iniectum vel adiectum est rei alicui, additamentum, assumentum (i. q. ἐπίῤῥαμα), Matth. 9, 16. (Marc. 2, 21. Luc. 5, 36.) οἱ ό, Jes. 3, 20.

Ἐπιβοάω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et βοάω) acclamo; — seq. acc. c. inf., Act. 25, 24.

Ἐπιβουλή, ῆς, ἡ, (βουλὴ ἐπί, scil. τινά) consilium adversus aliquem initum, insidiae, Act 9, 24. 20, 3. (γίνεταί τινι ἐπιβουλὴ ἀπό.) — εἴς τινα, Act. 23, 30. (μηνυθείσης μοι ἐπιβουλῆς — μέλλειν ἔσεσθαι pro: μελλούσης ἔσεσθαι. Sed infinit. μέλλειν cum altero: ἔσεσθαι in unam notionem, quasi unum cum illo verbum efficiens, coniunctus est.) — pl., Act. 20, 19.

Ἐπιγαμβρεύω, f. εύσω, (ex ἐπί et γαμβρεύω, quod est a γαμβρός, a, gener, socer, b., affinis, uxoris frater, — ut hoc a γαμέω = γαμερός. Cf. μεσημβρία) — γυναῖκα, occurrit in quodam N. T. loco, ubi ad legem de leviratu Deut. 25, 5. respicitur, ut significet: tamquam affinis s. affinitatis iure uxorem duco, Matth. 22, 24. (Gen. 38, 8. — futur. h. l. pro imperat. Sed pro ἐπιγαμβρεύσει Marc. et Luc. dixerunt: ἵνα λάβῃ.)

Ἐπίγειος, είον, ὁ, ἡ, (ex ἐπί et γῆ) terrenus, terrestris; — οἰκία, 2 Cor. 5, 1. — 1 Cor. 15, 40. (σώματα ἐπίγ., oppon. ἐπουράνια.) — absol., qui in terra habitant, Phil. 2, 10. — τὰ ἐπίγεια, quae in terra fiunt et ad terram pertinent, Joh. 3, 12. (oppon. et h. l. τὰ ἐπουράνια, de qua opposit. v. 4 Esr. 4, 7 — 11.) — τὰ ἐπίγεια φρονεῖν dic., qui libidinibus inhiant, Phil. 3, 19. — σοφία ἐπίγειος (oppon. ἡ ἄνωθεν κατερχομένη), sa-

pientia hominum, qui solo rerum terrenarum appetitu ducuntur, Jac. 3, 15.

Ἐπιγίνομαι, (ex ἐπί et γίνομαι, q. v.) supervenio, advenio, oborior, Act. 28, 13. ἐπιγενομένου νότου, oborto austro. (Thuc. 3, 74. 4, 30.)

Ἐπιγινώσκω, f. -γνώσομαι, aor. 2. ἐπέγνων, (ex ἐπί et γινώσκω, q. v.) **1.**, accurate, plane cognosco, 1 Cor. 13, 12. (disting. h. l. γινώσκω ἐκ μέρους et ἐπιγιν.) — τί, — τὴν χάριν, Col. 1, 6. — τὴν ἀλήθειαν, 1 Tim. 4, 3. — τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσ., 2 Petr. 2, 21. — τί seq. ὅτι (e certo attractionis genere, v. ἐμβλέπω, κατανοῶ, εἴδω), 1 Cor. 14, 37. — **2.**, comperio aliquid (ita, ut vere est), von zugekommener Kunde, ubi subauditur αὐτό, Act. 9, 30. — seq. ὅτι, Luc. 7, 37. 23, 7. Act. 22, 29. 28, 1. — praerepto accus. per attractionem, Rom. 1, 32. — seq. δι' ἣν αἰτίαν, Act. 22, 24. — παρά τινας (gen. pers.) περί τινος (gen. rei), Act. 24, 8. — **3.**, agnosco (quasi iterum cognosco, nach einer vorausgegangenen entweder das Allgemeine, das Schema, oder das Besondere, Individuelle, betreffenden Kenntniss etwas als das und das erkennen) locum, Act. 27, 39. — τὴν ἀσφάλειαν, Luc. 1, 4. — τινά, Matth. 11, 27. (Luc. 10, 22. γινώσκει, τίς ἐστιν.) Matth. 14, 35. Marc. 6, 33. 54. Luc. 24, 16. 31. — Matth. 17, 12. (non ita se erga eum gesserunt, ac si eum nossent.) 1 Cor. 16, 18. — τί, 2 Cor. 1, 13. Act. 12, 14. — τὶ ἀπό τινος, Matth. 7, 16. 20. — τινά seq. ὅτι, Act. 3, 10. 4, 13. 2 Cor. 1, 14. 13, 5. — Hinc etiam **4.**, sentio, Luc. 5, 22. 1, 22. Hinc voc. seq.

Ἐπίγνωσις, εως, ἡ, **1.**, accurata cognitio; *a.*, absol., κατ' ἐπίγνωσιν, Rom. 10, 2. (secundum rectam cognitionem.) — ἐν ἐπιγνώσει, Phil. 1, 9. Col. 3, 10. — *b.*, c. gen. obi., Col. 1, 9. 2, 2. 1 Tim. 2, 4. 2 Tim. 3, 7. — **2.**, agnitio; — τινός, gen. obi., gen. rei, Rom. 3, 20. — τῆς ἀληθείας, 2 Tim. 2, 25. (μετάνοια εἰς ἐπίγν. τῆς ἀληθ. Ergo in eum cadere h. l. dicitur, qui veritati non resistit, atque hoc est, qui eam agnoscit.) Tit. 1, 1. Philem. v. 6. — **3.**, τινός, gen. pers., cognitio alicuius, qua quis et qualis aliquis sit, cognoscitur isque pro eo, qui est, agnoscitur; de cognitione dei, Eph. 1, 17. Col. 1, 10. 2 Petr. 1, 2. 3. — Christi, 2 Petr. 1, 8. Eph. 4, 13. — θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, Rom. 1, 28.

Ἐπιγραφή, ῆς, ἡ, (ut a γράφω ἡ γραφή, ita ab ἐπιγράφω ἡ ἐπιγραφή) inscriptio, id quod v. c. tabulae dealbatae nigris litteris inscriptum est, Luc. 23, 38. (Marc. 15, 26. c. gen., ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας et ἐπιγράφειν ἐπιγραφήν.) v. Sueton. Domit. c. 10. — inscriptio monetae, Matth. 22, 20. (Marc. 12, 16. Luc. 20, 24.)

Ἐπιγράφω, f. ψω, (ex ἐπί et γράφω, sculpo) inscribo, Marc. 15, 26. (ἐπιγραφήν.) — pass., Apoc. 21, 12. (ῥήματα.) — ἔν τινι, Act. 17, 23. — ἐπί τι, Hebr. 8, 10. (ἐπὶ καρδίας,

ex Jerem. 31, 33. ubi οἱ ὁ· ἐπὶ τὰς καρδίας.) — ἐπί τινος, Hebr. 10, 16.

Ἐπιδείκνυμι, f. -δείξω, (ex ἐπί et δείκω = δείκνυμι) ostendo, monstro, *a.*, τί, i. e. *aa.*, in conspectum profero, Matth. 22, 19. (Luc. 20, 24. alii codd. δείξατε.) — τί τινι, Matth. 24, 1. Luc. 24, 40. — ἑαυτόν τινι, Luc. 17, 14. (Xen. Anab. 1, 2, 24. Cyr. 5, 5, 5.) — med. ἐπιδείκνυμαί τι, Act. 9, 39. (Xen. Anab. 4, 5, 13.) — *bb.*, τί τινι, spectandum praebeo, i. e. efficio, edo; — σημεῖον, Matth. 16, 1. (al. codd. δεῖξαι.) — *cc.*, τί τινι, cognoscendum praebeo, Hebr. 6, 17. — *dd.*, med., ostendo in me, praesto, factis significo; — σπουδήν, Hebr. 6, 11. — *b.*, seq. acc. c. infin., demonstro, comprobo, Act. 18, 28.

Ἐπιδέχομαι, f. -δέξομαι, (ex ἐπί et δέχομαι, capio) — τινά, **1.**, hospitio excipio, 3 Joh. v. 10. (Polyb. 22, 1, 3.) — **2.**, admitto, 3 Joh. v. 9. (Polyb. 6, 24, 7.)

Ἐπιδημέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἐπίδημος, advena, peregrinus, qui in aliquam civitatem immigravit) versor in aliquo populo (tamquam) peregrinus, Act. 2, 10. 17, 21. (Lucian. Dial. D. 20, 23. Theophr. Char. 5. vel 3, 2. Aelian. V. H. 13, 16. Xen. Mem. 1, 2, 61.)

Ἐπιδιατάσσομαι, ττομαι, f. ξομαι, (ex ἐπί et διατάσσομαι) insuper dispono, insuper constituo, constituto aliquid addo, Gal. 3, 15.

Ἐπιδίδωμι, f. -δώσω, (ex ἐπί et δίδωμι) **1.**, trado, exhibeo, Matth. 7, 9. 10. (Luc. 11, 11. 12.) Luc. 24, 30. 42. Joh. 13, 26. Act. 15, 30. — pass., Luc. 4, 17. — **2.**, trado, i. e. permitto potestati et arbitrio alicuius, Act. 27, 15. (ἐπιδόντες scil. τὸ πλοῖον τῷ ἀνέμῳ. Sil. Ital. 11, v. 275. „puppimque dat vento.“)

Ἐπιδιορθόομαι (οῦμαι), (med. verbi ἐπιδιορθόω, — ex ἐπί et διορθόω, v. supr. διόρθωσις) vel insuper corrigo, vel insuper (quae adhuc ordinanda restant) ordino, Tit. 1, 5. (alii codd. διορθώσῃς.)

Ἐπιδύω, f. -δύσω, (ex ἐπί et δύω) occido (de occasu solis); — ἐπί τινι, Eph. 4, 26. (Deut. 24, 15.)

Ἐπιεικεία, ας, ἡ, (ab ἐπιεικής, q. v.) lenitas, aequitas, Act. 24, 4. (dat. pertinet ad ἀκοῦσαι, — per tuam, s. pro tua.) 2 Cor. 10, 1. (coniunct. h. l. cum voc. πραότητος.) Polyb. 1, 14, 4.

Ἐπιεικής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex ἐπί et εἰκός, quod par est) licens, aequus, lenis, 1 Tim. 3, 3. Tit. 3, 2. 1 Petr. 2, 18. Jac. 3, 17. — Neutr. τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν i. q. ἡ ἐπιεικεία ὑμ., Phil. 4, 5.

Ἐπιζητέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et ζητέω) inquiro, nostr.: auf-, herbeisuchen; — τινά, Act. 12, 19. (Xen. Cyr. 2, 4, 25.) — τί, Hebr. 11, 14. (τὴν πατρίδα.) 13, 14. — **2.**, τί, appeto, desidero, Matth. 6, 32. (Luc. 12, 30.) 12, 39. (Luc. 11, 29.)

16, 4. (Marc. 8, 12.) Phil. 4, 17. Rom. 11, 7. — περί τινος, Act. 19, 39. (si vero alia spectat quaestio vestra.)

Ἐπιθανάτιος, ια, ον, (ex ἐπί et θάνατος) morti addictus, 1 Cor. 4, 9. (Dion. Halic. Ant. 7, 35.)

Ἐπίθεσις, εως, ἡ, (ab ἐπιτίθημι, impono) impositio; — τῶν χειρῶν, Act. 8, 18. 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6. Hebr. 1, 2. (impositio manuum, χειροθεσία, ritus solennis, quo apud Judaeos ii utebantur, qui preces pro aliquo faciebant et beneficia divina in aliquem conferebant aut pollicebantur, Gen. 48, 14. 2 Reg. 5, 11. Matth. 19, 13. [Marc. 10, 16.] A Judaeis transiit ad primos Christianos. Sicut enim hoc ritu utebantur apostoli, quando doctores coetibus Christianorum praeficiendos inaugurabant, ita etiam in recipiendis iis, qui baptismo initiabantur, antiquissimis Christianae ecclesiae temporibus observari solitus est.)

Ἐπιθυμέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et θυμός, animus) propr., animum in aliquid conversum teneo, ergo: concupisco; *a.*, absol., i. q. desidero, Jac. 4, 2. — *b.*, cupiditatibus me duci patior, de iis, qui illicita appetunt, 1 Cor. 10, 6. Rom. 7, 7. 13, 9. (futur. pro imperat. ex Ex. 20, 14.) — κατά τινος, Gal. 5, 17. — *c.*, constr. *aa.*, τινός, concupisco, appeto aliquid, Act. 20, 33. 1 Tim. 3, 1. (Xen. Mem. 1, 6, 5.) — de libidin. vener., — γυναικός, Matth. 5, 28. (al. codd. αὐτήν.) — *bb.*, seq. infin. vel aoristi, ut Matth. 13, 17. (Luc. 10, 24. ἠθέλησαν.) Luc. 15, 16. 17, 22. 1 Petr. 1, 12. Apoc. 9, 6. (Xen. Cyr. 1, 4, 25.) — ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα, vehementer appetii, Luc. 22, 15. (ex hebr. Gen. 31, 30.) Num. 11, 4. — vel praesentis, ut Hebr. 6, 11. (Xen. Cyr. 1, 4, 6. Hier. 1, 9.)

Ἐπιθυμητής, οῦ, ὁ, (ab ἐπιθυμέω) concupiscens, cupidus, studiosus; — κακῶν, 1 Cor. 10, 6. (Num. 11, 4. Ps. 78, 29 — 31. — c. gen., Dem. p. 661. ult. Xen. Apol. Socr. §. 28.)

Ἐπιθυμία, ας, ἡ, (ex ἐπί et θυμός) cupiditas, appetitus, desiderium, Luc. 22, 16. (v. ἐπιθυμέω.) Phil. 1, 23. (τὴν ἐπιθ. ἔχειν εἴς τι, Deut. 1, 26.) 1 Thess. 2, 17. (ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ.) Apoc. 18, 14. — pl., Marc. 4, 19. (αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι.) — speciat., cupiditas, quae nititur in vetitum, Rom. 7, 7. 8. — libido (sensuum illecebris excitata), Rom. 13, 14. Jac. 1, 14. 15. 2 Petr. 1, 4. v. p. 378. — ἐπιθυμία κακή, Col. 3, 5. — pl., de cupiditatibus non satis temperatis, 2 Tim. 2, 22. 3, 6. — de libidinibus ea unice, quae suavia sunt, captantibus, 2 Tim. 4, 3. (κατὰ τὰς ἐπιθ. τὰς ἰδίας.) 2 Petr. 3, 3. Jud. v. 16. 18. Tit. 3, 3. 1 Petr. 1, 14. 4, 2. 3. (Xen. Mem. 1, 2, 24.) — unde peccata nascuntur, Rom. 6, 12. — item de pravis consiliis, quae ex malitia animi proficiscuntur, Joh. 8, 44. (ποιεῖν τὰς ἐπιθ.) — praecipue de luxurie et lascivitate, ἡ ἐπιθ. σαρκός, 1 Joh. 2, 16. Gal. 5, 16. (τελεῖν ἐπιθυμίαν σαρκός.) — pl., 2 Petr. 2, 18. Eph. 2, 3. (πορεύεσθαι ἐν ἐπιθ. σαρκ.) — αἱ σαρκικαὶ ἐπιθ., 1 Petr. 2, 11. — αἱ κοσμικαὶ ἐπιθ., Tit. 2, 12. cf. 1 Joh. 2, 17.

— ἐπιθυμία μιασμοῦ, impura, 2 Petr. 2, 10. — αἱ ἐπιθ. τῆς ἀπάτης, Eph. 4, 22. — absol., de re venerea et amore impuro, 1 Thess. 4, 5. (Xen. Cyr. 1, 6, 34.)

Ἐπικαθίζω, f. ίσω, (ex ἐπί et καθίζω, sedere facio) intr., insideo, Matth. 21, 7. (text. vulg. ἐπεκάθισαν.)

Ἐπικαλέω (ῶ), f. έσω, (ex ἐπί et καλέω) **1.**, cognomino (ἐπί ergo notat nomen additum. Hinc ἐπίκλησις, cognomen, Hom. Il. 7, 138.), Matth. 10, 25. (text. vulg. ἐκάλεσαν.) — pass., ὁ ἐπικαλούμενος, qui cognomine utitur, Luc. 22, 3. Act. 10, 18. 11, 13. 12, 12. 15, 22. (Xen. Mem. 1, 4, 2.) i. q. ὃς ἐπικαλεῖται, Act. 10, 5. 32. — ὁ ἐπικληθείς, Matth. 10, 3. Act. 4, 36. 12, 25. i. q. ὃς ἐπεκλήθη, Act. 1, 23. — pass. vi medii instr., cognomen mihi imponi patior, Hebr. 11, 16. (infinit. post αὐτούς per epexegesin additus, v. ἐπαισχύνομαι.) — τινά, 1 Petr. 1, 17. εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε, si vobis patrem, i. e. si patrem vestrum cognominatis.

2., ἐπικαλῶ τὸ ὄνομα ἐπί τινα, nomen impono alicui; — pass., ἐφ᾽ οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου, ex hebr. נִקְרָא שְׁמִי עֲלֵיהֶם, Act. 15, 17. (ex Amos. 9, 12. cf. 2 Sam. 12, 28. Deut. 28, 10. Jes. 63, 19. 4, 1. al. — Wahl. p. 601. enarrari vult: simul nominor cum (ἐπί!) aliquo. Sed textus hebr. longe alia docet.) Jac. 2, 7.

3., advoco, i. e. in auxilium voco. — Med., advoco mihi, *a.*, absol., de eo, qui deum implorat, Act. 7, 59. (subaud. τὸν κύριον.) — *b.*, ἐπικαλοῦμαι τινὰ μάρτυρα, testem aliquem advoco, i. e. ut testis mihi sit, 2 Cor. 1, 23. (Diod. Sic. 5, 79. βοηθόν.) cf. ἐπιμάρτυρος apud Hom. — appello aliquem (ad aliquem provoco), Act. 25, 11. 28, 19. — plusqpf. pass. signif. media, Act. 25, 12. 26, 32. (v. Matth. gramm. §. 493. et Hermann. ad Viger. p. 748. not. 166.) — appello, seq. inf. pass., Act. 25, 21. (ut asservaretur.) — *c.*, ἐπικαλοῦμαι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, Vulg. invoco nomen dei, i. e. deum veneror (cf. Hom. Il. 9, 454.), Act. 2, 21. (Joël. 3, 5.) 9, 14. Rom. 10, 13. 14. 1 Cor. 1, 2. Act. 22, 16. 9, 21. — τὸν κύριον, Rom. 10, 12. 2 Tim. 2, 22.

Ἐπικάλυμμα, τος, τό, (ab ἐπικαλύπτω, q. v. — perf. pass.) tegumentum, velamentum, 1 Petr. 2, 16. (τὴν ἐλευθερίαν ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας.)

Ἐπικαλύπτω, f. ψω, (ex ἐπί et καλύπτω, tego) obtego; — αἱ ἁμαρτίαι ἀποκαλύπτονται, obteguntur, i. e. condonantur, Rom. 4, 7. (ex Ps. 32, 1.)

Ἐπικατάρατος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἐπί et κατάρατος, diris devotus, a καταράομαι) exsecrabilis, poenis divinis obnoxius, oppon. εὐλόγητος, Joh. 7, 49. Gal. 3, 10. (Deut. 27, 26.) v. 13. (Deut. 21, 23.)

Ἐπίκειμαι, f. -κείσομαι, (ex ἐπί et κεῖμαι, iaceo) **1.**, iaceo in, adiaceo, superiaceo; — ἐπί τινι, Joh. 11, 38. (Xen. Oecon. 19, 13.) — de vento irruente, Act. 27, 20. — ἀνάγκη μοι ἐπί-

κειται, 1 Cor. 9, 16. — ἐπικείμενα dic., quae lege imposita sunt, Hebr. 9, 10. — 2., τινί, urgeo aliquem, Luc. 5, 1. — insto, c. part., ἐπέκειντο αἰτούμενοι, Luc. 23, 23.

Ἐπικούρειος, ου, ὁ, Epicureus, sectae Epicuri, Atheniensis philosophi, addictus, Act. 17, 38.

Ἐπικουρία, ας, ἡ, (ab ἐπίκουρος, — οἱ ἐπίκουροι, milites conductitii, militantes pro iis, quibus bellum illatum erat) auxilium, Act. 26, 22. (Xen. Cyr. 6, 1, 52. — ἐπικουρεῖν νόσοις, Xen. Mem. 1, 4, 13.)

Ἐπικρίνω, f. νῶ, (ex ἐπί et κρίνω) decerno, sententiam fero, seq. acc. c. inf., Luc. 23, 24.

Ἐπιλαμβάνομαι, f. -λήψομαι, (med. verbi ἐπιλαμβάνω, assumo) prehendo, apprehendo (sich anhalten, anfassen), *a.*, τινά, Act. 9, 27. 16, 19. 18, 17. — *b.*, τινός, Matth. 14, 31. Luc. 9, 47. (Marc. 9, 36. λαβών.) 23, 26. Act. 17, 19. 21, 30. 33. (Xen. Cyr. 7, 1, 31.) — Luc. 14, 4. — τῆς χειρός τινος, Marc. 8, 23. Act. 23, 19. (Hom. Il. 11, 646.) — de duce, ideoque metaph. de deo, Hebr. 8, 9. — ἐπιλ. τινος λόγου, aliquem capio in sermone (i. e. arripio aliquid ab eo dictum, quod in sinistram partem verti potest), Luc. 20, 20. 26. (Marc. 12, 13. ἀγρεύω τινὰ λόγῳ. — Matth. 22, 15. παγιδεύω τινὰ ἐν λόγῳ. Xen. Mem. 1, 2, 31. H. G. 2, 1, 22. Theophr. Char. 8, 2.) — ἐπιλ. τῆς αἰωνίου ζωῆς, arripio, apprehendo, i. e. eo annitor, ut potiar, 1 Tim. 6, 12. 19. — metaphora a duce desumta, succurro, opem fero alicui, Hebr. 2, 16. (cf. 8, 9. Sirac. 4, 12. — Schulzius refert ad mortem: non enim mors angelos comprehendit, opprimit. Quod probaremus, si in seq. scriptum esset: ἀλλὰ σπέρματος Ἀδάμ pro Ἀβραάμ.)

Ἐπιλανθάνομαι, f. ἐπιλήσομαι, perf. ἐπιλέλησμαι, (med. verbi ἐπιλανθάνω, lateo, oblivisci facio, ex ἐπί et λανθάνω) pr., obliviscor; *a.*, τί, negligo, non amplius curo, Phil. 3, 14. — Not.: partic. perf. ἐπιλελησμένος, significatione pass., oblivioni traditus, i. e. neglectus, Luc. 12, 6. cf. Matth. gramm. §. 500. οἱ ὁ, Jes. 23, 16. — *b.*, τινός, Hebr. 6, 10. 13, 2. 16. — *c.*, seq. inf. aor., ἐπελάθοντο λαβεῖν, Matth. 16, 5. (Marc. 8, 14.) — *d.*, seq. orat. indir., Jac. 1, 24.

Ἐπιλέγω, f. ξω, (ex ἐπί et λέγω) 1., voco, benennen; — pass. ἐπιλεγόμενος, Joh. 5, 2. — 2., eligo (Isocr. Paneg. c. 25.). Med. ἐπιλέγομαι, eligo mihi, Act. 25, 40. (οἱ ὁ, Ex. 17, 9. 18, 25. Diod. Sic. 3, 73. 14, 12.)

Ἐπιλείπω, f. ψω, (ex ἐπί et λείπω) deficio aliquem, ermangeln (v. c. ἐπιλείπει, v. supr. ἐκλείπω); ut Graeci dicunt: ἐπιλείπει μοι ὁ χρόνος, ἡ ἡμέρα, tempus, dies me deficit, v. Passov. lex. sub h. v., plane ita Hebr. 11, 32.

Ἐπιλησμονή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιλήσμων, quod desc. a perf. pass. verbi ἐπιλανθάνομαι, v. supr. ἀσχήμων, — i. q. ἐπιλησμοσύνη, quod v., diu lexicis defuit, v. Lobeck. ad Phryn. p. 383.

et ἐπιλήσμη) oblivio, Jac. 1, 25. (ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς, ex hebr. i. q. ἀκρ. ἐπιλήσμων, obliviosus. — V. supr. ἁγιοσύνη.)

Ἐπίλοιπος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex λοιπός et ἐπί) reliquus, 1 Petr. 4, 2. (Dem. 1250, 12. οἱ ό, Levit. 27, 18. Deut. 19, 20. Mich. 5, 3. Jerem. 25, 20. 44, 24.)

Ἐπίλυσις, εως, ἡ, (ab ἐπιλύω, q. v.) solutio, Auflösung, metaph., interpretatio, 2 Petr. 1, 20. (sens.: nullum vaticinium proprio hominum ingenio explicari potest, sed eius interpretatio exspectanda est ab eventu.)

Ἐπιλύω, f. σω, (ex ἐπί et λύω) 1., propr., solvo, dissolvo, quae sunt nodosa aut vinculis constricta, aut obsignata. — Hinc 2., expedio (rem controversam), dirimo, Act. 19, 39. — explico (id quod obscurum et intellectu difficile est), Marc. 4, 34. (οἱ ό, Gen. 41, 12.)

Ἐπιμαρτυρέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et μαρτυρέω) attestor, seq. acc. c. inf., 1 Petr. 5, 12. (οἱ ό, 1 Reg. 2, 42. Neh. 9, 29. 30.)

Ἐπιμέλεια, ας, ἡ, (ab ἐπιμελής, et hoc ab ἐπιμέλομαι, q. v.) cura, Act. 27, 3. (ἐπιμελείας τυχεῖν, curam nancisci. Apollon. 2, 390. 1 Macc. 16, 14. 2 Macc. 11, 23.)

Ἐπιμέλομαι vel ἐπιμελέομαι (οῦμαι), (verb. depon. pass.) — τινός, curam alicuius rei vel hominis gero, Luc. 10, 34. 35. 1 Tim. 3, 5. (Xen. Mem. 1, 1, 19. 1, 8, 11.)

Ἐπιμελῶς, adv., (ab adi. ἐπιμελής) diligenter, studiose, Luc. 15, 8. (Xen. Mem. 2, 4, 2.)

Ἐπιμένω, f. νῶ, (ex ἐπί et μένω, maneo) diutius maneo, diutius commoror; 1., propr. de commoratione in loco: ἐπιμ. ἐν (τόπῳ τινί), 1 Cor. 16, 8. — ἐν τῇ σαρκί, diutius vitam mortalem agere, Phil. 1, 24. — αὐτοῦ, ibi, Act. 21, 4. 15, 34. — ἐπί τινι, apud aliquem, Act. 28, 14. (Xen. Cyr. 5, 3, 52.) — πρός τινα, apud aliquem, 1 Cor. 16, 7. Gal. 1, 18. — quamdiu? Act. 10, 48. 21, 4. 10. 28, 12. 14. 1 Cor. 16, 7. — 2., trop., ἐπιμ. τινί, persevero, permaneo in, Act. 13, 43. Rom. 6, 1. (ἐπιμενοῦμεν; num permansuri sumus?) 11, 22. Col. 1, 23. 1 Tim. 4, 16. (imperat. praes.) — Aelian. V. H. 10, 15. Polyb. 1, 77, 1. Xen. Oecon. 14, 7. — iunctum cum particip., pergo, Joh. 8, 7. Act. 12, 16. (cf. παύομαι, ἐκκακῶ, τελέω.) v. μένω.

Ἐπινεύω, f. εύσω, (ex ἐπί et νεύω, nuo) adnuo, trop., (capitis nutu) polliceor, Act. 18, 20. (Dem. 232, 18.)

Ἐπίνοια, ας, ἡ, (ab ἐπινοέω, mente agito) cogitatio, consilium, Act. 8, 22. (Sap. 15, 4. Thuc. 3, 46. Polyb. 1, 48, 3.)

Ἐπιορκέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἐπίορκος, q. v.) peiero (Xen. Anab. 2, 6, 22. Aelian. V. H. 12, 8.), Matth. 5, 33. (fut. pro imperat., v. supr. ἐπιθυμέω, cf. Levit. 19, 12.)

Ἐπίορκος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἐπί, contra, et ὅρκος, iuramentum) periurus, qui fidem datam fallit, 1 Tim. 1, 10. (Xen. Ages. 1, 12.)

Ἐπιοῦσα, v. ἔπειμι.

Ἐπιούσιος, ίου, ὁ, ἡ, ον, τό, vulg. quotidianus, scil. ἄρτος, in locis Matth. 6, 11. Luc. 11, 3. Vox Graecis incognita et explicatu difficilis, cum de etymo non satis constet. Certum est, extremas vocis syllabas emanasse ex participio ὤν, οὖσα, ὄν, vel ἰών, ἰοῦσα, ἰόν, ut ἑκούσιος, ἐθελούσιος, γερούσιος ducuntur ab ἑκών, ἐθέλων, γέρων. Igitur ἐπιούσιος aut derivandum a., a partic. verbi ἔπειμι (sequor), ἐπιών, ιοῦσα, όν. Habetur in tritis formulis ἡ ἐπιοῦσα, scil. ἡμέρα, dies postera; ὁ ἄρτος ὁ ἐπιούσιος ergo esset panis ad τὴν ἐπιοῦσαν pertinens s. in posterum diem sufficiens, i. q. ὁ ἄρτος τῆς ἐπιούσης, cf. ἡμερήσιος. — aut vox b., descendit a partic. verbi εἰμί (ἔπειμι), ut αὐτεξούσιος (ἔξειμι), περιούσιος (περίειμι), et οὐσία (εἰμί). Hoc sumserunt Theophylactus, Euthym. Cigab. aliique recentiores, ita quidem, ut vocem ab ἐπί et οὐσία derivandam censerent: ἐπιούσιον· τὸν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ κ. συστάσει ἡμῶν αὐτάρκη (s. ἐπιτήδειον, s. συμβαλλόμενον), quemadmodum iam Hieronymus verterat: panem supersubstantialem. Iam exstat voc. ἐξούσιος (opibus privatus), sane ex ἐξ et οὐσία derivandum, cui ipsi ἐπιούσιος opponi posset. Sed quid panis ἐπιούσιος tandem esset? certe non opibus instructus panis, sed ad opes, ad peculium pertinens; attamen ne sic quidem enascitur sensus idoneus, quamquam ab οὐσίας voc. derivata vox vix aliter verti potest. Nam licet οὐσία etiam significet naturam, essentiam, et ἐπιούσιον significari possit id, quod ad essentiam pertinet; tamen panis non potest ἐπιούσιος dici simpliciter propterea, quod ad τὴν οὐσίαν ἡμῶν (hoc enim ἡμῶν voce ipsa non exprimitur) pertineat. At non est, quod vocem ab οὐσία derivemus. Nam cum vocabula οὐσία, περιουσία, ἐξουσία, etc. ipsa sint feminina adiectivorum οὔσιος, περιούσιος, ἐξούσιος, vi substantivorum, abstractam notionem exprimentium, instructa; eadem ratione, qua haec a participiis ὤν, περιών, ἐξών deducta sunt, effingi ex his participiis poterant formae adiectivorum masculinorum, si ad compositionem opus esset: ἐπιούσιος, ἐξούσιος (αὐτεξούσιος), περιούσιος (quod nec a περιουσία, nec ab οὐσία descendit). Ergo ἐπιούσιον ab ἐπιών ductum omnino est, quod semper et consueto more ἔπεστι, quod in promtu est. — Tamen priori loco posita originatio (ab ἐπιοῦσα) praeferenda est propter ordinem, in quo verba hic apud Matth. collocata sunt. Nam haec se invicem ita excipiunt, ut vocab. σήμερον, versum terminans, verbis proxime antecedentibus ponderosius sit, atque vim ex oppositione accipiat. Quod apte fieri elucet, si verteris: panem nostrum, qui in posterum diem sufficiat, da nobis hodie. Contra sensum, quem verba fundunt, nihil monendum. Nam tantum abest, ut haec precatio menti Christi Matth. 6, 34. expressae adversetur, ut huic ipsi apprime congruat. Nam summum numen rogare iubentur apostoli, ut ipsis cura diei insequentis adimatur.

Ἐπιπίπτω, f. -πεσοῦμαι, aor. 2. ἐπέπεσον, (ex ἐπί et

πίπτω) **1.**, irruo; — τινί, in aliquem, Marc. 3, 10. Act. 20, 10. — ἐπὶ τὸν τράχηλόν τινος, ruo in amplexum alicuius, Luc. 15, 20. Act. 20, 37. (Gen. 46, 29.) — **2.**, recumbo ad, ἐπί τινα, Joh. 13, 25. — **3.**, incido in aliquem, ἐπί τινα, metaph. de vi, qua mens quasi corripitur, Luc. 1, 12. (φόβος.) Act. 19, 17. 10, 10. (ἔκστασις.) — item de spiritu S., cuius afflatus et impulsus sentitur, ἐπί τινι, Act. 8, 16. — ἐπί τινα, Act. 10, 44. 11, 15. (Ez. 11, 5.) — de tenebris, quibus aliquis quasi obruitur (cf. Aelian. V. H. 6, 7.), Act. 13, 11. (ἀχλὺς κ. σκότος.) — de conviciis, quae in aliquem coniiciuntur, Rom. 15, 3. (ὀνειδισμοί.) — Cf. ἐπέρχομαι.

Ἐπιπλήσσω, ττω, f. ξω, (ex ἐπί et πλήσσω) unde lat. plecto, propr. **1.**, i. q. infligo, Hom. Il. 10, 500. — **2.**, ut lat. plecto: punio, reprehendo (Nep. vit. Attici c. 11, 6.), obiurgo, increpo, 1 Tim. 5, 1. (Hom. Il. 12, 211. Xen. Oecon. 13, 12. Polyb. 5, 25, 3.)

Ἐπιποθέω (ῶ), f. ήσω, (ex πόθος, desiderium, et ἐπί, quo denot. directio in aliquid) desidero, *a.*, seq. inf. aor., Rom. 1, 11. 2 Cor. 5, 2. 1 Thess. 3, 6. 2 Tim. 1, 4. — *b.*, τί, 1 Petr. 2, 2. — τινά, desiderio alicuius teneor, Phil. 2, 26. (Diod. Sic. 17, 101.) — absentem amore prosequor, 2 Cor. 9, 14. Phil. 1, 8. — absol., Jac. 4, 5. (πρὸς φθόνον, ad invidiam, ut invideat. Oppon. χάρις v. 6.) Hinc voc. seq.

Ἐπιπόθησις, εως, ἡ, desiderium, 2 Cor. 7, 7. 11.

Ἐπιπόθητος, ου, ὁ, ἡ, desideratus, Phil. 4, 1. (iunct. cum ἀγαπητός.)

Ἐπιποθία, ας, ἡ, desiderium, Rom. 15, 23. (ἔχειν τοῦ.)

Ἐπιπορεύομαι, f. εύσομαι, (ex πορεύομαι et ἐπί, insuper) praeter alios iam congregatos (cf. ἐπισυνάγω, ἐπισυντρέχω) accedo; — πρός τινα, Luc. 8, 4.

Ἐπιῤῥάπτω, f. ψω, (ex ἐπί, super, et ῥάπτω, suo) adsuo, insuo, ἐπί τινι, Marc. 2, 21.

Ἐπιῤῥίπτω, f. ψω, (ex ἐπί, super, et ῥίπτω) iniicio, superiicio, ἐπί τι, Luc. 19, 35. (Marc. 11, 7. ἐπιβάλλω.) Xen. Anab. 5, 2, 23. οἱ ό, Num. 35, 20. 22. Jos. 23, 4. — ἐπί τινα, 1 Petr. 5, 7. (Ps. 55, 23.)

Ἐπίσημος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἐπί et σῆμα, signum) **1.**, signatus (Xen. Cyr. 4, 5, 40.), oppon. ἄσημος, quod v. — **2.**, insignis, sensu bono, Rom. 16, 7. — sensu malo, Matth. 27, 16. (Polyb. 18, 38, 1. lat. insignis. Cic. Rabir. c. 9.)

Ἐπισιτισμός, οῦ, ὁ, (ab ἐπισιτίζω, et hoc a σῖτος, cibaria praebeo) frumentatio (Xen. Anab. 1, 5, 9.), cibaria, alimenta, Luc. 9, 12. (οἱ ό, Gen. 42, 25. Jos. 9, 11. Xen. Anab. 7, 1, 9.)

Ἐπισκέπτομαι, f. ψομαι, (ex ἐπί et σκέπτομαι) **1.**, inviso, oculis lustro, seq. interrog. indir., Xen. Mem. 4, 2, 25. ita ἐπισκοπεῖν, Aelian. V. H. 12, 21. — τινά, circumspicio aliquem

(quem mihi eligam), Act. 6, 3. (addit ἐκλέγεσθαι Diod. Sic. 6, 12.) — **2.**, inviso, convenio, adeo aliquem, Act. 7, 23. 15, 36. (Jud. 15, 1. Xen. Cyr. 5, 4, 10.) — metaph., de deo beneficia et commoda alicui afferente, Luc. 1, 78. 7, 16. Hebr. 2, 6. ex hebr. (Gen. 21, 1. Ex. 4, 31. Ps. 8, 5. 80, 15.) — adde Luc. 1, 68. ubi adiungitur verbum de effectu ac certo beneficio dictum. — speciat., aegrotantem, Matth. 25, 36. 43. inopia laborantem, Jac. 1, 27. (Xen. Mem. 3, 11, 10. Lucian. Philopseud. §. 6.) — **3.**, seq. inf., instituo, Vulg: prospicio, Act. 15, 14. (ἐπεσκέψατο λαβεῖν, ex hebr., cf. Luc. 1, 25. ἐπεῖδεν ἀφελεῖν. v. ἐπεῖδον. Al. id exprimi dicunt: pro benignitate sua sumsit, quibus non assentior.)

Ἐπισκευάζομαι, f. άσομαι, (med. verbi ἐπισκευάζω, ex ἐπί et σκευάζω, a σκεῦος, rebus necessariis instruo, v. c. ναῦν, ὑποζύγια, i. e. onero, Xen. H. G. 7, 2, 18. — ἵππους, sternere equos, Xen. H. G. 5, 3, 1.) me instruo (vasis aut suppellectili), Act. 21, 15. (text. vulg. ἀποσκευασάμενοι, quod v. supra; sed ἐπισκευασάμενοι Chrysost. Oecumen. Theophyl. et plur. codd. probante etiam Valkenario. Schol. τὰ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν λαβόντες.)

Ἐπισκηνόω (ῶ), f. ώσω, (ex ἐπί et σκηνόω a σκῆνος, τό, quod i. q. ἡ σκηνή) — ἐπί τινα, tentorium figo in aliquo, trop. me demitto in aliquem (cf. κατοικεῖν εἰς et ἀναπαύεσθαι ἐπί τινα), 2 Cor. 12, 9.

Ἐπισκιάζω, f. σω, (ex ἐπί et σκιά) **1.**, obumbro; — τινά, aliquem (Lucian. Tim. §. 66. ἡ ἄγνοια καὶ ἀπάτη ἐπισκιάζουσιν αὐτούς), Matth. 17, 5. (Luc. 9, 34. sed Marc. 9, 7. τινί.) — τινί (umbram spargo in aliquem), Act. 5, 15. (ἡ σκιὰ ἐπισκιάζει τινί, umbra incidit in aliquem.) — **2.**, τινί, obtego; — propr. dicitur, qui amplectitur feminam in concubitu; trop., vim procreatricem in aliquam exsero, Luc. 1, 35.

Ἐπισκοπέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et σκοπέω, q. v.) inspicio, prospicio, provideo, seq. (ἵνα) μή, Hebr. 12, 15. 1 Petr. 5, 2. (seq. εἰ, Xen. Mem. 2, 1, 22.)

Ἐπισκοπή, ῆς, ἡ, (vox verbalis ἐπισκοπός, ή, όν ab ἐπισκέπτομαι. Feminino exprimitur notio communis s. abstracta. Cf. ἀρετή, γενετή, καταβολή, al.) **1.**, invisio (Lucian. Dial. Deor. 20, 8.), Luc. 19, 44. (τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου, i. e. τὸν καιρόν, ἐν ᾧ ἐπεσκέψατό σε ὁ θεός. Dic. deus ἐπισκέπτεσθαι sensu bono hominem vel gentem, cui singularis curae ac providentiae edit specimina, v. ἐπισκέπτομαι, ergo h. l. tempus, quo deus tibi praesens salutem affert. Cf. τοὺς ὁ, Job. 10, 12.) 1 Petr. 2, 12. ἡμέρα ἐπισκοπῆς aut latius dicitur tempus, quo se deus praesentem facit legum suarum vindicem (cf. Jes. 10, 3.), aut (ut mihi videtur) strictiori sensu tempus, quo probos suos cultores praemiis afficiet (ad δοξάσωσι cf. Jes. 52, 15. 53, 5. 6.). — **2.**, inspectio s. munus ἐπισκόπου, inspectoris, i. e. antistitis coetus Christiani, 1 Tim.

3, 2. — **3.**, ex usu verbi hebr. פְּקֻדָּה (Num. 4, 16. 3, 36. 1 Chron. 24, 19. al.) munus, provincia, Act. 1, 20. (e Ps. 109, 8.)

Ἐπίσκοπος, *ου*, *ὁ*, (ab *ἐπισκέπτομαι*) inspector (Hom. Il. 12, 255.), is, cui cura commissa est, ut quae ab aliis agenda sunt, recte agantur, Jud. 9, 28. Nehem. 11, 9. 14. — (Apud Graec. fuerunt *ἐπίσκοποι* (*ἐπιμεληταί*), v. c. *ἀγώνων*, moderatores certaminum, Pollux. — et apud Athenienses *ἐπισκόπων* nomine etiam ii veniebant, qui quotannis in urbes ipsorum civitati subiectas mittebantur, ut quid a quoque ageretur, inviserent. Suid.) 1 Petr. 2, 25. (*ἐπί τὸν ποιμένα κ. ἐπίσκ. τῶν ψυχῶν ὑμῶν*, cf. Hebr. 13, 17.) — speciat., antistes coetus alicuius Christiani, Act. 20, 28. Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 7. v. *ἐπισκοπή*.

Ἐπισπάω (*ῶ*), f. *άσω*, (ex *ἐπί* et *σπάω*, traho) attraho. Med., 1 Cor. 7, 18. (*μὴ ἐπισπάσθω*, scil. *ἀκροβυστίαν*, ne attrahat praeputium. Hesych. *μὴ ἐπισπάσθω· μὴ ἑλκυέτω τὸ δέρμα*. Nimirum apostoli aetate inter Christianos e Judaeis erant, qui, ne in balneis publicis Graeci in ipsis conspicerent circumcisionis vestigia, artificio naturam ad reparandum praeputium cogere studerent, ferro quodam, quod *σπασθήρ* dicebatur, residuam praeputii pelliculam extendentes s. eam, ut glandem operiret, attrahentes. Quorum mos h. l. improbatur. Eodem artificio iam usi erant Maccabaeorum tempore in persecutionibus Judaei, ne ab hostibus e circumcisione agnoscerentur, 1 Macc. 1, 16. Jos. Antiq. 12, 5. Hebraei eiusmodi *ἐπισπασθέντα* vocant מְשׁוּךְ, a מָשַׁךְ, attraxit, v. Buxtorf. Lex. Talm. col. 1274. — caet. v. Wineri Reall. sub v. Beschneidung.)

Ἐπίσταμαι, (videtur esse med. verbi *ἐφίστημι* e forma Ionica. — Isocrat., Aristot. et seriores Graeci etiam *ἐπιστῆσαι τὴν διάνοιαν*, *τὸν νοῦν*, *ἑαυτόν* dicunt pro: animum advertere, cogitationem defigere, quin eodem significatu *ἐπιστῆσαι* simpliciter, simili ellipsi, quali verba *προςέχειν*, *ἐπέχειν*, scil. *τὸν νοῦν*, et *προςβάλλειν* scil. *τὴν ὄψιν*, dicuntur, v. Lobeck. ad Phryn. p. 281. seq. — cf. nostr.: sich worauf verstehen) seq. inf. (Xen. Mem. 1, 1, 9.), **1.**, novi; — *τί*, Act. 18, 25. Jac. 4, 14. Jud. v. 10. — *τινά*, Act. 19, 15. — relatum ad ea, quae dicuntur et interpretanda sunt: intelligo, Marc. 14, 68. 1 Tim. 6, 4. (Xen. Symp. 3, 6.) — **2.**, scio, *a.*, seq. acc. c. partic., Act. 24, 10. (Xen. Anab. 6, 6 [4], 17.) — *b.*, seq. *ὅτι*, Act. 15, 7. 19, 25. 22, 19. (Xen. Anab. 1, 4, 8.)

Ἐπιστάτης, *ου*, *ὁ*, (ab *ἐφίστημι*, praeficio) praefectus quicunque (rex, Xen. Cyr. 8, 1, 8. — paedotriba, Xen. Mem. 3, 5, 18. — gubernator navis, Xen. Oecon. 21, 3. — praefectus militiae, Anab. 2, 3, 7. — *ἐπιστ. ἐν τῷ δήμῳ*, Mem. 1, 1, 18. qui concionibus populi praeest. — *εἰς τἀργύρια*, qui praeest iis, qui in argenti fodinis occupantur, Mem. 2, 5, 2. — *οἱ ὁ*, 2 Reg. 5, 16. 25, 19. Jerem. 29, 26. 2 Chron. 2, 2. Ex. 1, 11. 5, 14. 2 Chron. 31, 12.), magister, Luc. 5, 5. 8, 24. 45. 9, 33. 49. 17, 13.

Ἐπιστέλλω, f. ελῶ, (ex ἐπί et στέλλω, ordino) litteras scribo; — τινί, Hebr. 13, 22. — per litteras mando, Act. 21, 25. (Xen. H. G. 1, 5, 2.) — seq. infinit. consilium indicante (Aelian. V. H. 2, 5. 2, 19. 4, 8), Act. 15, 20. (τοῦ ἀπέχεσθαι, ex hebr. ל infinitivis praefixi. Non enim cum hoc genit. elliptico loci, quos e profanis scriptor. attulerunt Georgius in vindic. p. 325. et Matth. gramm. §. 540. conferri possunt.)

Ἐπιστήμων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό, (ab ἐπίσταμαι, q. v.) intelligens, peritus, Jac. 3, 13. (οἱ ὁ, Deut. 1, 13. Xen. Cyr. 3, 3, 9.)

Ἐπιστηρίζω, f. ίσω, (ex ἐπί et στηρίζω, a στηρός, stabilis) insuper (magis) stabilio; — τινά, Act. 14, 22. (τὰς ψυχάς.) 15, 32. 18, 23. (cf. Luc. 22, 32.)

Ἐπιστολή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιστέλλω) epistola, Act. 15, 30. 23, 25. 33. — pl., 9, 2. 22, 5. 1 Cor. 16, 3. Rom. 16, 22. 1 Cor. 5, 9. 1 Thess. 2, 2. (δι' ἐπιστολῆς.) 3, 14. 17. (δι' ἐπιστολῶν.) 2 Cor. 3, 1. (ἐπιστολαὶ συστατικαί.) 10, 10. 2 Petr. 3, 16. — οἱ ὁ, Esdr. 4, 8. 11. Nehem. 2, 7. — de loco 2 Cor. 3, 2. v. p. 299. infr.

Ἐπιστομίζω, f. ίσω, (ex ἐπί et στόμα) propr., os freno, obturo (unde ἐπιστόμιον, vel ἐπιστομίς, capistrum). — metaphor., compesco, ad silentium redigo, Tit. 1, 11. (Plato Gorg. p. 329. D. Dem. 85, 4.)

Ἐπιστρέφω, f. ψω, aor. 2. p. ἐπεστράφην, (ex ἐπί et στρέφω) 1., activ., adverto, converto; *a.*, transit., τινὰ ἐπί τινα, Luc. 1, 16. 17. — Jac. 5, 19. et 20. (suppl. ἐπὶ τὴν ὁδόν, s. ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν.) — *b.*, intransit. (suppl. με); *aa.*, convertor, (cf. ἄγω, βάλλω, ἐπιβάλλω, ἐλαύνω, καθίζω, κλίνω, κύπτω, στρέφω al.) α., seq. ἐπί, — ἐπὶ τὸν θεόν, Act. 14, 15. 15, 19. 26, 20. adde: Act. 9, 35. 11, 21. 1 Petr. 2, 25. — πρός τι, Act. 9, 40. πρὸς τ. θεόν, 1 Thess. 1, 9. 2 Cor. 3, 16. — (ἀπὸ —) εἴς τι, Act. 26, 18. (τοῦ ἐπιστρέψαι, i. q. ὥςτε ἐπιστρ., ita s. hoc effectu, ut se convertant, non: hoc consilio, Wahl p. 610.) — *β.*, absol., seq. infin. consilium indicante, Apoc. 1, 12. (ibid. ἐπιστρέψας εἶδον.) — *bb.*, reverto, redeo, *α.*, addito ὀπίσω (ut Aelian. V. H. 1, 6.), seq. inf. consilium indicante, Matth. 24, 18. (Luc. 17, 31.) — *β.*, seq. εἰς c. acc. loci (ut Aelian. l. l.), Matth. 12, 44. (Luc. 11, 24. ὑποστρέψω.) Marc. 13, 16. (εἰς τὰ ὀπίσω.) — *γ.*, ἐπί τι, ad, 2 Petr. 2, 22. Gal. 4, 9. — ἐπί τινα, Luc. 17, 4. (e textu vulg., sed al. codd. verba ἐπί σε omittunt.) — *δ.*, terminus, ubi sponte in oculos incurrit, non notatur, Luc. 2, 20. 8, 55. 17, 4. (e codd. lectione.) Act. 15, 36. (cum hoc partic. cf. participia verborum ἔρχεσθαι, πορεύεσθαι, ἐγείρεσθαι, ἀνίστασθαι sic verbis finitis praemitti solita.) Intelligitur terminus, quem quis reliquerat, ideoque in orat. metaph. vel redire ad mentem statumque deteriorem, 2 Petr. 2, 21. (suppl. e v. 20. ἐπὶ τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου.) vel ad meliorem, Matth. 13, 15.

(Marc. 4, 12.) Act. 28, 27. Luc. 22, 32. (tu ad me reversus animum adde sociis tuis.) Act. 3, 19.

2., med. et aor. 2. pass. significat. media: *a.*, retro vertor, Matth. 9, 22. (Marc. 8, 33.) Joh. 21, 20. (Xen. Cyr. 6, 4, 10.) Marc. 5, 30. — *b.*, redeo, seq. πρός c. acc., Matth. 10, 13. (ad vos redeat, quia in altero requiescendi ei locus non datur.) — ad meliorem mentem redeo, Luc. 12, 40.

Ἐπιστροφή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιστρέφω, v. quae notata sunt sub v. ἐπισκοπή) conversio (hominum ab idolorum cultu ad deum verum conversorum), Act. 15, 3.

Ἐπισυνάγω, f. ξω, (ex ἐπί et συν-άγω) insuper colligo, ad alios iam congregatos colligo, Matth. 23, 37. (Luc. 13, 34.) 24, 31. Marc. 13, 27. — pass., Marc. 1, 33. Luc. 12, 1. — Hinc voc. seq.

Ἐπισυναγωγή, ῆς, ἡ, **1.**, congregatio; — ἐπί τινα, 2 Thess. 2, 1. (cf. Matth. 25, 27. Marc. 5, 21.) — **2.**, conventus, Hebr. 10, 25. Ita plerique, conferri iubentes 2 Macc. 2, 7. Sed verba ἐγκαταλείπειν et παρακαλεῖν allusionem facere ad ducem videntur, a quo postulatur, ut in periculo eos, qui ad se contra hostem congregati sint (τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτοῦ, commilitones suos), ne deserat (v. ἐγκαταλείπω), sed ad fortitudinem adhortetur, cf. v. 32 — 36. Quod si teneamus, auctor videbitur praecipere, ut ii, ad quos litteras dedit, reliquis Christianis exemplum constantiae praebeant, et ἐπισυναγωγή per metonym. abstracti pro concreto dicta significabit fidei socios pro castris Christi militantes.

Ἐπισυντρέχω, (ex ἐπί et συντρέχω) concurro (ad alios iam congregatos), Marc. 9, 25.

Ἐπισύστασις, εως, ἡ, (ab ἐπισυνίσταμαι, me ad tumultum faciendum congregatis vel concurrentibus associo) **1.**, concursus; — ποιεῖν ἐπισύστασιν, concursum populi excitare, Act. 24, 12. — οἱ ὁ, Num. 26, 9. — **2.**, incursus, 2 Cor. 11, 28. (ἡ ἐπισ. μου, incursus, qui fit in me; gen. obiecti. — Plane ita in loco modo e Numeris laudato οἱ ὁ· ἡ ἐπισ. κυρίου, hebr. עַל־יְהוָה.)

Ἐπισφαλής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex ἐπί et σφάλλω, supplanto, labefacto) ad casum pronus, Act. 27, 9. (πλοὸς ἐπισφ., lubrica et periculosa navigatio.)

Ἐπισχύω, f. ύσω, (ex ἐπί et ἰσχύω, valeo) — τινά, vires addo; — intrans., vires sumo, invalesco, Luc. 23, 5. (ἐπίσχυον λέγοντες, impetuosiores facti dicebant, i. e. acrius contendebant. Cf. Matth. gramm. §. 552.)

Ἐπισωρεύω, f. σω, (ex ἐπί et σωρεύω, coacervo, accumulo) accumulo, acervatim aggero, 2 Tim. 4, 3.

Ἐπιταγή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιτάσσω, q. v.) mandatum, 1 Cor. 7, 6. (κατ' ἐπιταγήν, per mandatum, ex imperio.) v. 25. 2 Cor. 8, 8. Rom. 16, 26. (κατ' ἐπιταγὴν τοῦ — θεοῦ.) 1 Tim. 1, 1. Tit. 1, 3. 2, 15. (μετὰ πάσης ἐπιταγῆς, cum omni severa admonitione s. cum omni imperio.)

Ἐπιτάσσω, ττω, f. ξω, (ex ἐπί et τάσσω, ordino, verbum in re militari proprium, dispono, colloco, Xen. Anab. 6, 8, 9. 1 Macc. 4, 61. 6, 50.) mando, impero; *a.*, absol., Luc. 14, 22. — *b.*, τινί, Marc. 1, 27. (Luc. 4, 36.) 8, 25. (Xen. Cyr. 4, 2, 33.) — τινὶ τὸ καθῆκον, Philem. v. 6. (Xen. Oecon. 7, 23.) — *c.*, τινί c. infinit. aor., Marc. 6, 39. (Matth. 14, 19. κελεύειν.) Luc. 8, 31. (Xen. H. G. 1, 7, 10.) — c. infinit. praes., Act. 23, 2 (Xen. Anab. 2, 3, 6.) — *d.*, seq. acc. c. inf. (aor.), Marc. 6, 27. (Xen. Ages. 2, 13.) — *e.*, seq. oratione directa, Marc. 9, 25. (σοὶ ἐπιτάσσω· ἔξελθε.)

Ἐπιτελέω (ῶ), f. έσω, (ex ἐπί et τελέω) **1.**, perficio, ad finem perduco, absolvo; — τὸ ἐπιτελέσαι, perfectio, 2 Cor. 8, 11. — τί, Rom. 15, 28. 2 Cor. 8, 6. et Phil. 1, 6. (oppon. προενάρξασθαι.) Xen. H. G. 1, 1, 11. Hebr. 9, 6. (τὰς λατρείας, Herodian. 1, 5, 4. Herodot. 2, 37.) 8, 5. (τὴν σκηνήν.) Xen. Mem. 4, 6, 12. — Luc. 13, 32. (ἰάσεις.) 2 Cor. 7, 1. (ἁγιωσύνην.) — med., desino, Gal. 3, 3. (oppon. ἐνάρξασθαι.) — **2.**, persolvo, 1 Petr. 5, 9. (εἰδότες, τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι, cum sciatis, iisdem fratres vestros afflictionibus premi; τῇ ἀδελφ. videtur dict. pro: ὑπὸ τῆς ἀδελφότητος ὑμῶν.)

Ἐπιτήδειος, εία, ειον, necessarius; — τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος, quae corpori necessaria sunt, Jac. 2, 16. (Xen. Mem. 2, 1, 19. Polyb. 3, 79, 1. Diod. Sic. 1, 45.)

Ἐπιτίθημι, (ex ἐπί et τίθημι, 3. pl. pr. ἐπιτιθέασι pro ἐπιτιθεῖσι, Matth. 23, 24. — imperat. praes. ἐπιτίθει, 1 Tim. 5, 22. v. Matth. gramm. §. 210, 2. et 5.) f. ἐπιθήσω, aor. 1. ἐπέθηκα, aor. 2. ἐπέθην, imper. ἐπίθες, Matth. 9, 18. **1.**, Activ. *a.*, impono, *aa.*, τὶ ἐπί τι, Matth. 23, 4. 27, 29. Marc. 4, 21. Luc. 15, 5. Act. 15, 10. 28, 3. Joh. 9, 15. — ἐπί τινα, — τὴν χεῖρα, Matth. 9, 18. Marc. 8, 25. 16, 18. Act. 8, 17. Apoc. 1, 17. — πληγάς, calamitates, Apoc. 22, 18. — *bb.*, ἐπάνω τινος, Matth. 21, 7. 27, 34. — et ἐπί τινος, Luc. 8, 16. — *cc.*, τί τινι, Luc. 23, 26. Joh. 19, 2. Act. 15, 28. (Xen. Oecon. 15, 9. Venat. 9, 15.) — τινὶ τὰς χεῖρας, Matth. 19, 13. 15. Marc. 5, 23. Luc. 4, 40. 13, 13. Act. 6, 6. 8, 19. 9, 17. 13, 3. 19, 6. 28, 8. 1 Tim. 5, 22. — χεῖρα, Act. 9, 12. cf. Gen. 48, 14. — πληγάς, plagas impono s. infligo alicui, Luc. 10, 30. Act. 16, 23. (Xen. Mem. 2, 2, 13.) aliter Apoc. 22, 18. — *b.*, addo, Apoc. 22, 18. (oppon. ἀφαιρεῖν, v. 19.) — **2.**, Med., *a.*, ἐπιτίθημαί τινί τι, instruo aliquem aliqua re, Act. 28, 10. — *b.*, ἐπιτίθημαί τινι, aggredior, infesto aliquem, Act. 18, 10. (Aelian. V. H. 2, 13. 3, 19. Xen. Mem. 2, 1, 15. Cyr. 6, 3, 13. 7, 1, 7. Herodot. 1, 26. et 102. 8, 27.)

Ἐπιτιμάω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et τιμάω) verbum signific. multiplicis: pretium rei augeo, Demosth. 918, 22. ed. Reisk. (ὁ σῖτος ἐπετιμήθη.) — adiudico, zuerkennen, Herodot. 4, 43. — pre-

tium (alicui rei, facinori, homini, v. c. mortuo aut occiso) post statuo (vindictam sumens), ulciscor, — mulctam impono, i. q. τιμωροῦμαι, unde ἐπιτιμία, mulcta, poena; — τινί, taxo, obiurgo, increpo aliquem, Judae v. 9. (Zach. 3, 2.) Matth. 8, 26. (Marc. 4, 39. Luc. 8, 24.) Luc. 4, 39. Matth. 17, 18. (Luc. 9, 42.) 19, 13. (Luc. 18, 15.) Marc. 10, 13. (Xen. Oecon. 11, 24) — seq. ἵνα (cum verbo contrarium eius, quod improbatur, exprimente), Matth. 20, 31. (Marc. 10, 48. Luc. 18, 39.) — addito: λέγων cum oratione dir., Marc. 1, 25. 8, 33. 9, 25. Luc. 4, 35. 23, 40. — οἱ ό, Ps. 106, 9. 119, 21. Neh. 1, 14. Mal. 3, 11. — ἐπιτιμῶν ἐλάλει, Luc. 4, 41. — Alibi sensu mitiori: severius admoneo, 2 Tim. 4, 2. — τινί, Matth. 16, 22. (Marc. 8, 32.) Luc. 9, 21. (ἐπιτιμήσας αὐτοῖς παρήγγειλε.) 17, 3. 19, 33. — addito: ἵνα, Matth. 16, 20. (Marc. 8, 30.) — ἵνα μή, Matth. 12, 16. (Marc. 3, 12.)

Ἐπιτιμία, ας, ἡ, mulcta, poena (Graeci: τὸ ἐπιτίμιον), 2 Cor. 2, 6. (ἱκανὸν τῷ — ἡ ἐπιτιμία αὐτοῦ. Cf. Matth. 6, 34. ἀρκετὸν — ἡ κακία αὐτῆς. v. Matth. gramm. §. 437.)

Ἐπιτρέπω, f. ψω, aor. 2. p. ἐπετράπην, perf. p. ἐπιτέτραμμαι, (ex ἐπί et τρέπω, verto) — τινί, permitto, concedo, Marc. 5, 13. (Luc. 8, 32.) Joh. 19, 38. 1 Cor. 16, 7. Hebr. 6, 3. — addito infin. (aor.), Matth. 8, 21. (Luc. 9, 59. 61.) 19, 8. — Act. 21, 39. 40. — absque dat., Marc. 10, 4. — infinit. praes., 1 Tim. 2, 12. — pass. ἐπιτρέπεταί τινι, c. inf. praes., Act. 26, 1. 28, 16. 1 Cor. 14, 34. — seq. acc. c. inf. (aor.), Act. 27, 3. (Xen. Anab. 7, 7, 8.) Hinc voc. seq.

Ἐπιτροπή, ῆς, ἡ, permissio, Act. 26, 12. (μετ' ἐξουσίας κ. ἐπιτροπῆς. Thuc. 5, 31. et 41.)

Ἐπίτροπος, ου, ὁ, propr., cuius curae ac fidei aliquid commissum est, 1., procurator; speciat., procurator rei domesticae familiaris, villicus, inspector praedii, Matth. 20, 8. Luc. 8, 3. (2 Macc. 11, 1. 13, 2. Aristot. Oecon. 1, 5. δούλων δὲ εἴδη δύο, ἐπίτροπος κ. ἐργάτης. Xen. Oecon. 12, 2. 22, 9.) — 2., tutor pupillorum, servus, qui pueri curam ac tutelam gerit patre etiam superstite, Gal. 4, 2. (Xen. Mem. 1, 2, 40. Aelian. V. H. 3, 26. 13, 44.) — Idem voc. אפיטרופוס translatum fuit in linguam rabb. Pesach fol. 87, 1. Debar. rabb. f. 261, 4.

Ἐπιτυγχάνω, aor. 2. ἐπέτυχον, (ex ἐπί et τυγχάνω) incido in aliquem vel aliquid (Xen. Cyr. 3, 3, 5.), assequor, nanciscor; — τινός, aliquid, Hebr. 6, 15. 11, 33. Rom. 11, 7. (e lect. vulg., al. τοῦτο, cf. Matth. gramm. §. 328.) — Xen. Oecon. 2, 3. Mem. 4, 2, 28. — absol., Jac. 4, 2.

Ἐπιφαίνω, f. -φανῶ, aor. 2. pass. ἐπεφάνην, (ex ἐπί et φαίνω, monstro, in lucem prodo) intrans., appareo, aor. 2. p. apparui, a., propr., sichtbar werden; — de sideribus, Act. 27, 20. (Theocrit. 2, 11.) — τινί, alicui, Luc. 1, 79. — b., trop. i. q.

me exhibeo, Tit. 2, 11. 3, 4. (Aelian. V. H. 13, 1. Polyb. 5, 6, 6. 31, 26, 10.)

'Επιφάνεια, ας, ἡ, (ab ἐπιφανής, q. v.) apparitio (apud Graec. plerumque de apparitionibus splendorem prae se ferentibus, v. c. deorum), cf. 2 Macc. 3, 24. 15, 27. 3 Macc. 2, 9. — Ἰησοῦ χριστοῦ, publica Christi illustratio, per eius resurrectionem e mortuis facta, 2 Tim. 1, 10. (not. h. l. etiam: φωτίσαντος.) — de splendore adventus Christi olim futuri, 1 Tim. 6, 14. — ἡ ἐπιφάνεια τῆς παρουσίας αὐτοῦ pro: ἡ ἐπιφανὴς αὐτοῦ παρουσία, 2 Thess. 2, 8.

'Επιφανής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ab ἐπιφαίνω, aor. 2. p., q. v., qui facile agnosci et discerni potest, oppon. ἄδηλος, Xen. Mem. 3, 1, 10.) illustris, Act. 2, 20. (Xen. Ages. 3, 2. Thuc. 2, 43. οἱ ὁ, Joël. 2, 31. Mal. 1, 14.)

'Επιφαύω, f. αύσω, (ex ἐπί et φαύω vel φάω) affulgeo; — τινί, Eph. 5, 14. (et Christus tibi lucem afferet quemadmodum sol iis, qui e somno excitati sunt.)

'Επιφέρω, f. ἐποίσω, aor. 1. ἐπήνεγκα, (ex ἐπί et φέρω) **1.**, affero, herbeibringen, Act. 27, 18. (αἰτίαν, de accusatoribus.) — infero (alicui), Jud. v. 9. (κρίσιν βλασφημίας.) — infligo, Rom. 3, 5. (τὴν ὀργήν, verhängen.) — τινί, affero, i. q. concilio, ut Phil. 1, 17. (ubi tamen vertere etiam possis: adiicere, herzutragen zu, ita Philo leg. ad Cai. p. 1009. πῦρ ἐπιφέρειν πυρί.) — **2.**, post praepos. ἐπί eodem sensu, quo lat.: in, supra aliquem, dictam; — ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας, videtur idem esse quod: impono, iniicio (auf die Kranken auftragen), vel etiam: apporto (herbeitragen); sic pass., Act. 19, 11.

'Επιφωνέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et φωνέω, vociferor, voco) acclamo, Luc. 23, 21. Act. 12, 22. — τινί, Act. 22, 24. coll. v. 22. (αὐτῷ non ref. ad Paulum, sed ad tribunum militum.)

'Επιφώσκω, (ex ἐπί et φώσκω = φαύσκω) illucesco; — absol., Luc. 23, 54. — seq. εἰς c. acc., Matth. 28, 1. (de dat. temporis v. Matth. gramm. §. 406. a.)

'Επιχειρέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et χείρ) propr., manum admoveo (Hom. Od. 24, 385.), aggredior, suscipio (aliquid tractandum), seq. inf. vel aoristi, Luc. 1, 1. Act. 9, 29. — vel praes., Act. 19, 13. (2 Macc. 2, 29. 7, 19. Xen. Cyr. 2, 2, 23.)

'Επιχέω, f. εύσω, (ex ἐπί et χέω, fundo) infundo; — τί, Luc. 10, 34. (ἔλαιον κ. οἶνον, scil. ἐπὶ τὰ τραύματα. — οἱ ὁ, Gen. 28, 18.)

'Επιχορηγέω (ῶ), f. ήσω, (ex χορηγέω, a χόρος et ἄγω, choragus sum, i. e. meis sumtibus chorum adorno, hinc omnino: sumtus necessarios praebeo, et ἐπί, quae insuper requiruntur, praebeo) **1.**, suppedito; — τινί τι, 2 Cor. 9, 10. Gal. 3, 5. — 2 Petr. 1, 5. — pass., v. 11. — **2.**, adorno; — pass., Col. 2, 19. (ἐπιχορηγούμενον, dum adornatur, instruitur. Vulgo vertunt: adiutum, nutritum. Cf. locum simillimum Eph. 4, 16.) Hinc voc. seq.

Ἐπιχορηγία, ας, ἡ, 1., instructio (al. subministratio, al. auxilium), Eph. 4, 16. (cf. Col. 2, 19.) — 2., subministratio, Phil. 1, 19.

Ἐπιχρίω, f. ίσω, (ex ἐπί et χρίω, lino) illino; — τὶ ἐπί τι, aliquid alicui, Joh. 9, 6. — τί, illino aliquid (scil. aliqua re), v. 11. (Lucian. de hist. scribenda §. 62.)

Ἐποικοδομέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et οἰκοδομέω, aedifico) superstruo (Xen. Anab. 3, 4, 11.); *a.*, absol., scil. iacto iam fundamento, structuram perficio, Act. 20, 32. 1 Cor. 3, 10. — *b.*, ἔν τινι, superstruo alicui; — pass., Col. 2, 7. — ἐπί τι, 1 Cor. 3, 12. — *c.*, τί, 1 Cor. 3, 14. (comparatur scil. Christianorum societas saepius cum aedificio, quod Christo veluti fundamento superstructum sit.) Eph 2, 20. — simplex dat. et ἐποικοδ. ἑαυτόν, Jud. v. 20. (τῇ πίστει, fidei vestrae sanctissimae innixi incrementa capite, in altum, ut aedificium, surgite.)

Ἐποκέλλω, f. -οκελῶ, aor. 1. ἐπώκειλα, (ex ἐπί et ὀκέλλω, appello) impingo, allido, τὴν ναῦν, Act. 27, 41.

Ἐπονομάζω, f. άσω, (ex ἐπί et ὀνομάζω) cognomino; — pass. ἐπονομάζομαί τις, Rom. 2, 17. — οἱ ὁ, Gen. 4, 17. 25. Polyb. 1, 29, 2. Xen. Oecon. 6, 17.)

Ἐποπτεύω, f. εύσω, (ex ἐπί et ὀπτεύω, video) inspicio, contemplor; — τί, 1 Petr. 3, 2. (τὴν ἀναστροφήν.) — iunct. c. ἔκ τινος, 1 Petr. 2, 12. (scil. τὴν ἀναστροφήν, quae vox proxime praecedit.) Polyb. 5, 69, 6. Dem. 168, 3.

Ἐπόπτης, ου, ὁ, (ex ἐπί et ὄπτομαι) inspector (Dem. 47, 7.), spectator, 2 Petr. 1, 16.

Ἔπος, εος (ους), τό, verbum; — ὡς ἔπος εἰπεῖν, ut ita dicam, Hebr. 7, 9. v. supr. εἶπον p. 311.

Ἐπουράνιος, ιον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἐπί et οὐρανός) coelestis (cf. ἐπίγειος). — 1., neutr. τὰ ἐπουράνια, *a.*, regiones coelestes, Eph. 1, 20. 2, 6. 3, 10. — *b.*, res, quae in coelis sunt fiuntque, Joh. 3, 12. Hebr. 8, 5. 9, 23. — *c.*, quae ad felicitatem aeternam spectant, Eph. 6, 12. (verba: ἐν τοῖς ἐπ. iungenda esse cum praegressis: οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη, iam dictum est supra p. 402.) cf. 1, 3. — 2., vox adiecta nominibus subst., dic. *a.*, de eo, quod in coelo conspicitur et pars coeli visibilis est; — σώματα ἐπουρ., scil. stellae, 1 Cor. 15, 40. — ἡ πατρὶς ἡ ἐπουρ., Hebr. 11, 16. — Ἱερουσαλὴμ ἐπουρ., Hebr. 12, 22. — ἡ βασιλεία ἡ ἐπουρ., 2 Tim. 4, 18. — *b.*, ὁ πατὴρ ὁ ἐπουρ., qui in coelis habitat, Matth. 18, 35. — 1 Cor. 15, 48. 49. (ap. Hom. Il. 6, 131. dii dic. ἐπουράνιοι.) — *c.*, ὁ ἐπουράνιος, i. e. qui est liber a materia terrena, purioris ac perfectioris naturae, 1 Cor. 15, 48. 49. (oppon. χοϊκός.) — *d.*, qui coelestis originis est, e coelo datus, missus; — ἡ ἐπουράνιος κλῆσις, Hebr. 3, 1. — ἡ δωρεὰ ἡ ἐπουρ., 6, 4.

Ἑπτά, οἱ, αἱ, τά, septem, Matth. 15, 34. 37. 22, 25. Marc. 8, 5. 6. 8. — Haud raro multitudinem indefinitam signific.

i. q. plures, Matth. 12, 45. (Luc. 11, 26.) Luc. 8, 2. (Marc. 16, 9.) cf. 1 Sam. 2, 5. ubi Symmachus: πλείστους, Ruth. 4, 15. Jes. 4, 1. Gen. 29, 18. 41, 8. — Additur adverbio numerali ἑβδομηκοντάκις pro: καὶ ἑπτάκις, Matth. 18, 22. ad imitationem hebr. שֶׁבַע, Ps. 119, 164. Prov. 24, 16.

Ἑπτάκις, adv. numeri, (ab ἑπτά) septies, Matth. 18, 21. 22. (Luc. 17, 4)

Ἑπτακισχίλιοι, αι, α, (ex ἑπτάκις et χίλιοι) septies mille, Rom. 11, 4. (Num. 3, 22.)

Ἔπω, v. εἶπον.

Ἐργάζομαι, f. σομαι, imperf. εἰργαζόμην, aor. 1. εἰργασάμην, perf. εἴργασμαι, effectus sum, ut Joh. 3, 21. ita Xen. Mem. 3, 10, 9. Dem. 1252, 20. — effeci; ut 2 Joh. v. 8. ita Xen. Mem. 2, 6, 6. v. Matth. gramm. §. 495. (verb. depon. ab ἔργον) **1.**, absol., *a.*, laboro, opus facio; modò opponitur otio vel desidiae, ut Luc. 13, 14. 2 Thess. 3, 10. Joh. 5, 17. 9, 4. — addit. ταῖς χερσί, 1 Cor. 4, 12. 1 Thess. 4, 11. — νύκτα κ. ἡμέραν, 2 Thess. 3, 8. (Xen. Mem. 1, 2, 54. ubi oppon. ἀργεῖν.) — modo praevalet operis pro mercede faciendi notio, Matth. 21, 28. Act. 18, 3. Rom. 4, 4. 5. 1 Cor. 9, 6. 1 Thess. 2, 9. 2 Thess. 3, 12. — *b.*, negotior, negotiando quaestum facio (i. q. πραγματεύομαι); — ἔν τινι, ex aliquo, Matth. 25, 16. — **2.**, τί, facio, efficio, Joh. 6, 27. (τὴν βρῶσιν.) — ἔργον, Act. 13, 41. Col. 3, 23. — ἔργον καλόν, Matth. 26, 10. (εἴς τινα.) Marc. 14, 6. (ἔν τινι.) — τὸ ἔργον μου, efficio, Joh. 3, 21. — τὸ — τινός, i. e. vel omnino id facio, quod aliquis fieri vult, Joh. 6, 28. — vel operi, quod quis perfici vult, vires impendo, 1 Cor. 16, 10. — τὸ ἀγαθόν, Eph. 4, 28. — πρός τινα, Gal. 6, 10. — μηδέν, 2 Thess. 3, 11. — δικαιοσύνην, Act. 10, 35. Hebr. 11, 33. (Ps. 15, 2.) — τὴν ἀνομίαν, Matth. 7, 23. cf. 13, 41. (Ps. 5, 5.) — ἁμαρτίαν, Jac. 2, 9. — τὶ εἴς τινα, 3 Joh. v. 5. — κακόν τινι, Rom. 13, 10. (Palaeph. f. 1. et 34.) — apud Demosth. occ. ἐργάζεσθαι δεινά, κακά, ἀγαθά. — σημεῖον (patro), Joh. 6, 30. — τὰ ἱερά, sacris operor, 1 Cor. 9, 13. — τὴν θάλασσαν, mare piscando quaestum facio, Apoc. 18, 17. (de piscatoribus, Diod. Sic. T. 10. p. 78. seq. edit. Bip. Appian. Punic. p. 2. et p. 81.) — inclusa contentionis ac laboris notione, 2 Joh. v. 8. (ne labor noster frustra impensus sit.). Hinc voc. seq.

Ἐργασία, ας, ἡ, **1.**, actio, effectio, Eph. 4, 19. — **2.**, opificium, Gewerbe, Act. 19, 25. (Xen. Oecon. 6, 8.) — **3.**, quaestus labore partus, lucrum, Act. 16, 16 (παρέχειν ἐργασίαν πολλήν τινι.) v. 19. 19, 24. (Xen. Mem. 3, 10, 1. Polyb. 4, 50, 3.) — **4.**, δίδωμι ἐργασίαν, operam do, ex latinismo, Luc. 12, 58. (Salmasius de foenore trapezit. p. 477. seq. verti voluit: da usuram.)

Ἐργάτης, ου, ὁ, **1.**, c. gen. obi., effector alic. rei; — τῆς ἀδικίας, Luc. 13, 27. v. ἐργασία τινός supra; cf. hebr. פֹּעֲלֵי אָוֶן,

1 Macc. 3, 6. — ἐργάτης τῶν καλῶν, Xen. Mem. 2, 1, 27. — **2.**, κατ' ἐξοχήν operarius, maxime is, qui opus rusticum facit, Matth. 9, 37. 38. (Luc. 10, 2.) 10, 10. (Luc. 10, 7.) 20, 1. 2. 8. 1 Tim. 5, 18. Jac. 5, 4. (Xen. Cyr. 1, 6, 11.) — Ut propagatio doctrinae Christ. ἔργον dicitur, et τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, ita ii, quorum est huic rei operam navare, appellantur ἐργάται, 2 Cor. 11, 13. Phil. 3, 2. 2 Tim. 2, 15. — **3.**, opifex, qui artem exercet, Act. 19, 25. (Xen. Hier. 6, 11.)

Ἔργον, ου, τό, opus, i. e. **1.**, officium, negotium, quo quis fungitur, Marc. 13, 34. (διδόναι τινὶ τὸ ἔργ. αὐτοῦ) Act. 14, 26. (πληροῦν.) Joh. 17, 4. (διδόναι et τελειοῦν.) 1 Tim. 3, 1. Act. 13, 2. 15, 38. Phil. 1, 22. — τὸ — τινός, *a.*, gen. subi., opus, quod quis facit, officium, quod quis vel praestat, vel praestare debet, 1 Thess. 5, 13. (Marc. 13, 34.) — ἔργον ποιεῖν τινος, officium praestare alicuius (quod alicui incumbit), 2 Tim. 4, 5. — *b.*, opus ab aliquo mandatum, Joh. 4, 34. (τελειοῦν.) s. quod ex alicuius voluntate tractatur, Phil. 2, 30. 1 Cor. 15, 58. 16, 10. (ἐργάζεσθαι.) — *c.*, genit. explicat., εἰς ἔργον διακονίας, Eph. 4, 12. (id vel sign. ad officium, in quo ministerium cernitur, ad id, quod suscepto ministerio perficitur, vel ad administrationem ministerii.) — **2.**, c o e p t u m, consilium (die Anlage auf den Zweck), Act. 5, 38. 15, 38. (Deut. 15, 10. Sap. 2, 12.) — **3.**, res quaedam, quae exstat (manu, arte, industria, ingenio) perfecta, i. q. ποίημα, κτίσμα, addit. τῶν χειρῶν, de rebus manu formatis, Act. 7, 41. (εἴδωλον.) Xen. Mem. 3, 10, 7. et 14. Oecon. 6, 13 3 Esdr. 6, 11. 7, 3. — de operibus dei in mundo creato conspicuis, Hebr. 1, 10. et 2, 7. 4, 3. 4. 10. 2 Petr. 3, 10. — de iis, quae deus providentiae ac potentiae suae in administranda mundi gubernatione signa esse iussit, Hebr. 3, 9. Act. 13, 41. Apoc. 15, 3. — de institutis dei, Act. 15, 18. Phil. 1, 6. Rom. 14, 20. (καταλύειν τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ.) — de operibus diaboli, 1 Joh. 3, 8. (λύειν τὰ ἔργα τοῦ διαβ.) — **4.**, de factis hominum singulis, ad honestatis et religionis praecepta aestimatis. *a.*, Premitur agendi notio contra id, quod actione minus est, Jac. 1, 25. τὸ ἔργον distinguitur a τῷ λόγῳ Luc. 24, 19. Rom. 15, 18. 2 Cor. 10, 11. Col. 3, 17. 2 Tim. 4, 14. Tit. 1, 16. 1 Joh. 3, 18. — *b.*, ἔργων nomine vocantur facta Jesu i n s i g n i a ac miraculosa vel κατ' ἐξοχήν et propter id, quod in se habebant eximii, quemadmodum nostrates utuntur voc. T h a t e n, Matth. 11, 2. Joh. 7, 3. 21. 5, 20. 15, 24. — vel quatenus res erant in facto positae, quae dictis adderent fidem et confirmationem, Joh. 5, 36. (cf. 6, 30.) 14, 10. 11. — 10, 25. — dicuntur τὰ ἔργα τοῦ πατρός, i. e. dei iussu et auxilio peracta, Joh. 10, 37. 38. 9, 3. 4. cf. 10, 25. 32. 14, 10. — καλά, tamquam beneficia, 10, 32. 33. — Verba adduntur: δεικνύναι, ποιεῖν, ἐργάζεσθαι, τελειοῦν. — *c.*, bene vel male facta, quibus bona vel mala indoles auctoris conspicua redditur, *aa.*, τὸ ἔργον τινός, das Collectiv der einzelnen

Handlungen; α., omnis sentiendi agendique ratio, studia, quae quis sequitur, Gal. 6, 4. 1 Petr. 1, 17. Apoc. 22, 12. — τὸ ἔργον τοῦ νόμου, omnia, quae lex fieri vult, praecipitque Rom. 2, 15. — τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, opus deo probatum, die Gott gefällige That, Joh. 6, 29. — β., cultus alicuius virtutis, Jac. 1, 4. (ἡ — ἔργον τέλειον ἐχέτω, i. q. ἔργον τέλειον ἔστω.) — bb., pl. τὰ ἔργα α., indefinite, sive bene sive male facta, Rom. 2, 6. Apoc. 20, 12. 13. — β., speciat., facta reprehensione digna, Matth. 23, 3. 1 Cor. 5, 2. Luc. 11, 48. Joh. 3, 20. 8, 41. 2 Cor. 11, 15. 3 Joh. v. 10. Apoc. 2, 2. 6. 22. 23. 3, 1. 11. 9, 20. 16, 41. 18, 6. — γ., laudabiliter facta, Matth. 23, 5. Joh. 3, 21. 8, 39. Apoc. 2, 5. 9. 19. 3, 8. 14, 13. Hebr. 6, 10. — cc., cum epithetis: ἀγαθὸν ἔργον, i. e. vel beneficium, 2 Cor. 9, 8. Tit. 1, 16. 3, 1. — pl., Act. 9, 36. (πλήρης ἀγαθῶν ἔργων.) 1 Tim. 6, 18. (καλά.) — vel omne recte factum, quod ex amore in deum hominesque proficiscitur, Col. 1, 10. Rom. 2, 7. 2 Thess. 2, 17. 2 Tim. 2, 21. 3, 17. Hebr. 13, 21. — pl., Eph. 2, 10. ut ἔργον καλόν, Matth. 26, 10. (Marc. 14, 6.) — pl., Matth. 5, 16. 1 Tim. 5, 10. 25. Tit. 2, 7. 3, 8. 14. Hebr. 10, 24. 1 Petr. 2, 12. — aut quod ordini rerum humanarum convenit, Rom. 13, 3. — τὰ ἔργα τὰ ἐν δικαιοσύνῃ = τὰ δίκαια, Tit. 3, 5. — τὰ — τοῦ θεοῦ, facta deo probata, Joh. 6, 28. Apoc. 2, 26. — ἔργον πίστεως, id quod fides operatur, s. quae fidei adiuncta est bene faciendi ratio, 1 Thess. 1, 3. 2 Thess. 1, 11. (h. l. observa concinne dicta: ἀγαθωσύνης εὐδοκίαν, quod ἡ ἀγαθωσ. decernit, κ. πίστεως ἔργον, quod fides agit, v. supra: ἀγαθωσύνη.) — ἔργα ἄξια τῆς μετανοίας, Act. 26, 20. — ἔργα πεπληρωμένα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, Apoc. 3, 2. cf. Joh. 3, 21. — ἔργα πονηρά, Col. 1, 21. 2 Joh. v. 11. (— κακά, Hom. Il. 9, 591.) — addito praedicato: πονηρός, Joh. 3, 19. 7, 7. — ἔργα νεκρά, Hebr. 6, 1. 9, 14. — ἄνομα, 2 Petr. 2, 8. — ἔργα ἀσεβείας, Jud. v. 15. — τοῦ σκότους, Rom. 13, 12. Eph. 5, 11. — d., in scriptis Pauli τῶν ἔργων ita fit mentio, ut gratiae (τῇ χάριτι) dei s. gratuitis dei promissionibus et fidei ipsis habitae, opponantur, inclusa officii praestiti et meriti notione; — ἔργα νόμου, facta legi consentanea, Rom. 3, 20. 28. 9, 32. Gal. 2, 16. 3, 2. 5. 10. — ἔργα simpliciter dicta, Rom. 4, 2. 6. 9, 11. 11, 6. Eph. 2, 9. 1 Tim. 2, 9. — Alibi eatenus τὰ ἔργα cum quadam oppositione commemorantur, quatenus praeter fidem requiruntur, Jac. 2, 14. — 26. 3, 13.

Ἐρεθίζω, f. ίσω, (ἐρέθω) irrito, lacesso; — τινά, 2 Cor. 9, 2. Col. 3, 21. — 1 Macc. 15, 46. Xen. Venat. 10, 14. Epictet. Enchir. c. 20.

Ἐρείδω, f. είσω, figo, infigo, firmiter fulcio; intrans. ἐρείσασα (ἡ πρώρα), infixa, Act. 27, 47.

Ἐρεύγομαι, f. ξομαι, eructo (de fonte scaturiente et aquas copiose emittente), Levit. 11, 10. Pindar. Pyth. 1, 40. (ἐρεύγονται

πηγαί.) — metaph., expromo, eloquor, Matth. 13, 35. (Ps. 78, 2. cf. 19, 3. 144, 7.)

Ἐρευνάω (ῶ), f. ήσω, (ab ἡ ἔρευνα, investigatio) investigo, perscrutor; *a.*, absol., Joh. 7, 52. (duo imperativi, ex hebr. loquendi consuetudine, Gesen. Lehrgeb. p. 776. Cf. lat illud: divide et impera.) — *b.*, τί, Joh. 5, 39. (τὰς γραφάς.) Rom. 8, 27. (τὰς καρδίας.) 1 Cor. 2, 10. (τὰ βάθη τοῦ θεοῦ.) Apoc. 2, 22. (νεφροὺς κ. καρδίας, cf. Jerem. 11, 20. 17, 10. 20, 12. Ps. 7, 10.) — *c.*, seq. interrog. indir., 1 Petr. 1, 11. — Aelian. V. H. 4, 18. Xen. Cyr. 1, 2, 12. οἱ ό, 2 Sam. 10, 3.

Ἐρημία, ας, ἡ, (ab ἔρημος, q. v.) solitudo, locus ab hominibus desertus et vacuus, Matth. 15, 33. (Marc. 8, 4.) 2 Cor. 11, 26. — pl., Hebr. 11, 38. (Xen. Hier. 6, 4.)

Ἔρημος, ου, ὁ, ἡ, et -μος, ἐρήμη, ον, **1**, adiect., desertus, solitarius; — τόπος, Matth. 14, 13. 15. (Marc. 6, 31. 32. 35. Luc. 9, 10. 12.) Marc. 1, 35. (Luc. 4, 42.) — plur., Marc. 1, 45. (Luc. 5, 16. ἐν ταῖς ἐρήμοις.) — ὁ οἶκος, Matth. 23, 38. (Luc. 13, 35. al. codd. h. l. omittunt.) — ἡ ἔπαυλις, Act. 1, 20. (Ps. 69, 26.) — ἡ ὁδός, Act. 8, 26. (v. supr. γάζα.) — metaph., de femina innupta, maritum non habente, Gal. 4, 27. (oppon. ἡ ἔχουσα τὸν ἄνδρα ex Jes. 54, 1. 2 Sam. 13, 20. — Conferuntur h. l. ecclesia Christiana et Judaica. Illa exiguum adhuc habet sectatorum numerum, huius autem permulti sunt cives.) — **2**., subst. ἡ ἔρημος, scil. χώρα, desertum, Luc. 15, 4. Matth. 24, 26. — de deserto Judaeae, Matth. 3, 1. (Marc. 1, 3. 4. Luc. 3, 2. 4.) Luc. 1, 80. Joh. 1, 23. — de deserto Arabiae, Act. 7, 30. 36. 38. 42. 44. 1 Cor. 10, 5. Hebr. 3, 8. 17. (Exod. 3, 1. Xen. Anab. 1, 5, 4.)

Ἐρημόομαι (οῦμαι), (pass. verbi ἐρημόω, desolo, devasto, ab ἔρημος) devastor, Matth. 12, 25. (Luc. 11, 17. βασιλεία.) Apoc. 18, 16. (πλοῦτος.) v. 19. (πόλις.) — ἐρημωμένην κ. γυμνὴν ποιεῖν τινα, spoliare aliquam, Apoc. 17, 16. — οἱ ό, Gen. 47, 19. Hinc voc. seq.

Ἐρήμωσις, εως, ἡ, devastatio, Matth. 24, 15. (Marc. 13, 14.) Luc. 21, 20. v. supr. βδέλυγμα.

Ἐρίζω, f. ίσω, (ab ἔρις, rixa) rixor (Hom. Il. 1, 277.), Matth. 12, 19. (cf. Jes. 42, 2. Lucian. Dial. Deor. 13, 1.)

Ἐρίθεια (vel ἐριθεία), είας, ἡ, (ab ἐριθεύω, cf. βασιλεία, βουλεία al. — i. e. ἔριθος sum (ἐριθεύς non occurrit), i. e. homo, qui pro mercede opus facit, ein Tagelöhner. Med. ἐριθεύομαι de iis, qui munera ambiunt auram populi captantes et dolo et artibus, lucrum quaerunt et facile corrumpuntur, Aristot. Polit. 5, 5.) contentio, rixa, altercatio, Jac. 3, 14. 16. — Phil. 2, 3. κατ᾽ ἐρίθειαν, cum rixa. — οἱ ἐξ ἐριθείας, contentiosi, Rom. 2, 8. Phil. 1, 16. — plur. αἱ ἐριθ., 2 Cor. 12, 20. Gal 5, 20.

Ἔριον, ίου, τό, (dimin. voc. τὸ ἔρος s. εἶρος) lana, Hebr.

9, 19. Apoc. 1, 14. (Xen. Mem. 2, 7, 12. et 13. οἱ ὁ, Deut. 22, 11.)

Ἔρις, ιδος, ἡ, acc. ἔριν (Phil. 1, 15.), pl. ἔριδες (1 Cor. 1, 11.) et ἔρεις (2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. Tit. 3, 9.), ut νῆστις, pl. νήστιδες et νήστεις, ἤνιδες et ἤνεις, v. Lobeck. ad Phryn. p. 326. Matth. gramm. §. 80. not. 8. Buttmann. gramm. max. Vol. 1. §. 51. p. 191. seq.) contentio, rixa, altercatio, iunct. cum voc. ζῆλος, Rom. 13, 13. 1 Cor. 3, 3. 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. — c. voc. φθόνος, Phil. 1, 15. 1 Tim. 6, 4. Rom. 1, 29. (μεστὸς ἔριδος.)

Ἐρίφιον, ίου, τό, et ἔριφος, ου, ὁ, ἡ, hoedulus, hoedus, capella, capra, Luc. 15, 29. Matth. 27, 9. (οἱ ὁ, Gen. 27, 9. 38, 17. Ex. 12, 9. Gen. 37, 10.)

Ἑρμηνεία, ας, ἡ, (ab ἑρμηνεύω, q. v. — v. ἐρίθεια) facultas sensum animi oratione significandi, δοῦναι ἑρμηνείαν, Xen. Mem. 4, 3, 12. — facultas interpretandi, 1 Cor. 12, 10. 14, 26. (Sirac. 47, 17.)

Ἑρμηνεύω, f. εύσω, (verbis explico, Xen. Mem. 1, 2, 52.) interpretor, in linguam vernaculam transfero, Joh. 1, 39. 43. 9, 7. Hebr. 7, 2. (Μελχισεδέκ ipse dic. ἑρμηνευόμενος, homine pro eius nomine posito.) οἱ ὁ, Esdr. 4, 7. Xen. Anab. 5, 4, 4.

Ἑρπετόν, οῦ, τό, (ab ἕρπω, serpo, repo) reptile (apud Homer. animal, quod non volat, ut avis, sed in terra incedit, Od. 4, 419.), pl., Act. 10, 12. 11, 6. Rom. 1, 23. Jac. 3, 7. — οἱ ὁ, Gen. 1, 20. 24. Xen. Mem. 1, 4, 11.

Ἐρυθρός, ά, όν, ruber, rubra, rubrum; — ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, mare rubrum (i. e. oceanus Indicus, Arabiam Persidemque alluens, in duos sinus divisus, quorum is, qui ab Oriente est, Persicus, alter ex adverso situs, Arabicus appellatur, hebr. יַם סוּף, Exod. 10, 19. 13, 18. a copia algarum illic crescentium dictus), in N. T. per synecdochen: superior illa sinus Arabici pars, per quam Israëlitae ex Aegypto in Arabiae littus profecti sunt, Act. 7, 36. Hebr. 11, 29. (Diod. Sic. 1, 19. 3, 17.)

Ἔρχομαι, (imperat. ἔρχου, Matth. 8, 9. Luc. 7, 8. Joh. 1, 47. 11, 34. Apoc. 6, 1. 3. 5. 7. 22, 17. 20. et plur., Luc. 14, 17. Joh. 1, 40. pro Atticor. ἴθι, ἴτε a verbo εἶμι. — vid. Matth. gramm. §. 234. Buttmann. gramm. max. Vol. 2. §. 114. p. 137. — imperf. ἠρχόμην, Marc. 1, 45. 2, 13. Luc. 18, 3. Joh. 4, 30. 6, 17. 8, 2. 20, 3. Act. 9, 17. 19, 18. Plato Legg. 3, p. 685. pro Attic. ᾔειν et ᾖα a verbo εἶμι, — v. Matth. et Buttm. locc. laudd. — fut. ἐλεύσομαι, Matth. 9, 15. 24, 5. Marc. 2, 20. 12, 9. 13, 6. Luc. 5, 35. 17, 22. 20, 6. 21, 6. 8. Joh. 11, 48. 14, 23. 16, 7. Act. 1, 11. Rom. 9, 9. 15, 24. 29. 1 Cor. 4, 19. 16, 5. 12. 2 Cor. 12, 1. Phil. 2, 24. 2 Petr. 3, 3. — v. supr. ἀπέρχομαι, διέρχομαι, ἐξέρχομαι, εἰςέρχομαι, ἐπέρχομαι. — aor. 2. ἦλθον, perf. ἐλήλυθα.)

I., venio; **1.**, absol., *a.*, de hominibus, *aa.*, de iis, qui

ex uno loco in alterum veniunt, et est ἔρχομαι propr. in viam me dedi, ut adsim, oppon. discedere, πορεύεσθαι, Matth. 9, 9. (Luc. 7, 8. plane ita Epictet. 1, 25.) ὑπάγειν, Marc. 7, 31. — Adesse vero et terminum propositum assecutus esse dicitur vel is, qui domum, aut ad suos rediit, Matth. 24, 42. 44. 48. 22, 19. 25, 6. 10. Luc. 12, 38. 45. 14, 5. 10. 15, 25. 30. 19, 3. Joh. 4, 27. 20, 24. Act. 21, 22. 2 Tim. 4, 13. 21. — vel qui vocatus erat, Matth. 14, 29. 22, 3. Luc. 5, 7. 14, 17. 20. Act. 10, 29. 22, 30. Apoc. 22, 7. — vel qui ad eum locum tetenderat, Marc. 3, 11. 5, 35. (Luc. 8, 49.) 11, 14. 8, 22. (Matth. 16, 13.) Joh. 6, 17. 11, 17. 20. — vel qui ibi exspectatus erat, Matth. 26, 47. Act. 5, 15. — vel qui aliis se (ad eos) accessurum esse promiserat, 1 Cor. 11, 34. 16, 2. 10. 12. 2 Cor. 2, 3. 9, 4. 12, 20. 21. 13, 2. Phil. 2, 24. 3 Joh. v. 10. Apoc. 22, 20. — vel denique qui ad illum accedit locum, ad quem eum pervenisse necesse est, si id, quod sibi proposuit, peragere vult, Act. 25, 23. Matth. 25, 11. 24, 43. Apoc. 16, 15. Scilicet usus verbi accommodatur ad terminum, ex quo vel praesentia vel absentia aestimatur, v. c. Matth. 24, 43. in domum heri. ' α., In commentariis de vita Jesu scriptis auctores hoc verbo de iis uti solent, qui ad Jesum alicubi versantem accedunt, Joh. 14, 30. quare narratio ipsorum saepissime et interrumpitur et continuatur interiecto verbo: ἔρχεται (τίς), ἔρχονται, pro quo Matthaeus adhibere voculam solet ἰδού, Marc. 1, 40. (Matth. 8, 2. Luc. 5, 12.) 2, 3. (Matth. 9, 2. Luc. 5, 18.) 3, 31. (Matth. 12, 46.) 5, 22. (Luc. 8, 41. Matth. 9, 18.) 5, 35. (Luc. 8, 49.) — β., Quia quicunque in aliquo loco aliquid peracturus est, eo venerit necesse est, nostri scriptores res gestas referentes e populari narrandi consuetudine copulare solent cum verbis agendi verbum ἔρχεσθαι, quo notetur actionis initium: ἔρχεται καί etc., Matth. 13, 4. (Marc. 4, 4. sed Luc. 8, 5. non habet.) v. 19. (Marc. 4, 15. Luc. 8, 12.) v. 25. 32. 27, 49. (Marc. 15, 36.) Marc. 5, 33. 6, 29. 12, 9. (Luc. 20, 16. — immutat verba Matth. 21, 40.) 14, 3. 15, 43. Marc. 2, 18. 14, 37. Luc. 8, 41. 47. Joh. 6, 15. 11, 48. 12, 22. 15, 22. 19, 32. 38. 20, 19. 26. 21, 13. 3 Joh. v. 3. Apoc. 5, 7. 17, 1. 21, 9. — ἔρχου κ. ἴδε, Joh. 1, 47. 11, 34. — pl., 1, 40. — ἔρχου κ. βλέπε, Apoc. 6, 1. 3. 5. 7. pro qua copulandi ratione Matth. saepius utitur participio ἐλθών, 2, 8. 8, 2. 7. 9. 9, 10. 18. 14, 12. 33. 18, 31. 27, 64. 28, 13. Marc. 5, 27. 7, 25. 12, 14. 42. 14, 45. 16, 1. Lucas etiam participio ἐρχόμενος, 13, 14. 16, 21. 18, 5. ἐλθών, Act. 16, 37. 39. Interdum verbo ἔρχεσθαι adiungitur alterius verbi participium, Luc. 13, 7. 19, 18. 20. 24, 23. Act. 19, 18. Joh. 6, 24. 20, 18. — Not. γ., in aliis locis partic. ἐλθών non otiatur, sed vertendum est: quando veni (venisti, venit), Joh. 11, 17. 16, 8. 2 Cor. 12, 20. Phil. 1, 27. (ubi oppon. ἀπών.) — δ., adduntur adverbia: ταχύ, Apoc. 3, 11. 17, 20. — ἐξαίφνης, Marc. 13,

36. Joh. 9, 7. (ἦλθον βλέπων, scil. illinc huc.) Luc. 2, 16. (ἦλθον σπεύσαντες.)

bb., De eo, qui aliquando inter alios exstiturus seque iis praesentem daturus est, α., ἔρχεται (ex ore alicuius, qui aliquem certo tempore adfuturum esse asseverat), praes. pro fut. i. e. certo veniet; — sic de Messia, Joh. 4, 25. 7, 27. 31. Luc. 3, 16. (Matth. 3, 11. Marc. 1, 7.) Hebr. 10, 37. (Habac. 2, 3.) qui dic. κατ' ἐξοχήν· ὁ ἐρχόμενος, i. e. qui ex omnium exspectatione certo venturus est, Matth. 11, 4. (Luc. 7, 19. 20.) — additur: εἰς τὸν κόσμον, Joh. 6, 14. 9, 39. 11, 27. 18, 37. — ἔρχεται, de Elia (ex ore eius, qui eum venturum esse asseverat), Matth. 17, 10. 11, 12. (Marc. 9, 12. 13. 14.) praes. pro ἐλεύσεται. — ἔρχεται eodem modo dictum de Antichristo, 1 Joh. 2, 18. — β., de actu veniendi, ita ut αα., si venire dicitur exspectatus atque promissus, ut Messias, ἔρχεσθαι est accedere, herbeikommen; א., adventus Messiae solennis describitur appropinquantis ad Hierosol. urbem, Matth. 16, 27. 28. (Marc. 8, 38.) Luc. 19, 38. Joh. 12, 13. Matth. 21, 9. Luc. 11, 10. 19, 38. — ב., adventuri e coelo, Matth. 24, 30. (Marc. 13, 26. Luc. 21, 27.) 25, 31. 26, 64. (Marc. 14, 62) Act. 1, 7. alii loci adventus tantum mentionem iniiciunt, Matth. 10, 23. 1 Cor. 4, 5. 11, 26. Gal. 3, 19. — Sed quando ג., Jesus ipse aequalibus suis se venisse dicit, id sibi idem vult, quod: exstiti inter vos, Joh. 5, 43. — alibi tamen: viam feci, ut adessem, Joh. 7, 28. 8, 42. (Nam τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐλθεῖν h. l. oppon. τῷ πεμφθῆναι.) — ד., sermo est de adventu Paracleti post Christi discessum discipulis exspectandi plane invisibili, Joh. 15, 26. 16, 7. 8. 18. — ה., deus dic. ὁ ἐρχόμενος pro: ὁ ἐσόμενος, ratione adventus Christi, olim futuri, habita, ergo: qui se futurum tempus explere adventu Christi futuro demonstrabit, Apoc. 1, 4.-4, 8. (Ex. 3, 14.) — ββ., ita, ut non quidem ad aliquam spem vel promissionem respiciatur, sed verbo is designetur, qui rerum gerendarum caussa in publicum proditurus est. Hoc sensu legitur de impostoribus, de ψευδοχρίστοις, de doctoribus errores sparsuris, Matth. 24, 5. (Marc. 13, 6. Luc. 21, 8.) cf. v. 11. et 24. 2 Thess. 2, 3. (quo loco notes verbum ἀποκαλύπτεσθαι.) 2 Petr. 3, 3. Joh. 10, 8. — Apoc. 17, 10. — γ., adduntur ad verbum ἔρχεσθαι sic dictum aliae voces, rationem et formam describentes; αα., εἰς τὸν κόσμον, de eo, qui inter homines appariturus est, Joh. 1, 9. 6, 14. 12, 46. 16, 28. cf. 3, 17. 1 Tim. 1, 15. — ββ., subiecta verbo existendi et prodeundi in publicum notione ei additur nota consilii, v. c. vel seq. praep. εἰς (μαρτύριον), Joh. 1, 7. — vel seq. ἵνα, Joh. 10, 10. 12, 8. 46. 47. — γγ., additur particip., aut ut vitae ratio, qua quis usus est, adumbretur, Matth. 11, 19. 20. (Luc. 7, 33. 34.) aut cui vacaverit rei, indicetur, Joh. 1, 31. cf. Matth. gramm. §. 566. n. 6. — δδ., ubi de appropinquante dicitur, add. ἔν τινι, de amictu et ornatu, ἐν δόξῃ, Matth. 16, 27. (Marc. 8, 38. Luc.

9, 26.) 25, 31. — pro quo: μετὰ δόξης, Matth. 24, 30. (Marc. 13, 26. Luc. 21, 27.) — ἐν νεφέλῃ, Luc. 21, 27. — ἐν δυνάμει, Marc. 9, 1. (μετὰ δυνάμεως, Matth. 24, 30. et Marc. 13, 26. Luc. 21, 27.) — ἐν τῇ βασιλείᾳ, Matth. 16, 28. Luc. 23, 42. — Christus dicitur ἐν σαρκὶ ἐληλυθώς, i. e. corpore humano indutus, 1 Joh. 4, 2. 3. 2 Joh. v. 7. (ubi ἐρχόμενος pro: ἐληλυθώς.) Not.: haec vox non contra gnosticos, ut plures opinantur, sed contra eos dicta est, qui in Jesu nullam sublimiorem deoque aequalem naturam agnoscebant, ideoque nec talem, qualem auctor esse dei filium doceret, unquam inter homines exstitisse concederent; quod pluribus demonstrare non est huius loci. — Praeterea *εε.*, de Christo: ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος κ. αἵματος, 1 Joh. 5, 6. v. supr. sub voc. διά p. 208. — *ζζ.*, additur descriptio ad tempus pertinens: ὀπίσω τινός, post aliquem, Matth. 3, 11. (Marc. 1, 7. Joh. 1, 25. 27. 30.)

b., de tempore: ut lat. venio, additum *aa.*, nominibus temporis subst., v. c. ἐλεύσονται ἡμέραι, Matth. 9, 15. (Marc. 2, 20. Luc. 5, 35. 17, 22. 21, 6. — ἔρχεται ὥρα, Joh. 4, 21. 23. 5, 25. 16, 2. 25. (seq. ὅτι.) v. 52. — ἦλθεν, venit, i. e. adest, Joh. 16, 4. 21. Apoc. 14, 7. 15. — ἐλήλυθε, Joh. 12, 23. 13, 1. 16, 32. (in his l. additur: ἵνα.) 17, 1. — ἐληλύθει, venerat (aderat), Joh. 7, 30. 8, 20. — ἡ ἡμέρα, Luc. 22, 7. Apoc. 6, 17. (ἦλθεν.) Act. 2, 20. et pl. praes. ἔρχονται, certissime venient, Luc. 23, 29. Hebr. 8, 8. — νύξ, Joh. 9, 4. — ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου, 1 Thess. 5, 2. — καιρός, Act. 3, 19. — *bb.*, nominibus eventorum, in certum tempus incidentium: ὁ θερισμός, Joh. 4, 35. — ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου, Apoc. 19, 7. (ἦλθεν.) — ἡ κρίσις, 18, 10. — ἔρχονται δύο οὐαί, Apoc. 9, 12. 11, 14. — τὰ σκάνδαλα, Matth. 18, 7. (Luc. 17, 1.) — τὸ τέλειον, 1 Cor. 13, 10. — ὁ, ἡ, τὸ ἐρχόμενος, ένη, ον, venturus, futurus, a, um, v. c. ὁ αἰών, Marc. 10, 30. (Luc. 18, 30.) — Act. 18, 21. (ἡ ἑορτή.) 1 Thess. 1, 10. (ἡ ὀργή, cf. Apoc. 11, 18. ἦλθεν.) — *cc.*, additur adv. ταχύ, Apoc. 11, 14. — πάλιν, Joh. 14, 3.

c., ἔρχεσθαι per metaph. et trop. *aa.*, de naturae eventis, quibus terrae incolis aliquid immitti videtur et quae, cum orta sunt, paullatim ingravescunt, v. c. de aquis in terram sese effundentibus; ποταμός, Matth. 7, 25. — κατακλυσμός, Luc. 17, 27. — ὑετός, Hebr. 6, 7. — λιμός, Act. 7, 11. — *bb.*, sensu prodeundi, Rom. 3, 8. 7, 9. 1 Cor. 15, 35. — *cc.*, de candela, quae affertur, Marc. 4, 21.

2., constructe: *a.*, c. vocibus terminum a quo significantibus; *aa*, ἀπό c. gen. loci (Palaeph. f. 6.), Matth. 27, 57. Marc. 1, 9. 7, 1. 15, 21. Act. 18, 2. 2 Cor. 11, 9. — c. gen. pers., e domo alicuius, Marc. 5, 35. Joh. 3, 2. Gal. 2, 12. — *bb.*, ἐκ c. gen. loci, Luc. 5, 17. Joh. 3, 31. Apoc. 7, 14. — addito inf. finem indicante, Matth. 12, 42. (Luc. 11, 31.) — *cc.*, παρά

τινος, Luc. 8, 49. — *dd.*, c. adverb. πόθεν, Joh. 3, 8. 8, 14. Apoc. 7, 13. — ἄνωθεν, Joh. 3, 31. — ὄπισθεν, Marc. 5, 27. Not.: hac nota adiecta verbum ipsum exprimere iubetur, quod dicimus nos: herbeikommen, herkommen. Nam terminus, unde praesentia (adventus) et absentia aestimanda est, iam est definitus, ideoque non is ipse, sed tantum terminus a quo s. exitus notatur.

b., cum vocibus terminum ad quem signific., *aa.*, εἰς cum acc. loci, venio aliquo, v. c. εἰς τὴν οἰκίαν, Matth. 2, 11. 8, 14. (Marc. 1, 29. Luc. 4, 38.) v. 28. (Marc. 5, 1.) 9, 1. 12, 9. 14, 34. 15, 39. — εἰς τόπον, 27, 33. al. — εἰς τὰ ἴδια, Joh. 1, 11. — εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας, Gal. 1, 21. — 2, 11. (ὅτε ἦλθε, cum venisset.) al. — Per se patet verbum sic dici de proficiscentibus; de phrasi: εἰς τὸν κόσμον mentio facta est supra n. 1. *bb.*, α., αα., ב. — ἐκ — εἰς, Joh. 4, 54. — εἰς, i. e. ad, Marc. 7, 31. Joh. 20, 3. 4. — εἰς ἑορτήν, ad festum, Joh. 11, 56. 12, 17. 4, 45. — εἰς c. acc. status, εἰς τὸ χεῖρον, in conditionem peiorem, Marc. 5, 26. — εἰς ἀπελεγμόν, in contemtum, Act. 19, 27. — incidere in aliquid, Joh. 5, 24. εἰς κρίσιν, εἰς τὴν ὥραν ταύτην ἦλθον, Joh. 12, 27. (διὰ τοῦτο, scil. ut moriar, me inieci in huius horae periculum, cf. v. 23. 24.) — ἔρχ. εἴς τι, ad aliquid venire dic. scriptor, qui aliis tractatis iam ad novum argumentum transit, 2 Cor. 12, 1. — ad aliquid pervenire, 2 Tim. 3, 7. — εἰς ἑαυτόν, ad sanam mentem redire, Luc. 15, 17. — *bb.*, ἐπί c. acc. loci, nostr. auf, Matth. 14, 28. Marc. 6, 53. — nostr. an, Luc. 19, 5. Act. 12, 10. 12. — vel acc. rei, ad quam venit aliquis, Matth. 3, 7. 21, 19. (Marc. 11 13.) Luc. 24, 1. Joh. 19, 33. — c. acc. pers. ad, nostr. vor jemand hin, Act. 24, 8. — super, auf, Matth. 3, 16. Act. 10, 6. — devolvi in aliquem (de calamitatibus), Joh. 18, 4. idem de culpa caedis, Matth. 23, 35. cf. 27, 25. Act. 19, 6. — adversus, auf jem. los, Luc. 14, 31. — *cc.*, παρά c. acc. loci, ad, Matth. 15, 29. Marc. 2, 13. — *dd*, πρός, ad, c. acc. pers.: πρός με, Matth. 3, 14. — 7, 15. 14, 29. 17, 14. 19, 14. (Marc. 10, 14. Luc. 18, 16.) 21, 32. 25, 36. 39. Marc. 1, 45. 2, 13. 9, 14. 10, 50. Luc. 1, 43. 7, 7. Joh. 1, 29. 48. 3, 2. 26. 11, 19. al. 2 Cor. 13, 1. (praes. pro fut.) 2 Joh. v. 10. — ἀπό τινος πρός τινα, 1 Thess. 3, 6. — πρός τινα εἰς (τόπον τινά), Act. 20, 6. Tit. 3, 12. — dicuntur vero speciatim ἔρχεσθαι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, qui se eius disciplinae committunt, Joh. 5, 40. 6, 35. 37. 44. 45. 65. — πρός τι, an: πρὸς τὸ φῶς, Joh. 3, 20. 21. — In al. locis legitur dat., Matth. 21, 5. (ad hebr. יָבוֹא לָךְ, Zach. 9, 9.) Apoc. 2, 5. 16. (Xen. Symp. 2, 1.) — *ee.*, adverb. loci: ὧδε, Matth. 8, 29. Act. 9, 21. (additur h. l. simul: εἰς τοῦτο, ἵνα.) — ἐνθάδε, Joh. 4, 15. 16. — ἐκεῖ, Joh. 18, 3. Act. 17, 18. — οὗ (quo), Luc. 10, 1. — omisso demonstrativo ἐκεῖ ante relat., Joh. 7, 34. 8, 21. 22. 13, 33. (in his loc. ἔρχομαι verti potest: pervenio illuc.) — ποῦ, Hebr. 11, 8. — ἕως τινος,

usque ad aliquem, i. e. ad locum, quo est aliquis, Luc. 4, 42. — ἄχρι τινος, Act. 11, 5. — κατά τινα, devenire ad, hinab, Luc. 10, 33. Act. 16, 7.

c., cum vocibus instrumentum signific., *aa.*, addito ablativo nominis instrumentum designantis, Joh. 21, 8. — *bb.*, addit. ἐπί c. gen., Matth. 24, 30. 26, 64. — ἐν c. dat., 1 Cor. 4, 21.

d., cum verbis consilium ac finem indicantibus, ita ut sibi additum habeat *aa.*, infinit. alicuius verbi, Matth. 5, 17. 9, 13. (Marc. 2, 17. Luc. 5, 32.) 10, 34. 45. Luc. 1, 59. 3, 12. 4, 34. 6, 17. 12, 49. 19, 10. Joh. 4, 15. (v. Matth. gramm. §. 532.) Jud. v. 14. 2 Thess. 1, 10. est lat. venio c. supino. (ἦλθον c. inf., mihi propositum est, ut.) — *bb.*, particip. fut., Act. 8, 27. (Matth. gramm. §. 566. not. 6.) — *cc.*, ἵνα cum coni., Act. 9, 21. — de locis Joh. 10, 10. 12, 9. v. supra. — *dd.*, εἴς τι, Joh. 1, 7.

II., eo, incedo (Hom. Il. 9, 43. ἔρχεο, abi; v. 645. ἔρχεσθε, abite); — ὀπίσω τινό., sequor aliquem, Matth. 16, 24. (Luc. 9, 23.) Luc. 14, 27. (ex hebr., cf. Gen. 24, 5. 8. 37, 17. al.) — πέραν τῆς θαλ. εἰς, Joh. 6, 17. cf. Marc. 10, 1. (ἔρχεται πέραν — εἰς, Matth. 19, 1.) — ad terminum, qui iam indicatus est, hingehen, Marc. 11, 13. — πρός τινα, Luc. 15, 20. — σύν τινι, Joh. 21, 3. — ὁδὸν ἔρχεσθαι, Act. 9, 17. (in via, quam ingressus es.) Luc. 2, 44. (Xen. Anab. 3, 1, 6. 2, 2, 10.) — Not.: ἔρχομαι utrumque significare potest, et eo, et venio; sed ἦλθον et ἐλθεῖν plerumque de venientibus, de euntibus perraro dicitur, v. Buttmann. gramm. max. Vol. 2. §. 114. p. 137.

Ἐρωτάω (ῶ), f. ήσω, (verbum derivatum, quod apud Atticos complet tempora verbi simplicioris formae: ἔρομαι. Coniungit in N. T. utramque significationem et interrogandi et rogandi, ut hebr. שָׁאַל et lat. rogo. Significatum tamen rogandi lexicon graecum huic verbo non adiudicat) **1.**, interrogo; *a.*, absol., Luc. 22, 68. Joh. 8, 6. (Xen. Mem. 4, 2, 23.) — *b.*, τινά, aliquem (quaero ex aliquo), Joh. 9, 21. 16, 19. 30. — *c.*, addit. λέγων c. verbis interrogantis, Matth. 16, 13. (Marc. et Luc. in loc. parallel. ἐπερωτᾶν.) Luc. 9, 18. 19, 31. Joh. 1, 19. 21. 23. 5, 12. 9, 19. 16, 5. (Xen. Cyr. 8, 6, 19.) — *d.*, τινά τι, Matth. 21, 24. (λόγον, Luc. 20, 3. sed Marc. 11, 29. ἐπερωτ.) Marc. 4, 10. (τὴν παραβολήν.) — Joh. 16, 23. (οὐδέν.) — Xen. Mem. 3, 7, 2. Cyr. 3, 3, 48. — *e.*, τινὰ περί τινος, Luc. 9, 45. Joh. 18, 19.

2., rogo, *a.*, τινά, aliquem, Joh. 14, 16. — *b.*, addito λέγων cum verbis rogantis, Matth. 15, 23. Joh. 12, 21. — *c.*, sequente solo imperat., Luc. 14, 18. Phil. 4, 3. — *d.*, constr. cum ἵνα, ut Marc. 7, 26. (ἵνα ἐκβάλλῃ, i. q. λέγουσα· ἔκβαλε.) Luc. 7, 36. 16, 27. Joh. 4, 47. 19, 31. 38. (not. ἵνα ἄρῃ.) 3 Joh. v 5. 1 Thess. 4, 1. — vel cum ὅπως, ut, Luc. 7, 3. 11, 37.

Act. 23, 20. — *e.*, constr. c. inf., Luc. 5, 3. 8, 37. Joh. 4, 40. Act. 3, 3. 23, 18. 10, 48 1 Thess. 5, 12. (differt haec constructio ab illa altera sic, quod haec magis respicit rem, quam quis rogavit ipsam, illa vero magis aliquem animadverti vult, rogatum esse.) — *f.*, τινὰ περί τινος, Luc. 4, 38. Joh. 17, 9. 20. 1 Joh. 5, 16. (h. l. alternat c. αἰτεῖν, et subint. τὸν θεόν.) — ὑπέρ τινος, 2 Thess. 2, 1. — ἐρωτᾷν τὰ πρὸς εἰρήνην, talia petere, quae ad pacem pertinent, Luc. 14, 32. (alio sensu haec phrasis dic. in V. T. 1 Sam. 10, 4. 17, 22. Gen. 43, 27. formula aliquem salutantium et de eius salute percontantium.)

Ἐσθής, ῆτος, ἡ, (ab ἕννυμι, ἕσθην, quare rectius scriberetur: ἑσθής) vestis (cf. vernac. Weste), Luc. 23, 11. Act. 12, 21. — aliquis ἐν ἐσθῆτι, veste indutus, Act. 1, 10. 10, 30. Jac. 2, 2. (Xen. Cyr. 4, 6, 39.)

Ἔσθησις, εως, ἡ, (ab ἐσθέω, et hoc ab ἐσθής, q. v.) vestis, pl., Luc. 24, 4. (de ἐν v. sub v. ἐσθής.)

Ἐσθίω (formula producta verbi ἔδω, mutuatur a verbo φάγω, q. v., aor. 2. ἔφαγον, f. (serioris aevi) φάγομαι, 2. pers. φάγεσαι, Luc. 17, 8. pro quo Graeci ἔδομαι, v. Buttmann. gramm. max. Vol. I. §. 95. n. 21. p. 408. Matth. gramm. §. 253. §. 183.), comedo, **1.**, absol., *a.*, ἐσθίειν, Matth. 12, 1. (Luc. 6, 1.) 14, 21. (Marc. 6, 44. ἦσαν οἱ ἐσθίοντες, part. praes., quia verti potest: convivae.) 15, 38. (Marc. 8, 6.) 26, 24. 25. (ἐσθιόντων αὐτ., cum comederent, Marc. 14, 18. 22.) — speciatim oppon. abstinentiae a certis ciborum generibus, Rom. 14, 3. 4. 20. Act. 27, 36. — *b.*, ἐσθίειν κ. πίνειν, coniunctim *aa.*, cibo ac potu uti ad explendam famem sitimque, 1 Cor. 11, 22. 29. 34. — *bb.*, ad explendam famem s i n e d i s c r i m i n e uti, 1 Cor. 10, 28. 31. (adiunct. πίνειν.) 2 Thess. 3, 10. — *cc.*, epulas non vitare, Matth. 11, 19. (Luc. 7, 34.) oppon. μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν, de Joh. dictum, qui severiori vitae adsuetus parco et modico victu utebatur, Matth. 11, 18. (Luc. 7, 33. coll. Matth. 3, 4. Marc. 1, 6.) cf. Luc. 4, 2. — *dd.*, oppon. ieiuniis (τῷ νηστεύειν), Luc. 5, 33. — *ee.*, de iis dict., qui nec de victu nec de aliis rebus solliciti vitam agunt securam, Luc. 17, 27. 28. — *c.*, ἐσθίειν (κ. πίνειν) μετά τινος, coenare, epulis accumbere cum aliquo, Matth. 9, 11. (Marc. 2, 16. Luc. 5, 30.) cf. Luc. 15, 2. (συνεσθίειν τινί.) — μετὰ τῶν μεθυόντων, de potante et luxuriante, Matth. 13, 49. (Luc. 12, 45.) — *d.*, — ἐπὶ τραπέζης τινός (v. supr. ἐπί), accumbere simul cum aliquo epulis, ab hoc ipso paratis, Luc. 22, 30. — additur: τινί, dat. commodi, in honorem alicuius, Rom. 14, 6. — ἐσθίειν, de animalibus, Matth. 15, 27. — **2**, constr. *a.*, τί, comedo aliquid, sensu propr.; — ἄρτον, cibum capere, coenare (ex hebr. אָכַל לֶחֶם, Ex. 2, 20. Gen. 43, 25. Prov. 23, 6. 1 Sam. 20, 24.), Matth. 15, 2. (Marc. 7, 2. ἄρτους.) — τὸν ἑαυτοῦ, suo labore partum, 2 Thess. 3, 12. — ἦν ἐσθίων ἀκρίδας cett., Marc. 1, 6. (Matth. 3, 4. ἡ τροφὴ αὐτοῦ

ἣν ἀκρίδες cett.) — λάχανα, Rom. 14, 2. 1 Cor. 10, 25. — τὰ παρά τινος, quae ab aliquo suppeditantur, Luc. 10, 7. i. q. τὰ παρατιθέμενα, v. 8. 1 Cor. 10, 27. — τὰς θυσίας, 1 Cor. 10, 18. — εἰδωλόθυτον, 1 Cor. 8, 7. 10. (cf. Apoc. 2, 14. 20.) — μήτε ἄρτον ἐσθ. μήτε οἶνον πίνειν, tenui victu uti, Luc. 7, 34. — de animalibus speciat., χόρτοις, — κεράτια, Luc. 15, 16. (ὧν pro ἅ, ex attract.) — *b.*, metaph., consumo, aufreiben, τινά, Hebr. 10, 27. (cf. Joh. 2, 17. אָכַל, Deut. 7, 16. 32, 22. Jes. 9, 12. de igne, Hom. Il. 23, 182.) — *c.*, ἐκ (ἀπό) τινος, capere ex aliquo, quod comedatur, 1 Cor. 11, 28. 4, 7. 13. — de animalibus, speciat. canibus: nutriri aliquo; — ἀπὸ τῶν ψιχίων, Matth. 15, 27. (Marc. 7, 28.) — de vi praepositionis v. supra sub ἀπό p. 80. et sub ἐκ I. n. 1. p. 338. — Cf. φάγω.

Ἔσοπτρον, ου, τό, (ab εἰσόπτομαι, ut ex syllaba finali, eaque e verbi 3. perf. pass. formata, patet, nomen instrumenti) speculum, Jac. 1, 23. (Sap. 7, 26. Sir. 12, 13. i. q. κάτοπτρον. Veteres speculis non usi sunt vitreis, sed metallicis e chalybe confectis, Plin. H. N. 33, 4. 34, 17. v. Wineri bibl. Realwörterb. sub v. Spiegel.) 1 Cor. 13, 12. (βλέπειν δι' ἐσόπτρου, cernere ope — s. per lapidem specularem, qui lucem non claram, sed fucatam immittit.)

Ἑσπέρα, ας, ἡ, (a masc. ἕσπερος, hesperus, vesper, stella Veneris, quae post occasum solis apparet) vespera, tempus vespertinum, Act. 4, 3. 28, 23. — πρὸς ἑσπ. ἐστί, vesperascit, Luc. 24, 29.

Ἔσχατος, η, ον, (ab ἔχω, ἔσχον, adhaerens) extremus, ultimus (i. e. qui ultimum in aliquo ordine explet locum), **1.**, adiect. nominibus: τόπος (i. e. in serie locorum ultimus), Luc. 14, 9. 10. — κοδράντης (h. e. denarius, qui tibi alio post alium iam expenso adhuc superest), Matth. 5, 26. (Luc. 12, 59.) — τὰ ἔργα, Apoc. 2, 19. — in ordine rerum tempore sibi succedentium: postremus; ἡ ἐσχ. σάλπιγξ, 1 Cor. 15, 52. — αἱ ἔσχ. πληγαί, Apoc. 15, 1. (explicatur, quaenam dicantur, ibid.) 21, 9. — ἡ — πλάνη, Matth. 27, 64. (oppon. h. l. ἡ πρώτη, sens.: ne sit postrema fraus, per fictam narrationem de eo redivivo facta, perniciosior, quam prima, quae falso Messiae fidem erat factura; ita iam verba explicuit Euthym. Cigab.) — ἡ ἐσχάτη ἡμέρα τῆς ἑορτῆς, Joh. 7, 37. — Sed ἡ — ἡμέρα κατ' ἐξ. dies novissimus (omnium dierum ultimus), i. e. quo hoc Messiae tempora antecedens saeculum (הָעוֹלָם הַזֶּה, v. supra: αἰών) consummatum erit, Joh. 6, 39. 40. 44. 11, 24. 12, 48. — ὁ ἔσχ. καιρός, 1 Petr. 1, 5. Nonnunquam vero suam apostoli aetatem ultimam vocant, quippe regno Messiano proximam, Act. 2, 17. (in textu hebr. Joël. 3, 1. legitur אַחֲרֵי־כֵן, μετὰ ταῦτα, sed Lucas effinxit formulam ex aliis locis, v. c. Jes. 2, 2. Jerem. 23, 20. Mich. 4, 1. — intelliguntur in V. T. tempora, quae τὴν παλιγγενεσίαν Israëlitarum proxime antecedunt.) 2 Tim. 3, 1. — ἐν καιρῷ ἐσχ., 1 Petr. 1, 5. — ἐν ἐσχ. χρόνῳ,

Jud. v. 18. pl., ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων, 1 Petr. 1, 20. — ἡ ἐσχ. ὥρα, 1 Joh. 2, 18. — ὁ ἔσχατος Ἀδάμ (qui distinguitur a τῷ πρώτῳ Ἀδάμ), postremus Adam, vitae melioris perfectiorisque dux et antesignanus, 1 Cor. 15, 45. — i. q. ὁ δεύτερος (apposit. vocabulo ἄνθρωπος), ibid. v. 47.

2., ὁ, ἡ, τὸ ἔσχ. absol. aut c. genit. *a.*, ultimus, οἱ ἔσχατοι (disting. a τοῖς πρώτοις), Luc. 13, 30. (Sens.: qui ad felicitatem aeternam postremi vocati sunt, ii tum, cum aditus ad eam patebit, primi erunt, i. e. ii statim intromittentur, ipsisque exceptis alii et hi quidem ipsi, qui inter vocatos primi erant, iam tanquam serius venientes excludentur. — Aliter tractavit haec verba Matth. 19, 30. 20, 16. Sens.: postremum vocatis benignitate dei id tribuitur, quod primum vocatis, etsi idem promeriti sibi videntur esse, denegatur.) E Matthaeo haec verba illata sunt in Marc. 10, 31. — Matth. 20, 8. 12. qui postremi ad opus accesserunt. — ὁ πρῶτος κ. ὁ ἔσχ., aeternus, Apoc. 1, 11. 17. 2, 8. 21, 13. — ἐξήρχοντο ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων, i. e. ab iis, qui ob dignitatem reliquis praecederent usque ad eos, qui exeuntium ultimi erant, Joh. 8, 9. — ἔσχατος in praedicati loco pos. et iunctum cum verbo, pro adverbio: Marc. 12, 6. 22. (postremum mortua est; al. codd. adv. ἔσχατον.) — ἔσχατόν τινος, — τῆς γῆς, extremi fines terrae, Act. 1, 8. 13, 47. — ἔσχατον τῶν ἡμερῶν, Hebr. 1, 1. 2 Petr. 3, 3. (hebr. אַחֲרִית הַיָּמִים, v. supr. ἐπί p. 415.) — τὰ ἔσχατά τινος, postrema alicuius conditio, Matth. 12, 45. (Luc. 11, 26.) 2 Petr. 2, 20. — Neutr. ἔσχατον, adv., postremo, 1 Cor. 15, 8. — *b.*, ref. ad dignitatis gradum: infimus, Marc. 9, 34. 1 Cor. 4, 9.

Ἐσχάτως, adv., (ab ἔσχατος) extremo; — ἐσχάτως ἔχειν, in extremis esse, animam agere, Marc. 5, 23. (Veteres Graecos hac formula non usos esse, sed de aegrotantibus κακῶς, πονηρῶς ἔχειν dixisse, docet Lobeck. ad Phryn. p. 389. Ex Arriano et Aeliano afferuntur formulae: θανασίμως, ἐπιθανατίως ἔχειν; ἐσχάτως διακεῖσθαι habet Diod. Sic. 18, 48. et T. 9. p. 346.)

Ἔσω, adv., (ab ἐς, pro εἴσω ab εἰς) 1., intro, Matth. 26, 58. (Marc. 14, 54.) — c. genit., Marc. 15, 16. (Xen. Hier. 2, 10.) — 2., intus, Joh. 20, 26. Act. 5, 23. — ὁ ἔσω ἄνθρ., internus, interior homo (mens), Rom. 7, 22. Eph. 3, 16. — οἱ ἔσω, qui ad coetum Christianorum pertinent (oppon. οἱ ἔξω), 1 Cor. 5, 12.

Ἔσωθεν, adv. loci, notans terminum, a quo, (ab ἔσω, cf. ἔξωθεν, ἄνωθεν, κάτωθεν, al.) ab interiori parte (cf. lat. ab intus), Luc. 11, 7. Marc. 7, 21. 23. — videtur positum pro ἔσω, quamquam vim suam obtinet, lat.: ab interiore parte, Matth. 7, 15. 23, 25. 27, 28. (oppon. ἔξωθεν, q. v.) 2 Cor. 7, 5. Apoc. 4, 8. 5, 1. — ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος, 2 Cor. 4, 16. (posuit auctor pro ἔσω h. l. ἔσωθεν, terminum a quo, propter verb. transit. ἀνακαινοῦται. — v. infr. ὁ, ἡ, τό.) — τὸ ἔσωθέν τινος, quod

ab exteriore alicuius rei parte (in oculos incurrit), Luc. 11, 39. 40.

Ἐσώτερος, έρα, ρον, (compar. ab ἔσω, cf. ἐξώτερος, ἀνώτερος, al.) interior, Act. 16, 24. — τὸ ἐσώτερόν τινος, interior pars alicuius rei, Hebr. 6, 19.

Ἑταῖρος, ου, ὁ, sodalis (Ammonius: ἑταῖροι δὲ ἰδίως οἱ καὶ τῇ ἡλικίᾳ παραπλησίως ἔχοντες, καὶ ἐν συνηθείᾳ πολὺν χρόνον γεγονότες), Matth. 11, 16. (Xen. Cyr. 5, 1, 1. Mem. 2, 6, 15. Kameraden.) — in blandis compellationibus, Matth. 20, 13. 22, 12. 26, 50.

Ἑτερόγλωσσος, ου, ὁ, (ex ἕτερος et γλῶσσα) qui lingua peregrina utitur (oppon. ὁμόγλωσσος), 1 Cor. 14, 21. (vid. esse neutr. plur., cf. Jes. 28, 11. — Ps. 114, 1. οἱ ὁ· βάρβαρος, Aquila: ἑτερόγλωσσος. Polyb. 24, 9, 5. — de ἐν v. supr. p. 374.)

Ἑτεροδιδασκαλέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἕτερος, q. v., et διδάσκαλος) diversam a priori et novam, at falsam doctrinam trado, 1 Tim. 1, 3. 6, 3. (h. l. accuratius explicatur.) Cf. ἑτερόδοξος.

Ἑτεροζυγέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἕτερος et ζυγός, iugum) iugum impar et diversum subeo, 2 Cor. 6, 14. (Significat in tali compositione ἕτερος *a.*, alterum vel alteram eius rei, cuius cum nomine compositum est, partem, v. c. ἑτερεγκεφαλόω, i. e. altera mihi cerebri pars male affecta est, ἑτερόγναθος (ἵππος), i. e. ab altera tantum γνάθου parte tractabilis; — vel alterum exemplar, v. c. ἑτερόφθαλμος et ἑτερόπους, qui altero tantum oculo, pede valet (Lobeck. ad Phryn. p. 136.); ἑτερόζυγον ergo diceret currum alterius tantum equi iugo actum. Sed haec significatio non quadrat. — *b.*, ἕτερον etiam opponitur τῷ ἴσῳ, v. c. ἑτερόκαρπος, diversos fructus ferens, ἑτερομήκης (cuius partes sunt diversae longitudinis), ἑτερόμορφος, al. — Et Levit. 19, 13. ἑτερόζυγον ipsum sic dicitur, ut iumentum iugale diversi generis significet. Ἑτεροζυγῶ τινι esset igitur: iugum impar et diversum cum aliquo subeo. Quod cum tropo remoto significet: consocior cum aliquo impari, nascitur sensus, qui nostro loco prorsus congruit. Vetat enim apostolus, ne commercium habeant Christiani cum idololatris.)

Ἕτερος, έρα, ον, alius. Refertur **1.**, ad numerum, oppositum scil. alicui priori, *a.*, absque articulo, *aa.*, adiectum nomini (quod nomen genus vel numerum aliquem indicat, intra quem ab uno alii distinguantur), Matth. 12, 45. (Luc. 11, 26. ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα, i. e. e numero τῶν πνευμάτων, s. daemonum septem alii, ab eo, cuius mentio facta erat, distinguendi.) Marc. 16, 12. Luc. 6, 6. 9, 56. 14, 31. 16, 7. 18. 20, 11. Joh. 19, 37. Act. 2, 40. 4, 12. 7, 18. 12, 17. 13, 35. 17, 7. 27, 1. Rom. 7, 3. 8, 39. 13, 9. 1 Cor. 8, 4. Jud. v. 7. — αἱ ἕτεραι γενεαί (oppon. ἡ νῦν), Eph. 3, 5. — *bb.*, simpliciter dictum, sine nomine, *α.*, i. q. ἄλλος τις, Luc. 22, 58. 9, 59. 60. Act. 1, 20. 13, 35. Rom. 7, 4. — ἕτεροι πολλοί, Matth. 15, 30. Luc. 8, 3.

Act. 15, 35. — ἕτεροι δύο, Luc. 23, 32. — ἑβδομήκοντα, Luc. 10, 1. — οὐδὲν ἕτερον, Act. 17, 21. — ἕτερα, res aliae, Act. 19, 39. — πολλὰ καὶ ἕτερα, multa alia quoque, Luc. 3, 18. — cum genit., Gal. 1, 19. — τὰ ἑτέρων (oppon. τὰ ἑαυτοῦ), Phil. 2, 4. — β., adiecto pronomine τίς, Act. 8, 34. — neutr., 1 Tim. 1, 10. — γ., in partitionibus: ἕτερος — ἕτερος, vel ἄλλος — ἕτερος δέ, pl., Act. 2, 13. Hebr. 11, 36. — ὁ πρῶτος — ἕτερος, Luc. 16, 7. 14, 19. 20. — ὁ δεύτερος — ἕτερος, Luc. 19, 20. — τινὲς — ἕτεροι δέ, Luc. 11, 16. 1 Cor. 12, 9. 10. — οἱ μὲν — ἕτεροι δέ, Matth. 16, 4. — δ., praefixo articulo: alter, a, um (e duobus), ὁ εἷς — ὁ ἕτερος, Matth. 6, 24. (Luc. 16, 13.) — Luc. 5, 7. 7, 41. 17, 34. 35. 18, 10. 23, 40. — τῇ δὲ ἑτέρᾳ, scil. ἡμέρᾳ, postero die, postridie, Act. 20, 15. 27, 3. (Xen. Cyr. 4, 6, 10.) — ὁ ἕτερος, alter, saepius, si de agendi cum aliis ratione sermo est, pro quolibet alio exempli caussa ponitur, et sistitur ut alter, in quem agentis actio transeat, Rom. 2, 1. 13, 6. 1 Cor. 4, 6. 6, 1. 10, 24. 29. 14, 17. Gal. 6, 4. Jac. 4, 12. — plur. οἱ, αἱ, τὰ ἕτεροι, αι, α, caeteri, ae, a, Luc. 4, 43. 2 Cor. 8, 8. Hebr. 11, 36. — Refertur 2., ad qualitatem (non eiusdem naturae, formae, generis), diversus, a., adiectum nomini, Rom. 7, 23. 1 Cor. 14, 21. 2 Cor. 11, 4. Gal. 1, 6. Hebr. 7, 12. 13. 15. Jac. 2, 25. — b., ubi post nomen articulo instructum in praedicati loco ponitur, 1 Cor. 15, 40.

Ἑτέρως, adv., (ab ἕτερος) aliter, diverse, Phil. 3, 15.

Ἔτι, adv. temp., 1., adhuc, noch, additum participio, Luc. 24, 6. 44. Matth. 27. 63. Act. 9, 1. 18, 18. 2 Thess. 2, 5. — cum genitivis absol., ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, Matth. 12, 46. 17, 5. 26, 47. (Marc. 14, 43. Luc. 22, 47.) Luc. 8, 49. — 9, 42. 24, 41. Act. 10, 44. Joh. 20, 1. Rom. 5, 8. — v. 6. (codd. nonnulli h. l. duplex praetendunt ἔτι.) Hebr. 9, 8. — c. verbo finito: Hebr. 7, 10. — etiamnum (ubi mirum habetur, quod aliquid necdum desierit), Marc. 8, 17. Luc. 14, 22. Gal. 1, 10. 1 Cor. 3, 3. 15, 17. — porro (ubi mirum habetur, quod cum alterum iam invaluerit, alterum nondum aut mutatum, aut sublatum sit, sed adhuc = praeterea, insuper — teneatur aut continuetur), Rom. 3, 7. 6, 2. 9, 19. Gal. 5, 11. Marc. 5, 35. — οὐ — ἔτι, οὐκ ἔτι, non amplius, Luc. 16, 2. 20, 40. Joh. 14, 30. Gal. 4, 7. Hebr. 10, 26. Apoc. 10, 6. 21, 1. 4. 22, 3. — ἵνα μὴ ἔτι, ne amplius, Apoc. 20, 3. — οὐ μὴ ἔτι, Apoc. 3, 12. 18, 21. 22. 23. — οὐδείς, μηδείς, -μία, -δὲν ἔτι, nemo, nullus, a, um, nihil amplius, Matth. 5, 13. Hebr. 10, 2. vide infra μηκέτι, οὐκέτι. — cum comparat.: ἔτι μᾶλλον κ. μᾶλλον, Phil. 1, 9. Hebr. 7, 15. — denotat id, quod restat, Joh. 4, 35. 7, 33. 12, 35. 13, 33. Matth. 19, 20. Marc. 12, 6. Luc. 18, 22. — 2., insuper, praeterea; — ἔτι ἅπαξ, Hebr. 12, 26. 27. — ἔτι ἵνα, Matth. 18, 16. — 26, 63. (Luc. 18, 22. huc non pertinet. Construe: ἔτι λείπει, v. loca ante n. 2. notata.) Hebr. 11, 32. 36.

— ἔτι δὲ καί, praeterea vero etiam, Luc. 14, 26. Act. 2, 26. — ἔτι τε καί, insuperque adeo, Act. 21, 28. — 3., iam, Luc. 1, 15.

Ἑτοιμάζω, f. άσω, (ab ἕτοιμος, q. v.) praeparo, apparo, facio, ut (aliquis vel aliquid) in promtu sit, *a.*, τί, universe: ἃ δὲ ἡτοίμασας, Luc. 12, 20. quae parasti (ut suppetant), 1 Cor. 2, 9. (cf. Jes. 64, 3.) — sigillatim: τὸ ἄριστον, Matth. 22, 4. — τὸ πάσχα, Matth. 26, 19. (Marc. 14, 15. 16. Luc. 22, 8. 12. 13.) — ἀρώματα, Luc. 23, 56. 24, 1. — τόπον τινί, Joh. 14, 2. 3. Apoc. 12, 6. — τινὶ πόλιν, Hebr. 11, 16. — ξενίαν, Philem. v. 22. — quae vox subintellig. Luc. 9, 52. — τὴν ὁδόν, Matth. 3, 3. (Marc. 1, 3. Luc. 3, 4.) Luc. 1, 76. (i. q. εὐθύνω, q. v.) — Jes. 40, 3. scil. orientis regibus iter facturis praemitti solebant, qui vias sternerent munirentque. Arrian. Exped. Alex. M. 4, 30. 12. et Diod. Sic. 2, 13. — τὴν βασιλείαν, pass., Matth. 24, 35. — τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, pass., Matth. 25, 41. — τὸ σωτήριον, Luc. 2, 31. — τὸ καθίσαι, pass. οἷς ἡτοίμασται, Marc. 10, 40. (ante haec verba post ἀλλ' supple: αὐτῶν ἔσται; v. supra ἀλλά p. 34. — Matth. 20, 23. addit: ὑπὸ τοῦ πατρός μου.) — τὸ θέλημα τοῦ κυρίου, i. e. id praeparo, quod dominus iussit (fieri), Luc. 12, 47. (sunt qui h. l. ad ἑτοιμάσας suppleant: ἑαυτόν, quod ego non probo.) — *b.*, τί, seq. inf.; — ἑτοιμάσομέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα, Matth. 26, 17. (Hom. Il. 20, 197.) — vel seq. ἵνα, Marc. 14, 12. — *c.*, ἑτοιμ. τι εἴς τι, pass., 2 Tim. 2, 21. Apoc. 9, 7. — *d.*, τινά, instruo aliquem; — στρατιώτας, Act. 23, 23. — pass. οἱ ἡτοιμασμένοι, praeparati, addit. εἰς τὴν ὥραν κ. ἡμέραν cett., in horam et diem scil. praefinitam, aut praefiniendam, Apoc. 9, 15. — τινί τινα, Luc. 1, 17. (κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον.) — ἑτοιμάζω ἐμαυτόν, me praeparo, Apoc. 19, 7. — seq. ἵνα, me praeparo ad vel ut, Apoc. 8, 6. — Hinc voc. seq.

Ἑτοιμασία, ας, ἡ, (cf. θαυμασία, admiratio, εἰκασία, comparatio) praeparatio (Artemid. 2, 57. Jos. Ant. 10, 1.), Eph. 6, 15. (ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, i. e. calceati εἰς τὸ ἑτοιμάσαι τὸ εὐαγγέλιον τ. εἰρ., die Füsse geschuht in der Zurichtung der Friedensbotschaft. cf. Rom. 10, 15. Vulgo dicunt lexicographi, ἑτοιμασίαν h. l. esse promtitudinem, Dienstfertigkeit. Perperam. Nam τοῦ εὐαγγελίου est genit. obiecti et ἑτοιμ. nomen actionis, et ἐν ἑτοιμ. scripsit auctor, quia animo informaverat homines hac re occupatos, i. e. qui se accingerent ad doctrinam de salute latius propagandam.)

Ἕτοιμος, η, ον, et ἕτοιμος, ἑτοίμου, ὁ, ἡ, paratus, 1., absol., *a.*, de rebus, Matth. 22, 4. 8. Marc. 14, 15. (e lectione admodum suspecta.) — praeparatus, 2 Cor. 9, 5. 10, 16. (εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι, i. e. non ut spes gloriae pertineat ad ea, quae iam ab aliis parata sunt, h. e. ad eas regiones, in quibus coetus Christiani iam ab aliis conditi sunt.) — ἕτοιμός ἐστι,

promtus, in promtu est; — ὁ καιρός, Joh. 7, 6. — b., de hominibus: paratus (ad aliquid faciendum), Act. 23, 21. — instructus, Matth. 24, 44. (Luc. 12, 40.) — 2., constr. a., cum inf. verbi; — inf. pass., (ἡ σωτηρία) ἑτοίμη ἀποκαλυφθῆναι, eo parata, ut manifestetur, 1 Petr. 1, 5. — inf. act., πορεύεσθαι (paratus sum, ut), Luc. 22, 33. (Xen. Cyr. 4, 1, 1.) — τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν, Act. 23, 15. (ad id parati, ut.) — ἐν ἑτοίμῳ ἔχω ἐκδικῆσαι, paratus sum ad ulciscendum, 2 Cor. 10, 6. — b., πρός τι, Tit. 3, 1. 1 Petr. 3, 15.

Ἑτοίμως, adv., (ab ἕτοιμος) promte; — ἑτοίμως ἔχω (v. infr. ἔχω), paratus sum; — seq. inf. (aor.), Act. 21, 13. (addit. εἰς Ἱεροσόλυμα, nach Jerus. hin; involvit enim τὸ ἑτοίμως ἔχω simul itineris parati notionem, 2 Cor. 12, 14. 1 Petr. 4, 5.

Ἔτος, εος (ους), τό, (cf. lat. vetus) annus; — pl., Hebr. 1, 12. 2 Petr. 3, 8. — Apoc. 20, 3. 5. 7. (in his l. τελεῖσθαι, de certo annorum numero.) Act. 7, 30. (πληροῦσθαι.) — πεντήκοντα ἔτη ἔχεις, quinquag. annos natus es, Joh. 8, 57. — εἰμί, ἐγενόμην, γέγονα ἐτῶν, v. c. δώδεκα, duodecim annos natus sum, Marc. 5, 42. (Luc. 8, 42.) Luc. 2, 42. 3, 23. Act. 4, 22. — ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, 1 Tim. 5, 9. Luc. 2, 37. (Xen. Mem. 2, 1, 40. Anab. 9, 6, 20.) — dat. plur. de temporis spatio, intra quod factum est aliquid, Joh. 2, 20. Act. 13, 20. — acc. ubi quaeritur: quamdiu? Luc. 13, 8. — pl., Matth. 9, 20. (Marc. 5, 25.) Luc. 2, 36. 13, 7. 11. 16. 15, 29. Joh. 5, 5. Act. 7, 6. 36. 42. Hebr. 3, 9. 17. Apoc. 20, 4. 6. — v. 2. (ἔδησεν αὐτόν, vinculis constrinxit, constrictumque tenuit.) — Xen. Cyr. 1, 2, 9. — praecedentibus praepositt. ἀπό, inde a, Luc. 8, 43. Rom. 15, 23. — vel ἐκ, Act. 9, 33. 24, 10. — διά, interiectis — annis (propr. zwischen so und so viel Jahren), Act. 24, 17. Gal. 2, 1. — εἰς, in — annos, Luc. 12, 19. — ἐπί c. acc. (usque ad), per, Act. 19, 10. — μετά c. acc., post, Gal. 1, 18. 3, 11. — πρό, c. gen., ante, 2 Cor. 12, 2. — ἐν ἔτει, Luc. 3, 1. — κατ' ἔτος, quotannis, Luc. 2, 41.

Εὖ, adv., (adi. ἐΰς ap. Hom. eiusque neutr. ἐΰ) bene, a., additum verbis: εὖ πράσσω, recte ago, Act. 15, 29. (ita Xen. Mem. 3, 9, 14. ubi vis huius verbi et nominis εὐπραξίας explicatur, — i. q. ὀρθῶς πράττειν, Mem. 3, 9, 4. — Alias εὖ πράττω signif. bene me habeo, rebus secundis utor, Xen. Mem. 1, 6, 8. — unde εὐπραξίαι, res secundae, Xen. Mem. 3, 9, 8.) — εὖ γίνεταί μοι, bene mihi est, Eph. 6, 2. — εὖ ποιῶ τινα (ut in scriptis Graecor.), benefacio alicui, Marc. 14, 7. (ita c. acc. ἀγαθοποιέω, Luc. 6, 33. καλῶς ποιέω, Matth. 5, 44. — τὶ ποιεῖν τινα, Matth. 27, 22.) — b., in collaudatione: εὖ (δοῦλε ἀγαθέ), bene (fecisti), Matth. 25, 21. 23. (Luc. 19, 17. Xen. Venat. 6, 29. Alii codd. qui tamen pendent a lat. Vulg. in his Matthaei et Lucae locis suppeditant εὖγε.) Caeterum nota, adverb. εὖ (ut δύς et α priv.) non cum verbis, sed tantum cum nominibus componi

posse, et si quae cum εὖ composita verba occurrant, ea ab adiectivis derivari cum adverbio εὖ compositis. Non itaque scribendum εὐαγγέλλω, sed εὖ ἀγγέλλω, verbum compositum: εὐαγγελέω, ῶ, descendit ab εὐάγγελος. V. Lobeck. ad Phryn. p. 561. seq.

Εὐαγγελίζω, f. ίσω, (ab εὐάγγελος) aor. 1. εὐηγγέλισα, Apoc. 10, 7. 14, 6. (1 Sam. 31, 9. 2 Sam. 18, 19. 20.) laetum affero nuntium, laeta annuntio; 1., activ., *a.*, absol. — τινί, annuntio; — ὡς εὐηγγέλισε — τοῖς προφήταις, Apoc. 10, 7. — *b.*, τινά, certiorem facio aliquem de re ipsi exoptatissima; in N. T. speciatim de appropinquatione regni div., Apoc. 14, 6. — Pass. εὐαγγελίζομαι, laetus mihi affertur nuntius, fausta mihi promittuntur, Matth. 11, 5. (Luc. 7, 22.) Hebr. 4, 2. 6. — *c.*, τί, acc. rei; pass., 2 Sam. 18, 19. 31. *aa.*, εὐαγγελίζεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, laetus de regno dei proxime adfuturo nuntius affertur, Luc. 16. 16. — τὸ εὐαγγέλιον, traditur doctrina laeta de hominum salute, Gal. 1, 11. — *bb.*, τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς, doctrina laeta, quae ad vos perlata est, 1 Petr. 1, 25. — *cc.*, imperson.: εὐηγγελίσθη τινί, doctrina de salute tradita est, 1 Petr. 4, 6. — 2., med. εὐαγγελίζομαι, annuntio; *a.*, εὐαγγ. τινί (absque acc.), laeta annuntio, laetum nuntium affero alicui, Luc. 4, 18. (ex Jes. 61, 1.) — speciatim: doctrinam trado de Jesu Messia, Gal. 1, 8. 4, 13. Rom. 1, 15. — de formula pleniore εὐαγγ. Ἰησοῦν τὸν χριστόν post dicetur. — *b.*, εὐαγγ. τι, acc. rei, annuntio, v. c. εἰρήνην, Act. 10, 36. (1 Reg. 1, 42. בִּשֵּׂר טוֹב. — Ps. 11, 9.) — τί τινι, Luc. 1, 19. 2, 10. (χαράν.) Rom. 10, 15. (τὰ ἀγαθά, Jes. 52, 7.) Eph. 2, 17. 1 Thess. 3, 6. (οἱ ὁ, 1 Sam. 31, 9. 2 Sam. 18, 19. 1 Chron. 10, 9.) — speciatim: τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, doctrinam de regno divino propago, Luc. 8, 1. — τινί, doctrinam de — trado alicui, Luc. 4, 43. (Marc. 1, 38. κηρύσσω.) — τὰ περὶ τῆς βασ. τοῦ θεοῦ, Act. 8, 12. — i. q. κηρύσσειν τὴν βασ. τ. θ., Luc. 9, 60. — idem significatur verbo εὐαγγ. simplici, Luc. 9, 6. — Post Christi resurrectionem doctrina de regno divin. eo versari coepit, ut ex illa resurrectione utrumque, et Jesum Messiam esse, et per eum olim emendatos quosque vita aeterna donatum iri ratiocinando colligeret. Hinc εὐαγγελίζεσθαι Ἰησοῦν τὸν χριστόν, argumentis confirmare, Jesum esse Messiam, Act. 5, 42. — et quod idem est, Ἰησοῦν τὸν κύριον, 11, 20. — εὐαγγελίζεσθαι τὸν λόγον, tradere doctrinam de Messia, s. de regno dei, s. de felicitate aeterna per Christum speranda, Act. 8, 4. — τὸν λόγον τοῦ κυρίου, 15, 35. — τὸ εὐαγγέλιον, 1 Cor. 15, 1. 2. 2 Cor. 11, 7. — τὸν πλοῦτον χριστοῦ εὐαγγ. ἐν τοῖς ἔθνεσι, opes Christi praedicare inter paganos, Eph. 3, 8. — *c.*, εὐαγγελίσασθαι simpliciter dict. *aa.*, ut fiebat ante mortem et resurrectionem Christi: doctrinam tradere de regno dei, Luc. 9, 6. (i. e. de via ac ratione civitatem in regno dei capessendi.) — *bb.*, ut fiebat post mortem ac resurrectionem Christi: tradere doctrinam de Jesu Messia,

Act. 14, 7. Rom. 15, 20. 1 Cor. 1, 18. 9, 16. 18. — *d.*, *εὐαγγελίζομαί τινα*, doceo aliquem quae de regno dei tenenda sunt, Luc. 3, 18. Act. 16, 10. Gal. 1, 9. (h. l. permutatur cum formula *εὐαγγελίσασθαί τινι* v. 8.) 1 Petr. 1, 12. — *τινά τι*, acc. rei, quem sequitur *ὅτι*, per epexegesin additum, Act. 13, 32. — *τινά* seq. inf., Act. 14, 15. — *κώμας*, Act. 8, 25.

Εὐαγγέλιον, *ίου*, *τό*, (ab *εὐάγγελος*) **1.**, laetus nuntius quicunque (hebr. בְּשֹׂרָה, 2 Sam. 18, 22. 25. utrobique in textu τῶν ό legendum: *εὐαγγελία*, cf. v. 20. *ἀνὴρ εὐαγγελίας*. Lucian. Asin. §. 26. Cic. ad Attic. 2, 3. Ut voc. hebr. 2 Sam. 4, 10. fausti nuntii mercedem denotat, ita et in scriptis Graecor. *τὸ εὐαγγ.* — cf. *τὸ διδασκάλιον*, merces *τῷ διδασκάλῳ* danda, Lehrgeld).

2., Speciatim nuntius ille Judaeis aetate Jesu exoptatissimus de regno dei proxime abfuturo. Huius *a.*, argumentum (obiectum) quod attinet: *aa.*, initium cepit *τὸ εὐαγγέλιον* a praedicatione Joannis baptistae, qui operam dabat cohortandis suae gentis hominibus ad morum emendationem, ne exciderent beneficiis Messiae post se venturi et proxime abfuturi, Matth. 3, 2. 11. (Marc. 1, 4. 7. Luc. 3, 3. 10 — 14. 16.) cf. Act. 19, 4. (ubi Paulus verbis baptistae explicationem addit; quemadmodum fecerunt Marc. 1, 1. et Joh. 1, 30. Quamquam ipse Joannes non tam distincte loquutus erat, ut videre est Luc. 7, 19. Matth. 11, 3.) Hoc vero erat *εὐαγγελίζεσθαι τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, id quod *ἀπὸ τότε* (*ἀπὸ Ἰωάννου*) fieri coepisse dicitur Luc. 16, 16. et ita quidem, ut sua legi Mosaicae auctoritas vindicaretur, Luc. ibid. v. 17. — *bb.*, Ipse dominus, cum docere inciperet, viam Joannis baptistae institit, *κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασ. τοῦ θεοῦ*, Marc. 1, 14. (Matth. 4, 17.) Quod cum per aliquod tempus continuasset, Matth. 4, 23. Luc. 4, 43. emisit discipulos, qui ad emendationem animi morumque alios excitarent, Marc. 6, 12. Tribuitur his apostolis *τὸ κηρύσσειν* et *εὐαγγελίζεσθαι*, etsi Jesus nondum diserte se Messiam esse declaraverat, Marc. 8, 29. (Matth. 16, 15. Luc. 9, 20. cf. Luc. 7, 19.) Scilicet iniunctum erat emissis praeconibus officium non indicandi, quis esset Messias, sed annuntiandi *τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ*, Luc. 9, 2. 10, 9. h. e. aequales de regno divino appropinquante certiores faciendi, eosque quas vitae rationes iam inire debeant, edocendi, Luc. 10, 11. — Sed *cc.*, post Jesu resurrectionem doctrina de regno coelesti, s. de felicitate aeterna (v. supr. *βασιλεία*) adiungi coepit testimonio de Christo vitae restituto et in coelos evecto; quo testimonio doctrina de vita immortali ac felicitate in coelis futura et comprobabatur et illustrabatur. Iam *εὐαγγελίζεσθαι* est idem, quod *καταγγέλλειν τὸν χριστόν*, annuntiare Christum, i. e. eum, qui cum ipse e mortuis resurrexerit, alios e mortuis excitare p o s s i t, et cum mortem pro aliis susceperit, alios vita beata donare v e l i t. Iam ergo dicitur *τὸ εὐαγγέλιον* cum genit. obiecti: *τὸ εὐαγγ. τοῦ χριστοῦ*, annuntiatio Christi, Rom. 1,

16. 15, 19. 29. 1 Cor. 9, 12. 18. 2 Cor. 4, 4. 10, 14. 9, 13. Gal. 1, 7. Phil. 1, 27. 1 Thess. 3, 2. 2 Thess. 1, 8. Marc. 1, 1. cf. Rom. 1, 3. (*τὸ εὐαγγ. περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.*) — *τὸ εὐαγγ. τῆς σωτηρίας ἡμῶν*, nuntius de nostra salute allatus, Eph. 1, 13. — *τὸ* — *τῆς εἰρήνης*, nuntius de salute iis, qui fidem habituri sint, speranda, Eph. 6, 15. — *τὸ* — *τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ*, nuntius, quo continetur gratiae div. declaratio, Act. 20, 24.

Ex locis allatis *b.*, genitivus obiecti explicationis caussa adsciscendus est, si *τὸ εὐαγγ.* simpliciter dictum reperitur; *aa.*, adde *τῆς βασιλείας* in locis hisce: Marc. 1, 15. 8, 35. 10, 29. 16, 15. 14, 9. (Matth. 26, 13.) 13, 10. (Matth. 24, 14.) — *bb.*, adde *τοῦ χριστοῦ* et intellige doctrinam, quae e resurrectione Christi ad excitandam vitae aeternae spem derivatur, Act. 16, 7. Rom. 11, 28. 1 Cor. 4, 15. 9, 14. 23. 15, 1. Gal. 1, 11. 2, 2. 5, 14. 2 Cor. 8, 18. Phil. 1, 5. 17. 2, 22. 4, 3. 1 Thess. 2, 4. 2 Tim. 1, 8. 10. — *ὁ λόγος τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγ.*, vera doctrina, scil. ea, quae est de Jesu Messia, Col. 1, 5. — *ἡ ἐλπὶς τοῦ εὐαγγ.*, spes, quam excitat et confirmat doctrina de Jesu Messia, Col. 1, 23. — *τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγ.*, Eph. 6, 19. — *τὰ δεσμὰ τ. εὐαγγ.*, vincula, in quibus est aliquis propter traditam de Christo doctrinam, Philem. v. 13. — *ἕτερον εὐαγγ.*, alius generis doctrina de salute per Christum hominibus speranda (scil. ea, quae ritus Mosaicos teneri iubet), Gal. 1, 6. 2 Cor. 11, 4.

c., Voc. *εὐαγγ.* cum genit. auctoris, *aa.*, eius, qui est auctor materiae, s. rerum in facto positarum, in quibus nuntius de hominum salute nititur; — *τὸ εὐαγγ. τοῦ θεοῦ*, Rom. 1, 1. 15, 16. 2 Cor. 11, 7. 1 Thess. 2, 2. 8. 9. 1 Petr. 4, 17. — *τὸ εὐαγγ. τῆς δόξης τοῦ μακαρίου θεοῦ*, 1 Tim. 1, 11. — *bb.*, eius, qui est auctor formae, quà explicatio illius nuntii induta aliis traditur: *τὸ εὐαγγ. μου*, laeta de Jesu Messia doctrina, quam ego trado, Rom. 2, 16. 16, 25. 2 Tim. 2, 8. 2 Cor. 4, 3. 1 Thess. 1, 5. 2 Thess. 2, 14.

d., Voc. *εὐαγγ.* cum genit. eorum, quibus traditur: *τὸ* — *τῆς περιτομῆς* (s. *τῶν περιτετμημένων*, i. e. nuntius de speranda salute, qui afferatur circumcisis s. Judaeis) et *τὸ* — *τῆς ἀκροβυστίας* (s. *τῶν ἀκροβυστίαν ἐχόντων*, qui afferatur paganis), Gal. 2, 7. (Cur Paulus h. l. nominibus abstractis *τῆς περιτ.* et *τῆς ἀκροβυστ.* usus sit, dicamus in libro de arte scriptorum N. T. rhetorica proxime edendo.)

e., In titulo commentariis, qui de vita, rebus gestis ac fatis Jesu Christi conscripti exstant, praefixo: *τὸ κατὰ Ματθαῖον, Μάρκον* etc. *εὐαγγέλιον*, evangelium, i. e. vita Messiae; — *κατά*, i. e. prouti scripta est a Matthaeo, Marco etc. (*κατά* vim habet distinctivam; unde patet, hunc titulum uni alterive horum commentariorum tum demum praefixum esse, cum caeteri innotuissent. Ipsi auctores suis libris nomen evangelii non inscripserunt, Lucas suam *διήγησιν* non ita appellat, Act. 1, 1. 2. et Marc. 1, 1. *ἀρχὴ τ.*

εὐαγγελίου non denotat libri a Marco conscripti initium, sed ad annuntiationem ab Joanne baptista factam refertur. Sed spectarunt tamen auctores ea, quae post baptismum Joannis in Galilaea dominus tum coepit agere, tum in itinere ad Hierosolymorum urbem continuavit, tum Hierosolymis perfecit, tamquam unicum ῥῆμα, Act. 10, 37. et tamquam λόγον, ὃν ὁ θεὸς ἀπέστειλε — εὐαγγελισάμενος εἰρήνην, Act. 10, 36. ideoque illa inscriptio ab eorum mente non abhorret. Novit eam Justin. Mart. Apolog. lib. 2. p. 98. edit. Colon. Voluisse autem eos, qui eam libris indiderint, formulis: κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον etc. indicare, quinam fuerint horum librorum scriptores et conditores, id propterea addubitari nequit, quod cum tertium evangelium κατὰ Λουκᾶν inscripturi essent, id nulla alia de caussa facere poterant, quam ut eum nominarent, qui se nomine suppresso auctorem libri ipse dixisset, Luc. 1, 1 — 3. coll. Act. 1, 1.)

Εὐαγγελιστής, οῦ, ὁ, (ab εὐαγγελίζω) **1.**, propr., qui laetum nuntium affert. — **2.**, speciat., qui alios doctrina de Jesu Messia imbuit, Act. 21, 8. Eph. 4, 11. (distinguuntur h. l. οἱ εὐαγγελισταί ab apostolis, prophetis et pastoribus doctoribusque. Sed non patet, quid eis peculiare fuerit. Annotat Theodoret.: ἐκεῖνοι περιιόντες ἐκήρυττον, id quod didicerat ex narratione de Philippo Act. 8, 4. 5. 26. 40.) 2 Tim. 4, 5.

Εὐαρεστέω (ῶ), f. ήσω, perf. εὐηρέστηκα, (intus auctum, cf. εὐαγγελίζω — ab εὐάρεστος, q. v.) **1.**, activ., — τινί, probari, placere alicui, Hebr. 11, 5. (cf. Gen. 5, 22. 24.) v. 6. (inf. aor. Non recte Schulzius: dass er (Enoch) ihm gefallen habe, verte: fieri non potest, ut placeas.) — **2.**, med., — τινί, delector aliqua re, Hebr. 13, 16. (non accurate Schulzius: durch solcherlei Opfer gefällt man Gott. — Diod. Sic. 3, 54. 20, 79.)

Εὐάρεστος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et ἀρεστός, q. v.) probatus, acceptus, gratus; *a.*, τινί, alicui, de rebus, Rom. 12, 1. 2. Eph. 5, 10. Phil. 9, 18. Col. 3, 20. (cod. A. ἐν κυρίῳ, quae lectio non multum probabilitatis habet.) — de hominibus, Rom. 14, 18. 2 Cor. 5, 9. Tit. 2, 9. — *b.*, ἐνώπιόν τινος, Hebr. 13, 21.

Εὐαρέστως, adv., (ab εὐάρεστος) — τινί, modo, qui alicui probatur, Hebr. 12, 28.

Εὐγενής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex εὖ et γένος) **1.**, nobilis, Luc. 19, 12. (h. l. de principe.) 1 Cor. 1, 26. Xen. H. G. 4, 1, 7. οἱ ὁ, Job. 1, 3.) — **2.**, generosus animo, moralis; — comparat. εὐγενέστερος, Act. 17, 11.

Εὐδία, ίας, ἡ, (ex Ζεύς, gen. Διός, Jupiter, rex aëris et coeli, et εὖ) serenitas coeli, coelum serenum, Matth. 16, 2. εὐδία, scil. ἔσται. Aelian. V. H. 9, 18. Xen. H. G. 2, 4, 13 — 17.

Εὐδοκέω (ῶ), f. ήσω, aor. 1. εὐδόκησα et ηὐδόκησα, Luc. 3, 22. (verb. serioris aevi, ex εὖ et δόκος) **1**, ἔν τινι, delector aliquo, dat. pers., Matth. 3, 17. (οὗτος — ἐν ᾧ, sed Marc. 1, 11.

Luc. 3, 22. *σὺ — ἐν σοί.*) 17, 5. (חָפֵץ בְּ, 2 Sam. 22, 20. Mal. 2, 17. — רָצָה בְּ, Ps. 149, 4. — εὐδόκησα, aor., quem dilexi, cum eum Messiam constituerem, cf. Matth. 12, 18. *ὃν ᾑρέτισα* etc.) 1 Cor. 10, 5. (*εὐδόκησε*, et h. l. tempus praeterit. indicans.) Hebr. 10, 38. (*οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.*) — dat. rei, 2 Cor. 12, 10. 2 Thess. 2, 12. (*οἱ ό*, 1 Chron. 29, 3. Ps. 147, 11. Hagg. 1, 8. — Sir. 31, 19.) — vel *εἴς τινα*, accus. pers., Matth. 12, 18. 2 Petr. 1, 17. (*εἰς ὃν εὐδόκησα*, in quem verti amorem meum. Cf. *ἐργάζεσθαί τι ἔν τινι* et *εἴς τινα.*) — *εἴς τι*, acc. rei, Hebr. 10, 6. 8. (*οἱ ό*, Ps. 51, 16. 85, 1. Levit. 26, 34. 41. Ps. 51, 19.)

2., seq. infin., *a.*, placet mihi (benigne decerno), Luc. 12, 32. 1 Cor. 1, 21. Gal. 1, 15. Col. 1, 19. Rom. 15, 26. 27. — *b.*, praeopto, 2 Cor. 5, 8. 1 Thess. 3, 1. 2, 8. (*εὐδοκοῦμεν* h. l. imperf. — cod. B. *ηὐδοκοῦμεν.*)

Εὐδοκία, ας, ἡ, (ex *εὖ* et *δόκος*) **1.**, voluntas, decretum, id quod aptum visum est. (Vulg.: beneplacitum.) Inest notio liberae voluntatis. — *γίνεται ἔμπροσθέν τινος*, Matth. 11, 26. (Luc. 10, 21. Cf. phrasin: *θέλημά ἐστιν ἔμπρ. τινος*, Matth. 18, 14.) Eph. 1, 5. 9. (*κατὰ τὴν εὐδοκ. αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ.*) Inest notio gratiae, Phil. 2, 13., et benignae voluntatis, Phil. 1, 15. 2 Thess. 1, 11. (Protulit nonnemo hanc interpretat.: *πληρώσῃ ὑμᾶς* (?) *πᾶσαν ἀγαθωσύνην εὐδοκίας* (!), i. e. *ἐν ᾗ εὐδοκεῖ ὁ θεός* (!!), quae interpret. plane falsa est. V. supra: *ἔργον* et *ἀγαθωσύνη.*) *οἱ ό*, Ps. 5, 13. 51, 18. — et *εὐνοίας* et benevolentiae, Luc. 2, 14. (*ἐν ἀνθρώποις*, inter homines.)

Εὐεργεσία, ας, ἡ, (ab *εὐεργέτης*, quod v., cf. *ἐργασία*) **1.**, beneficium, cum gen. obi., Act. 4, 9. (2 Macc. 9, 26. Xen. Mem. 3, 11, 11.) — **2.**, recte faciendi studium (s. consuetudo), 1 Tim. 6, 2.

Εὐεργετέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (i. e. *εὐεργετής εἰμι*) beneficia praesto, Act. 10, 38. (Xen. Mem. 1, 2, 7. Aelian. V. H. 12, 59. Sap. 3, 5.)

Εὐεργέτης, ου, ὁ, (*εὐεργός — εὐεργέω*) qui beneficia dat, — evergeta, nomen, quo principes ornabantur, soter, servator, pater patriae, Luc. 22, 25. (2 Macc. 4, 2. Jos. de B. J. 3, 9, 8. [illegible] 129. coll. Herodot. 8, 84.)

Εὔθε[illegible], [illegible]ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex *εὖ* et *θέω* = *τίθημι*, de compo[illegible]ione adiectivorum cum verbis eadem valent, quae de *α* priv. [illegible]ς et *εὖ* suis locis observata sunt) propr. bene positus; aptus, idoneus, *a.*, *εἴς τι*, Luc. 9, 62. 14, 35. (Diod. Sic. 2, 57. [illegible] *πρός τι*, 5, 37.) — *b.*, *τινί*, utilis, Hebr. 6, 7.

Εὐθέως, adv. (ab *εὐθύς*) statim, protinus, Matth. 4, 20. 22. (Marc. 1, 18. 20.) 8, 3. (Marc. 1, 42. Luc. 5, 13.) 13, 5. (Marc. 4, 5. 15. 16. 17.) 14, 22. (Marc. 6, 45.) v. 31. 20, 34. (Marc. 10, 52.) 21. 2. 3. (Marc. 11. 2. 3.) 24, 29. 25, 15. 26, 49. (Marc. 14, 45.) v. 74. 27, 48. Luc. 5, 39. 6, 49.

12, 36. 54. 14, 5. 17, 7. 21, 9. Joh. 5, 9. 6, 21. 17, 30. Act. 9, 18. 20, 34. 12, 10. 16, 16. 17, 10. 21, 30. 22, 29. Gal. 1, 16. Apoc. 14, 2. (οἱ ὁ, Job. 5, 3. Xen. Cyr. 2, 4, 18.) — **2.**, propediem, mox, 3 Joh. v. 14.

Εὐθυδρομέω (ῶ), f. ήσω, (ex εὐθύς et adiect. verbali δρόμος, et hoc a δρέμω = τρέχω, perf. 2. δέδρομα) recto cursu utor, feror, εἰς (τόπον τινά), aliquo, Act. 16, 11. — εὐθυδρομήσας ἤλθον εἰς, Act. 21, 1.

Εὐθυμέω (ῶ), f. ήσω, (ab εὔθυμος, q. v.) bono et hilari animo sum, Act. 27, 22. 25. Jac. 5, 13. (apud τοὺς ὁ hoc verbum non occurrit. Habet Plut. de tranquill. anim. 2. et 9. — Medio utitur Xen. Cyr. 2, 3, 19. Anab. 4, 5, 30.)

Εὔθυμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et θυμός) qui bono animo est, Act. 27, 36. (2 Macc. 11, 26. Xen. Cyr. 6, 4, 13.)

Εὐθυμότερον, adv., (neutr. comparat. ab εὔθυμος, q. v.) confidentius, Act. 24, 10. (ἀπολογοῦμαι.)

Εὐθύνω, f. νῶ, (ab εὐθύς, q. v.) rectum, planum facio, complano; — τὴν ὁδόν, Joh. 1, 23. (Sir. 2, 6. 37, 15.) — ὁ εὐθύνων, rector, gubernator navis, Jac. 3, 4.

Εὐθύς, εῖα, ύ, **1.**, propr., rectus, de via (oppon. σκολιός), Act. 13, 10. 2 Petr. 2, 15. Act. 9, 11. — **2.**, planus, Marc. 1, 3. (Luc. 3, 4. 5. Jes. 40, 3.) — **3.**, de animo: sincerus, Act. 8, 21.

Εὐθύς, adv. temporis, i. q. εὐθέως, statim, confestim, Matth. 3, 16. 13, 20. 21. Marc. 1, 12. 28. (11, 2.) Joh. 13, 32. 19, 34. 21, 3. (Xen. Cyr. 1, 6, 19. et 20.)

Εὐθύτης, τητος, ἡ, ((ab adi. εὐθύς, q. v.) rectitudo, Hebr. 1, 8. (ῥάβδος εὐθύτητος pro ῥάβδος εὐθεῖα, sceptrum iustum, ex Ps. 45, 7. [8.])

Εὐκαιρέω (ῶ), f. ήσω, imperf. ηὐκαίρουν (Marc. 6, 31. Act. 7, 21. verbum serioris aevi ab εὔκαιρος, tempestivus, q. v.) tempore opportuno utor, 1 Cor. 16, 12. — c. inf., Marc. 6, 31. (ne ad cibos quidem capiendos iis suppetebat otium.) — εἴς τι, Act. 17, 21. (ad nihil aliud opportunum tempus habebant, nihil ipsis tam opportunum erat, quam etc.)

Εὐκαιρία, ας, ἡ, (ab εὔκαιρος) tempus opportunum, opportunitas; — ζητεῖν εὐκ., Matth. 26, 16. (ἵνα, sed Luc. 22, 6. τοῦ παραδοῦναι. — Aelian. V. H. 12, 10. Plat. Phaedr. p. 333. ed. Heindorf. 1 Macc. 11, 42.)

Εὔκαιρος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et καιρός, tempus) opportunus, tempestivus, rechtzeitig, Hebr. 4, 16. (βοήθεια.) — ἡμέρα εὔκαιρος, dies opportunus, Marc. 6, 21. (opportunus, scil. Herodiadi, inviso Joanni necem paraturae, cf. v. 19. οὐκ ἠδύνατο. At etsi concedam ἡμέρ. εὐκ. vi vocis esse diem opportunum, tamen contendo, totam narrationem voci significationem vindicare diei laeti ac solennis. Nimirum *a.*, Marcus dicere non potuit: cum dies Herodiadi opportunus venisset, Herodes casu id egit, quo ipso

demum dies ille opportunus factus est. v. 23. — *b.*, si Marcus de die cogitasset Herodiadi opportuno, narrationem sic fuisset continuaturus v. 21. γενομένης δὲ ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε etc. et in deinceps dicendis primarias partes Herodiadi ipsi traditurus Quod secus factum videmus. At nonne εὔκαιρος ἡμέρα diem significare potest, quo aliis bene sit? Adstipulor igitur Hammondo, Kunöhlio, Paulo, al.) Hinc voc. seq.

Εὐκαίρως, adv., opportune, tempore opportuno, Marc. 14, 11. 2 Tim. 4, 2. (Xen. Ages. 8, 3. Sir. 18, 22.)

Εὐκοπώτερος, έρα, ον, (compar. adi. εὔκοπος, facilis, ex εὖ et κόπος, labor) facilior, us, Matth. 9, 5. (Marc. 2, 9. Luc. 5, 23.) 19, 24. (Marc. 10, 25. Luc. 18, 25.) Luc. 16, 17.

Εὐλάβεια, είας, ἡ, (indoles eius, qui est εὐλαβής, q. v.) cautio, timor (metus), Sap. 17, 8, Prov. 1, 7. Jos. 22, 24. — reverentia, Hebr. 5, 7. (ἀπό h. l. propter.) 12, 28. Plut. Vit. Camill. c. 21. ἡ πρὸς τὸ θεῖον εὐλάβεια.

Εὐλαβέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (verb. depon. passiv. ab εὐλαβής, me praesto εὐλαβῆ) **1.**, caute et circumspecte ago (Xen. Mem. 2, 6, 8.), Hebr. 11, 7. (εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασα, sibi providens construxit. Al.: deum reveritus, h. l. minus apte.) — **2.**, vereor, seq. μή, ne, Act. 23, 10.

Εὐλαβής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex εὖ et λήβω = λαμβάνω) propr. **1.**, bene, caute et secure prehendens, cautus. — **2.**, deum reverens, Act. 2, 5. 8, 2.

Εὐλογέω (ῶ), f. ήσω, imperf. εὐλόγουν et ηὐλόγουν, Marc. 10, 16. cf. εὐδοκέω (ab εὔλογος, i. e. εὖ et adi. verbali λόγος a λέγω; v. supr. εὐθυδρομέω) — τινά, **1.**, laudo, laudibus celebro aliquem; — τὸν θεόν, Luc. 1, 64. 2, 28. 24, 53. Jac. 3, 9. — **2.**, fausta alicui per deum apprecor (benedico alicui, hebr. בֵּרֵךְ, Gen. 27, 23. 25. Deut. 33, 1.), oppon. καταρᾶσθαί τινα, Matth. 5, 44. (Luc. 6, 28.) Rom. 12, 14. — oppon. λοιδορεῖν, 1 Cor. 4, 12. 1 Petr. 3, 9. — de valedicente, Luc. 24, 50. 51. — de moribundo, Hebr. 11, 20. 21. (Gen. 48, 9.) — de gratulantibus, Hebr. 7, 1. 6. 7. (Gen. 14, 19.) Marc. 10, 16. Luc. 2, 34. — formula acclamationis: εὐλογημένος ὁ (בָּרוּךְ), Matth. 21, 9. (Marc. 11, 10. Luc. 19, 38.) 23, 39. (Luc. 13, 35.) 1 Joh. 12, 13. Luc. 1, 28. v. 42. — de precibus ante coenam sacram fieri solitis, 1 Cor. 14, 16. — Matth. 25, 34. (οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, i. q. οὓς ὁ πατήρ μου εὐλογεῖ, quibus pater meus advenientibus bona apprecatur, cf. Ps. 5, 18. 118, 26) — **3.**, beneficia in aliquem confero; — de deo et Jesu beneficia tribuentibus, Act. 3, 26. Hebr. 6, 14. (εὐλογῶν εὐλογήσω, ex hebr. Gen. 22, 17.) Eph. 1, 3. (εὐλογ. τινα ἔν τινι, dat. instrum.) — pass., Gal. 3, 8. 9. — **4.**, τί, precibus solennibus aliquid consecro, das Dankgebet über etwas sprechen, τοὺς ἄρτους, Matth. 14, 19. (Marc. 6, 41. Luc. 9, 16.) 26, 26. (Marc. 14, 22. sed Luc. 22, 19. εὐχαρι-

στήσας.) Marc. 8, 7. Luc. 24, 30. — τὸ ποτήριον, 1 Cor. 10, 16. (cf. 1 Sam. 9, 13.) Hinc voc. seq.

Εὐλογητός, οῦ, ὁ, ἡ, όν, τό, adi. verbale, celebratus, celebrandus, Marc. 14, 61. Luc. 1, 63. Rom. 1, 25. 9, 5. 2 Cor. 1, 3. 11, 31. Eph. 1, 3. 1 Petr. 1, 3. (בָּרוּךְ, Gen. 9, 26.)

Εὐλογία, ας, ἡ, (ab εὔλογος) **1.**, voces ad alios laudandos compositae, Rom. 16, 18. (iunct. c. χρηστολογία.) — **2.**, celebratio dei, Apoc. 5, 12. 13. 7, 12. speciatim quae coniuncta est cum gratiarum actione, i. q. εὐχαριστία, 1 Cor. 10, 16. (τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, calix ille, e quo gratiis actis bibimus. Vid. εὐλογέω n. 4.) — **3.**, bonorum apprecatio, oppon. κατάρα, Hebr. 12, 17. Jac. 3, 10. Sir. 3, 8. 9. v. supr. εὐλογέω n. 2. — bona a deo promissa, Gal. 3, 14. — **4.**, munus, donum *a.*, dei gratuitum, Hebr. 6, 7. (intellig. fructus salubres; oppon. κατάρα v. 8. i. e. gramina igni destinata.) — Eph. 1, 3. 1 Petr. 3, 9. — *b.*, hominum, quod cum bonorum apprecatione et bono animo, ideoque haud cunctanter nec parce offertur, 2 Cor. 9, 5. (Hinc h. l. id, quod εἰς εὐλογίαν est, opponitur ei, quod speciem refert πλεονεξίας, et v. 6. σπείρειν et θερίσαι ἐπ' εὐλογίαις, i. e. largiter, oppon. τῷ σπείρειν κ. θερίζειν φειδομένως; cf. Ps. 84, 26.) Rom. 15, 29. (ἡ εὐλογία τοῦ εὐαγγ., beneficia, quae e laeto nuntio de Christo redundant.) — cf. Gen. 27, 27. 33, 11. 12.

Εὐμετάδοτος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et μεταδίδωμι, impertior) facilis ad impertiendum, liberalis, 1 Tim. 6, 18. (Marc. Antonin. 3, 14.)

Εὐνοέω (ῶ), f. ήσω, (ab εὔνοος, ους) benevolus sum, bonam voluntatem ostendo; — τινί, Matth. 5, 25. (Xen. Cyr. 8, 2, 1.)

Εὔνοια, ας, ἡ, (ab εὔνοος, ους, cf. ἄγνοια) benevolentia; — μετ' εὐνοίας, Eph. 6, 7. — 1 Cor. 7, 3.

Εὐνουχίζω, f. ίσω, (ab εὐνοῦχος, q. v. — facio ἐνοῦχον) castro, eviro; **1.**, sens. propr.; — pass., ὑπό τινος, Matth. 19, 12. — **2.**, metaph., εὐνουχ. ἐμαυτόν, me spadonem facio scil. eo, quod spadonis instar abstineo matrimonio, Matth. ibid.

Εὐνοῦχος, ου, ὁ, (ex εὐνή, cubile, lectus, et ἔχω) propr., qui cubile curat vel custodit, cubiculo praefectus, Betthüter (in aula regum orientalium, numerosos mulierculárum greges alentium: domo mulierum s. gynaeceo praefectus, isque spado, hebr. סָרִיס, Esth. 2, 14. 15. Hinc ὁ εὐν. **1.**, spado, homo castratus, vir exsectus (cui exta sunt obscena demessa), Matth. 19, 2. (Aelian. V. H. 2, 17. 6, 18. Xen. Cyr. 7, 5, 60. — Jes. 56, 3.) Sed qui regum orientalium eunuchi dicebantur, hi non solum erant cubicularii, sed aliis quoque officiis in aula regis fungebantur. Erant enim stipatores corporis regum, diaetarii, coci et pincernae, internuntii et reliqui ministri vel maioribus vel minoribus officiis praepositi, hi omnes erant spadones (Herodot. 3, 77. 118. Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. 1, 34. init.), graece vero εὐνοῦχοι dicti, vel quod es-

sent evirati, ut ii, qui sensu strictissimo dicerentur εὐνοῦχοι, vel quia per corporis indolem eunuchorum, stricto sensu dictorum, munus obire poterant. — Ergo 2., Act. 8, 27. 34. 36. 38. intellexeris ministrum aulicum.

Εὐοδόω (ῶ), f. ώσω, (ab εὔοδος, formato ex εὖ et ὁδός) prosperum et expeditum iter praebeo, facio, ut prospere cedat aliquid (οἱ ό, Gen. 39, 3. 23. Nah. 1, 11. Theophr. de caus. plant. 5, 6.). — pass., εὐοδόομαι (οῦμαι), f. ώσομαι, prospero successu fruor, Rom. 1, 10. 1 Cor. 16, 2. (prouti prospero rerum suarum successu usus fuerit.) 3 Joh. v. 2. (οἱ ό, 2 Chron. 13, 12. 18, 11. — Herodot. 6, 73. ὡς τῷ Κλεομένεϊ εὐωδώθη τὸ — πρῆγμα.)

Εὐπάρεδρος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et πάρεδρος, assessor) assiduus, 1 Cor. 7, 35. (λέγω πρὸς τὸ εὐπάρεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως, ut semper domino assideatis sine cura ac distractione; text. vulg. εὐπρόςεδρον, quod sensu non differt.)

Εὐπειθής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex εὖ et πείθω, persuadeo, s. πείθομαι, obsequor) qui facile paret s. obsequitur, obsequiosus, Jac. 3, 17. (Xen. Mem. 3, 5, 5. coll. 7. εἴγε νῦν μάλιστα πείθοιντο.)

Εὐπερίστατος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et περιΐσταμαι, circumsto) 1., qui facile cingi potest. — 2., active: qui facile cingit, circumdat (cf. εὐπερίχυτος, εὐπαρακολούθητος, al., quae vel sensu passivo vel activo dicuntur); — ἡ — ἁμαρτία, Hebr. 12, 1.

Εὐποιΐα, ας, ἡ, (ab εὐποιός, beneficus) beneficentia, Hebr. 13, 16. (Vocem reprobatam a Polluce V. §. 140. habent Arrian. Expedit. Alex. M. 7, 28, 8. et Alciphron 1. epist. 10.)

Εὐπορέομαι (οῦμαι), imperf. ηὐπορούμην, (ab εὔπορος; — *a.*, Xen. εὔπορόν ἐστι, bona via est; *b.*, opulentus, qui subsidiis non caret, oppon. ἄπορος; — format. ex εὖ et πόρος). opibus instructus sum, Act. 11, 29.

Εὐπορία, ας, ἡ, (ab εὔπορος, oppon. ἀπορία, v. εὐπορέομαι) opes, subsidia, Act. 19, 25. (Xen. Cyr. 3, 3, 7.)

Εὐπρέπεια, ας, ἡ, (ab εὐπρεπής, decorus, et hoc ex εὖ et πρέπω) decor; — ἡ — τοῦ προςώπου, Jac. 1, 11. (Thuc. 6, 31. Polyb. 1, 4, 8.)

Εὐπρόςδεκτος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et προςδέχομαι) bene acceptus, acceptabilis; *a.*, de re: Rom. 15, 16. 2 Cor. 6, 2. (Jes. 49, 3.) — τινί, Rom. 15, 31. 1 Petr. 2, 5. — *b.*, de homine: 2 Cor. 8, 12.

Εὐπρόςεδρος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et πρόςεδρος) v. supr. εὐπάρεδρος.

Εὐπροςωπέω (ῶ), f. ήσω, (ab εὐπρόςωπος, honesta facie praeditus, Xen. Mem. 1, 3, 10.) honestam speciem prae me fero; — ἐν σαρκί (pro dat. simpl.), Gal. 6, 12.

Εὑρίσκω, f. εὑρήσω (ab obsoleto: εὕρω, εὑρέω), aor. 2. εὗρον, aor. 2. med. εὑρόμην et apud seriores: εὑράμην (Hebr. 9, 12. Paus. 7, 11, 1. Aeschin. 10, 5. Antocid. p. 8, 7.), — in-

venio, reperio, 1., absol., Matth. 7, 7. 8. Luc. 11, 9. 10. (ζητεῖτε κ. εὑρήσετε.)

2., τινά vel τί, a., quaesitum invenio, aa., sensu proprio; — τινά, Matth. 2, 8. Marc. 1, 37. Luc. 2, 45. Joh. 7, 34. 35. 36. Apoc. 18, 14. Act. 11, 25. 12, 19. 13, 22. (Ps. 89, 20.) 17, 6. 24, 23. 2 Cor. 2, 12. (v. supr. ἄνεσις.) 2 Tim. 6, 17. Hebr. 11, 5. — signific. loco, ubi quis inventus est; — πέραν c. gen., Joh. 6, 25. ἔν τινι (τόπῳ), Act. 5, 22. — pass. εὑρέθη εἰς, Act. 8, 40. (v. supr. εἰς p. 319.) — τί, Matth. 7, 14. 12, 43. (Luc. 11, 24.) 13, 46. 18, 13. (Luc. 15, 4. 6. 9.) 26, 59. 60. Marc. 14, 55. Luc. 24, 3. 23. Act. 7, 11. Joh. 10, 9. Apoc. 9, 6. 18, 21. — οὐχ εὑρέθην, disparui, Apoc. 16, 20. — c. dat., 20, 11. (Dan. 2, 35.) — seq. ἐν c. dat. loci, in aliquo (an, auf), Matth. 21, 19. (Marc. 11, 13.) alicubi, Apoc. 12, 3. — bb., metaph., α., in phrasibus, quae quaeri deum dicunt et inveniri; εὑρίσκειν τὸν θεόν, Act. 17, 27. i. e. argumenta, e quibus summum numen esse cognoscatur, anquirendo in ea deferri, quibus id pateat manifesto. — Pass. εὑρέθην τινί, conspicuus factus sum alicui me quaerenti, Rom. 10, 20. (Potest verti: conspiciendum me dedi, ich habe mich finden lassen, Jes. 55, 1. id, quod in altero hemistichio explicatur: propitium me exhibui illis, qui me non coluerunt. V. supr. ἐμφανής.) — β., in orat. tropica, ubi e verbo εὑρίσκειν elicienda potissimum est recuperandi notio, exempla sunt varii generis. Scil. αα., εὑρίσκ. sic dicitur, ut sibi oppositum habeat verbum ἀπολλύναι (non verbum ζητεῖν) atque recuperari id, quod vel perditum erat, vel perdi poterat, significetur, sive quaesitum fuerit, sive non; — de recuperato homine: Luc. 15, 24. 32. — de re: εὑρίσκ. τὴν ψυχήν (oppon. ἀπολλύναι), Matth. 10, 39. 16, 25. (cf. Jerem. 38, 23. 29, 18. κ. ἔσται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς εὕρημα.) — ββ., Obtinet hoc verbum in captura; dicuntur speciatim pisces inveniri, quando rete, quod eos excepturum est, et quo exploratur, an adsint, ingrediuntur, Joh. 21, 6. De inventione, quae sequitur explorationem et quam praecedit captandi studium, vox etiam interpretanda occurrit Luc. 6, 7. (παρετήρουν, ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν.) — γγ., Verbum εὑρίσκ. pro verbo accipiendi ponitur, ubi id, quod accipitur, rei quaesitae aequiparatur, v. c. in phrasi: εὑρίσκειν χάριν, Hebr. 4, 16. — παρά τινος, 2 Tim. 1, 18. (Num. 13, 11. Deut. 24, 1. Esth. 5, 8. 7, 3. Alios locc. vid. supr. sub v. ἐνώπιον.) — λύτρωσιν εὑράμενος, Hebr. 9, 12. (Job. 33, 24.) — εὑρίσκ. ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς, Matth. 11, 29. (cf. Luc. 11, 24. ζητεῖν ἀνάπαυσιν.) — τόπον μετανοίας, Hebr. 12, 17. (quod h. l. refertur ad ἐκζητεῖν.) — σκήνωμα τῷ θεῷ, Act. 7, 46. (cf. Ps. 132, 5.) Quare εὑρίσκ. saepius quoque signif. δδ., accipere posse (si scil. quaeratur aut petatur), bekommen können, Luc. 9, 12. Act. 7, 11. — εε., εὑρίσκ. dic. qui accepit, quod ab aliis hominibus forte habentibus petendum erat, Joh. 12, 14. — Alias speciat. ζζ., hanc acceptionem denotat, quam

praecessit labor et contentio (quippe quae similitudinem habet inquisitionis et investigationis) = labore, meritis consequi, Rom. 4, 1. — γ., in orat. tropica, ut supponatur quaestio sensu explorationis dicta, ac αα., quidem, quemadmodum quaerere aliquid is dicitur, qui non quidem quaerit, ut habeat, sed qui exploraturus est, utrum aliquid (aliquis) adsit; ita εὑρίσκ. dicitur, qui adesse reperit, quod an adesset, exploraverat, Luc. 18, 8. — contrar., Rom. 7, 18. (οὐχ εὑρίσκω, mihi non occurrit, i. q. οὐ πρόκειταί μοι.) — ββ., supponitur quaestio habita vel forensis: cognovi (reperio), Act. 13, 28. — αἴτιον ἔν τινι, Luc. 23, 4. 14. 22. Joh. 18, 38. 19, 4. 6. Act. 23, 9. 24, 20. — vel alia, v. c. computatio, Act. 19, 19. (repererunt, sie fanden als Ergebniss der Berechnung.) — aut exploratio, Act. 27, 28. — δ., εὑρίσκεσθαι dicitur, qui a circumspicientibus cognoscitur s. conspicitur, Luc. 9, 36. (μόνος h. l. non est praedicatum, sed adiect.: solus Jesus conspiciebatur. Cf. Marc. 9, 8. et Matth. 17, 8. οὐδένα εἶδον εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον.)

b., (casu) offendo, antreffen; — τινά, Matth. 18, 28. 22, 9. 10. 27, 32. Joh. 1, 42. 46. 5, 14. 9, 35. Act. 13, 6. 18, 2. 19, 1. 28, 14. — ἐκεῖ, Act. 9, 33. — ἐν c. dat. loci, Matth. 8, 10. (Luc. 7, 9.) Joh. 2, 14. Apoc. 18, 29. — τί, Matth. 13, 44. 17, 27. Luc. 4, 17. Act. 17, 23. Matth. 8, 10. (Luc. 7, 9.) 1 Petr. 2, 21. Apoc. 14, 5. — accedens video; — εὑρίσκω καθὼς etc., Luc. 19, 32. 22, 13. Marc. 14, 16.

3., εὑρίσκω τινά vel τί c. acc. praedicati; *a.*, in phrasibus, in quibus εὑρίσκω est: offendo (aliquo veniens video) aliquem, incido in aliquem, atque adiectivo aut participio additur offensae pers. vel rei descriptio. Et participium quidem *aa.*, ita exhibitum, ut resolvi possit in pronom. relat. qui et verbum finitum, habebis in locis hisce: Matth. 20, 6. 21, 2. (Marc. 11, 2. Luc. 19, 30.) Luc. 24, 33. Act. 9, 2. (ὄντας, qui essent.) 10, 27. (offendit multos congregatos.) — partic. imperf., Act. 21, 2. (navem, quae in eo erat, ut traiiceret.) 27, 6. (cf. Jon. 1, 3.) — In his ergo locc. partic. explicat, qui factum sit, ut aliquis vel aliqua res offenderetur.

bb., adiectivum et partic. ita adduntur, ut status designetur, in quo persona vel res offensa a veniente vel reverso sit; εὑρίσκω in his locc. verti potest: accedens vel reversus video; α., adiect., Act. 5, 10. 2 Cor. 12, 20. — β., particip., Matth. 12, 44. (Luc. 11, 25.) 24, 46. (Luc. 12, 43. Marc. 13, 36.) 26, 40. 43. (Marc. 14, 37. 40. Luc. 21, 45.) Luc. 2, 12. 7, 10. 8, 35. (Marc. 5, 15. ἔρχονται κ. θεωροῦσι.) 12, 37. 38. 24, 2. (Marc. 16, 4. θεωροῦσι.) Act. 5, 23. 24, 12. 18. 2 Cor. 9, 4. 2 Joh. v. 4.

b., εὑρεῖν τινά τι ποιοῦντα dicuntur, quibus aliquis traditus est tamquam is, qui commiserit aliquid, Luc. 23, 2. Act. 24, 5. (εὑρόντες. Verbum finitum ad hoc particip. pertinens est

ἐκρατήσαμεν, v. 6. quod auctor, exordium oblitus, cum aliis vocibus contexuit.)

c., εὑρίσκω, habita quaestione s. facta exploratione talem aliquem reperio (v. supr. n. 2. γ. ββ.), Apoc. 2, 2. (h. l. praecedit πειράζειν.) 3, 2. — pass., 1 Cor. 4, 2. (ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ.) Apoc. 5, 4. (et h. l. est: post institutam quaestionem reperire, cf. v. 2. 3.) 20, 4. (οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ βίβλῳ γεγραμμένος, non repertus est scil. ab inquirentibus.) — ἵνα εὑρεθῶσι καθὼς κ. ἡμεῖς, 2 Cor. 11, 12. (scil. si examini subiiciantur.)

d., participio non id denotatur, in quo aliquis offensus vel repertus est (ut in locis n. *b.*), sed id, quod repertum est in aliquo, et constructio acc. c. partic. est eadem, quae in sermone lat. constructio acc. c. infinit., Act. 23, 29. (ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον, quem reperi accusari.) — Addimus denique, quae dicenda restant

e., de passivo cum duobus nominativis aut aliis praedicatis coniuncto. Et est εὑρέθην *aa.*, universe: me praebeo (sive quaestio instituta fuerit, sive non), nos: ich erscheine als —, τινί, Rom. 7, 10. (εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ εἰς θάνατον scil. οὖσα, et praeceptum usu experiebar mihi afferre mortem.) Act. 5, 39. 1 Cor. 15, 15. Gal. 2, 17. (εἰ εὑρέθημεν, si vere sumus, si patuit, nos esse etc.) Adde: Phil. 3, 9. (ἵνα εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, ut vere sim in eo, s. ut appareat, me esse.) — σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, qui habitum prae se tulit hominis, Phil. 2, 8. — *bb.*, deprehendor, reperior (verbo relato ad explorationem aut factam aut futuram), 1 Petr. 1, 7. 2 Petr. 3, 14. (huc non pertinet locus Luc. 9, 36. Non enim vertend. est: Jesus deprehendebatur solus esse, sed: solus Jesus conspectus est, praeter eum nemo.) Luc. 17, 18. (Non sine caussa h. l. dictum est: οὐχ εὑρέθησαν. Nimirum cum inter eos, qui grati animi significandi caussa reversi essent, quaeri possent ii, qui beneficio affecti fuerant, omnes; sane etiam potuit is, qui solus reverterat, dici solus, qui revertisset, repertus esse.) Alibi formula εὑρέθην τις ὤν non plus dicit, quam *cc.*, aliquem eventum non amplius latuisse, Matth. 1, 18. (εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, ut nos: es fand, es ergab sich, dass sie etc.; etiam ubi nihil inquisitum est.)

4., Verbum εὑρίσκω relatum ad aliquam circumstantiam, *a.*, ubi sequitur ὅτι, Rom. 7, 21. (verba τὸν νόμον delenda esse, vix dubitari potest; εὑρίσκω h. l. experior, quae signif. proxime accedit ad n. 2. *b.*) — *b.*, ubi seq. interrog. indir., Luc. 5, 19. 19, 48. Act. 4, 21. (εὑρίσκω in his l. meditando invenio, quae signif. proxime accedit ad n. 2. *a.*) — *c.*, ubi seq. acc. c. inf. (v. supr. n. 3. *d.*)

Εὐροκλύδων, ωνος, ὁ, (ex εὗρος, eurus, et κλύδων, fluctus) Eurus fluctus vehementissimos excitans, Act. 27, 14. (al. codd. εὐρυκλύδων, ex εὐρύς, latus, et κλύδων, ventus late fluctuans. Ita Etym. M. in τυφών· „τυφὼν γάρ ἐστι ἡ τοῦ ἀνέμου σφόδρα πνοή, ὃς κ. εὐρυκλύδων καλεῖται.“ Al. εὐροακύλων vel εὐρακύλων, Euroaquilo.)

Εὐρυκλύδων, v. *Εὐροκλύδων*.

Εὐρύχωρος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὐρύς, latus, et χώρα) amplus, late patens, Matth. 7, 13. (Xen. Cyr. 4, 1, 18. εὐρυχωρία.)

Εὐσέβεια, ας, ἡ, (ab εὐσεβής, q. v., oppon. ἀσέβεια) pietas (Xen. Cyr. 8, 1, 25.), Act. 3, 12. 1 Tim. 2, 2. 3, 16. 4, 7. 8. 6, 5. 6. 11. 2 Tim. 3, 5. 2 Petr. 1, 3. 6. 7. — ἡ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλία, doctrina pietatem alens, 1 Tim. 6, 3. — ἡ ἀλήθεια ἡ κατ' εὐσέβειαν, veritas, quae ad pietatem adducit, Tit. 1, 1. — plur., εἶναι ἐν εὐσεβείαις, esse in sanctis vitae institutis, 2 Petr. 3, 11.

Εὐσεβέω (ῶ), f. ήσω, (ab εὐσεβής, v. supr. εὖ) pius sum; — τινά, in aliquem, 1 Tim. 5, 4. (h. l. de pietate in parentes.) — θεόν, colo deum, Act. 17, 23.

Εὐσεβής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex εὖ et σέβομαι) pius, Act. 10, 2. 7. 22, 12. 2 Petr. 2, 9. (Xen. Mem. 4, 6, 2. explicatur: ὁ τοὺς θεοὺς τιμῶν.)

Εὐσεβῶς, adv., pie; — ζῆν, 2 Tim. 3, 12. Tit. 2, 12. (Xen. Mem. 3, 2, 13. 4, 3, 16.)

Εὔσημος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et σῆμα, signum, oppon. ἄσημος) distinctus; — λόγος, 1 Cor. 14, 9.

Εὔσπλαγχνος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ, quod in his compositt. opponitur τῷ α privat. — cf. εὔσημος, εὐγενής, εὐσεβής — et σπλάγχνον, q. v.) misericors, Eph. 4, 32. 1 Petr. 3, 8. (Orat. Manass. v. 6.)

Εὐσχημόνως, adv., (ab εὐσχήμων, q. v., cf. graec. εὐδαιμόνως, εὐγνωμόνως) honeste, decenter, 1 Cor. 14, 40. Rom. 13, 13. (περιπατεῖν, ut 1 Thess. 4, 12.) — Xen. Mem. 3, 12, 4. Cyr. 1, 3, 8. et 9.

Εὐσχημοσύνη, ης, ἡ, (ab εὐσχήμων, q. v. — v. supr. ἀγαθοσύνη, oppon. ἀσχημοσύνη) decus, 1 Cor. 12, 23. (Xen. Cyr. 5, 1, 5.)

Εὐσχήμων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et σχῆμα, habitus, oppon. ἀσχήμων) **1.**, decorus, honestus (ap. Graec. antiqu. i. q. καλός, σύμμετρος, κόσμιος, ut docent Phryn. edit. Lobeck. p. 333. Suid. et Etym. M.), dic. *a.*, de membris corporis, 1 Cor. 12, 24. (Xen. Venat. 1, 17.) — *b.*, de eo, quod ordini consentaneum est, 1 Cor. 7, 35. — **2.**, nobilis, Marc. 15, 43. Act. 13, 50. 17, 12. (Plut. parallel. Graec. et Rom. c. 15.)

Εὐτόνως, adv., (ab εὔτονος et hoc ex εὖ et τείνω, tendo) intente, acriter, Luc. 23, 10. (κατηγορεῖν τινος.) Act. 18, 28. (διακατελέγχεσθαί τινι.) — Xen. Hier. 9, 6. οἱ ὁ, Jos. 6, 8.

Εὐτραπελία, ας, ἡ, (ab εὐτράπελος et hoc ex εὖ et τρέπω, *a.*, versatilis; *b.*, facetus, lepidus, dicax, Isocr. Areopag. p. 354. explicat: σκώπτειν δυνάμενος) **1.**, indoles hominis εὐτραπέλου, festivitas, urbanitas (Diod. Sic. 15, 7.). — **2.**, sensu ma-

lo: scurrilitas, dicacitas, nugae scurriles (quibus inest acuminis aliquid), Eph. 5, 4.

Εὐφημία, ας, ἡ, (ab εὔφημος, q. v. — oppon. δυςφημία, q. v.) **1.**, sermo boni ominis, quo in sacris uti licebat, bonae preces, Aelian. V. H. 12, 1. — **2.**, bona fama, 2 Cor. 6, 8. (Aelian. V. H. 3, 47.)

Εὔφημος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et φήμη, bonam vocem, verba boni ominis edens, unde verb. εὐφημεῖν — εὐφήμει s. εὔφημα φώνει, fave linguis s. bona verba quaeso, aut tace, Lucian. Diall. Deor. 21, 2. Xen. Cyr. 2, 2, 12.) neutr. plural. εὔφημα, quae bono aliisque benevolo animo dicta sunt (vel dicuntur), Phil. 4, 8.

Εὐφορέω (ῶ), f. ήσω, (ab εὔφορος, fertilis, compos. ex εὖ et adi. verbali φόρος, a φέρω, deducto) fertilis sum, Luc. 12, 16. (εὐφόρησεν ἡ χώρα, sine augmento, cf. εὑρίσκω, εὐφραίνω, εὐχαριστέω.)

Εὐφραίνω, f. ανῶ, aor. 1. p. εὐφράνθην sine augm., v. εὐφορέω (ab adi. εὔφρων et hoc ex εὖ et φρήν) **1.**, activ., — τινά, exhilaro, laetitia afficio aliquem, 1 Cor. 2, 2. (oppon. λυπεῖν τινα.) Xen. Hier. 1, 15. Cyr. 8, 7, 12. — **2.**, med., *a.*, universe dict.: hilari animo sum, *aa.*, absol., Luc. 15, 32. (iunct. cum χαρῆναι.) Act. 2, 26. (ex Ps. 16, 9.) Rom. 15, 10. (ex Deut. 32, 44.) Gal. 4, 27. (ex Jes. 54, 1.) Apoc. 11, 10. 12, 12. — Aelian. V. H. 10, 9. — *bb.*, constr. cum ἔν τινι, Act. 7, 41. (Xen. Hier. 1, 16.) — ἐπί τινι, Apoc. 18, 20. (text. vulg. ἐπ' αὐτήν.) — *b.*, speciat., de epulantibus, Luc. 12, 19. (Judith. 12, 18. Deut. 14, 26. 27, 7.) 15, 23. 24. 29. — addit. λαμπρῶς, laute vivere, Luc. 16, 19. (Hom. Od. 2, 311. Xen. Cyr. 8, 7, 12.)

Εὐφράτης, ου, ὁ, Euphrates, nomen magni ac celeberrimi fluvii, qui in Armenia maiori ad montem Aba ortus, per Assyriam, Syriam, Mesopotamiam et urbem Babylonem profluit et in mare Persicum effunditur (hebr. פְּרָת, Gen. 2, 14. 15, 18. Deut. 1, 7. 11, 24. al., quod si pronuntiabatur auctum א prosthetico: אֶפְרָת, cf. אֶזְרוֹעַ pro זְרוֹעַ dictum; facile oriri potuit graeci nominis conformatio: εὐφράτης. Arabes accolae et Turcae hodie appellant: Marac Sud, aquam desiderii. Ut Nilus Aegyptum, ita „Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros invehit.“ Cic. de Nat. Deor. 2, c. 52.), Apoc. 9, 14. 16, 12. (Fuit Euphrates per multorum saeculorum intervallum limes imperii Romani, quare in his l. commemoratus est.)

Εὐφροσύνη, ης, ἡ, (ab εὔφρων, v. supr. ἀγαθοσύνη, εὐσχημοσύνη) laetitia, Act. 2, 28. (ex Ps. 16, 11.) 14, 17. (οἱ ό, Esth. 9, 19.)

Εὐχαριστέω (ῶ), f. ήσω, aor. 1. εὐχαρίστησα, (v. εὐφορέω et εὐφραίνω — ab εὐχάριστος, q. v.) gratias ago; *a.*, τινί, Luc. 17, 16. Rom. 16, 4. (τῷ θεῷ.) Act. 27, 35. (v. supr. εὐλογέω, cf. Deut. 8, 10.) 28, 15. Rom. 7, 25. 14, 6. 1 Cor.

14, 18. Col. 1, 12. 3, 17. Philem. v. 4. (Arrian. Epictet. 1, 4.) — dativus supplendus: τῷ ϑεῷ, Matth. 15, 36. (Marc. 8, 6.) Joh. 6, 11. 23. Matth. 26, 27. (Marc. 14, 28. Luc. 22, 17. 19.) 1 Cor. 11, 24. Rom. 1, 21. 1 Thess. 5, 17. — *b.*, pro (quo) et propter (quid); *aa.*, propter, περί τινος, gen. pers., ratione alicuius habita, Col. 1, 3. 2 Thess. 1, 3. — *α.*, addito per epexegesin ὅτι, 2 Thess. 2, 13. — *β.*, addito per epex. ἐπί c. dat. rei, *αα.*, qropter, 1 Cor. 1, 4. — *ββ.*, in, nostr.: bei, Phil. 1, 3. — *bb.*, ὑπέρ τινος, *α.*, gen. pers., Eph. 1, 16. — *β.*, seq. simul ὅτι, Rom. 1, 8. — *γ.*, gen. rei, pro, propter, 1 Cor. 10, 30. Eph. 5, 20. — *cc.*, seq. ὅτι, Luc. 18, 11. Joh. 11, 41. 1 Cor. 1, 14. 1 Thess. 2, 13. Apoc. 11, 17. — Not.: εὐχαριστεῖν pro gratias agere nullus graecorum scriptorum ante Polybium usurpavit, v. Lobeck. ad Phryn. p. 18.

Εὐχαριστία, ας, ἡ, (ab εὐχάριστος, q. v.) propr. **1.**, indoles et conditio τοῦ εὐχαρίστου, amoenitas, ergo: sermo auditu iucundus, honestus, Eph. 5, 4. — **2.**, gratiae, arum, Dank, et gratiarum actio, *a.*, sensu latiori, Act. 24, 3. (ἀποδέχεσϑαί τι μετ' εὐχαριστίας.) 2 Cor. 4, 15. 9, 11. Phil. 4, 6. Col. 2, 7. 4, 2. 1 Thess. 3, 9. (εὐχ. ἀνταποδοῦναί τινι.) 1 Tim. 4, 3. 4. Apoc. 4, 9. (διδόναι.) 7, 12. — plur., 2 Cor. 9, 12. — *b.*, sensu strictiori: preces, s. precandi formulae, quibus gratiae deo aguntur, 1 Cor. 14, 16. — pl., 1 Tim. 2, 1.

Εὐχάριστος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ab εὔχαρις, indeque derivando εὐχαρίζομαι, quod tamen non legitur usurpatum) **1.**, gratus, amoenus, suavis; — εὐχάριστοι λόγοι, sermones lepidi et faceti, Xen. Cyr. 2, 2, 1. — **2.**, de homine: comis, Col. 3, 15. (al. liberalis, beneficus, Diod. Sic. 18, 28. at agitur apostolo de colenda pace et concordia, cf. v. 13.)

Εὐχή, ῆς, ἡ, (ab εὔχομαι) **1.**, preces ad deum factae, Jac. 5, 15. (οἱ ὁ, Job. 16, 17. — Xen. Symp. 8, 15. — **2.**, votum, Gelübde; — ἔχειν, Act. 18, 18. (cf. Num. 6, 2. 3. — v. supr. ἁγνίζω.) 21, 23. (— ἔχειν ἐφ' ἑαυτῷ; οἱ ὁ, Gen. 31, 13. Num. 6, 2, 21. — Xen. Mem. 2, 2, 10.)

Εὔχομαι, f. ξομαι, aor. 1. εὐξάμην et ηὐξάμην, imperf. ηὐχόμην, (Attici verbis cum εὖ compositis modo addunt augmentum, modo detrahunt, v. supr. εὐδοκέω, εὐλογέω, v. Phryn. edit. Lobeck. p. 456.) **1.**, preces ad deum facio, *a.*, τῷ ϑεῷ, seq. acc. c. inf., Act. 26, 29. — *b.*, πρὸς τὸν ϑεόν, seq. acc. c. inf., 2 Cor. 13, 7. (Num. 11, 2. Xen. Mem. 1, 3, 2. Symp. 4, 55.) — *c.*, ὑπέρ τινος, gen. pers., pro aliquo, Jac. 5, 16. — **2.**, opto, *a.*, τί, aliquid, 2 Cor. 13, 9. (Xen. H. G. 5, 1, 3.) — *b.*, seq. inf., opto, ut 3 Joh. v. 2. (Xen. Hier. 4, 32.) Act. 27, 29. (Xen. Anab. 1, 4, 7.) — ηὐχόμην εἶναι, vellem esse, Rom. 9, 3.

Εὔχρηστος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et χράομαι, utor. Oppon. ἄχρηστος, v. supr. εὐσεβής, εὔσπλαγχνος, εὐσχήμων) uti-

lis (tractabilis), brauchbar, 2 Tim. 2, 21. (h. l. verbis adiectis explicatur.) Philem. v. 11. (h. l. oppon. ἄχρηστος.) — εἴς τι, ad aliquid, 2 Tim. 4, 11. (Diod. Sic. 5, 40. — πρός τι, Xen. Mem. 3, 8, 5.)

Εὐψυχέω (ῶ), f. ήσω, (ab εὔψυχος) hilari et laeto sum animo, Phil. 2, 19. (εὐψυχία, Polyb. 1, 57, 2. Xen. Venat. 10, 21.)

Εὐωδία, ας, ἡ, (ab εὐώδης, et hoc ex εὖ et ὄζω, perf. ὄδωδα) odor (suavis), 1., suffimentum (Xen. Symp. 2, 3.); — de sacrificiis et muneribus, quae cum iis comparantur (ὀσμὴ εὐωδίας, ex hebr., Levit. 1, 9. 13. 17. 2, 2.), Phil. 4, 18. Eph. 5, 2. — 2., odor, i. e. quod ex aliqua re emanans e longinquo sentitur; — metaph. id, quod de se famam spargit. Ita Paulus cum dixisset 2 Cor. 2, 14. Christum suo propagare ministerio τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ, i. e. τὴν γνῶσιν ἑαυτοῦ ὡσεὶ ὀσμήν (v. supr. ἀπαρχή); in metaphora pergit v. 15. de se ipso Christi ministro addens: χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ θεῷ, i. e. dum Christi doctrinam quasi odorem propago, qui quidem odor vel vitalis est, inter homines doctrinae fidem habentes v. 15., lethalis vero et exitialis inter homines doctrinam respuentes, v. 16., ipse ego odor suavis sum deo, i. e. rem deo gratissimam gero (in voc. εὐωδίας ergo auctor incidit ductum sequens vocis ὀσμῆς v. 14. adhibitae).

Εὐώνυμος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex εὖ et ὄνομα, tum quod boni nominis, tum quod boni ominis est. Hoc altero sensu vox usum habuit in captandis auguriis. Sed dicebantur εὐώνυμα per euphemismum ea omina, quae re vera pro infelicibus habebantur, h. e. ea, quae a sinistra parte veniebant, omina sinistra s. laeva (quibus bonum nomen optandum esset); idem euphemismus inest in altero vocabulo, quo Graeci ad denominandum id, quod latini sinistrum dicunt, utuntur, in voc. ἀριστερός, ά, όν) sinister, Apoc. 10, 2. — Act. 21, 3. (καταλείπειν τινὰ εὐώνυμον.) — ἐξ εὐωνύμου, a parte sinistra (ad partem sinistram), Matth. 20, 21. 23. (Marc. 10, 37. 39.) 25, 35. 41. 27, 38. Marc. 15, 27.

Ἐφάλλομαι, f. -αλοῦμαι, (ex ἐπί et ἅλλομαι, salio) insilio, irruo; — ἐπί τινα, Act. 19, 16. (οἱ ὁ, 1 Sam. 10, 6. 11, 6. 16, 13.)

Ἐφάπαξ, adv., (ex ἐπί, de quo v. supr. p. 420. n. 1. b., et ἅπαξ, semel) semel, non plus semel, Hebr. 7, 27. 9, 12. 10, 10. Rom. 6, 10. (πεντακοσίοις.) — ἐφάπαξ, uno eodem tempore, 1 Cor. 15, 6.

Ἐφεσῖνος, η, ον, (ab Ἔφεσος, q. v.) Ephesinus, Apoc. 2, 1.

Ἐφέσιος, ία, ον, (ab Ἔφεσος, q. v.) Ephesius, i. e. Epheso oriundus, vel Ephesi incola, Act. 19, 28. 34. 35. 21, 29.

Ἔφεσος, ου, ἡ, Ephesus, Asiae minoris urbs maritima, metropolis Ioniae, sita ad mare Icarium, non procul a Caïstro, fluvio Lydiae, inter Smyrnam et Miletum. Variis olim fuit dicta nomini-

bus. Troianorum tempore Alope appellabatur, postea Ortygia et Morge, teste Plinio H. N. 5, 29. etiam Samornion et Ptelea. Plurimum ei splendoris attulit templum Dianae, ducentis et viginti annis a tota Asia factum, teste Plinio H. N. 56, 14. et Livio 1, c. 45. et inter miracula mundi relatum; quod templum anno 356. ante Chr. ab Herostrato incensum, post vero communibus Graeciae sumtibus moderante Dinocrate restitutum est. — Occurrit nomen urbis Act. 18, 19. 21. 24. 19, 1. 17. 26. 35. 20, 16. 17. 1 Cor. 15, 32. 16, 8. Eph. 1, 1. 1 Tim. 1, 3. 2 Tim. 1, 18. 4, 12. Apoc. 1, 11. 2, 1.

Ἐφευρετής, οῦ, ὁ, (ab ἐφευρίσκω, eiusque themate ἐφευρέω, 3. perf. p.) inventor, i. e. qui fingit, quae non sunt (Schol. ad Soph. Aiac. Flag. v. 1074. εὑρίσκει τις τὸ ὄν, ἐφευρίσκει τις τὸ μὴ ὄν), Rom. 1, 30. (cf. 2 Macc. 7, 31. Virg. Aen. 2, 161. Tacit. Ann. 4, 11. 71. facinorum repertores.)

Ἐφημερία, ας, ἡ, (ab ἐφημέριος, ὁ, ἡ, ον, τό, diurnus, dialis; terminatio generis fem. reservata est voci abstractam notionem exprimenti) 1., ministerium, quod ad statam dierum seriem restrictum est, der Tagdienst, Wochendienst. — 2., ipsa sacerdotum classis, qui in hebdomadas singulas munere sacerdotali fungebantur (die Wöchnerzunft), Luc. 1, 5. 8. (Davides sacerdotes in 24 distribuerat classes, quae per suas singulae vices sacris per integram hebdomadem a sabbato ad sabbatum operarentur, 1 Chron. 24, 4. 2 Chron. 8, 4. Nehem. 13, 40.)

Ἐφήμερος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἐπί et ἡμέρα, in diem durans, diurnus) quotidianus; — ἡ — τροφή, Jac. 2, 15. (Aristid. T. 2. p. 398. — diurnum victum, Sueton. Ner. c. 37.)

Ἐφικνέομαι (οῦμαι), aor. 2. ἐφικόμην, (ex ἐπί et ἵκομαι = ἱκνέομαι, venio) pervenio; — εἰς, ad, 2 Cor. 10, 14. — ἄχρι τινός, ibid. v. 13. (Xen. Cyr. 1, 1, 5.)

Ἐφίστημι, f. ἐπιστήσω, aor. 2. act. ἐπέστην, perf. ἐφέστηκα, (ex ἐπί et ἵστημι, colloco, sisto. Occurrunt in N. T. ea tantum tempora, quae significationem habent intransitivam, v. supr. ἀνίστημι) 1., perf. ἐφέστηκα *a.*, adsto, dabeistehen, Act. 22, 20. — *b.*, insto, bevorstehen, 2 Tim. 4, 6. — *c.*, ingruo, Act. 28, 2. — 2., aor. 2. ἐπέστην, accedo et prope aliquem consisto, sich hinstellen, herzutreten, Luc. 2, 38. 10, 40. 20, 1. Act. 6, 12. 12, 7. 22, 13. 23. 27. — τινί, Act. 4, 1. 17, 5. 23, 11. Luc. 24, 4. — ἐπί τι, Act. 10, 17. 11, 11. — ἐπί τινα, Luc. 21, 34. (ne subito vobis superveniat, dass nicht plötzlich vor euch hintrete.) — ἐπάνω τινός, Luc. 4, 39. — imperat. ἐπίστηθι ἔλεγξον, i. q. ἐπιστὰς ἔλεγξον (stelle dich hin und etc.), 2 Tim. 4, 2. — 3., med. ἐπίσταμαι, adsto, praes., τινί, 1 Thess. 5, 3. cf. Luc. 21, 34. (θύρησιν ἐφίστατο, Hom. Il. 11, 644.)

Ἐφραΐμ, ὁ, Ephraim, nomen propr. oppidi in monte tribus Ephraimitici fertilissimo siti, ab Hierosolymorum urbe versus Hierichuntem duobus milliaribus distantis, Joh. 11, 54.

Ἐφφαθά, hepphata, Syriac. אֶתְפְּתַח, imperat. passivae coniugationis Ethpaël verbi פְּתַח, hebr. פָּתַח, aperuit. Graece: διανοίχθητι, aperitor (i. e. auditum recipe; surdi enim et caeci pro clausis habebantur), Marc. 7, 34. (cf. 2 Reg. 6, 17. Jes. 35, 5.)

Ἔχθρα, ας, ἡ, (adi. ἐχθρός, ά, όν, q. v. Feminin. inservit exprimendae notioni universae) inimicitia, *a.*, propr., Luc. 23, 12. Gal. 5, 20. Eph. 2, 16. (Xen. Mem. 1, 2, 10. — τινός, gen. obi., inimicitia contra aliquem, Jac. 4, 4. — εἴς τινα, in aliquem, Rom. 8, 7. — *b.*, καταργεῖν τὴν ἔχθραν, metonym., tollere id, quod inimicitiae caussa est, Eph. 2, 15.

Ἐχθρός, ά, όν, (ab ἔχθομαι, invisus sum, cf. φοβερός, αἰσχρός et simil.) inimicus, adversarius; **1.**, sens. pass., invisus, qui odio habetur, Rom. 11, 28. (oppon. ἀγαπητός.) — **2.**, sens. act., adversarius, qui alterum odio habet, eique adversatur, *a.*, universe: ἡγεῖσθαί τινα ὡς ἐχθρόν, 2 Thess. 3, 15. — εἶναι ἐχθρὸν τῇ διανοίᾳ, mente (a deo) alienatum esse, Col. 1, 21. (de paganis sermo est.) — ἐχθρὸς ἄνθρωπος, adversarius quidam, Matth. 13, 28. — ὁ ἐχθρός, adversarius ille (vobis notus) — κατ' ἐξοχήν, diabolus (i. q. ὁ πονηρός), Luc. 10, 19. — *b.*, c. genit. obi., *aa.*, genit. pers., Matth. 10, 36. (Mich. 7, 6.) Gal. 4, 16. Matth. 5, 43. 44. (Luc. 6, 27.) Luc. 1, 74. 19, 27. 43. Rom. 12, 20. Apoc. 11, 5. 12. — Verba e Ps. 110, 1. excitata, Matth. 22, 44. (Marc. 12, 36. Luc. 20, 43.) Act. 1, 23. Hebr. 1, 13. 10, 13. 1 Cor. 15, 25. 26. — *bb.*, genit. rei, Act. 13, 10. — τοῦ σταυροῦ τοῦ χριστοῦ, Phil. 3, 18. (pseudapostoli, qui nolebant in morte Christi, sed ex Judaeorum mente in rituum observatione spem salutis reponi.) — **3.**, sensu simul activo et passivo, qui, ut dei adversarius, ita dei odio dignus est, Rom. 5, 10. (sens. activus patet e nomine ἀσεβῶν v. 6. et ἁμαρτωλῶν v. 8., passivus inde, quod qui iusti non erant, iusti a deo declarati esse v. 9. atque τῷ θεῷ καταλλαγῆναι dicuntur.)

Ἔχιδνα, ης, ἡ, vipera, Act. 28, 3. (Diod. Sic. 2, 43. Artemidor. 4, 48.) — γεννήματα ἐχιδνῶν, progenies viperina, anguigenae (Ovid. Metam. 3, 531.), hominum sceleratorum compellatio, Matth. 3, 7. (Luc. 3, 7.) 12, 34. 23, 33.

Ἔχω, f. ἕξω, (imperf. εἶχον, aor. 2. ἔσχον, unde aliud fut. σχήσω, perf. ἔσχηκα) **I.**, habeo, occurrit **1.**, universe et simpliciter dictum sensu possidendi, ita ut is, qui habet, et is, qui caret, invicem opponantur, Marc. 4, 25. (Luc. 8, 18. Matth. 13, 12. h. l. sens.: qui habet, quod det, is potest etiam accipere.) 25, 29. (Luc. 19, 26. h. l. sens.: qui nullum sibi ex suis facultatibus lucrum quaerit, ei adimantur; is vero, qui suis bene usus est, lucro augeatur.) — 2 Cor. 8, 11. 12. 1 Cor. 11, 22. Jac. 4, 2. (In his loc. dicitur aut habere aut carere, qui rebus nunc quidem i. e. ad rem, quae nunc agitur, necessariis aut instructus aut destitutus est.)

2., ἔχω τι et τινά. — *a.*, ἔχω τι, acc. rei, habeo, est

mihi aliqua res, utor aliqua re. — *aa.*, phrases, quae obiecti loco ponunt pronomina, de qualitate et quantitate universe dicta, v. c. ὅσα ἔχεις, Marc. 10, 21. (Luc. 18, 22. πάντα, ὅσα, sed Matth. 19, 21. σοῦ τὰ ὑπάρχοντα.) 12, 44. Matth. 13, 44. 46. 18, 25. Joh. 16, 15. — μηδέν, 2 Cor. 6, 10. — τί δὲ ἔχεις, ὅ etc., 1 Cor. 4, 7. — ὃ ἔχω, Act. 3, 6. Marc. 4, 25. (Matth. 13, 12. sed Luc. 8, 18. ὃ δοκεῖ ἔχειν.) Luc. 19, 26. (Matth. 25, 29.)

bb., phrases, quae obiectum certo nomine designant. Dicitur vero aliquis ἔχειν, habere, α., ea, quae in ipso sunt (an sich haben), et αα., quidem, quae partes sunt et membra corporis, ut χεῖρας, πόδας, ὀφθαλμούς, Matth. 18, 8. 9. (Marc. 9, 43. 47.) 2 Petr. 2, 14. — οὖς, Apoc. 2, 7. 11. 17. 29. 3, 6. 13. 22. 13, 9. — ὦτα, Matth. 11, 15. 13, 9. 43. (Marc. 4, 9. 23. Luc. 8, 8.) Marc. 7, 16. 8, 18. — μέλη, Rom. 12, 4. 1 Cor. 12, 12. — σάρκα κ. ὀστέα, Luc. 24, 39. — ἀκροβυστίαν, Act. 11, 3. — Ipsum corpus ἔχει, quae sunt eius partes, Luc. 11, 36. et in eo deprehenduntur, v. c. maculas, cf. Eph. 5, 27. — Eadem ratione arbor dicitur ἔχειν φύλλα, Marc. 11, 13. — ager ζιζάνια, Matth. 13, 27. — animal caput, cornua, alas etc., Apoc. 4, 7. 8. 5, 6. 8, 9. 9, 8. 9. 10. 19. 12, 3. 13, 1. 11. 17, 3. 7. — domus vel urbs vel murus θεμελίους, Hebr. 11, 10. Apoc. 21, 14. — στάσιν, Hebr. 9, 8. — ὁ θεμέλιος τοῦ θεοῦ ἔχει σφραγίδα, 2 Tim. 2, 19. — et quaeque res ea, quae ad ipsam pertinent, Act. 27, 39. Hebr. 9, 4. Apoc. 21, 11. — εἰκόνα vel σκιὰν ἔχειν, Luc. 20, 24. Hebr. 10, 1. — *ββ.*, morbos; — μάστιγας, Marc. 3, 10. — ἀσθενείας, Act. 28, 9. — vulnera, Apoc. 13, 14. — *γγ.*, facultates mentis, dotes animi, v. c. σοφίαν, Apoc. 17, 9. — γνῶσιν, 1 Cor. 8, 1. 10. — πίστιν, Rom. 14, 22. — πίστιν κ. ἔργα, Jac. 2, 14. 17. 18. — χαρίσματα, Rom. 12, 6. cf. 1 Cor. 14, 26. — προφητείαν, 1 Cor. 13, 2. — πνεῦμα, Jud. v. 19. 2 Cor. 4, 13. — πνεῦμα θεοῦ, 1 Cor. 7, 40. — χριστοῦ, Rom. 8, 9. — νοῦν χριστοῦ, 1 Cor. 2, 16. (in his loc. ἔχειν est: praeditum, instructum esse, excellere aliqua re, in sich haben.) Huc pertinent etiam formulae de obsessis mentionem facientes: δαιμόνιον ἔχειν, Matth. 11, 18. (Luc. 7, 33.) Luc. 8, 27. Joh. 7, 20. 8, 48. 49. 52. 10, 20. — βεελζεβούλ, Marc. 3, 22. πνεῦμα ἀκάθαρτον, Marc. 3, 30. 7, 25. Luc. 4, 33. Act. 8, 7. — πνεῦμα πονηρόν, Act. 19, 13. — πνεῦμα ἀσθενείας (i. e. daemonem, qui auctor erat debilitatis), Luc. 13, 11. — πν. ἄλαλον, Marc. 9, 7. — πν. πύθωνος, Act. 16, 16. — λεγεῶνα, Marc. 5, 15. — *δδ.*, sensa, studia, motus, affectiones animi; quorum nominibus iunctum verbum ἔχειν plerumque facit periphrasin eius verbi vel activi vel passivi, quod ab eiusmodi nomine ad actionem vel passionem exprimendam effingitur, ita ἔχειν ἀγνωσίαν, 1 Cor. 15, 34. — πίστιν (de actu), Matth. 17, 20. (Marc. 9, 48. Luc. 17, 6.) 21, 21. (Marc. 11, 22.) Act. 15, 9. 1 Tim.

1, 19. Philem. v. 5. — πεποίθησιν, 2 Cor. 3, 4. Phil. 3, 4. — παῤῥησίαν, Philem. v. 8. Hebr. 10, 19. 1 Joh. 2, 28. 3, 21. 4, 17. 5, 14. — ἀγάπην, Joh. 5, 42. 13, 35. 15, 13. 1 Joh. 4, 16. 1 Cor. 13, 1. 2. 3. 2 Cor. 2, 4. Phil. 2, 2. Philem. v. 6. 1 Petr. 4, 8. — ἐλπίδα, Act. 24, 15. 2 Cor. 3, 12. 10, 15. 1 Joh. 3, 3. Eph. 2, 12. 1 Thess. 4, 13. — ζῆλον, i. e. studium, Rom. 10, 2. invidiam (ἐν τῇ καρδίᾳ), Jac. 3, 14. — χάριν τινί, Luc. 17, 9. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 1, 3. — θυμόν, Apoc. 12, 12. — ὑπομονήν, Apoc. 2, 3. — φόβον, 1 Tim. 5, 20. — χαράν, Philem. v. 7. 3 Joh. v. 4. — λύπην, Joh. 16, 21. 2 Cor. 2, 3. Phil. 2, 27. — ἐπιθυμίαν, Phil. 1, 23. — ἐπιποθίαν, Rom. 15, 23. — παράκλησιν, Philem. v. 7. Hebr. 6, 18. — μνείαν τινός, 1 Thess. 3, 6. — adde locutionem periphrasticam Apoc. 2, 6. — συνείδησιν καλήν, ἀγαθήν, ἀπρόςκοπον ἔχειν, Act. 24, 16. 1 Petr. 3, 16. Hebr. 10, 2. 13, 18. — Simili ratione εε., verbum ἔχειν cum nominibus iungitur aliquam conditionem et indolem designantibus. Quod ubi fit, potest eius loco poni verbum εἶναι cum illo adiectivo, a quo nomen subst. descendit: constructum e. g. ἀσθένειαν (i. q. εἶναι ἀσθενῆ), Hebr. 7, 28. — ἀθανασίαν (i. q. εἶναι ἀθάνατον), 1 Tim. 6, 10. — ἐλευθερίαν, Gal. 2, 4. (ἣν ἔχομεν, qua utimur.) Si nomine subst. exprimitur actio aliorum; ἔχειν qui dicitur, is est, in quem illa actio transit, s. qui eo, cuius alii auctores sunt, afficitur; ita v. c. ἔπαινον, τιμὴν ἔχειν, Rom. 13, 3. Joh. 4, 14. (i. q. ἔντιμος s. τιμώμενός ἐστι.) Hebr. 3, 3. cf. ὄνομα ἔχειν (i. q. ὀνομάζεσθαι), Apoc. 3, 1. — Quia in his omnibus verbum ἔχειν ad eius, qui habere dicitur, corpus, animum, naturam refertur, phrasibus allatis accensere possumus ζζ., eam, quae de aetatis mensura dicitur, ἡλικίαν ἔχειν, Joh. 9, 21. 23. — ἔτη ἔχειν, Joh. 8, 57. cf. 11, 17. initium et finem, Hebr. 7, 3. Marc. 3, 26. Luc. 22, 37. — ηη., ἐν γαστρὶ ἔχειν, gravidam esse, Matth. 1, 18. 23. 24, 19. (Marc. 13, 17. Luc. 21, 23.) 1 Thess. 5, 3. Apoc. 12, 2. (Artemid. 2, 18. 3, 32. Herodot. 3, 32. Herodian. 1, 5, 14)

Potest aliquis ἔχειν, habere i. e. possidere β., res externas, quae ad peculium pertinent, opes, supellectilem, utensilia, bona, alimenta etc. Dicitur vero verbum de his nunc αα., latius, sensu possidendi (eigenthümlich haben), ut ἔχειν βίον, Luc. 21, 4. — κτήματα, Matth. 19, 22. (Marc. 10, 22.) — iisdem vocc. praefigitur artic., 1 Joh. 3, 17. (τὸν βίον τοῦ κόσμου.) Marc. 10, 23. (τὰ χρήματα, Luc. 18, 24. supplere possis: τοῦ κόσμου.) — αὐτάρκειαν, 2 Cor. 11, 8. — θησαυρόν, Luc. 15, 8. Matth. 19, 21. (Marc. 10, 21. Luc. 18, 22.) — ἀγαθά, Luc. 12, 19. — πρόβατα, Luc. 15, 4. (Matth. 18, 12. γίνεσθαί τινι.) Matth. 12, 11. Joh. 10, 16. — δραχμάς, Luc. 15, 8. cf. 13, 6. — πλοῖα, Apoc. 18, 19. — θυσιαστήριον, Hebr. 13, 10. — νόμον, Rom. 2, 14. Hebr. 9, 1. — nunc ββ., strictius dicitur pro: praesto mihi est, suppetit mihi, v. c. ἔχω ἄρτους, Matth. 14, 17. (Marc.

6, 38. sed Luc. 9, 13. εἰσὶν ἡμῖν.) Joh. 6, 9. — βρῶσιν, Joh. 4, 32. — διατροφὰς κ. σκεπάσματα, 1 Tim. 6, 8. — οἰκίας, 1 Cor. 11, 22. — aut γγ., ubi τὸ ἔχειν opp. τῷ οὐκ ἔχειν, illud signif.: re instructum esse, Luc. 3, 11. 14, 28. — aut δδ., signif.: praeesse alicui rei (administrandae, inne haben, zur Verwaltung haben), Luc. 19, 20. 24. (Matth. 25, 28.) — τὰς κλεῖς, Apoc. 1, 18. 3, 7. cf. 15, 1. 6. — τό γλωσσόκομον, Joh. 12, 6. 13, 29. (ἔχειν h. l. non solum est gestare, sed agitur de re, quae alicui gestanda tradita est.) — His adiungimus εε., phrases: μέρος ἔχειν, Apoc. 20, 6. — μετά τινος, Joh. 13, 8. (Ps. 50, 18.) — κληρονομίαν ἔχειν ἔν τινι, Eph. 5, 5. — ἔχε imperat. alteri dicit is, qui eius arbitrio rem committit, Matth. 27, 65. aut ei suum reddit, ἔχεις τὸ σόν, Matth. 25, 25.

Dicitur porro γ., aliquis ἔχειν res externas, quas secum fert, v. c. vestes, arma, nummos etc. ita χιτῶνας, Luc. 9, 3. (sed Luc. 3, 11. verbo inest notio possidendi, v. β. γγ.) — ἔνδυμα, Matth. 3, 4. 22, 12. — thoraces, Apoc. 9, 17. — μάχαιραν, Joh. 18, 10. — βαλάντιον, Luc. 22, 36. (ὁ μὴ ἔχων scil. βαλάντιον κ. πέραν.) — ἔχετε ἅλας ἐν ἑαυτοῖς, Marc. 9, 50. (de sensu v. supra sub ἄναλος.) — γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον, Matth. 26, 6. (Marc. 14, 3.) — speciem alicuius rei prae se ferre; — λόγον τῆς σοφίας, Col. 2, 23. — μόρφωσίν τινος, 2 Tim. 3, 5.

δ., Refertur ἔχειν ad utilitates, quas quis percipit, et ad commoda, quibus fruitur, aut quibus uti potest, v. c. εἰρήνην ἔχ., Rom. 5, 2. — ἐξουσίαν, Luc. 19, 17. v. ἐξουσία. Sed habent tamen phrases in eodem genere, quo distinguantur. Scilicet αα., ἔχειν saepius dicitur pro: accepisse vel consequutum esse, ita inprimis, ubi sermo est de beneficiis futuris; — ἔχειν ζωήν, Joh. 5, 40. 10, 10. 20, 31. — ζωὴν αἰώνιον, Joh. 3, 36. 5, 24. 6, 47. 54. 1 Joh. 5, 12. 13. (in his locc. praesens pro fut., quia loquitur, qui rem certo eventuram esse asserit, v. supr. ἔρχομαι.) — ἵνα ἔχω, ut consequar, Matth. 19, 16. (i. q. ἵνα κληρονομήσω, Marc. 10, 17. Luc. 18, 18.) Joh. 3, 15. 16. 6, 40. 5, 39. Rom. 15, 4. — τίνα μισθὸν ἔχετε; quam mercedem accipietis? Matth. 5, 46. 6, 1. 1 Cor. 9, 17. — ἔχω τὰ αἰτήματα (impetro), 1 Joh. 5, 15. — ἔχειν ἔπαινον, Rom. 13, 3. — καρπόν (percipio), Rom. 6, 21. 22. 1, 13. (ἵνα σχῶ, ut accipiam.) — χάριν (beneficium accipio), 2 Cor. 1, 15. — χάρισμα (accepi), 1 Cor. 7, 7. — et perf. ἔσχηκα plerumque signific.: accepi; — ἐσχήκαμεν, accepimus, Rom. 5, 2. 2 Cor. 2, 12. 7, 5. 1, 9. — ἔσχομεν, accepimus, 1 Thess. 1, 9. — ββ., Si commoda, quae commemorantur, in rebus externis cernuntur ad peculium non pertinentibus, saepe phrasis hoc exprimit, quod quis his commodis uti possit, si velit, v. c. καιρὸν ἔχειν, Gal. 6, 10. Apoc. 12, 12. Hebr. 11, 15. — τόπον, Rom. 15, 23. — προςαγωγὴν πρός τινα, Eph. 2, 18. 3, 12. — ἀνάπαυσιν, Apoc.

4, 8. 14, 11. — ἄνεσιν, Act. 24, 23. — Eodem sensu dicitur sparsum semen habere aut non habere βάθος γῆς, Matth. 13, 15. (Marc. 4, 5. γῆν πολλήν, Luc. 8, 6. ἰκμάδα.) cf. νομὴν ἕξει, pabulum habebit, aletur, 2 Tim. 2, 17. — γγ., ubi commodum, quod quis ἔχειν dicitur, actionis ab ipso efficiendae nomine appellatur, verbo ἔχειν significatur ius, potestas atque opportunitas actionem illam efficiendi. Exemplo sunt phrases: πρόφασιν ἔχειν, Joh. 15, 21. — καύχημα, Rom. 4, 2. Gal. 6, 4. — καύχησιν, Rom. 15, 17. (1 Cor. 15, 31. — ἡ ὑμετέρα, ἣν ἔχω, vestra laus, ad quam adspirare mihi licet.) — παῤῥησίαν, Eph. 3, 12. Hebr. 3, 6. 1 Joh. 2, 28. 3, 21. — ἀπόλαυσιν, Hebr. 11, 4.

ε., ἔχειν dic. aliquis, quae ipsi imposita sunt, quae suscepit, quae sustinet, ergo vel αα., quae aegre ferri solent et vim inferunt; — ἀνάγκην, Luc. 14, 18. (addit. h. l. infinit.) Jud. v. 3. Luc. 23, 17. Hebr. 7, 27. 1 Cor. 7, 37. — χρείαν τινός, v. infr. χρεία. — θλίψιν, Joh. 16, 33. 1 Cor. 7, 28. Apoc. 2, 10. — vel ββ., mandata, leges, vota, officia; — νόμον, Joh. 19, 7. — ἐντολήν, 2 Joh. v. 5. Hebr. 7, 5. — διαταγήν, 1 Cor. 7, 25. — διακονίαν, 2 Cor. 4, 1. — πρᾶξιν, Rom. 12, 4. — ἀγῶνα, Phil. 1, 30. Col. 2, 1. — βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, meum est, ut immersionem subeam, Luc. 12, 50. — vel γγ., culpam; — ἁμαρτίαν, Joh. 9, 41. 15, 22. 24. 19, 11. 1 Joh. 1, 8. — ἔγκλημα, Act. 23, 29. — κρίμα, 1 Tim. 5, 12. — Referas huc δδ., phrases de litibus, controversiis et quaestionibus, quas habere dicitur, qui iis implicitus est; — ἔχειν κριτήρια, 1 Cor. 6, 4. — κρίματα, v. 7. — συζήτησιν, Act. 28, 29. — ζητήματα, Act. 25, 19. — εε., bona, scil. τὰς ἐπαγγελίας, promissiones olim eventum habituras, 2 Cor. 7, 1. Hebr. 7, 6. 1 Tim. 4, 8. — Omnes vero, quas hactenus distinximus verbi significationes, in eo conveniunt, ut aliquem pariter sustinere alias res, atque ab illis pendere dicant, atque ita idem exprimant, quod latinum verbum habendi.

cc., phrasis: ἔχειν τι arctius circumscripta: α., additur accusativo obiecti, acc. praedicati, Act. 2, 44. 1 Joh. 3, 15. Luc. 19, 20. Apoc. 14, 1. 19, 16. — ἔχ. τι ὥς τι, 1 Petr. 2, 16. — Observa articulum accusativo obiecti praefixum, Matth. 12, 10. (Marc. 3, 1.) Luc. 6, 8. Hebr. 5, 14. Marc. 8, 17. 2 Petr. 1, 19. Matth. 3, 4. Marc. 5, 3. Apoc. 4, 7. al.

β., verbum ἔχειν per praepositiones cum nominibus coniunctas ad terminos refertur; — ἔχειν τι ἀπό τινος, 1 Joh. 2, 20. — ἔκ τινος, 2 Cor. 5, 1. Rom. 9, 10. (κοίτην ἔχειν, seminis emissionem ex aliquo habere, gravidam esse ex aliquo.) Rom. 13, 3. (ἔπαινον ἔχ.) — ἔχειν τι ἐν ἑαυτῷ, in se, Matth. 13, 21. (Marc. 4, 17. ῥίζαν.) Marc. 9, 50. (ἅλας.) Joh. 6, 53. (ζωήν.) — ἔν τινι, dat. pers., per aliquem, Eph. 3, 12. (ἐν ᾧ scil. χριστῷ, cuius virtute, quia est filius dei et pro nobis mortem susceperat.) 1, 7. et Col. 1, 14. — ἐσχήκαμεν ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου, in nobismet ipsis sententiam mortis accepimus (habuimus?

i. e. ita affecti fuimus, quemadmodum ii, de quibus sententia ad mortem pronuntiata est.) 2 Cor. 1, 9. — ἔν τινι, dat. rei, 2 Cor. 4, 7. Marc. 5, 3. — ἔχειν τινὰ ἐν τῇ καρδίᾳ, Phil. 1, 7. — ἔχειν τι ἐπί (τῆς κεφαλῆς), Apoc. 14, 14. — 9, 4. — ἔχειν κατὰ τῆς κεφαλῆς, scil. τί, tegumentum aliquod de capite pendens, 1 Cor. 11, 4. — ἔχειν τι (εὐχὴν) ἐφ' ἑαυτοῦ, Act. 21, 23. — ἔχειν τι κατά τινος, habeo aliquid, quod contra aliquem proferam, habeo, quod conquerar de aliquo, Matth. 5, 23. Marc. 11, 25. — seq. ὅτι, Apoc. 2, 4. 14. et 20. (ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι.) — πρός τινα, habeo, quo alicui molestus sim, quod ei crimini dem, Act. 24, 19. — quod alicui respondeam, 2 Cor. 5, 12. — cf. Act. 25, 19. (ζητήματα ἔχειν πρός τινα.) 19, 38. (λόγον ἔχειν πρός τινα.) 1 Cor. 6, 1. (πρᾶγμα πρός τινα.) Col. 3, 13. (μομφὴν πρός τινα.)

b., ἔχειν τινά, acc. pers., variis modis et ipsum dicitur; *aa.*, habet aliquis eos, qui ad ipsius familiam pertinent et quibuscum aut naturae et sanguinis, aut coniugii, aut amicitiae, aut pactionis vinculo iunctus est. Hinc phrases: ἔχειν πατέρα, Joh. 8, 41. — ἀδελφούς, Luc. 16, 28. — ἄνδρα (maritum), Joh. 4, 17. 18. Gal. 4, 27. — γυναῖκα, Matth. 22, 28. (Marc. 12, 23. et Luc. 20, 33. ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα, haben sie zur Frau gehabt.) 1 Cor. 7, 29. — ἔχειν ἄνδρα vel γυναῖκα ἄπιστον, 1 Cor. 7, 12. 13. (einen nichtchristlichen Ehemann, non: einen Nichtchristen zum Ehemanne.) — ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, κ. ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω, 1 Cor. 7, 5. — Hic nota: ἔχειν τινά (aliquam), simpliciter dict. i. e. aliqua tamquam uxore uti, Matth. 14, 4. (Marc. 6, 18.) 1 Cor. 5, 1. — ἔχειν τέκνα, Matth. 21, 28. 22, 24. 1 Tim. 3, 4. Tit. 1, 6. Marc. 12, 6. — υἱούς, Gal. 4, 22. — τέκνα κ. ἔκγονα, 1 Tim. 5, 4. — σπέρμα, ex hebr., Matth. 22, 25. — χήρας, 1 Tim. 5, 16. (εἴ τις ἔχει, scil. sanguine aut affinitate sibi propinquas.) — ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας, qui ex sua domo afferebant morbis affectos, Luc. 4, 40. — φίλον, Luc. 11, 5. — παιδαγωγούς, 1 Cor. 4, 15. — ἔχειν κύριον, i. e. domino alicui subiectum esse, ut patet ex Col. 4, 1. — δεσπότην, 1 Tim. 6, 2. Ita populus dicitur habere regem, Joh. 19, 15. Apoc. 9, 11. (ἐφ' ἑαυτῶν.)

bb., Saepius τὸ ἔχειν in his adhibetur, ut respiciatur ad officium, ab eo, qui in aliquo statu positus est, praestandum, ut ἔχειν οἰκονόμον, Luc. 16, 1. — δοῦλον (ἀροτριῶντα), Luc. 17, 7. — ἀρχιερέα, Hebr. 4, 14. (respiciuntur commoda, quae pontificis ministerium affert et ἔχειν et h. l. est: eo uti.) 8, 1. — ποιμένα ἔχειν, Matth. 9, 36. — ἄνθρωπον, ἵνα, Joh. 5, 7.

cc., ἔχω τινά, i. e. praesto mihi est aliquis, cuius nunc opera uti possim; — ἔχουσι Μωϋσέα κ. προφήτας, Luc. 16, 29. — παράκλητον ἔχομεν, 1 Joh. 2, 2. — μάρτυρας, Hebr 12, 1. (τοσοῦτον νέφος μαρτύρων.) — ἕως τὸ φῶς ἔχετε, Joh. 12, 35. 36. — οὐδένα ἔχω etc., Phil. 2, 20.

dd., ἔχειν τὸν θεόν, χριστόν, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν, fide et amore adhaerere deo, Christo, 1 Joh. 2, 28. 5, 12. 2 Joh. v. 9.

ee., εἶχον δέσμιον, Matth. 27, 16. (quod impersonaliter sumi posset; sed auctor cogitans de Judaeis v. 15. 17., voluisse sibi videtur ex eorum civibus tunc aliquem fuisse, qui vinculis teneretur.) cf. Apoc. 2, 15. 3, 4.

ff., Nota phrases, quae verbo ἔχειν addunt accusativum participii, articulo instructi: ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν, habet iudicem suum, Joh. 12, 48. (i. e. ipse iam habet.) — Μωϋσῆς ἔχει τοὺς κηρύσσοντας αὐτόν, Act. 15, 21.

gg., phrases, quae notionem accuratius circumscribunt, v. c. ἔχειν c. duplici acc.: ἔχειν τινὰ πατέρα, nos: einen zum Vater haben, Matth. 3, 8. (Luc. 3, 8.) ut τινὰ γυναῖκα, Matth. 14, 4. (Marc. 6, 18.) — τινὰ τύπον, Phil. 3, 17. cf. Hebr. 12, 9. Act. 13, 5. Philem. v. 17. (si me communem tibi et illi habes.) — ἔχειν τινὰ ἔντιμον, honore prosequor aliquem, cf. lat. carum habeo aliquem, Phil. 2, 29. — ἔχειν τινὰ ἐν ἐπιγνώσει, Rom. 1, 28. — ἔχειν τινὰ κατὰ πρόςωπον, praesentem aliquem habere, Act. 25, 16. — ἔχειν τινὰ μεθ' ἑαυτοῦ, secum habere aliquem, Matth. 15, 30. Marc. 2, 19. Matth. 26, 11. (Marc. 14, 7. Joh. 12, 8.) — ἔχειν τινὰ ὑφ' ἑαυτόν, Matth. 8, 9. (Luc. 7, 8.)

hh., ἔχειν, ut lat. habeo i. q. ἡγέομαι, duco, aestimo, nos: wofür halten; — ἔχειν τινὰ προφήτην, Matth. 14, 5. 21, 26. 46. (Marc. 11, 32. εἶχον αὐτόν — per attract. — ὅτι προφήτης ἦν. Luc. 20, 6. πεπεισμένος ἐστὶν αὐτὸν προφήτην εἶναι.) — ἔχε με παρῃτημένον, habe me excusatum, Luc. 14, 18. 19.

3., ἔχω c. infinitivo: p o s s u m, lat.: h a b e o, q u o d c. coni.; — infin. aor.: μὴ ἔχοντος ἀποδοῦναι, cum non haberet quod solveret, Matth. 18, 25. Luc. 7, 42. 12, 4. 14, 14. — οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν, nihil habebant, quod opponerent (contra dicerent), Act. 4, 14. — κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, Hebr. 6, 13. (Aelian. V. H. 13, 30. Xen. Mem. 2, 7, 11. Palaeph. f. 32.) — ἔχω σοί τι εἰπεῖν, Luc. 7, 40. — ἀναγγεῖλαι, Act. 23, 17. 19. — λαλῆσαι, v. 18. — γράψαι, Act. 25, 26. — 28, 19. (Aelian. V. H. 2, 23.) — inf. praes., Joh. 8, 6. Eph. 4, 28. 2 Petr. 1, 15. — ἔχω c. acc., v. 26. 16, 12. Tit. 2, 8. 2 Joh. v. 12. 3 Joh. v. 13. — abest infinit. e contextu facile adsciscendus, Marc. 14, 8. (ὃ ἔσχεν scil. ποιῆσαι.) Joh. 14, 30. (ἐν ἐμοί scil. ποιεῖν.)

II., t e n e o; ita exprimitur actio habentis in rem, quae habetur, transeuntem. Interdum quidem utraque et habendi (possidendi) et tenendi notio in nonnullis phrasibus coalescit, v. c. Apoc. 17, 13. 2 Cor. 4, 7. 1 Cor, 11, 16. al. — in aliis tamen verbum agentis et contendentis notam magis conspicuam fert. Quos nunc nostrum est commemorare. Distinguimus phrases **1.**, ἔχειν τι, tenere aliquid. Hoc dic. *a.*, propr.: τὶ ἐν τῇ χειρί, Apoc. 1, 16. 6, 5. 10, 2. 17, 4. — aliis in locc. auctor verba ἐν τῇ χειρί

non addidit, Apoc. 5, 8. 8, 3. 6. 14, 6. 17. 18. 15, 2. 17, 1. 20, 1. 21, 9. 15. 6, 2. — non adduntur, at subintelliguntur etiam Hebr. 8, 3. — *b.*, trop., amplector; — τὴν διδαχὴν (τινός), Apoc. 2, 24. — τὴν ἐλπίδα, ὡς ἄγκυραν, Hebr. 6, 19. — τὰς ἐντολάς, Joh. 14, 21. (aliter 1 Joh. 2, 7. nec huc pertinet 1 Joh. 5, 10. ἔχειν ἐν ἑαυτῷ v. supr. *γ.*) — persisto in; — τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ χριστοῦ, Apoc. 6, 9. 12, 17. 19, 10. — conservo; — τὸ μυστήρ. τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, 1 Tim. 3, 9. — ὑποτύπωσιν λόγων, 2 Tim. 1, 13. — τὴν ἀναστροφὴν ἔχειν καλήν, 1 Petr. 2, 12. — praetendo, Phil. 3, 9.

2., ἔχει τί τινα, Marc. 16, 8. (εἶχε αὐτὰς τρόμος κ. ἔκστασις.) Herod. 4, 115. Hom. Il. 18, 247. Xen. H. G. 7, 2, 9.

3., intransit., *a.*, personal., me habeo, ich verhalte, befinde mich so und so (quamquam etiam sic tenendi et habendi significatt. coalescunt); — ἑτοίμως ἔχω, paratus sum, seq. inf. aor., Act. 21, 13. 2 Cor. 12, 14. 1 Petr. 4, 5. — ἐσχάτως, animam ago, Marc. 5, 23. — κακῶς, male me habeo, Matth. 4, 24. 8, 16. 9, 12. al. — καλῶς, bene me habeo, Marc. 16, 18. — κομψότερον, melius me habeo, Joh. 4, 52. — c. acc. temporis et ἐν τῇ ἀσθενείᾳ, ago aliquod tempus in, Joh. 5, 5. 6. — ἐν ἑτοίμῳ, seq. inf. aor., 2 Cor. 10, 6. — c. acc. temporis et ἔν τινι (dat. loci), ago aliquot dies in illo loco, Joh. 11, 17. — *b.*, impersonal., ἄλλως ἔχει, aliter se habet, 1 Tim. 5, 25. — οὕτως, Act. 7, 1. 12, 15. 17, 11. 24, 9. — πῶς, Act. 15, 36. (Aelian. V. H. 2, 36. Xen. Cyr. 7, 1, 1.) — τὸ νῦν ἔχον, ut nunc res se habent, in praesenti (formula Graecis usitatissima), Act. 24, 25.

4., med. ἔχομαί τινος, propr., ich halte mich an etwas, Hom. Il. 1, 513. 3, 84. 7, 248. — trop., potior aliqua re (Euseb. H. E. 7, 15. τιμῆς), confinis sum alicuius rei, Herodot. 1, 93. Xen. H. G. 7, 1, 4. — adhaereo alicui rei (ἔκ τινος, Ex. 36, 3.). — In N. T. particip. ὁ ἐχόμενος, η, ον, proximus: αἱ — κωμοπόλεις, Marc. 1, 38. — τῇ ἐχομένῃ, scil. ἡμέρᾳ, die sequente, Luc. 13, 33. Act. 20, 15. (2 Macc. 12, 39. Polyb. 3, 112. 5, 13.) addit. ἡμέρᾳ, Act. 21, 26. — σαββάτῳ, Act. 13, 44. (al. codd. ἐρχομένῳ.) — τὰ ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, quae connexa sunt cum salute, Hebr. 6, 9.

Ἕως, adv. relativ., cui respondet demonstrat. τέως, significatione adverbiali *a.*, donec, usque dum, nostr.: bis. Constructum reperitur *aa.*, cum indicativo, bis an den Ort, bis an den Zeitpunkt, da das — geschah oder geschieht, Matth. 2, 9. (ἕως — ἔστη.) 24, 39. Joh. 21, 22. 23. Luc. 19, 13. 1 Tim. 4, 13. (v. Matth. gramm. §. 522, 1. et 218. Buttmann. §. 133, 3. et §. 108, 10.) — *bb.*, cum coniunct. aor. interposito τῷ· ἄν (Latini utuntur fut. exacto), Jac. 5, 7. Matth. 2, 13. 10, 11. (Marc. 6, 10. h. l. sens.: maneatis in eius domo, usque dum ex urbe aut vico migretis.) Matth. 22, 44. (Marc. 12, 36. Luc. 20, 43.) Act. 2, 35. Hebr. 1, 13. Luc. 17, 8. (Xen. Cyr. 3, 3, 46. 7, 5, 39.

2, 3, 22. — praeced. sententia negat., 1 Cor. 4, 5. Matth. 12, 20. 5, 18. 26. (Luc. 12, 59. ἕως οὗ ἀποδῷς.) 10, 23. 16, 28. (Marc. 9, 1. Luc. 9, 27.) Matth. 23, 39. (Luc. 13, 35.) 24, 34. (Luc. 21, 32. sed Marc. 13, 30. μέχρις οὗ.) Interest inter locos sub *aa.* et *bb.* notatos hoc discriminis, quod illi de aliqua re ad certum usque tempus continuata aut continuanda loquuntur, in his autem aliqua ponatur conditio, quasi dicatur: tu hoc facere aut omittere posses, si hoc illudve factum esset. — *cc.*, c. coni. aor. particula ἄν non interveniente, Luc. 15, 4. 2 Thess. 2, 7. Hebr. 10, 13. Apoc. 6, 11. 20, 5. Marc. 6, 45. 14, 32. (Phrasis in his locc. dicit hoc: bis wirklich das und das geschehen ist.) — *b.*, quamdiu, so lange als, seq. inf. (praes.), Joh. 9, 4. (ἕως ἡμέρα ἐστί.) 12, 35. 36. (Xen. Anab. 2, 6, 2. Platon. Phaed. c. 38. fin. cf. ἄχρις οὗ, Hebr. 3, 13.)

2., praepositionis vices gerit, cum genit. constructum, atque indicat *a.*, terminum loci (designans intervallum inter certos limites extensum, quapropter cum genit. construitur); *aa.*, c. gen. nominum, Matth. 11, 23. ἕως ᾅδου, Luc. 10, 15. Matth. 24, 31. (Marc. 13, 27.) 26, 27. 58. Luc. 4, 29. Act. 1, 8. 11, 19. 22. 17, 15. 2 Cor. 12, 2. Luc. 2, 15. Act. 23, 23. — c. gen. pers., ad locum, quo aliquis est, Luc. 4, 42. Act. 9, 38. (Aelian. V. H. 3, 18.) — *bb.*, c. adverbiis loci, Joh. 2, 7. (ἕως ἄνω.) Marc. 14, 54. (ἕως ἔσω.) Matth. 27, 51. (Marc. 15, 38. ἕως κάτω.) Luc. 23, 5. (ἕως ὧδε.) — *cc.*, c. praepositt., Act. 21, 5. (ἕως ἔξω τῆς πόλεως.) Luc. 24, 50. (ἕως εἰς.) Aelian. V. H. 12, 22. — *b.*, terminum quantitatis, *aa.*, cum adverbio numeri, Matth. 18, 21. (ἕως ἑπτάκις, usque ad septies, suppl. ἀφήσω.) — *bb.*, c. numeratis, Matth. 22, 20. (ἕως τῶν ἑπτά.) cf. Joh. 8, 9. Act. 8, 10. Hebr. 8, 11. Matth. 20, 8. — οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός, i. e. ne unus quidem est, qui probe agat, ex hebr., Rom. 3, 12. (v. supr. εἷς.) — *cc.*, c. nomine aliquam mensuram designante, Marc. 6, 23. (ἕως ἡμίσους. Esth. 5, 3. 6.) — *c.*, finem, quousque, et terminum, ad quem, ut summum attingeret, aliquis rem geri coeptam perduxerit, aut aliquid processerit, Marc. 14, 34. (Matth. 26, 38.) Luc. 22, 51. — Indicat *d.*, terminum temporis, *aa.*, ante nomina, quae certas temporis partes significant, ut ἕως αἰῶνος, Luc. 1, 55. — ἡμέρας, Matth. 26, 29. (Marc. 14, 25.) 27, 64. Luc. 1, 80. Act. 1, 22. 7, 45. 28, 23. Rom. 11, 8. — τῆς ὥρας, Matth. 27, 45. (Marc. 15, 33. Luc. 23, 44.) — τῆς πεντεκοστῆς, 1 Cor. 16, 8. — τέλους, 1 Cor. 1, 8. 2 Cor. 1, 13. — ἕως τῆς σήμερον scil. ἡμέρας, Matth. 27, 8. — τοῦ νῦν, Matth. 24, 21. Marc. 13, 19. — *bb.*, ante hominum nomina illustria, quibus aliquod temporis spatium (momentum) denotatur, Matth. 1, 17. 11, 13. Luc. 16, 16. Act. 13, 20. — *cc.*, ante nomina eventorum, Matth. 1, 17. (μετοικεσία Βαβυλῶνος.) 2, 15. 23, 35. et Luc. 11, 51. (ἀπὸ — ἕως τοῦ αἵματος etc., a caede — usque ad caedem.) — Matth. 28, 20. Jac. 5, 7. —

ἕως τοῦ ἐλθεῖν, Act. 8, 40. — *dd.*, ante genus neutr. pronom. relat. οὗ et ὅτου adverbiascit: donec, usque dum, *α.*, ἕως οὗ seq. indicat., Matth. 1, 25. 13, 33. (Luc. 13, 21.) Act. 21, 26. — seq. coniunct. aor., quem Latini exprimunt per fut. exact.), Luc. 12, 50. 2 Petr. 1, 19. Matth. 26, 36. (sed Marc. 14, 32. ἕως.) Luc. 24, 49. Matth. 14, 22. (Marc. 6, 45. ἕως.) 18, 30. 34. Act. 25, 21. (h. l. ἕως οὗ πέμψω, donec mittam.) — praeced. sentent. negat., Matth. 17, 9. (μὴ — ἕως h. l. Marc. 9, 9. μὴ — εἰ μὴ ὅταν cett.) Luc. 12, 59. (sed Matth. 5, 26. ἕως ἄν.) Joh. 13, 38. Act. 23, 12. 14. 21. — *β.*, ἕως ὅτου, donec, usque dum, seq. indicat., Joh. 9, 18. (praeced. negat.) Matth. 5, 25. (lect. vulg. ἕως ὅτου εἶ μετ' αὐτοῦ. H. l. ἕως οὗ sign. quamdiu, dum, während, ut ἄχρις οὗ, Hebr. 3, 13. In paucis codd. lectio reperitur ἕως ὅτου ᾖ μετ' αὐτοῦ; in paucissimis ἕως ὅτου εἶ omissis μετ' αὐτοῦ. Ex his si refinxeris lectionem: ἕως ὅτου ᾖ ἐν τ. ὁδῷ, tamen verti non potest: usque dum fuerit, scil. adversarius, in via. Haec enim carerent sensu.) — seq. coni. (absque ἄν), Luc. 15, 8. 13, 8. — praeced. negat., Luc. 22, 16. 18. — *ee.*, ante adverbia temporis: ἕως ἄρτι, ad hoc usque tempus, Matth. 11, 12. Joh. 2, 10. 5, 17. 16, 24. 1 Joh. 2, 9. 1 Cor. 4, 13. 8, 7. 15, 6. — ἕως πότε, quousque, Matth. 17, 17. (Marc. 9, 19. Luc. 9, 41.) Joh. 10, 24. Apoc. 6, 10. (οἱ ὁ, Ps. 13, 1. 2 Sam. 2, 26. ἕως ὅτε, Xen. Cyr. 5, 1, 24.) — ἕως σήμερον, 2 Cor. 3, 15. Caet. cf. ἄχρι.

Z.

Ζάω (ῶ), inf. ζῆν, imperf. ἔζων (in scriptis Graecor. etiam ἔζην a ζῆμι), f. ζήσω (Rom. 6, 2. Hebr. 12, 9. Aristoph. Plut. v. 263. Plat. de rep. 5, p. 465. d. 9, p. 591. c. — Dem. 794, 19.) et ζήσομαι (Matth. 4, 4. al., ut ap. graec. scriptor. seriores, v. Matth. gramm. §. 236.), aor. 1. ἔζησα (Act. 26, 5. al. Aelian. V. H. 3, 23. Herodian. 3, 12, 26. Plut. vit. Pomp. c. 2. fin. Apud antiquiores hic aor. rarissimus est. V. Buttmann. gramm. §. 101. sub v. ζάω), vivo; **1.**, proprie dict. et *a.*, quidem sensu physico et metaphysico, *aa.*, absol., vita fruor. Oppon. *α.*, νεκρὸν εἶναι, ἀποθανεῖν, τελευτῆσαι, conditio eius, qui mortuus est vitaque caret. Ergo *αα.*, i. q. non mortuus sum, sed vita fruor, vivum me praesto, Marc. 5, 23. Rom. 14, 8. 6, 11. Apoc. 3, 1. Act. 17, 28. 22, 22. coll. 25, 24. 28, 4. 1 Cor. 15, 45. 2 Cor 1, 8. 4, 11. 6, 9. Joh. 14, 19. 11, 26. Apoc. 13, 14. Sic ζῶντες oppon. νεκροῖς, Matth. 22, 32. (Marc. 12, 27. Luc. 20, 38.) Luc. 24, 5. Rom. 12, 1. (θυσία ζῶσα, oppon. victimae necatae.) Rom. 6, 10. (ὃ ἀπέθανε et ὃ ζῇ —; ὃ non est: quod attinet ad id quod, sed accusat. pendens a verbo ζῆν, cf. Rom. 6, 10. i. q. quantum. Sens.: cruci cum Christo affixus non amplius ego vivo, sed vivit in me Christus; quam vero nunc vitam

in corporis compedibus ago, eam ago sic, ut me addictum conservem Christo.) Hinc cum emphasi: vita gaudeo, vigeo, Apoc. 1, 18. 2 Cor. 13, 4. — ββ., nondum mortuus sum, in vivis sum, Act. 20, 12. Rom. 7, 1. 2. 3. — 1 Cor. 7, 39. 1 Thess. 4, 15. 17. Phil. 1, 21. (Si porro vixero, Christus illustrabitur, si autem morior, lucrum meum est.) v. 22. 2 Thess. 4, 17. Hebr. 2, 5. 9, 17. Jac. 4, 15. 2 Cor. 6, 9. Apoc. 19, 20. Sic οἱ ζῶντες opponuntur defunctis, Act. 10, 42. Rom. 14, 9. 1 Tim. 5, 6. (dum adhuc in vivis est, mortua est.) 2 Tim. 4, 1. 1 Petr. 4, 5. — ἔτι ζῶν, cum adhuc in vivis esset, Matth. 27, 63. (partic. imperf.) — γγ., non amplius mortuus sum, vitam recepi, vitae restitutus sum, de Jesu, qui sepulcro conditus fuerat, Marc. 16, 11. (ἀκούσαντες, ὅτι ζῇ.) Luc. 24, 23. (sed 24, 5. huc non pertinet. Sens.: quid eum, qui in mortuis non est, apud mortuos quaeritis?) Act. 1, 3. 25, 19. Rom. 6, 10. 13. (add. ἐκ νεκρῶν.) Apoc. 20, 4. 2, 8. 2 Cor. 13, 4. — de aliis: Matth. 9, 18. Act. 9, 41. — de eo, qui mortis periculum evasit, Joh. 4, 50. 51. 53. — δδ., non mortalis sum, Hebr. 7, 8. (τῷ ζῶντι h. l. opponuntur ἄνθρωποι ἀποθνήσκοντες, h. e. quos mors manet.) Deus dic. ὁ ζῶν, immortalis, Matth. 16, 16. 26, 63. Joh. 6, 69. Rom. 9, 26. 2 Cor. 3, 3. 1 Tim. 3, 15. 4, 10. 6, 17. Hebr. 3, 12. 9, 14. 10, 31. 12, 22. Apoc. 4, 9. 10. 7, 2. 10, 6. (Dan. 12, 7.) — Obiter notes iurandi formulam: ζῶ ἐγώ, per vitam meam, Rom. 14, 11. (Num. 14, 21. 28. Jes. 45, 23. Jerem. 22, 24.) — εε., dic. de vita hominibus post corporis mortem speranda, viribus aucta atque perenni; — ζήσομαι, Luc. 10, 28. Joh. 6, 51. 57. 58. 5, 25. 11, 25. 14, 19. (ὅτι h. l. non indicat obiectum, sed caussam: quia.) Rom. 8, 13. coll. v. 17. Hebr. 12, 9. 1 Joh. 4, 9. — Oppon. β., conditioni rerum inanimatarum et ἀψύχων, 1 Cor. 15, 45. 1 Petr. 2, 4. 5. (lapis vivus h. l. homo, qui vivit, et reiectus ab aliis conferri potest cum lapide ab architectis reiecto. Oppon. lapis, proprie sic dictus, in quo nihil est vitae, cum sit res inanimata.) — Sic deus ὁ ζῶν dicitur, ut distinguatur ab idolis inanimatis et vita carentibus, Act. 14, 15. 2 Cor. 6, 16. 1 Thess. 1, 9. (Ps. 106, 28. Histor. Bel. v. 5.)

bb., construct. cum aliis vocibus: α., ζῶ τινι, dat. pers., alicui vivo, i. e. αα., ita, ut ab alicuius arbitrio pendeam, Rom. 14, 7. 8. (Sens.: vita nostra peculium dei est; cf. verba adiecta v. 8. τοῦ κυρίου ἐσμέν.) — ββ., vi et effectu alicuius vitam vivo, Luc. 20, 38. Rom. 6, 10. Gal. 5, 25. (πνεύματι, sens.: ut a spiritu in nos derivatur vitae vis, ita ab eo etiam effluat vitae actio.) alios l. vid. infra sub *b.* — β., ζῶ ἔν τινι, αα., dat. pers., ἐν θεῷ, vi dei suffultus ac sustentatus vitam ago, Act. 17, 28. — ἐν αὐτοῖς, inter eos, Col. 3, 7. (ζῆν h. l. vitam agere, et simul notat mores ad exemplum eorum, inter quos vita acta esse dicitur, conformatos.) — ββ., ἔν τινι, dat. rei; — ἐν σαρκί, vitam mortalem agere, Gal. 2, 20. Phil. 1, 22. — ἐν c. dat. loci;

— ἐν κόσμῳ, Col. 2, 20. (oppon. ab huius vitae imbecillitate liberari.) — ἐν πίστει, Gal. 2, 20. (h. l. distinguitur vita sensu passivo et activo dicta. Sens. enim: quod mihi datum est vitae, eo utor mente in Christum conversa.) ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, vitam, quae agitur, peccato impendere, Rom. 6, 2. coll. v. 1. — γγ., μετά τινος, de uxore vivente cum marito, Luc. 2, 36. — δδ., χωρίς τινος; — νόμου, legem non cognitam habens, Rom. 7, 9. — εε., ἐπί τινι; — ἐπ' ἄρτῳ, i. e. vivere pergo, ita, ut hoc fiat beneficio panis, Matth. 4, 4. (Luc. 4, 4. Vivere h. l. est: vitam habere et continuare; ita etiam in phrasi sequenti.) — ζζ., ἔκ τινος, 1 Cor. 9, 14. — ζῆν ἐκ —, 2 Cor. 13, 5. 6. (etsi cruci affixus est, id quod habet ex imbecillitate, tamen vivit, quod habet ex vi divina.) — ηη., διά τινα, vita frui per aliquem, Joh. 6, 57. (v. supr. διά p. 211.)

b., sensu morali, h. e. ita, ut e verbo elicienda sit operandi notio, s. respiciendum ad usum (ad instituta) vitae; — ἔζησα φαρισαῖος, Act. 26, 5. — εὐσεβῶς ζῆν, pie vivere, 2 Tim. 3, 12. Tit. 2, 12. — ἀσότως, luxuriose, Luc. 15, 13. — κατὰ σάρκα, vitam instituere ad carnis libidines, Rom. 8, 12. 13. Huc referre poteris ζῆν ἐν τῇ πίστει cett., Gal. 2, 20. quem l. excitavimus supra β., ββ. — σὺν χριστῷ, 1 Thess. 5, 10. — ζῆν χριστῷ (in honorem eius), 2 Cor. 5, 15. — θεῷ, Gal. 2, 19. — τῇ δικαιοσύνῃ, 1 Petr. 2, 24.

2., tropice et metaphor. dictum; *a.*, metonym., felix sum, Rom. 1, 17. et Gal. 3, 11. (ex Habac. 2, 4. v. de hoc effato supra sub v. δίκαιος p. 244. Scil. apud Hebr. in maximis beneficiis vita numerabatur; et profecto sine vita nulla est bonorum possessio. Qui vita utitur, is re dulcissima fruitur, et cui bene est, is plenum habet vitae usum. Quid mirum ergo, si Hebraei verbo חָיָה usi sint ad exprimendum id, quod Graecis est εὖ ἔχειν, εὖ πράττειν, εὐδαιμονεῖν? — In locis Pauli excitatis voci ζήσεται vis, quam habet in textu Habacuci, relicta est, sed Hebr. 10, 38. speciatim refertur ad περιποίησιν ψυχῆς, s. ad incrementa, quae vita piorum captura est in regno Messiae.) Rom. 10, 5. 1 Thess. 3, 8. coll. v. 9. (οἱ ὁ, 1 Sam. 10, 24. — cf. vivo, Catull. 5, 1. i. e. floreo, vita laeta ac iucunda fruor.)

b., ζῶ, vim exsero, e qua cognoscatur, me non ἀσθενεῖν, scil. severitatem in puniendo, 2 Cor. 13, 4. (deductus Paulus ad hanc metaphoram inde est, quod v. 3. dixerat, loqui ex suo ore Christum, scil. Christum vitae restitutum, quippe in cuius illustratione versetur. Sens.: ut Christus, quamvis olim mortem perpessus ex imbecillitate sit, tamen nunc vivit vigetque vi divina, ita ego nunc vigeo, quamvis videri possim imbecillus esse; ζησόμεθα εἰς ὑμᾶς, vi pollemus, quam in vos exseramus.)

c., ζῶν, qui ut vivus ipse est, ita vitam dat iis, qui secum coniuncti sunt, Joh. 6, 51. (Sens.: ego vivus sum sensu eminentiori, ideoque iis, qui me animo, ut panem ore, excipiunt, vi-

tam tribuo, quemadmodum sumtus panis vires corporis recreat, adeo ut panis vi vitali perfusus appellari possim. H. l. ergo non tam panis per metaphoram ζῶν dicitur, quam is, qui sensu emphatico ζῶν ipse est, cum pane confertur.) cf. Joh. 4, 10. coll. v. 14. (H. l. ὕδωρ ζῶν et tropice et symbolice dicitur; tropice: aqua viva, v. infr. *d.* — symbolice: quatenus haec viva aqua imago eius est, qui veram ex se vitam veluti fons suppeditat.)

d., metaphor.: de rebus inanimatis; — ὕδωρ ζῶν, aqua viva, i. e. aqua sua se vi intrinsecus restaurans, et e fonte ebulliens. Oppon. aqua stagnans, Joh. 4, 10. 11. 7, 38. Apoc. 7, 17. (Gen. 26, 19. Levit. 14, 5. Cantic. 4, 18. Martial. 2, 90. fons vivus. — Ovid. Metam. 8, 57. — ita nostrates: ein lebendiger Zaun.) — ἐλπὶς ζῶσα, spes sensu vitae speratae recreata, 1 Petr. 1, 3. (al. nunquam fallens. Scil. fallit tantum haec interpretatio.) cf. 1 Petr. 1, 23. (λόγος ζῶν θεοῦ. Explicatur v. 25. i. e. doctrina de vita aeterna propter Christi resurrectionem e mortuis speranda.) — ζῶν (ὁ λόγος τοῦ θεοῦ) i. q. ἐνεργής (quod additur), Hebr. 4, 12. — λόγια ζῶντα (cf. Deut. 32, 47.), praecepta, quae servantibus ipsa vitam diuturnam praestant, Act. 7, 38. (al. oracula certa!) — ὁδὸς ζῶσα, Hebr. 10, 20. (vertunt: via patens, via semper manens; ex arbitrio. Cur ζῶσαν dixerit auctor τὴν ὁδόν, nemo explicat. Mihi de hoc l. sic videtur. Dicturus auctor, nobis viam ad vitam aeternam munitam esse per Christum, qui post mortem ad coelum evectus, atque ita suo ipsius sanguine in sanctuarium aeternum ingressus sit, iam in eo est, ut omnia post Christum sacrificia cum ministerio levitico cessare doceat. Ideo loquitur de carne Christi, et ad hanc referri posse verba πρόςφατος (recens mutata) et ζῶσα (quae necata iterum revixit), nemo negabit. Haec vero ipsa verba noster ad τὴν ὁδόν retulit, quam Christus per suam carnem quasi per τὸ καταπέτασμα nobis aperuerit. Hinc habemus ὁδὸν πρόςφατον (recentem) et ζῶσαν.)

Ζεστός, ή, όν, (a ζέω, q. v.) fervidus, Apoc. 3, 15. 16. (Oppon. ψυχρός.)

Ζεῦγος, εος (ους), τό, (a ζεύγνυμι, iungo) iugum, nos: Joch, i. e. 1., duo equi vel boves vel muli coniugati (currui, qui ab iis trahatur, alligati). — 2., par, ein Paar, Luc. 2, 24. (Levit. 5, 11.) 14, 19. (1 Reg. 19, 21. — Herodot. 3, 76. Xen. Oecon. 7, 18. 19.)

Ζευκτηρία, ίας, ή, (a ζεύγνυμι) ligamen, vinculum, Act. 27, 40. (Eurip. Helen. 1552.)

Ζέω, f. έσω, ferveo, sieden (Hom. Il. 21, 367.); metaph., πνεύματι, flagro animo et studio, Act. 18, 25. Rom. 12, 11. (ζέοντες, de hac forma soluta v. Buttmann. gramm. §. 94. n. 2. — gramm. max. Vol. I. §. 105. n. 2. Matth. gramm. §. 50.)

Ζηλεύω, i. q. ζηλόω, (a ζῆλος, q. v.; cf. εἰρηνεύω) aemulor (ut φθονῶ, invideo. Simplic. in Epictet. c. 26. p. 131. edit. Salmas. οὐδεὶς τῶν τ' ἀγαθὸν τὸ ἀνθρώπινον ζητούντων

φθονεῖ ἢ ζηλεύει ποτέ), aemulationem alo, foveo. Legitur in nonnullis codd. Apoc. 3, 19. (ζήλευε οὖν) ubi vertendum esset: acriter contende, summo studio cura, quae signif. voci insolens est, nec analogiae convenit. V. ζηλόω.

Ζῆλος, ου, ὁ, (a ζέω, q. v.; pro ζέελος) 1., absol., *a.*, studium incensum, fervor; — πυρός, fervor, ut ignis esse solet, Hebr. 10, 27. (simul petimus veniam, quod voci ἐκδοχῆς supra alios secuti adscripserimus latin. exspectationis vocem, cum vertenda potius sit: acceptio (Aufnahme); ζῆλ. tribuitur ei, qui sponte in aliquid fertur et acri studio in aliqua re laborat.) 2 Cor. 7, 11. 9, 2. (ὁ ἐξ ὑμῶν, pauperes sustentandi studium, prouti e vobis profectum caeteris innotuit.) — κατὰ ζῆλον (διώκειν), quod studium attinet (religionis tuendae), Phil. 3, 6. (Wahl. adv.: studiose, acriter. Sed κατά h. l. habet vim distinctivam et distributivam. Cf. quae addita sunt: κατὰ δικαιοσύνην, et v. 5. κατὰ νόμον.) — ζήλῳ θεοῦ, zelo, qualem deus habet, i. e. purissimo, a quo omne partium studium alienum est, 2 Cor. 11, 2. (al. amore summo. Sed ζῆλος proprie non est amor, nec θεοῦ solum gradum denotat.) — *b.*, invidia (Cic. Tusc. 4, c. 8.: aemulatio dupliciter quidem illa dicitur, ut et in laude et in vitio nomen hoc sit. Nam et imitatio virtutis aemulatio dicitur, et est aemulatio aegritudo, si eo, quod quis concupierit, alius potiatur, ipse careat), Act. 5, 17 13, 45. (ἐπλήσθησαν ζήλου.) Rom. 13, 13. (ἔριδι καὶ ζήλῳ.) 1 Cor. 3, 3. (ζῆλος καὶ ἔρις.) 2 Cor. 12, 20. et Gal. 5, 20. (ἔρεις, ζῆλοι.) Jac. 3, 14. (ζῆλον πικρὸν κ. ἐρίθειαν ἔχειν ἐν τ. καρδίᾳ.) v. 16. (ζῆλος κ. ἐρίθεια.) — 2., c. genit. obiecti, studium alic. rei vel pers. tuendae, Eifer für etwas, für jemanden; — gen. rei, Joh. 2, 18. (ex Ps. 69, 10. — 1 Macc. 2, 58.) — gen. pers., Rom. 10, 2. (ζῆλον θεοῦ ἔχειν, pro religione, pro honore dei contendere.) — ὑπέρ τινος, gen. pers., studiosum esse alicuius, 2 Cor. 7, 7. Col. 4, 13. Hinc verb. seq.

Ζηλόω (ῶ), f. ώσω, 1., absol., *a.*, ferveo, odio et invidia moveor, aemulor, Jac. 4, 2. (haud dubie leg. φθονεῖτε κ. ζηλοῦτε, cf. v. 5. Nam φονεύετε sequentibus verbis plane non aptum est.) 1 Cor. 13, 4. Act. 17, 5. (ζηλώσαντες, aemulatione incensi.) — med., ζηλοῦσθαι, aemulari, Gal. 4, 18. (add. h. l. ἐν καλῷ, in caussa bona.) — *b.*, acriter contendo, assiduam operam impendo, Apoc. 3, 19. (ζήλωσον οὖν καί cett. e textu vulg. v. supra ζηλεύω; pro: ζηλώσας, i. e. μετὰ ζήλου, μετανόησον.) — 2., c. acc. *a.*, τί, acc. rei, studiose appeto, sector aliquid (ut eo excellam), 1 Cor. 12, 31. (τὰ χαρίσματα.) 14, 1. (τὰ πνευματικά, consociatur h. l. cum verbo διώκω.) v. 39. (τὸ προφητεύειν.) Demosth. 509, 2. 22, 17. — *b.*, τινά, *aa.*, contendo de aliquo (ne mihi eripiatur), 2 Cor. 11, 2. — ad meas partes aliquem trahere studeo, Gal. 4, 17. (alias etiam imitor, sector aliquem, ut Prov. 23, 17. 24, 1. quos locos noli cum illis confundere.) — *bb.*, invideo alicui, Act. 7, 9.

Ζηλωτής, οῦ, ὁ, (a ζηλόω) 1., absol., qui se religionis tenacissimum praebet, Exod. 32, 14. — Zelotae vocabantur olim Judaei, qui legis Mosaicae tenaces vel vi adhibita ad exemplum Pinehasi, Num. 25, 9., impedire studebant, quominus religionis sanctitas ab aliis violaretur. Tempore Maccabaeorum inter Judaeos exstitisse id genus hominum constat (2 Macc. 4, 2.) et Christi aetate etiam societates iunxisse videntur homines, qui ius puniendi quamvis templi aut numinis aut gentis suae violationem suum esse crederent, v. Jos. B. J. 4, 6, 3. 7, 8, 1. — Cognomen Zelotae gessit Simon apostolus, forsitan inde, quod olim zelotarum societati adscriptus fuerat, Luc. 6, 15. (Marc. 3, 18. Κανανίτης, quod voc. vid. infra suo loco.) Act. 2, 14. — 2., ζηλωτής τινος, *a.*, gen. rei, studiosus alicuius rei, i. e. *aa.*, rei consequendae (v. supr. ζηλόω n. 2. *a.*), 1 Cor. 14, 12. Tit. 2, 14. — *bb.*, rei tuendae et sustentandae, qui acri studio propugnat aliquid; — νόμου, Act. 21, 20. — τῶν πατρικῶν παραδόσεων, Gal. 1, 14. (v. supra ζηλόω n. 2. *b.*, *aa.*) — *b.*, τινός, gen. pers.; — θεοῦ, defendendae auctoritati legis divinae intentus, Act. 22, 3. (cf. Rom. 10, 2.)

Ζημία, ας, ἡ, (femin. adi. ζήμιος, quod in genere masc. et neutr. obsoletum est, a quo tamen derivatur ζημιόω. Femininum notioni abstractae reservatum est; ἡ ζημία scil. est i. q. τὸ ζήμιον, ut τὸ ἐπιζήμιον apud Graec. i. q. ἡ ἐπιζημία, τὸ ἐπιτίμιον i. q. ἡ ἐπιτιμία. E forma Cretica: δαμία Passovius colligit, hanc vocem unius stirpis esse cum verbo δαμάω et lat. damnum. At certe latina vox descendit a δάπτω, unde derivatur δαπάνη) damnum, iactura, Phil. 3, 5. (oppon. κέρδος.) v. 6. (Xen. Mem. 2, 3, 6. oppon. ὠφέλεια. — Cyr. 2, 1, 12.)

Ζημιόω (ῶ), f. ώσω, (v. ζημία) damno afficio. In N. T. pass. *a.*, absol., damno afficior, detrimentum accipio, 1 Cor. 3, 15. — *b.*, ἔν τινι, in aliqua re, ἔκ τινος, ex aliquo (homine), 2 Cor. 7, 9. — τί, Matth. 16, 2. (oppon. κερδαίνειν τι; — Marc. 8, 36. τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Luc. 9, 25. ἑαυτόν.) — Xen. Cyr. 3, 1, 16. Herodot. 7, 39. — ἐζημιώθην, significat. med., omnia abieci, omnium harum rerum iacturam facere decrevi, Phil. 3, 8.

Ζητέω (ῶ), f. ήσω, quaero; 1., universe et absol., Matth. 7, 7. 8. et Luc. 11, 9. 10. 15, 8. (oppon. εὑρίσκω.) — 2., seq. accus. *a.*, τί, aliquid, i. e. *aa.*, quaero (an alicubi inveniam), v. c. ἀνάπαυσιν, locum quietis, Matth. 12, 43. (Luc. 11, 24.) — *bb.*, acquirere studeo, erstreben, erzielen; — εὐκαιρίαν, Matth. 26, 16. (Luc. 22, 6.) — ψευδομαρτυρίαν, Matth. 26, 59. (Marc. 14, 55.) — τὸν θάνατον, quaero moriendi opportunitatem, Apoc. 9, 6. — λύσιν, 1 Cor. 7, 27. — τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ, Matth. 6, 33. (Luc. 12, 31.) — τὰ ἄνω, Col. 3, 1. — εἰρήνην, 1 Petr. 3, 11. — χαρίσματα, 1 Cor. 14, 12. Rom. 2, 7. — δόξαν ἔκ τινος, 1 Thess. 2, 6. — τὴν δόξαν τὴν παρά τινος, Joh. 5, 44. — τά τινος, opes alic., 2 Cor. 12, 14. — τὴν δόξαν θεοῦ, deo honorem quaero, Joh. 7, 18. 8, 50. — τὸ θέλημά τινος, stabilire conor, Joh. 5,

30. — τὸ συμφέρον τινός, commodis alicuius inservire studeo, 1 Cor. 10, 33. i. q. ζητεῖν τά τινος, 1 Cor. 10, 29. 13, 5. Phil. 2, 21. — *cc.*, quaero (an aliquid in aliquo inveniam); — καρπὸν ἔν τινι, Luc. 13, 6. 7. — *dd.*, indago aliquid (perditum s. circumvagum), Matth. 18, 12. Luc. 19, 10. — *ee.*, de emturientibus; — καλοὺς μαργαρίτας, Matth. 13, 45. — *ff.*, ψυχήν τινος, ex hebr., vitae alicuius insidior, Matth. 1, 20. (Ex. 4, 19.) Rom. 11, 3. (1 Reg. 19, 10. 14.) — *gg.*, universe in quaestione: τί ζητεῖς; quid quaeris? quid tibi vis? Joh. 1, 38. 4, 27. (Sophocl. Oed. Col. v. 657.) *hh.*, desidero, requiro, 1 Cor. 1, 22. 2 Cor. 13, 3. — pass., Hebr. 8, 7. (Nehem. 5, 18.) — *b.*, τινά, quaero aliquem, i. e. *aa.*, indago, anquiro aliquem, Marc. 1, 37. Luc. 2, 45. 48. 49. 4, 42. Joh. 6, 24. 26. 7, 11. 34. 36. 8, 21. 11, 16. 13, 33. 18, 4. 7. 8. 20, 15. 2 Tim. 1, 17. v. supra n. 2. *dd.* — *bb.*, aliquo veni, ubi putabam eum versari, quem videre cupio, Matth. 28, 5. (Luc. 24, 5. ζητεῖν τινα μετά τινων, quid huc venistis opinati viventem versari inter mortuos?) — *cc.*, desidero aliquem, i. e. habere volo, Joh. 4, 23. — *dd.*, desidero aliquem, i. e. colloqui cum eo cupio, Marc. 3, 32. (Luc. 8, 20. ἰδεῖν σε θέλοντες.) — *ee.*, percontor, quis et ubi sit is, quem videre cupio, nach jem. fragen, Act. 9, 11. 10, 19. 21. (sed Matth. 2, 13. potius est: indagare hostili animo locum, ubi quis est, auskundschaften.) — *ff.*, posco mihi aliquem, Act. 17, 5. — *gg.*, ὑμᾶς, vos ad meas partes traducere studeo, vos meos esse volo, 2 Cor. 12, 14. — *hh.*, speciat.: ζητῶ τὸν θεόν, i. e. *α.*, sciscitans, an deus sit, indago eius vestigia, Act. 17, 27. — *β.*, deum precibus adeo, ad deum preces facio, dei favorem quaero, Rom. 10, 20. (ex Jes. 65, 1. cf. Deut. 4, 29.)

3., seq. infinit., studeo, cupio (inf. aor.), Matth. 21, 46. (Marc. 12, 12. Luc. 29, 19.) 12, 46. (leg. ζητ. αὐτῷ λαλῆσαι.) v. 47. Luc. 5, 18. 9, 9. 11, 54. 13, 24. 17, 33. 19, 3. 47. Joh. 5, 18. 7, 19. 20. 25. 30. 8, 37. 40. 10, 39. 19, 12. Act. 13, 8. 16, 10. 17, 5. (construe: ἀγαγεῖν αὐτούς.) 27, 30. Rom. 10, 3. Gal. 2, 17. (inf. praes.) Luc. 6, 19. Joh. 7, 4. Gal. 1, 10. (Xen. Mem. 5, 11. Anab. 5, 4, 33.) — med., mihi quaero, mihi posco, Luc. 22, 31.

4., seq. ἵνα, requiro, ut cett., 1 Cor. 4, 2. (sed in loco 1 Cor. 14, 12. supplendum post ζητεῖτε: αὐτά. Nam sequens ἵνα non pendet a ζητεῖτε, sed pertinet ad totam sententiam. Quare vide locum supr. n. 2. *a.*, *bb.*)

5., seq. interrogat. indir., meditor facere aliquid, delibero, circumspicio, Marc. 11, 18. (lege: ἀπολέσωσιν, quo eum interficerent; fut. ἀπολέσουσιν significaret: quo eum interfecturi essent.) 14, 1. 11. Luc. 12, 29. 22, 2. 1 Petr. 5, 8.

6., additis praepositionibus cum suo casu; *aa.*, ζητῶ παρά τινός τι, posco ab aliquo, Marc. 8, 11. (Luc. 11, 16.) Luc. 12, 48. — *bb.*, ἔν τινι, quaero, Luc. 13, 6. 7. 1 Cor. 4, 2. (hi loci

iam supra excitati sunt, item ζητῶ τινα μετά τινος, Luc. 24, 5.) — cc., περί τινος, quaero, i. e. sciscitor, Joh. 16, 19. (Aelian. V. H. 2, 13.) Hinc voc. seq.

Ζήτημα, τος, τό, a., quaestio, Act. 15, 2. 18, 15. (ζήτημά ἐστι περί τινος.) — pl., 25, 19. (ζήτ. ἔχειν περί τ.) — b., res, de quibus disceptatur, Act. 15, 2. — pl., 23, 29. 26, 3.

Ζήτησις, εως, ἡ, a., quaestio, Act. 25, 20. — περί τινος, disceptatio, Joh. 3, 25. (ἐγένετο. Herodot. 2, 54. 5, 21.) — b., quaestio inanis; — pl., 1 Tim. 1, 4. (παρέχειν ζητ.) 6, 4. (ζητήσεις κ. λογομαχίαι.) Tit. 3, 9. (μωραὶ ζητήσεις.)

Ζιζάνιον, ου, τό, (derivant a זָנִין, v. Buxtorf. lex. talm. — in Talmude vox scripta est זוּנִין. Suid.: ζιζάνιον· ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα. Phavor.: τὸ ἄνευ σπορᾶς συμπαραφυόμενον τῷ σίτῳ) zizanium, lolium, Tollkraut, al. triticum adulterinum, Afterweitzen, Matth. 13, 25. 26. 29. 30. 36. 38. 40.

Ζόφος, ου, ὁ, (vox cognata vocibus: γνόφος, δνόφος, νέφος, κνόφος, v. Buttm. Lexilog. 2. p. 268.) caligo, tenebrae (Hom. Od. 3, 335. Homero dicitur de tenebris orci, Il. 15, 191. 21, 56. al. — scriptoribus N. T. de tartaro, domicilio Satanae et malor. genior.), 2 Petr. 2, 4. Jud. v. 6. — ζόφος τοῦ σκότους, densissima caligo, 2 Petr. 2, 17. Jud. v. 13.

Ζυγός, οῦ, ὁ, (a ζεύγνυμι) 1., iugum, a., propr., quod iumentis imponitur (Aelian. V. H. 5, 14.). — b., metaph., aa., de servitutis iugo, Gal. 5, 1. 1 Tim. 6, 1. (cf. Levit. 26, 13. Demosth. 322, 12. δουλοσύνης ζυγός.) — bb., de legibus alicui impositis, praesertim molestis, Act. 15, 10. (ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλόν τινος.) Idem nomen transfertur ad praecepta Christi, quatenus praeceptis, quae vere iugum erant, scil. Pharisaicis opponuntur, quamvis et ipsa sint suscipienda ac ferenda, Matth. 11, 28. 30. — 2., statera, trutina, Apoc. 6, 5. (ἔχειν ἐν τῇ χειρί.) — οἱ ὁ, Jes. 40, 12. Levit. 19, 36. Aelian. V. H. 10, 6.

Ζύμη, ης, ἡ, (videtur derivandum a ζέω) fermentum, Sauerteig, Matth. 13, 33. (Luc. 13, 21.) 16, 12. — οἱ ὁ, Ex. 12, 15. 19. 1 Cor. 5, 6. Gal. 5, 9. — metaph., ἡ ζύμη τῶν φαρισ., Marc. 8, 15. (Matth. 16, 6. explicatur v. 12. ἡ διδαχὴ τῶν φαρισαίων. Aliter explicat Luc. 12, 1. qui vult intelligi: τὴν ὑπόκρισιν.) 1 Cor. 5, 7. (a proverbio, quo usus erat auctor v. 6. [v. ζυμόω], ad alias deducitur metaphoras. Sens.: cum sciatis, unum coetus vestri sceleratum hominem vim habere posse fermenti totam massam corrumpentis, videte, quid vestrum sit, qui habeatis agnum paschalem pro vobis immolatum Christum ideoque tamquam Christiani remotis omnibus fermentis ferias paschales agere i. e. vitae puritati ac sanctimoniae studere debeatis. Eiicite igitur e lege, pascha celebraturis scripta Ex. 12, 18 — 20., fermentum pristinum h. e. hominem illum impurum, ut novam massam, i. e. ut coetum, in quo nihil deprehendatur sceleris atque impuritatis, constituatis.)

v. 8. (ζύμη κακίας κ. πονηρίας, genit. explicat., fermentum, quod nunc dico, s. per quod intelligi volo improbitatem et pravitatem. — ἐν ζύμῃ, retento, adhibito fermento, cum fermento.) Hinc verb. seq.

Ζυμόω (ῶ), f. ώσω, fermento (farinae aqua subactae fermentum immisceo, ut effervescat); — ἄλευρον, pass., Matth. 13, 33. et Luc. 13, 21. (ἕως ἐζυμώθη ὅλον, donec totum fermentatum esset. Sens. parabolae: regnum dei si semel nonnullos habet, qui ipsius notitia sint imbuti, eiusque studio ducantur, mox bonos quosque ad suas partes trahet.) 1 Cor. 5, 6. (sens. sententiae parabolicae: unus in coetu homo scelestus facile caeteros omnes corrumpit.) Gal. 5, 9. (sens. eiusdem sententiae h. l.: unus error facile totum fidei σύστημα evertit.)

Ζωγρέω (ῶ), f. ήσω, (ex ζωός, vivus, et ἀγρεύω, venor, capio) **1.**, vivum capio (Hom. Il. 6, 46. 10, 378. al. Thuc. 2, 5. Xen. Anab. 4, 7, 22.). — **2.**, capio, Luc. 5, 10. (ἔσῃ ζωγρῶν, tuum erit capere, v. supr. εἰμί p. 301. *c.* Sens. tropi: homines eo perduces, ut idem, quod tu ipse animo teneas foveasque, amplectantur.) — Pass. ζωγρεῖσθαι εἴς τι, irretiri alicui, 2 Tim. 2, 26. (ἐζωγρημένοι ὑπὸ τοῦ διαβόλου εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, irretiti a diabolo ipsius studiis.)

Ζωή, ῆς, ἡ, (a ζάω, ζῶ) vita; **1.**, vita generatim dicta (morti opposita), Act. 17, 25. Hebr. 7, 3. — loci, in quibus ζωή et θάνατος invicem opponuntur: Rom. 8, 38. 1 Cor. 3, 22. Phil. 1, 20. — sensu emphatico: vita τῷ θνητῷ opposita, 2 Cor. 5, 4. — vita, quam mortuus aut morti proximus recuperavit, Act. 2, 28. coll. v. 31. Ita sermo est de vita Christi vitae restituti, Act. 5, 20. Rom. 5, 10. 2 Cor. 4, 10. 11. 12. — ζωὴ ἐκ νεκρῶν, conditio eius, qui cum esset mortuus, vitae restitutus est, comparationis caussa commemoratur Rom. 11, 15. cf. Luc. 15, 24.

2., ἡ ζωή τινος, Act. 8, 33. Jac. 4, 14. Luc. 12, 15. 16, 25. (ἐν τῇ ζωῇ σου, dum vivebas.) Col. 3, 3.

3., vita prouti pluribus communis est et certam habet naturam; *a.*, ἡ ζωὴ αὕτη, haec terrestris vita, 1 Cor. 15, 19. — *b.*, ἡ νῦν καὶ ἡ μέλλουσα, 1 Tim. 4, 8. — *c.*, ζωὴ αἰώνιος, vita post mortem et resurrectionem e mortuis futura perennis ac felicissima, Dan. 12, 2. *aa.*, de nomine: κληρονομεῖν, Matth. 19, 29. Marc. 10, 17. (Luc. 18, 18.) Luc. 10, 25. — εἰςελθεῖν εἰς ζωὴν αἰών., Matth. 25, 46. (oppon. εἰςελθ. εἰς κόλασιν αἰών.) — ἔχειν, Matth. 19, 10. Joh. 3, 15. (oppon. ἀπόλλυσθαι.) v. 16. 36. (h. l. permutatur cum formula: ὄψεσθαι ζωήν.) 5, 24. (iunct. c. formula: οὐκ ἔρχεσθαι εἰς κρίσιν.) v. 39. 6, 40. (additur: ἀναστήσω αὐτὸν ἐν ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.) v. 47. 54. 1 Joh. 5, 13. — λαμβάνειν ζ. αἰών., Marc. 10, 30 (addit.: ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ. Luc. 18, 30. ἀπολαμβ.) — ita sine articulo et in aliis locis phrasibusque, v. c. Joh. 4, 14. 36. 5, 24. 6, 27. 10,

28. 12, 25. 50. 1 Joh. 3, 15. 5, 11. Act. 13, 48. Rom. 1, 7. 5, 21. 6, 22. 23. Gal. 6, 8. 1 Tim. 1, 16. 6, 12. 19. Tit. 1, 2. 3, 7. Jud. v. 24. — ἡ αἰώνιος ζωή, Joh. 17, 3. Act. 13, 46. 1 Tim. 6, 12. 19. (h. l. al. codd. τῆς ὄντως ζωῆς.) — ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος, 1 Joh. 1, 2. 2, 25. et 5, 20. — ἡ ζωὴ αἰώνιος, 1 Joh. 5, 20. — Est vero αἰώνιος i. q. ἀκατάλυτος, Hebr. 7, 16. — ἡ ζωή, Matth. 19, 17. 18, 8. 9. 7, 14. Act. 3, 15. 11, 18. Rom. 5, 17. 18. Joh. 5, 24. 40. 6, 33. 1 Joh. 3, 14. 11, 25. — iungitur cum ἀφθαρσία, 2 Tim. 1, 10. cf. Rom. 2, 7. — additur gen. ζωῆς aliis substant. in locis, ubi abstracta vitae notio ad vitam aeternam refertur, Joh. 5, 20. (ἀνάστασις ζωῆς.) Act. 3, 15. (ἀρχηγὸς τῆς ζ.) 1 Petr. 3, 7. (χάρις ζωῆς.) Rom. 5, 18. (ἡ δικαίωσις ζωῆς, absolutio, quae est in impertienda vita.) Jac. 1, 12. (ὁ στέφανος τῆς ζωῆς, i. e. ἡ ζωὴ ὡς στέφανος.) Apoc. 2, 10. 2 Cor. 2, 16. (ὀσμὴ ζωῆς, oppon. ὀσμὴ θανάτου; v. εὐωδία; — odor vitalis, i. e. doctrinam tradentes, quae spem excitat vitae aeternae, sed ὀσμὴ θανάτου potest esse: Leichengeruch, ut intelligatur apostolus aliquem praedicans, qui pro mortuo habetur, ab iis scil., qui testimonio de resurrectione Christi fidem non adiungunt.) Phil. 2, 16. (λόγος ζωῆς doctrinam, quae ad vitam aeternam perducit.) 1 Joh. 1, 1. (not. περὶ τ. λόγου. Ita scripsit auctor, quia mente iam conceperat verba v. 3. scripta: ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν; accusativum ad haec verba pertinentem posuit ab initio v. 1. et ad verbum ζωῆς in parenthesi iterum addit explicationem v. 2.) Rom. 8, 2. (lex spiritus illius, qui inest in spe vitae per Christum adipiscendae.) Joh. 6, 68. (ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις, tu doces ea, quorum cognitione cuivis ad vitam aeternam adspiranti opus est.) — ἡ βίβλος ζωῆς, catalogus eorum, qui vita aeterna potientur, Phil. 4, 3. Apoc. 3, 5. 13, 8. 20, 15. 22, 19. s. τὸ βιβλίον τῆς ζ., 17, 8. 20, 12. 21, 27. (Jes. 4, 3. Ps. 69, 29. Dan. 12, 1.) — ξύλον τῆς ζωῆς, Apoc. 2, 7. 22, 2. — ὁ ἄρτος τ. ζ., Joh. 6, 35. coll. v. 33. (panis, qui se capientibus vitam dat aeternam.) — τὸ ὕδωρ ζωῆς, Apoc. 22, 17. — τὸ φῶς τ. ζ., Joh. 8, 12. (lux, quae conspicientibus vitam auget exhilaratque.)

bb., ad rem tenenda sunt haec: *α.*, vita aeterna ii, qui ex hac vita discesserunt, e doctrina N. T. tum demum donari possunt, cum resuscitati fuerint e mortuis. Non ergo in his terris ullus est vitae aeternae usus, sed futurus ille demum in coelis post mortuorum resurrectionem. Itaque si in aliquot scriptorum Joanneorum locis vita aeterna nonnullis hominibus iam contigisse dicitur, tenendum est, praeteritum et praesens tempus poni hic ideo pro futuro, quia de re sermo est tam certa et rata, quasi iam contigisset, Joh. 3, 36. 5, 24. 6, 47. (cf. Joh. 3, 13. 4, 25.) 1 Joh. 3, 14. — *β.*, vita aeterna non solum est vita perennis, sed etiam felicissima, iis bonis affluens, quorum percipiendorum potestas nemini dari potest, nisi cuius animus iis percipiendis aptus est, et qui viget vita

spirituali, Rom. 2, 7. Matth. 5, 8. Rom. 6, 22. 1 Joh. 3, 15. Nam ut a deo munera dante omnis abest iniustitia, ita exclusio a vita beata diserte mors dicitur esse, ideoque indoles eius, qui exclusus est, ipsius, i. e. mors spiritualis, 1 Joh. 3, 15. Rom. 6, 21. (h. l. profecto non sola mors physica intelligenda est.) 7, 10. (ἐγὼ ἀπέθανον, hoc non est: vitae aeternae iacturam feci; quidnam enim esset ἀνέζησε? peccatum vita aeterna potitum est?! — sed est: ego interii, vi agendi privatus.) — γ., vita aeterna et beata iis continget, qui fidem habuerunt Christo. At hoc explicandum. Nam fides aliter dicitur apud Paulum, aliter apud Joannem et in evangeliis. αα., Ad quidnam illa fides requiritur? א., non eo, ut a Christo e sepulcro exciteris. In tribus evangel. prioribus Jesus nullibi dicit semet ipsum resuscitaturum esse mortuos, sed spectatur resurrectio tamquam opus dei, Marc. 12, 27. (Matth. 22, 32. Luc. 20, 38.) In epistolis Paulinis resurrectio mortuorum modo derivatur ab efficacia dei, 1 Thess. 4, 14. al., modo ad Christum refertur, dei instrumentum, 2 Cor. 4, 14. Phil. 3, 20. 21. ita et Joh. 6, 39. 40. 44. 54. Nunquam vero docetur, eos, qui Christo fidem non habuerint, non resuscitatum iri. — Sed ב., est ἡ ζωὴ ἡ αἰών. vita beata, praemium virtutis. Hac ut potiaris, cum virtute animoque virtutis studiis subacto, tum fide ad virtutem animum praeparante opus est. — ββ., Cur ergo fides habenda est Christo? Scil. ap. Paulum fides est certissima ac firmissima vitae aeternae spes e resurrectione Jesu filii dei, pro hominibus olim mortem passi, hausta, qua spe peccati illecebris resistitur, animusque amore dei virtutisque imbuitur, τὸ πνεῦμα τῆς ζωῆς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ, Rom. 8, 2. quod lex Mosaica impertiri non poterat, Rom. 8, 3. — Apud Joannem fides requiritur ea, quae praeceptis Christi, unice virtutem spectantibus, habeatur. — Praeterea vero δ., Christus ipse dicitur dare ζωὴν αἰώνιον iam nunc, nec solum daturus esse olim, Joh. 4, 14. 10, 28. 11, 25. In hoc duo latent perspicienda; αα., quatenus Christus nunc det, scil. praeceptis animum conformat ad virtutem, sine qua olim vitae perfruitio nulla erit. Joh. 6, 63. coll. v. 57. — ββ., cur virtuti a Christo s. per fidem Christo habitam auctae olim addatur vita aeterna metaphysica; quod Joannes explicat; scil. ideo addetur, quia id, quod summum est in mundo spirituali (virtus) etiam voluntas eius est, qui per omnipotentiam vitam dare potest physicam. Spiritualis vitae nutrimenta emanant e τῷ λόγῳ (dem Urtypus der geistigen Trefflichkeit); sed hic λόγος ab omnipotente deo (qui praeest naturae, et cuius est dare vitam physicam) non differt, Joh. 1, 1 — 3. Hinc caussae vitae aeternae et a parte animi perfruituri olim vita, et a parte physicae rationis, quam habebit olim vita futura, hae inquam caussae uno continentur Christo, qui ideo dicitur vitam habere in se, Joh. 1, 4. 5, 26. 1 Joh. 1, 2. et ex eius natura prodire dicuntur verba, quae πνεῦμα sint et ζωή, 6, 63., adeo ut si quis ea animo excipiat, is coniungatur cum Christo ipso atque

sic per Christum vita fruatur, ut Christus per patrem, 6, 57. At etiam Paulus in eo laborat, ut ostendat, virtutem fide Christiana excitatam atque suffultam vita aeterna carere non posse. Scil. non solum per imaginem docet, eos, qui virtute sint regenerati ac deo nati, accepturos esse dei patris hereditatem (i. e. aeternam felicitatem); non solum docet, deum, cum Christum vitae restituerit, nobis Christi vitam in emolumentum versurum esse, quemadmodum mortem eius nobis emolumento esse voluerit, non solum inquam haec docet, sed quod in primis notandum est, refert ille virtutem fide Christiana excitatam et vitam futuram ipsam ad unum idemque principium, ad *τὸ πνεῦμα*. Emendationem animi ex Pauli doctrina efficit *τὸ πνεῦμα*, et resurrectionem mortuorum effecturum est. In utraque cernitur eiusdem spiritus efficacia, idem opus; in illa est operis initium et inceptio, in hac finis et perfectio. Rom. 8, 11. 23. al. Quare solennis Paulo etiam est distinctio *τῆς σαρκὸς κ. τοῦ πνεύματος*. Ut caro sine *πνεύματι* mortua est, ita sors hominis *ψυχικοῦ*, et *κατὰ σάρκα* viventis mors est, et ut *πνεῦμα* vitam largitur, ita qui *πνεύματι* regitur, vivet. Ex his denique patet, N. Testamenti scriptores multo magis, quam multis interpretibus videatur, *τὴν αἰώνιον ζωὴν* ad res spirituales retulisse.

4., *ζωή*, vita, quoad est in efficacia et usu virium, Eph. 4, 18. (*ἡ ζωὴ θεοῦ*, vita, quae deo probatur.) Rom. 7, 10. 2 Petr. 1, 3.

Ζώνη, *ης*, *ἡ*, (a *ζώννυμι*) cingulum, Matth. 3, 4. (Marc. 1, 6.) 10, 9. (Marc. 6, 8.) Act. 21, 11. Apoc. 1, 13. 15, 6.

Ζώννυμι (*ζωννύω*), f. *ζώσω*, cingo; — *τινά*, Joh. 21, 18. (Hom. Il. 10, 78. Ex. 29, 19.)

Ζωογονέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a *ζωογόνος*, vivum foetum pariens, et hoc ex *ζωός*, vivus, et adiect. verbali *γόνος*, quod est ab obsoleto *γείνω*) propr. **1.**, foetum vivum pario vel procreo. — **2.**, vivum (in vita) conservo; — *τινά*, Luc. 17, 33. — pass., Act. 7, 19. (*οἱ ό*, Gen. 6, 19. Judic. 8, 19.)

Ζῶον, *ου*, *τό*, (*ζωός*, vivus) **1.**, animal (i. e. quod animatum est, i. q. animale), *οἱ ό*, Ps. 78, 11. Xen. Mem. 4, 3, 10. — **2.**, brutum, bestia, Hebr. 13, 11. 2 Petr. 2, 12. Jud. v. 10. Apoc. 4, 9. 10. al. (*οἱ ό*, Ez. 10, 20.)

Ζωοποιέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a *ζωοποιός*) **1.**, vivum procreo; — **2.**, vivere facio; — *τινά*, i. e. *a.*, vitae restituo, Joh. 5, 21. Rom. 4, 17. 8, 11. — pass., vitae restituor, 1 Cor. 15, 22. 1 Petr. 3, 18. — *b.*, vitam tribuo alicui (facio, ut vita fruatur), 1 Tim. 6, 13. — *c.*, vitam (ex me) suppedito, ut *τὸ πνεῦμα*, Joh. 6, 63. 1 Cor. 15, 45. 2 Cor. 3, 6. (oppon. *ἀποκτείνει*, quod est h. l. mortem minari, cf. v. 9. ideoque *ζωοπ.* est vitam polliceri per declaratam scil. *δικαιοσύνην*, i. e. absolutionem a culpa v. 9. — **3.**, animi vi vires excito, Gal. 3, 21. coll. v. 12. — **4.**, metaphor. pass., de seminibus vivescentibus, 1 Cor. 15, 36.

Ἤ.

Ἤ, coniunct. disiunctiva; aut ponitur 1., ita, ut duarum rerum diversarum alteram alteri aequiparet; *a.*, alteram rem alteri, verbis in sententia pari ratione constructis, Matth. 5, 17. 18. 36. 6, 31. 7, 16. 10, 11. 19. 37. 16, 14. 17, 25. 18, 8. 16. 20. 19, 29. 25, 37. 38. Marc. 6, 11. 56. 7, 11. 12. Luc. 2, 24. 9, 25. 17, 7. 20, 2. Luc. 4, 27. Joh. 7, 48. 13, 29. Act. 1, 7. 3, 12. 4, 7. 5, 38. 7, 49. 10, 14. 28. 23, 9. 24, 20. 28, 21. Rom. 1, 21. 2, 4. 3, 1. 10, 7. 11, 35. 14, 13. 1 Cor. 4, 3. 5, 9. 10. 11. 10, 19. 7, 16. Gal. 1, 20. (ἢ ζητῶ cett.) — *b.*, post quaestiones aut assertas sententias ante quaestiones, quibus subest eiusdem rei alia ratione demonstrandae consilium, Matth. 7, 4. 9. 12, 29. 16, 26. (Marc. 8, 37.) Marc. 4, 30. Luc. 13, 4. 14, 31. 15, 8. Rom. 9, 21. 14, 11. 1 Cor. 1, 13. 6, 16. — *c.*, ante sententiam proxime praecedenti contrariam, ut si unum tollatur, alterum ponatur, aut vice versa, Matth. 26, 53. 20, 15. (i. e. aut si hoc non concedis, num etc., oder etwa.) Rom. 3, 29. 6, 3. 11, 2. 1 Cor. 6, 19. 9, 6. 10, 22. 11, 14. 2 Cor. 11, 7. — *d.*, ἢ — ἤ, aut — aut, Matth. 6, 24. 12, 33. Luc. 16, 13. 1 Cor. 14, 6.

2., in disiunctiva quaestione: *a.*, respondens latino: an, post utrum posito. Ita praecedente πότερον, Joh. 7, 17. (Xen. Mem. 2, 1, 15. Cyr. 1, 3, 2.) — *b.*, ubi alterum ἤ praecedens, per utrum vertendum, mente cogitandum est, Matth. 9, 5. (Marc. 2, 9. Luc. 5, 23. τί ἐστι εὐκ. [ἢ] εἰπεῖν ἢ εἰπεῖν.) 21. 25. (Marc. 11, 30. Luc. 20, 4.) 22, 17. (Marc. 12, 14. Luc. 20, 22.) 23, 17. 19. 27, 17. Marc. 3, 4. Luc. 7, 19. (Matth. 11, 3.) Act. 8, 34. 1 Cor. 9, 8. 10. 2 Cor. 1, 17. Gal. 1, 10. (ἢ τὸν θεόν;) quod ἤ expressum est Marc. 13, 35.

3., in quaestione separata (quae non cum praecedentibus alternat) quaestioni formandae inservit, i. q. num, an, 1 Cor. 14, 36. Rom. 7, 1. 1 Cor. 6, 9.

4., est coniunctio comparativa: quam, nostr. als, denn, Matth. 10, 15. 11, 22. 24. 18, 13. 19, 24. 26, 53. Luc. 9, 13. — 10, 12. 14. 16, 17. 18, 25. Joh. 3, 19. 4, 1. Act. 4, 19. 5, 29. 20, 35. Rom. 13, 11. al. — abest ἤ *a.*, post πλείους sequente nom. numerati, Act. 23, 13. 21. (aliter 24, 11. 25, 6.) cf. Matth. gramm. §. 455. not. 4. — *b.*, post πρίν, prius quam (seq. acc. c. inf.), Matth. 1, 18. Marc. 14, 30. Act. 2, 20. 7, 2. — (seq. coniunct. aor.) Luc. 2, 26. 22, 34. — (seq. optat.) 25, 16. — abest ἤ post πρίν, Matth. 26, 34. 75. (Marc. 14, 72.) al. v. πρίν. — *c.*, post θέλω (ut hoc vertendum sit: malo), 1 Cor. 14, 19. (2 Macc. 14, 42. Arrian. Epict. 3, 1.) — *d.*, post (ἄλλος) ἕτερος, Act. 17, 21. — *e.*, post τί, omissa voce ἄλλος, Act. 24, 21. — *f.*, post οὐ, Joh. 13, 10. (Xen. Oecon. 3, 3. Plat. Crit. §. 15. ed. Fischer.) — *g.*, post positivum: καλόν ἐστι

(omisso: μᾶλλον), praestat, Matth. 18, 8. 9. (Marc. 9, 43. 45. 47. cf. Menandri illud: καλὸν τὸ μὴ ζῆν, ἢ ζῆν ἀθλίως. Phocylid. v. 76. 77. in poët. gnom. ed. Schäfer. p. 159. Sophocl. Aiac. v. 945. vel 966. Herodot. 9, 26. Thucyd. 6, 21. et Plauti illud: tacita mulier est bona semper, quam loquens. Praeterea cf. Ps. 118, 8. Jon. 4, 3. Tob. 3, 6. 6, 12. Sir. 20, 25.) item post λυσιτελεῖ, Luc. 17, 2. — post χαρά ἐστι, Luc. 15, 7. (sens.: e peccatoris ad meliorem frugem reditu genii coelestes laetitiam capiunt, qualem ii, qui probi sunt, eo temporis momento eis praebere non possunt.) Reperitur post verba: οὗτος κατέβη δεδικαιωμένος additum ἢ γάρ (ἐκεῖνος), Luc. 18, 14. (si lectio sana est; alii enim codd. habent ἤπερ ἐκεῖνος.)

Ἀλλ' ἤ, post negat. aut interrog., ad quam negando respondetur, nisi, Luc. 12, 52. 1 Cor. 3, 5. (Epict. Enchir. p. 24. v. Hermann. ad Viger. p. 812. 277.)

Ἢ καί, **1.**, aut etiam, Luc. 11, 11. 12. 18, 11. Rom. 2, 15. 1 Cor. 16, 6. 2 Cor. 1, 16. — **2.**, an etiam (in quaestione disiunctiva), Luc. 12, 41. Rom. 4, 9.

Ἤπερ, quam forte, als etwa, post comparat., Joh. 12, 43. (2 Macc. 14, 42. Lucian. Diall. Mort. 6, 4.)

Ἤτοι, sequente ἤ, aut, entweder, Rom. 6, 16. (Xen. Cyr. 4, 5, 27.)

Ἦ μήν, profecto, certo (particula affirmantis, promittentis, iurantis), Hebr. 6, 14. (οἱ ό, Gen. 22, 17. Num. 14, 23. 35. Judic. 15, 7. Xen. Cyr. 6, 1, 3. Anab. 2, 1, 26. Aristoph. Plut. v. 608.)

Ἡγεμονεύω, f. εύσω, (sum ἡγεμών, i. e. dux, = duco, Hom. Il. 15, 46.) seq. gen. (v. Matth. gramm. §. 359. 8.), praeses, praefectus sum, Luc. 2, 2. 3, 1. (Xen. Ages. 1, 18. Aelian. V. H. 12, 17.)

Ἡγεμονία, ας, ἡ, (ab ἡγεμών, q. v.) imperium, Luc. 3, 1.

Ἡγεμών, όνος, ὁ, (ab ἡγέομαι, q. v.) dux, Xen. Mem. 2, 3, 14. Anab. 1, 3, 14. — in N. T. **1.**, princeps, Matth. 2, 6. (Mich. 5, 1. οἱ ό h. l. ἐν χιλιάσιν, ad hebr. Matthaei versio videtur orta ex alia lectione s. pronuntiatione vocis באלפי, quam auctor pronuntiaverit בְּאַלְפֵי, cf. Zach. 12, 5. Fuit Israëlitarum natio in eiusmodi divisa familias, quae suis subessent praefectis. Principes ig. h. l. positi sunt pro ipsorum ditionibus sedibusque.) — **2.**, Speciat., legatus Caesaris, nomine et auctoritate Caesaris in provinciam missus; *a.*, praeses provinciae, Matth. 10, 13. (Marc. 13, 9. Luc. 21, 12.) 1 Petr. 2, 14. — *b.*, procurator, Matth. 27, 2. 11. 14. 28, 14. Luc. 20, 20. Act. 23, 24. 26. 33. 24, 2. 10. 26, 30. (Provinciarum Romanarum libera re publica aliae erant consulares, aliae praetoriae. In illas, quae caeteris maiores erant, proconsules, ἀνθύπατοι, cum exercitu mittebantur, qui summum imperium tenerent in caussis forensibus et in re militari; in has vero,

illis minores, quotannis delegabantur propraetores, ἀντιστράτηγοι, sine exercitu, qui imperium exercerent atque penes quos esset iuris dicendi potestas. Cum postea Augustus rerum esset potitus, hic provincias distribuit in Caesareas et in senatorias, quarum illae consularibus, hae senatoriis respondebant provinciis. In provincias senatorias qui cum imperio mittebantur, proconsulum nomen gesserunt (ἀνθυπάτων). Eorum, qui mittebantur in Caesareas, duplex erat genus. Alii toti provinciae regendae praeficiebantur, et legati Caesaris, πρεςβευταί, vel etiam propraetores, ἡγεμόνες, vocabantur; aliis redituum Caesaris commissa erat administratio, eaque vel sola in provinciis maioribus, vel adiuncta imperio proconsulari et iure vitae necisque in provinciis minoribus, et hi ἐπίτροποι, διοικηταί, procuratores, interdum vero etiam ἡγεμόνες dicebantur. Ex eorum genere erat Pilatus eiusque successores. — V. Fischeri proluss. de vitiis lexic. N. T. p. 17. seq.)

Ἡγέομαι (οῦμαι), f. ἡσομαι, perf. ἥγημαι, (ab ἄγω, aor. 2. ἤγαγον) praeeo (Hom. Il. 24, 96.), duco, dux sum (Xen. Cyr. 4, 5, 13.); — in N. T. **1.**, praesum, *a.*, absol., ἡγούμενος, princeps, Matth. 2, 6. (Mich. 5, 1.) — procurator, Act. 7, 10. — primus, qui praeest, Luc. 22, 26. (oppon. ὁ διακονῶν.) Act. 15, 22. — *b.*, τινός, gen. pers., praesum alicui, Hebr. 13, 7. 17. 24. (in his l. de antistitibus coetuum Christianorum.) — Sir. 32, 1. Xen. Cyr. 1, 1, 4. Diod. Sic. 1, 4. et 72. Polyb. 1, 15, 4. 1, 31, 2. — c. gen. rei: ἡγούμενος τοῦ λόγου, qui verba praeit, Wortführer, Act. 14, 12. (Mercurius, qui etiam τοῦ λόγου ἡγεμών dicitur ap. Jamblich. in: de myster., ab init. Cf. Lucian. Pseudol. §. 24.) — **2.**, ut lat. duco, i. q. existimo, *a.*, c. duplici acc., Act. 26, 2. (me habeo, me praedico felicem.) Phil. 2, 3. 3, 7. (perperam dicunt ἥγημαι h. l. habere vim praesentis. Cf. v. 8.) 2 Cor. 9, 5. Phil. 2, 6. 25. 1 Tim. 1, 12. 6, 1. Hebr. 10, 29. 11, 11. 26. Jac. 1, 2. 2 Petr. 1, 13. 2, 13. 3, 9. 15. — *b.*, ἡγέομαί τινα ὥς τινα, 2 Thess. 3, 15. — *c.*, ἡγέομαί τινα ὑπερεκπερισσοῦ, maximi aliquem facio, 1 Thess. 5, 13. — *d.*, seq. acc. c. inf., Phil. 3, 8.

Ἡδέως, adv., (ab ἡδύς, dulcis, suavis) cum voluptate, libenter, Marc. 6, 20. 12, 37. 2 Cor. 11, 19. (2 Macc. 6, 30. 11, 25. Xen. Mem. 1, 3, 5. Cyr. 1, 4, 10. Aelian. V. H. 8, 21.)

Ἤδη, adv., **1.**, iam, Matth. 3, 10. 5, 28. 14, 15. 15, 32. Marc. 4, 37. 11, 11. Luc. 7, 6. 12, 49. 14, 17. 19, 37. Joh. 4, 35. 51. 9, 22. 27. 11, 39. 15, 3. 21, 14. Act. 27, 9. 1 Cor. 4, 8. al. — νῦν ἤδη, 1 Joh. 4, 3. (Xen. Cyr. 4, 1, 4. 8, 4, 23.) — **2.**, iamiam, nunmehr, Joh. 19, 28. — ἤδη ποτέ, tandem aliquando, Rom. 1, 10. (Lucian. Diall. Deor. 8, 3. Thuc. 8, 69. cf. Viger. ed. Herm. p. 413. 414.)

Ἥδιστα, adv., (superlat. ἥδιστος ab ἡδύς — neutr. plural.

adverbialiter pos.) suavissime, lubentissime (cf. ἡδέως), 2 Cor. 12, 9. 15. (Xen. Mem. 2, 7, 10.)

Ἡδονή, ῆς, ἡ, (ab ἥδομαι, ἁνδάνω, delector) *a.*, voluptas, 2 Petr. 2, 13. — pl., Luc. 8, 14. (αἱ ἡδοναὶ τ. βίου.) Tit. 3, 3. Jac. 4, 3. — *b.*, libido, Jac. 4, 1. (Xen. Mem. 1, 2, 23. 1, 5, 6.)

Ἡδύοσμον, ου, τό, (ex ἡδύς, dulcis, suavis, et ὀσμή, odor) mentha hortensis, Gartenmünze (i. q. μίνθης, Plin. H. N. 14, 8. 29, 7. Strabo 8, p. 520. Theophr. de caus. plant. 6, 22. genus herbae minoris odoriferae, quo Judaei pavimentum aedium et synagogarum conspergere solebant, מִינְתָא iis appellatum, v. Buxtorf. lex. talm. p. 1228.), Matth. 23, 23. (Luc. 11, 42.)

Ἦθος, εος (ους), τό, (forma ionica pro ἔθος, sedes consueta, Hom. Od. 14, 411. Il. 6, 511. Herodot. 7, 1, 5.) mos; pl., τὰ ἤθη, mores (Xen. Mem. 3, 10, 3.), 1 Cor. 15, 33. (usurpantur h. l. verba Menandri illa in versum iambicum senarium composita. V. sententias comicorum Graecor. collectas et editas ab Henr. Stephano anno 1659. p. 248. et in collect. Clerici p. 78.)

Ἥκω, f. ξω, aor. 1. ἧξα (Luc. 23, 35. Apoc. 2, 25. 3, 9. quo aoristo non usi sunt melioris aevi scriptores, quippe qui huius verbi praesens tantum, imperfect. et fut. et pro ἧξα potius ἐλήλυθα usurpant; v. Lobeck. ad Phryn. p. 743.), venio, *a.*, absol., *aa.*, de homine: Matth. 24, 50. Luc. 12, 35. 46. 15, 27. Joh. 8, 42. Hebr. 10, 7. 9. 37. 1 Joh. 5, 20. Apoc. 2, 25. 3, 9. 15, 4. (Xen. Anab. 2, 1, 3. et 9. Plat. Crit. §. 1. ed. Fischer.) — *bb.*, de tempore: Joh. 2, 4. 2 Petr. 3, 10. — de eventis suo tempore venturis, Matth. 24, 14. (ἥξει τὸ τέλος.) Apoc. 18, 8. (αἱ πληγαί.) — *b.*, simul notato termino, a quo et termino, ad quem: *aa.*, a quo; — ἀπό c. gen. loci, Matth. 8, 11. (Luc. 13, 29. — ἐκ c. gen. loci, Joh. 4, 47. Rom. 11, 26. — μακρόθεν, Marc. 8, 3. — *bb.*, ad quem; — πρός τινα, Act. 28, 23. Joh. 6, 37. (mihi sese applicabit, v. supr. ἔρχομαι p. 447. *b.*, *dd.*) — ἐπί τινα (in aliquem, opprimo aliquem, überfallen), Apoc. 3, 3. (h. l. obrepo, supervenio aliquem improvisum.) Luc. 19, 43. — de iis, quae in aliquem devolvuntur, ut sustineat (de malis, poenis), Matth. 23, 36.

Ἠλί, vox hebr. אֵלִי, deus mi, Matth. 27, 46. (ex Ps. 22, 1.)

Ἡλικία, ας, ἡ, (ab ἡλίκος, q. v. — ἡλικία in abstracto: qualitas, eaque et staturae et aetatis) **1.**, aetas maturior maxime et adultior, Luc. 2, 52. (προκόπτειν ἡλικίᾳ.) Joh. 9, 21. 23. (ἔχειν ἡλικίαν.) Hebr. 11, 11. (παρὰ καιρὸν ἡλικίας.) Eph. 4, 13. (h. l. γίνεσθαι ἄνδρα τέλειον sic exprimitur: nancisci μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ χριστοῦ, i. e. mensuram aetatis, quae ex Christo habet, ut ad vigorem virilem plena sit. Sermo est de incrementis cognitionis, quae Christianorum coetus, cum re crescente, scil. cum corpore comparatus, capturus sit.) — 2 Macc. 4, 40. Xen.

Cyr. 1, 2, 6. — 2., statura, Luc. 19, 3. Matth. 6, 27. (Luc. 12, 25. E contextu Lucae videtur Jesus auditores monere, aut ne de amictu splendido sibi parando, aut ne de vestibus in futuri temporis usus comparandis cogitent. Alterutrum certe innuit verbum μετεωρίζεσθαι v. 29. Huic autem verbo respondet, quod v. 25. dicitur, neminem posse staturam, quamvis sibi elatiorem cupiat, nisu suo μετεωριζόμενον ne cubitu quidem longiorem facere.)

Ἡλίκος, η, ον, pron. relat., (cui respondet demonstrat. τηλίκος, dor. ταλίκος, unde lat.: talis) qualis, i. e. vel qua aetate, vel qua statura, quantus, ita Col. 2, 1. Jac. 3, 5. (Polyb. 1, 71, 7. 11, 23, 11. Diod. Sic. 1, 55.)

Ἥλιος, ίου, ὁ, sol, Matth. 13, 43. 17, 2. 24, 29. (Marc. 13, 24. Luc. 21, 25.) 13, 6. (Marc. 4, 6.) Marc. 1, 32. Apoc. 8, 12. 16, 12. Act. 13, 11. 1 Cor. 15, 41. (solem videre, i. e. lucem.)

Ἧλος, ου, ὁ, clavus, Joh. 20, 25. (Aelian. V. H. 9, 5. Xen. Venat. 9, 12.)

Ἡμέρα, ας, ἡ, (ἥμερος, ὁ, ἡ, ον, τό, mitis. Femin. ap. Graec. de dea diei, alias φωςφόρος, ἠώς dicta. Cf. lat. mane, cuius contrarium: immanis, e) 1., dies universe (totum νυχθήμερον), Matth. 6, 34. 20, 2. (τὴν ἡμέραν cum proxime post ἐκ δηναρίου locatum sit, non pertinebit ad συμφωνήσας, sed vertendum erit: per diem, pro labore diurno, ita ut si labor ad hebdomadis finem aut ad mensem pertinuisset, singulis diebus bini denarii solvendi fuissent.) v. 12. 25, 13. Marc. 6, 21. 34. Luc. 13, 14. Act. 28, 23. Hebr. 4, 8. 2 Petr. 2, 13. (ἡ ἐν ἡμέρᾳ τρυφή, luxuries quotidiana.) 3, 8. Act. 2, 15. 10, 3.

Hic praeterea notes *a.*, formulas, quae dierum vel partes, vel seriem, vel intervalla ad computandum definiendumque tempus usurpant: *aa.*, ἑπτάκις τῆς ἡμέρας, septies intra diei spatium, Luc. 17, 4. (genit. pendet ab adverbio, quantitatem ideoque certas totius partes ponente. Xen. Anab. 1, 7, 18. 4, 7, 20.) — *bb.*, quoto die? τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, Matth. 16, 21. 17, 23. Marc. 9, 31. 14, 12. Joh. 2, 1. Act. 7, 8. — quo die? Luc. 13, 14. 16. 17, 29. 30. Act. 2, 41. 7, 26. 12, 21. 13, 14. 16, 13. 21, 26. (Xen. Anab. 9, 7, 21.) — ἡμέρα κ. ἡμέρα, quovis die, 2 Cor. 4, 16. (hebr. יוֹם יוֹם, Esth. 3, 4. ubi οἱ ό· καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, et יוֹם יוֹם, Ps. 68, 20. ubi οἱ ό· ἡμέραν καθ᾽ ἡμέραν.) — *cc.*, quamdiu? acc. sing., Joh. 1, 40. Matth. 20, 6. Rom. 10, 21. (ὅλην τὴν ἡμέραν.) — πᾶσαν ἡμέραν, per quemvis diem, Act. 5, 42. — ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, diem post diem, 2 Petr. 2, 8. (ita accuratius vertitur, quam verbis: de die in diem, v. supr. p. 340.) — plur., Matth. 4, 2. (Marc. 1, 13. Luc. 4, 2.) Joh. 2, 12. 4, 40. 11, 6. Act. 9, 19. 10, 48. 15, 32. 16, 12. 20, 6. 21, 4. 7. 10. 25, 6. 14. 28, 7. 12. 14. Gal. 1, 18. Apoc. 11, 3. 6. 9. — Matth. 28, 20. (Xen. Cyr. 1, 3, 11. Anab. 4, 7, 18.) — *dd.*, vox ἡμέρας iuncta cum praepositionibus: *α.*, ἀπό c.

gen., von — an, Matth. 22, 46. Joh. 11, 53. Act. 10, 30. 20, 18. Phil. 1, 5. (Xen. Oecon. 11, 6.) — ἄχρι c. gen., usque ad —, Matth. 24, 38. Luc. 1, 20. 17, 24. Act. 1, 2. 2, 29. 23, 1. 26, 22. — pl., 20, 6. — μέχρι c. gen., usque ad, Matth. 28, 15. — ἕως c. gen., usque ad, Matth. 27, 64. Act. 1, 22. (ἧς pro ᾗ per attract.) — διά c. gen., διὰ τριῶν ἡμερῶν, tribus diebus interiectis, Matth. 26, 61. (Marc. 14, 58.) Marc. 2, 1. — intra dierum — intervallum, Act. 1, 3. (Xen. Oecon. 20, 17. de Venat. 4, 11.) — πρό c. gen., ante, Joh. 12, 1. (observa construct. πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα, sex diebus ante pascha, cf. τοὺς ό, Amos. 1, 1.) Act. 5, 36. 21, 38. — β., dat. post ἐν, sing., Joh. 5, 9. Matth. 24, 50. Luc. 1, 59. 4, 16. 5, 17. 8, 22. 9, 37. 12, 46. 13, 31. 20, 1. 22, 7. Joh. 7, 37. Act. 20, 26. 1 Cor. 10, 8. Hebr. 4, 4. Apoc. 1, 10. — pl., Matth. 27, 40. Marc. 15, 29. Joh. 2, 19. 20. Luc. 23, 7. 24, 18. Act. 27, 7. (Xen. Cyr. 2, 3, 24. Diod. Sic. 14, 29.) — γ., acc. praecedente εἰς, in, Joh. 12, 7. Apoc. 9, 15. — praeced. ἐπί, in, ad, auf — hin, Act. 13, 31. (pluribus deinceps diebus.) 16, 18. 27, 20. Hebr. 11, 30. — praeced. κατά, καθ' ἡμέραν, quotidie, Matth. 26, 55. (Marc. 14, 49. Luc. 22, 53.) Luc. 16, 19. Act. 2, 46. 47. 3, 2. 16, 5. 19, 9. 1 Cor. 15, 31. 2 Cor. 11, 28. Hebr. 7, 27. 10, 11. — τὸ καθ' ἡμέραν, Luc. 11, 3. 19, 47. Act. 17, 11. (v. Matth. gramm. §. 283.) — καθ' ἑκάστην ἡμέραν, Hebr. 3, 13. (Xen. Mem. 4, 2, 12.) — κατὰ πᾶσαν ἡμ., quovis die, Act. 17, 17. — praeced. μετά, Matth. 17, 1. 26, 2. 27, 63. Marc. 8, 31. 9, 2. 10, 34. 14, 1. Luc. 1, 24. 11, 46. Joh. 4, 43. 20, 26. Act. 1, 5. 15, 36. al. — cc., notatu dignae sunt formulae: οὐ πλείους εἰσὶν ἐμοὶ ἡμέραι, ἀφ' ἧς, Act. 24, 11. — ἐγένετο μετὰ — ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ, Luc. 9, 28. — τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο, Luc. 24, 21. — ἡμερῶν διαγενομένων τινῶν, aliquot diebus interiectis, Act. 25, 13. — θλίψις ἡμερῶν δέκα, Apoc. 2, 10. cf. Matth. 24, 29.

b., commemorandum est, si festi aut solennitatis certo die agi solitae nomen dicatur, id voci ἡμέρας adiungi solere per casum gignendi expressum, v. c. ἡμέραι τῶν ἀζύμων, Act. 12, 3. — ἡ ἡμέρα τῆς πεντεκοστῆς, Act. 2, 1. 20, 16. — τοῦ σαββάτου, Luc. 13, 14. Joh. 19, 31. cf. αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας, Luc. 1, 23. — Ubi certum temporis intervallum describendum est, Hebraeorum more numerantur dies intervallum hoc explentes, aut universe dicitur numerus dierum, scil. is, qui praefinitus fuisset, iam completus esse. Hinc formulae: ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι (τινὸς πράγματος), dies alicui negotio impendendi consumti sunt, Luc. 1, 23. (cum sacris per tempus constitutum operatus esset.) cf. 4, 2. 2, 43. (τελειοῦν τὰς ἡμέρας, cum tempus ipsis constitutum ibi transegissent.) 2, 21. 1, 57. (sed Luc. 9, 51. αἱ ἡμέραι τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ dies illi sunt, quos Jesu sublatio s. susceptio in coelum requireret, i. q. ante quos evenire illa non poterat, et

phraseos ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας sensus est: cum numerus dierum illorum compleri coepisset.) cf. 2, 22. (αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ, Levit. 12, 4. 6. dies ad purgationem absolvendam requisiti.) Act. 21, 26. (ἡ ἐκπλήρωσις τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ.) et v. 27. (συντελοῦνται αἱ ἡμέραι.) Act. 2, 1. (ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τ. ἡμέραν τῆς πεντεκοστῆς, i. e. cum dies, ad quem usque certa dierum series ducenda esset, tandem advenisset. Al. tamen codd. habent ἐν τ. συμπλ. τὰς ἡμέρας τ. πεντ.) — ἡμέρα σφαγῆς, dies mactationis, Jac. 5, 5. (cf. Jes. 22, 13.) — Not.: vocem ἡμέρας cum genitivo operis eo die peragendi iunctam reperies etiam in locis infra *d.*, *bb.* excitatis. — cf. ibid. 15, 1. Hac Hebraeorum loquendi consuetudine fit, ut ponantur

c., dies pro tempore; *aa.*, αἱ ἡμέραι absol. et adiecto praedicato, Eph. 5, 16. 6, 13. 1 Petr. 3, 10. — et descriptione ad temporis ordinem accommodata: ἀρχαῖαι ἡμέραι, Act. 15, 7. — αἱ πρότερον ἡμ., Hebr. 10, 32. — αἱ ἔσχαται ἡμ., Act. 2, 17. 2 Tim. 3, 1. Jac. 5, 3. Hebr. 1, 2. 2 Petr. 3, 3. — αἱ ἡμ. αὗται (i. e. praesentes), Act. 3, 24. (— i. e. de quibus nunc sermo est:) Luc. 1, 39. 6, 12. Act 1, 15. 6, 1. 11, 27. — αἱ ἡμ. ἐκεῖναι, Matth. 24, 22. 29. Marc. 13, 19. 20. — ἐν ταῖς ἡμ. ἐκείναις, illo tempore, Matth. 3, 1. (Marc. 1, 9. ubi Matth. 3, 13. habet: τότε.) 24, 19. (Marc. 13, 17. Luc. 21, 23.) Marc. 8, 1. Luc. 2, 1. 4, 2. 9, 36. Act. 2, 18. 7, 41. 9, 37. Apoc. 9, 6. (Judic. 18, 1. 19, 1.) — ἐν ἡμέραις, αἷς etc., Luc. 1, 25. — ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς, Apoc. 2, 13. (2 Sam. 21, 1.) — ἐν ἐκ. ταῖς ἡμ. μετά etc., Marc. 13, 24. — πρὸς ὀλίγας ἡμ., ad breve tempus, Hebr. 12, 10. — αἱ ἡμέραι πρό τινος, Matth. 24, 38. — *bb.*, ἐλεύσονται ἡμ. ὅταν cett., Matth. 9, 15. (Marc. 2, 20. Luc. 5, 35.) — ὅτε cett., Luc. 17, 22. — ἥξουσιν ἡμ. ἐπὶ σέ, καί seq. verbi fut., Luc. 19, 43. Hebr. 8, 8. — ἐλ. ἡμ., ἐν αἷς cett., Luc. 21, 6. 29, 23. — *cc.*, αἱ ἡμ. τινός, gen. pers., aetas alic. (qua quis vixit, qua suo munere functus est, Jerem. 1, 2.), Matth. 2, 1. 11, 12. 23, 30. 24, 37. Luc. 1, 5. 4, 25. 17, 26. 28. Act. 13, 41. 1 Petr. 3, 20. Act. 7, 45. — locorum, in quibus voc. ἡμέρας iunctum legitur cum genit. rei, genus quoddam supra occurrit. Ab illis distingue alius generis locos hic afferendos, in quibus non de diebus ad aliquam rem peragendam requisitis, sed de tempore sermo est, in quod aliqua res s. aliquis eventus incidit, Act. 5, 37. (ἐν ταῖς ἡμ. τῆς ἀπογραφῆς.) Apoc. 10, 7. Hebr. 5, 7. (v. σάρξ.) Luc. 1, 80. Joh. 12, 7. (Luc. 19, 42. huc non pertinet; intellig. enim hic dies aliquis, scil. is, quo Jesus Hierosolymam ingressus est, qui dies urbi salutaris esse potuisset.) — ἡ ἡμέρα τῆς σωτηρίας, tempus, quo quis aut servatur, aut servari potest, 2 Cor. 6, 2. — ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου, tempore, quo eius manum apprehendi, Hebr. 8, 9. — εἰς ἡμέραν αἰῶνος, 2 Petr. 3, 18. (in diem, a quo initium capiet aevum sempiternum.) 1 Petr. 1, 4. (de quo loco v. supr. p. 321.) — *dd.*, etiam vitae

durationem et longitudinem Hebraei et qui eos imitantur, numero dierum metiuntur; — πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν, i. e. per omnem vitam nostram, Luc. 1, 75. (Gen. 47, 8. 9.) — προβεβηκὼς ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, senex, Luc. 1, 7. 18. — προβεβ. ἐν ἡμ. πολλαῖς, Luc. 2, 36. — ἀρχὴ ἡμερῶν, initium vitae, Hebr. 7, 3. (cf. Gen. 6, 3. 24, 1.) — Denique cum Hebraei ad dies in temporum supputatione omnia revocent, solent etiam ei, qui aliquid insigne aut unquam peregit, aut olim peracturus prodibit, tribuere diem suum, cuius rei etiam exempla deprehendimus in scriptis N. T., ut statim videbimus.

d., ἡμέρα de initio dicta, quod aliquis eventus insignis, olim futurus, habebit (quia hic eventus in aliquem diem incidet, cf. Matth. 24, 36.); *aa.*, ἡμέρα κυρίου (χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου), dies (tempus) solennis ille extremi adventus Christi, Luc. 17, 24. 21, 34. Act. 2, 20. 1 Cor. 1, 8. 5, 5. 2 Cor. 1, 14. Phil. 1, 6. 10. 1 Thess. 5, 2. 4. 2 Thess. 2, 2. 2 Petr. 3, 10. — abest gen. τοῦ κυρίου, 1 Thess. 5, 4. Hebr. 10, 25. — dicitur etiam ἡ ἡμέρα τ. θεοῦ, 2 Petr. 3, 12. Apoc. 16, 14. — Constat vero, iam vatum V. T. oraculis diem celebrari Jehovae, e. g. Jes. 2, 12. 13, 6. 9. Mal. 3, 19. Jerem. 46, 10. al. — *bb.*, ἐκείνη ἡ ἡμέρα, dies iudicii extremi (quo initium habebit ὁ αἰὼν ὁ μέλλων; ἐκείνη i. e. dies ab omnibus huius saeculi diebus distinguendus), Matth. 7, 22. Luc. 10, 12. 2 Thess. 1, 10. 2 Tim. 1, 12. 18. 4, 8. (loci: Matth. 24, 36. 26, 29. Marc. 13, 32. 14, 25. [v. Wahl. clav. p. 701.] huc neutiquam pertinent.) — ἀνθρωπίνη ἡμέρα, 1 Cor. 4, 3. (ex allusione ad diem domini, qui dies iudicii futurus esse creditur dies iudicii, quem homines dicunt s. constituunt.) — ἡ ἡμ. ἐκ. dicitur etiam ἡ ἐσχάτη ἡμέρα, quia huius saeculi ultimus dies est, Joh. 6, 39. 40. 44. 54. 11, 24. 12, 48. — ἡ ἡμέρα ἀπολυτρώσεως, Eph. 4, 30. cf. Luc. 22, 28. — ἐπισκοπῆς, 1 Petr. 2, 12. — κρίσεως, Matth. 10, 15. 11, 22. 24. 12, 36. Marc. 6, 11. 2 Petr. 2, 9. 3, 7. cf. Rom. 2, 16. Act. 17, 31. — ὀργῆς κ. δικαιοκρισίας τ. θεοῦ, i. e. dies, quo poenas solvent impii iusto iudicio dei, Rom. 2, 5. cf. Apoc 6, 17. — *cc.*, tempus, quo mentem discipulorum suorum veri cognitione per spirit. S. imbutum iri Christus praedicit, diei nomine ab aliis diebus ipse distinguit, Joh. 14, 20. 16, 23. 26. — Adde: *dd.*, ἡ ἡμέρα τινός, dies, quo alicui salus paratur s. offertur, Luc. 19, 42. (ἡ ἡμ. σου αὕτη, hic tibi dies laetus faustusque. Cf. Polyb. 17, 18. Seneca Medea v. 1017. meus dies est, temporeque accepto utimur.) — τὴν ἐμὴν ἡμέραν, diem, quo homo natus sum, Joh. 8, 56. (vidit Abraamus hunc diem tum, cum ipsi nasceretur filius, per quem se omnes terrae gentes beneficiis affecturum esse deus promiserat.)

2., dies, prouti a nocte distinguendus est, et nocti opponitur, lumen diurnum, *a.*, sensu proprio, Joh. 11, 9. — ἡμέρας, interdiu, Apoc. 21, 25. — ἡμέρας κ. νυκτός, die noctuque, Marc.

5, 5. Luc. 18, 7. Act. 9, 24. Apoc. 4, 8. 7, 15. 12, 10. 14, 11. 20, 10. 1 Thess. 2, 9. 3, 10. 1 Tim. 5, 5. 2 Tim. 1, 3. (Ps. 1, 2. Xen. Cyr. 2, 3, 23.) — ἡμέρας μέσης (s. μεσούσης), Act. 26, 13. — νύκτα (scil. καθεύδει) καὶ ἡμέραν (scil. ἐγείρεται), Marc. 4, 27. Luc. 2, 37. (λατρεύειν.) Act. 20, 31. 26, 7. 2 Thess. 3, 8. (ἐργάζομαι.) — τὰς ἡμέρας, Luc. 21, 37. (ἦν διδάσκων.) — Not.: ad explicand. hunc accus. elicias e verbo apposito verbum transigendi, explendi, aut simile, cf. Xen. Cyr. 1, 3, 12. Anab. 5, 8, 24. — solennes sunt formulae, quae dierum numero addunt totidem noctes, Matth. 4, 2. 12, 40. (Exod. 24, 18. 34, 28. Deut. 9, 9.) — item: γίνεται ἡμέρα, illucescit, Luc. 4, 42. 6, 13. 22, 66. Act. 12, 18. 16, 35. 23, 12. 27, 29. 33. 39. (Xen. Anab. 2, 2, 13. 7, 2, 34.) — ἡμέρα ἐστί, Joh. 9, 4. — περιπατεῖν ἐν τ. ἡμέρᾳ, Joh. 11, 9. — ἡ ἡμέρα φαίνει, Apoc. 8, 12. — ἡ ἡμέρα κλίνει, advesperascit, Luc. 9, 12. 24, 29.

b., metaph. dies spectatur tamquam tempus, quo abstinendum est a luxurie, flagitiis ac sceleribus, quippe quae noctu et in tenebris peraguntur. Unde monentur Christiani, ut diem sibi putent illuxisse, Rom. 13, 12. 13. — vel tamquam tempus, quo non liceat somno indulgere, 1 Thess. 5, 5. (υἱοὶ φωτὸς κ. ἡμέρας, i. e. vigiles, quos dies iudicii non obrepet imparatos, ut noctu dormientes.) 1 Thess. 5, 5. 8. — ἕως ἡμέρα ἐστί, quoad dies lucet, i. e. quoad vita mihi operandi opportunitatem praebet, Joh. 9, 4. (oppon. νύξ. cf. Ovid. Trist. 5, 4, 44.: sive diem videat, sive tegatur humo.)

3., in certis phrasibus: dies, qui inter hebdomadis dies eorumque ordinem certum locum obtinet, certo nomine appellari solitus; — κρίνειν ἡμέραν παρ' ἡμέραν, diem diei praeferre, Rom. 14, 5. (ibid. κρίνειν πᾶσαν ἡμέραν, quemvis diem sacrum habere.) — φρονεῖν τὴν ἡμέραν, diem quendam spectare, qui eligatur, Rom. 14, 6. — ἡμέρας παρατηρεῖσθαι, dies observare, Gal. 4, 10. — Apoc. 1, 10. ἡ κυριακὴ ἡμέρα, dies domini, dies, quo Christus in vitam rediit, ergo dies solis.

Ἡμέτερος, έρα, ον, (ab ἡμεῖς) noster, ra, rum, *a.*, cum nom. subst., Act. 24, 6. 26, 5. Rom. 15, 4. 1 Joh. 1, 3. 2, 2. — pl., Act. 2, 11. 2 Tim. 4, 15. — *b.*, οἱ ἡμέτεροι, nostri (nostri coetus homines), Tit. 3, 14.

Ἦ μήν, v. post voc. ἤ.

Ἡμιθανής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex ἥμι, semi, et θνήσκω, aor. 2. ἔθανον) semianimis, semimortuus, Luc. 10, 30.

Ἥμισυς, εια, υ, gen. ἡμίσεος (pro usitatiore: ἡμίσεως) = ους (forma serioris aevi, Marc. 6, 23. ex eodem promtuario, cui debetur forma contracta neutr. plur. ἡμίση, Luc. 19, 8. Theophr. Char. 2.) dimidius, neutr. τὸ ἥμισυ, dimidium, dimidia pars; — τινός, sing., Marc. 6, 23. (τῆς βασιλείας. Esth. 5, 3.) Apoc. 11, 9. 11. 12, 14. — recipit genus et numerum adiecti sibi nominis

substantivi: τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων, Luc. 19, 8. (ita Graeci: ὁ ἥμισυς τοῦ βίου, οἱ ἡμίσεις τῶν ἱππέων, v. Passov. sub h. v.)

Ἡμιώριον, ου, τό, (ex ἥμι et ὥρη, neutr. adiectivi, cf. τὸ ἡμικεφάλιον, ἡμικοτύλιον, ἡμιμοίριον et τὸ ἡμικόσμιον, ἡμιχοινίκιον, ἡμιωβόλιον, al.) semihora, Apoc. 8, 1.

Ἡνίκα, adv. temp. relat., (cui respond. demonstrat. τηνίκα a τῆνος, να, νο; — κα, syllaba paragogica dialect. dor. pro τε, ut ὅκα, τόκα, πόκα pro ὅτε, τότε, πότε) quo tempore, cum, quando, seq. indicat., 2 Cor. 3, 15. (Xen. Cyr. 1, 4, 27.) — seq. ἄν c. coni. aor. (lat. fut. exact.), 2 Cor. 3, 16.

Ἥπερ, v. ἤ.

Ἤπιος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (videtur originem ducere a verbo ἔπω, εἰπεῖν) mitis, lenis, placidus (Hom. Od. 2, 47.), 1 Thess. 2, 7. — πρός τινα, 2 Tim. 2, 24. (oppon. μάχεσθαι. Cf. Esth. 13, 2. ἐπιεικέστερον δὲ καὶ μετὰ ἠπιότητος.)

Ἤρεμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, quietus, tranquillus, placidus, 1 Tim. 2, 2. (ἤρεμον κ. ἡσύχιον βίον.) — Xen. Cyr. 7, 5, 63.

Ἡρωδιανοί, ῶν, οἱ, Herodiani, i. e. qui stant a partibus Herodis, Matth. 22, 16. (Marc. 12, 13.) Marc. 3, 6.

Ἡσυχάζω, f. άσω, (ab ἥσυχος) quiesco, i. e. *a.*, otiosus sum, a laboribus abstineo, Luc. 23, 56. (Herodian. 7, 5, 3.) — *b.*, vitam tranquillam ago, 1 Thess. 4, 11. (cf. 2 Thess. 3, 12. Thuc. 1, 12.) — *c.*, sileo, Luc. 14, 3. Act. 11, 18. 21, 14. (Herodian. 8, 3, 7. — οἱ ὁ, Neh. 5, 8.)

Ἡσυχία, ας, ἡ, (ab ἥσυχος adi. ἡσύχιος, q. v.; femin. notionem abstractam exprimit, cf. αἰτία, ἀρετή, ἐχθρά, al.) **1.**, tranquillitas, 2 Thess. 3, 12. (μετὰ ἡσ., i. e. sine strepitu, sine ambitiosa sedulitate, modeste.) — **2.**, silentium, Act. 22, 2. (παρέχειν.) 1 Tim. 2, 11. (ἐν ἡσυχίᾳ.) v. 12. (ἐν ἡσυχίᾳ εἶναι. — Herodian. 3, 12, 13.)

Ἡσύχιος, ία, ιον, quietus, tranquillus, 1 Tim. 2, 2. 1 Petr. 3, 4. (Hom. Il. 21, 598.)

Ἤτοι, v. ἤ.

Ἡττάομαι s. ἡσσάομαι (ῶμαι), f. ἡσομαι, (ab ἧττα s. ἧσσα, clades, — eorum, qui hoste inferiores iacent; cf. ἥττων) inferior sum; *a.*, τινί, vincor ab aliquo, subiicior alicui, 2 Petr. 2, 19. (ἥττημαι, subiectus sum.) — cedo alicui, 2 Petr. 2, 20. cf. Jes. 31, 8. — *b.*, ἡττῶμαί τι ὑπέρ τινος, i. q. ἧττον ἔχω τι, alicuius rei minus habeo quam alius quisquam, h. e. cedo alicui aliqua re, 2 Cor. 12, 13.

Ἥττημα, τος, τό, (ab ἡττάομαι, perf. ἥττημαι) **1.**, diminutio, defectus; — τινός, gen. eius, qui ad plenum numerum deest, Rom. 11, 12. (oppon. πλήρωμα.) — **2.**, detrimentum, 1 Cor. 6, 7.

Ἥττων vel ἥσσων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό, minor, inferior; — neutr. adverb. minus, 2 Cor. 12, 15. — εἰς τὸ ἧττον, in dete-

rius (ut detrimentum inde capiatis), 1 Cor. 11, 17. (oppon. εἰς τὸ κρεῖττον.)

Ἠχέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἦχος, q. v.) sono, Luc. 21, 25. 1 Cor. 13, 1. (οἷ ὁ, Jerem. 1, 42. Hom. Il. 1, 157.)

Ἦχος, ου, ὁ, **1.**, sonus, sonitus, Act. 2, 2. Hebr. 12, 19. (Aelian. V. H. 4, 17.) — **2.**, περί τινος, fama, rumor, Luc. 4, 37.

Θ.

Θάλασσα (att. ττα), ης, ἡ, (Dores pronuntiarunt σάλασσα. Est igitur vox affinis haud dubie vocibus σάλον, σαλεύω, atque significat fluctuationem. Sic et lat. salire, saltus, sal (ἅλς) derivantur a graeco: ἅλλομαι, springen. Spiritum asperum Germani expresserunt per qu: — quellen [ἅλλομαι] et wallen [salio], wald [saltus], Wasser [a Walser, θάλασσα]) mare; **1.**, universe, Matth 13, 47. 21, 21. 23, 15. (oppon. ἡ ξηρά, terra continens, ut Apoc. 7, 2. 10, 2. ἡ γῆ.) Marc. 9, 42. 11, 23. Luc. 17, 2. 6. 21, 25. Rom. 9, 27. 2 Cor. 11, 26. Hebr. 11, 12. al. — ἐργάζεσθαι τὴν θάλ. (Justin. 43, 3. mare exercere) dicuntur, qui vel e navigatione vel e piscatura victum quaesituri mare oberrant, — de mari commoto, Matth. 8, 27. (Marc. 4, 41. Luc. 8, 24. vero: ὁ κλύδων τοῦ ὕδατος.) Act. 27, 30. 38. 40. 28, 4. — ὁ πέλαγος τῆς θαλ., Matth. 18, 6. — iunctum cum γῇ et οὐρανῷ facit periphrasin totius mundi, Act. 4, 24. 14, 15. Apoc. 5, 13. 10, 6. 14, 7. — inter imagines Apocal. repraesentatur mare vitreum, Apoc. 4, 6. 15, 2. Cf. mare aheneum, 2 Reg. 25, 13. 1 Chron. 18, 8. — **2.**, speciat. dictum reperitur *a.*, de mari mediterraneo, Act. 10, 6. 32. 17, 14. — *b.*, de mari rubro (sinu arabico), ἡ ἐρυθρὰ θάλ., Act. 7, 36. 1 Cor. 10, 1. 2. Hebr. 11, 29. — *c.*, de lacu Tiberiados s. Gennesareth (mari Galilaeo), vel addito τῆς γαλιλαίας vel τῆς τιβεριάδος, Matth. 4, 18. (Marc. 1, 16.) 15, 29. (Marc. 7, 11. Joh. 6, 1. 21, 1. — Lucae dicitur ἡ λίμνη γεννησαρέτ.) vel θάλασσα simpliciter: Matth. 4, 15. 18. (Marc. 1, 16.) 8, 24. 26. 32. (Marc. 4, 39. 5, 13. Luc. 8, 23. 24. 33. λίμνη.) 13, 1. (Marc. 4, 1.) 14, 24 — 26. (Marc. 6, 47. 48. 49.) 17, 27. Marc. 2, 13. 3, 7. Joh. 6, 16 — 19. 22. 25. 21, 7.

Θάλπω, f. ψω, **1.**, foveo, calefacio. — **2.**, foveo, i. e. recreo, Eph. 5, 29. 1 Thess. 2, 7. (ὡς ἂν θάλπῃ, ita, ac si foveret.)

Θαμβέω (ῶ), f. ήσω, (a θάμβος, q. v.) obstupesco, Act. 9, 6. (Hom. Il. 8, 77.) — pass., Marc. 10, 32. — seq. ἐπί τινι, obstupesco, valde miror aliquid, Marc. 10, 24.

Θάμβος, ους, τό, attonita (summa) admiratio, Luc. 4, 36. (ἐγένετο θάμβ. ἐπὶ πάντας.) — ἐπί τινι, 5, 9. (περιέσχεν αὐτούς.) Act. 3, 10. (πλησθῆναι θάμβους.)

Θανάσιμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (a θάνατος) letifer, letalis (quod letum afferre potest), Marc. 16, 18.

Θανατηφόρος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex θάνατος et adi. verbali φόρος verbi φέρω; — φόρος penacutum, quoniam habet significat. activam, cf. οἰκονόμος, al. Ita veteres omnes scripsisse, non θανατοφόρος, affirmat Lobeck. ad Phryn. p. 651.) letifer, Jac. 3, 8.

Θάνατος, ου, ὁ, (a verbo θήνω, unde ἔθανον, τέθνηκα, etc.) mors, 1., sensu proprio; *a.*, spectatur mors tamquam accidens — vitae dissolutio, quam mortalium quivis experturus est; oppon. ζωή, Rom. 8, 38. 1 Cor. 3, 22. Phil. 1, 20. Hebr. 2, 15. 7, 23. 9, 16. — σώζειν τινὰ ἐκ θανάτου, Hebr. 5, 7. (de h. l. v. supr. sub δύναμαι p. 264. liberare a morte, scil. ne morti succumberet. Quod Christo eo etiam contigisse h. l. dicitur, quod vitae restitutus sit.) — λύειν τινὶ τὰς ὠδίνας τ. θανάτου, solvere alicui vincula mortis, Act. 2, 24. (Hoc Ps. 18, 6. de liberatione a mortis periculo dictum in eo eventum habuisse h. l. dicitur, qui e mortuis resuscitatus sit.) — *aa.*, Formulae de morte, vitae termino natura posito; — περίλυπος ἕως θανάτου, usque ad mortem (ut paene moerore conficiar), Matth. 26, 38. (Marc. 14, 34.) — (cf. ὑπήκοος μέχρι θανάτου, tantum obediens, ut sponte vel mortem subiret, s. susciperet, Phil. 2, 8.) Apoc. 2, 10. 12, 11. — ἐσφαγμένη εἰς θάνατον, vulnerata eo, ut vulnus insequeretur mors, Apoc. 13, 3. — παραδίδοσθαι εἰς θάν., morti tradi, 2 Cor. 4, 11. (propr.: in mortem, s. conditionem mortuorum transmitti.) — ἐγγίζειν μέχρι θανάτου, Phil. 2, 30. — παραπλήσιον θανάτῳ, Phil. 2, 27. — ἰδεῖν θάνατον, mortem experiri, Luc. 2, 26. Hebr. 11, 5. — γεύεσθαι θανάτου, Matth. 16, 28. (Marc. 9, 1. Luc. 9, 27. de eiusd. phraseos sensu in loco Joh. 8, 52. item de formula idem significante: θεωρεῖν θάνατον, Joh. 8, 51. v. infr.) — *bb.*, formulae de morte vel inferenda alicui vel illata: διώκειν τινὰ ἄχρι θανάτου, ad internecionem usque, Act. 22, 4. — κατακρίνειν τινὰ θανάτῳ, capitis damnare, Matth. 20, 18. (Marc. 10, 33.) — παραδιδόναι τινὰ εἰς θάνατον, tradere, ut morte s. supplicio afficiatur, Marc. 13, 12. (Matth. 10, 21.) — παραδ. εἰς κρίμα θανάτου, Luc. 24, 20. (aliter 2 Cor. 4, 11. v. sub *a.*) — ἀποκτεῖναί τινα ἐν θανάτῳ (ex hebr. loquendi ratione), Apoc. 2, 23. — αἰτία τις θανάτου, scelus, (crimen) capitale, caussa, quare quis morte afficiatur, Act. 13, 28. 28, 18. i. q. ἄξιόν τι θανάτου, Act. 23, 29. 25, 11. 25. Luc. 23, 15. 22. Rom. 1, 32. — ἀπόκριμα θανάτου, 2 Cor. 1, 9. — ἔνοχος θανάτου, Matth. 26, 66. (Marc. 14, 64.) — θανάτῳ τελευτάτω, certissime morte afficietur, Matth. 15, 4. (Marc. 7, 10. ex hebr., Ex. 21, 17.) — πορεύεσθαι εἰς θ., Luc. 22, 33. — θάνατος σταυροῦ, Phil. 2, 8. — *cc.*, formulae, quae ad varia mortis genera alludunt; ποίῳ θαν. ἤμελλεν ἀποθνήσκειν, Joh. 12, 33. 18, 32. 21, 19. — ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς, 2 Cor. 1, 10. coll. v. 8. — pl., ἐν θανάτοις, in vitae periculis varii generis

(morte sub variis speciebus imminente), 2 Cor. 11, 23. (etiam Latini mortes dicunt, Cic. Tusc. 1, 48. — de Fin. 2, 30. Virg. Aen. 10, 854.) — *dd.*, quod Christi mortem attinet, ea vel *α.*, *θανάτου* voce designatur mors suscepta, et suscepta quidem voluntario ac sponte, idque semper ubi Christus hoc illudve effecisse dicitur *διὰ τοῦ θανάτου*, Col. 1, 22. Hebr. 2, 14. — *διὰ πάθημα τοῦ θ.*, Hebr. 2, 9. cf. 9, 15. — et aliquid effectum esse memoratur *διὰ τ. θανάτου (αὐτοῦ)*, Rom. 5, 10. (quo pertinent loci Phil. 2, 8. 1 Cor. 11, 26.) — vel spectatur *β.*, tamquam violenta, ut Phil. 3, 10. — vel *γ.*, ex ea notio tantum extricatur mortis, quae est mera vitae dissolutio, Rom. 6, 3. (h. l. verte: immersi baptismo sumus in eius mortem, i. e. quasi partes essemus illius, qui mortuus iaceat, atque hoc demum est: ut nos mortis socios ille habeat. Sed hic locus iterum excitandus erit infra.)

b., mors, prout omnibus hominibus communis est, per se spectatur, et *aa.*, comparatur cum loco, qui vel claudi vel aperiri potest, quo mortui quique congregentur, Apoc. 1, 18. 20, 13. (in his l. *ὁ θάνατος* socius *τοῦ ᾅδου.*) — *bb.*, mors, omnibus illa inevitabilis moriendi necessitas, sistitur ut persona, et ut is, qui imperium exerceat, Rom. 5, 12. 14. 17. 21. 7, 5. 6, 9. 1 Cor. 15, 26. 54. 55. 56. — quemadmodum in oratione poëtica mors grassari dicitur inter homines, qui ferro aut fame aut flammis pereunt, Apoc. 6, 8. 18, 8. — *cc.*, mors dicitur in potestate esse diaboli, quasi quicunque a morte liberandi sint, redimerentur necesse esset a potestate diaboli, Hebr. 2, 14. — Mors dicitur

2., sensu emphatico: i. e. mors corporis temporalis, quam consequitur iactura vitae aeternae, Joh. 11, 25. 26. (*οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα*, hoc non est: non morietur in aeternum, quod esset: morietur quidem, nec tamen in aeternum, sed ex hebraismo: nunquam morietur, cf. Marc. 3, 29. Qui ita nunquam? scil. vita aeterna pristinam corporis mortem absorbebit. Ita etiam Joh. 8, 51. Oppetere singulos corporis mortem, Christus Judaeis concedere debebat, v. 52., at nullam esse iis hanc mortem dicit, qui vita olim aeterna donentur, cf. 5, 24. Quid inde? nempe hoc, vere mortuum eum tantum esse, qui cariturus sit vita aeterna. Ita mors dicitur cum emphasi, atque haec est mors altera, de qua v. Apoc. 2, 11. 20, 6. 14. 21, 6. (cf. phrasin: *μένειν ἐν τῷ θανάτῳ*, 1 Joh. 3, 14. et *εἰς κρίσιν ἔρχεσθαι*, Joh. 5, 24. 1 Joh. 5, 16. 17. Videant igitur interpretes, an Paulus, peccatum *τὸ ὀψώνιον θανάτου* dicens, solam intelligi velit mortem physicam corporis, Rom. 6, 16. 21. 22., qui potius inde, quod animus, vi peccato resistendi privatus, iam ipse mortuus sit, Rom. 7, 13., explicat, cur hominem, peccato servientem, nihil aliud, quam vitae aeternae iactura maneat.) — Dicitur mors

3., sensu tropico in locis, ubi Christiani admonentur, ut se cum Christo mortuos esse, h. e. corpus, peccati semina continens, deposuisse existiment, Rom. 6, 3 — 6.

Θανατόω (ῶ), f. ώσω, (a θάνατος) 1., propr., morte afficio; — τινά, Matth. 26, 59. (Marc. 14, 55.) 27, 1. Marc. 13, 12. (Matth. 10, 21. Luc. 21, 16.) 2 Cor. 6, 6. 1 Petr. 3, 18. (Xen. Anab. 2, 6, 4.) — ex locut. hyperbolica: θανατοῦμαι, in statu eius, qui morti devotus est, versor, Rom. 8, 36. — 2., metaph., *a.*, neco, i. e. opprimo, exstirpo (id, quod viget), Rom. 8, 13. — *b.*, ἐθανατώθην τινί, morte suscepta vinculum, quo alicui obstrictus tenebar, dissolvi. Et hoc de iis dicitur, qui sibi a morte Christi salutem petunt, Rom. 7, 4.

Θάπτω, f. ψω, aor. 2. pass. ἐτάφην, — τινά, sepelio, humo aliquem, Matth. 8, 21. 22. (Luc. 9, 59. 60.) 14, 12. Luc. 16, 22. Act. 2, 29. 5, 6. 9. 10. 1 Cor. 15, 4. (Hom. Od. 11, 52. 12, 12. Xen. Cyr. 5, 4, 23. Aelian. V. H. 3, 5. 6, 6.)

Θαῤῥέω (ῶ), f. ήσω, bono sum animo, confido; *a.*, absol., 2 Cor. 5, 6. 8. Hebr. 13, 6. (Xen. Mem. 2, 6, 32. Cyr. 2, 1, 6. et 17.) — τῇ πεποιθήσει, fiducia, 2 Cor. 10, 2. (cf. formulam: κραυγῇ βοᾷν, Xen. Cyr. 1, 6, 40.) — *b.*, construct., εἴς τινα, fiducia utor in aliquem, 2 Cor. 10, 1. — ἔν τινι, confido alicui, 2 Cor. 7, 16. (cf. πιστεύειν, πεποίθησιν ἔχειν ἔν τινι. Reperitur ap. Graecos construct. c. ἐπί τινι, et c. dat. simplici et cum accus., v. Passov. sub h. v.)

Θαρσέω (ῶ), f. ήσω, bono animo sum; — imperat. sing., Matth. 9, 2. 22. Marc. 10, 49. Act. 23, 11. — pl., 14, 27. (Marc. 6, 50.) Joh. 16, 33. (οἱ ό, Gen. 35, 17. Joël. 2, 22. Xen. Cyr. 1, 3, 18. Hom. Od. 2, 372.)

Θάρσος, εος (ους), τό, animus fortis, fiducia, Act. 28, 15. (Xen. Mem. 3, 5, 5. Diod. Sic. 14, 59.)

Θαῦμα, τος, τό, (cohaeret cum verbo θεάομαι) admiratio, Apoc. 17, 6. Hinc verb. seq.

Θαυμάζω, f. άσομαι, (Apoc. 17, 8. forma futuri Graecis serioris aevi frequentata, v. grammaticos Buttmann. et Matth.) miror, admiror, *a.*, absol., Matth. 8, 10. 27. 9, 8. 33. 15, 31. 21, 20. 22, 22. 27, 14. Marc. 5, 20. (6, 51.) 15, 5. Luc. 1, 21. 63. 8, 25. 11, 14. 24, 41. Joh. 5, 20. 7, 15. 21. Act. 2, 7. 4, 13. 13, 41. Apoc. 17, 8. (Xen. Cyr. 7, 1, 6.) — pass. θαυμάζομαι, admirabilis reddor ἔν τινι, in aliquo, 2 Thess. 1, 10. — *b.*, seq. acc.; — τινά, acc. pers., Luc. 7, 9. (Xen. Cyr. 3, 1, 88.) — τί, Luc. 24, 12. Joh. 5, 28. Act. 7, 31. — θαῦμα μέγα, Apoc. 17, 6. (ex hebr., Jon. 1, 10. cf. Marc. 4, 41. Luc. 2, 9.) — θαυμ. πρόςωπον, suspicio alicuius externam speciem, de iis, qui non rem ipsam, sed eum, cuius est, intuentur, i. q. partium studio ducor, Jud. v. 16. (alias: πρόςωπον λαμβάνειν, hebr. נָשָׂא פָּנִים, Deut. 10, 17. Job. 13, 10. Prov. 18, 5.) — *c.*, seq. praepositt. cum nominibus: — διά τι, Marc. 6, 6. Joh. 7, 21. (verba: διὰ τοῦτο v. 22. affigenda sunt versui 21.) — ἐπί τινι, dat. pers., Marc. 12, 17. (v. Matth. gramm. §. 399. not. 1.) — dat. rei, Luc. 2, 33. 4, 22. 9, 43. 20, 26. — περί τινος, Luc. 2,

18. — *d.*, seq. coniunctt. ὅτι, miror, quod cett., Luc. 11, 38. Joh. 3, 7. 4, 27. Gal. 1, 6. (Xen. Venat. 1, 3.) — seq. εἰ, Matth. 15, 44. 1 Joh. 3, 13. (v. supr. εἰ p. 287. n. 2.) Hinc voc. seq.

Θαυμάσιον, ίου, τό, (neutr. adi. θαυμάσιος, ὁ, ἡ) pr. admirandum (Xen. Anab. 2, 3, 15.), factum mirabile; — plur., θαυμάσια ποιεῖν, Matth. 21, 15. (οἱ ό, Ps. 26, 14. 106, 24. Sirac. 43, 25. 48, 14.)

Θαυμαστός, ή, όν, (a θαυμάζω) admirandus, 1 Petr. 2, 9. (τὸ θαυμαστὸν φῶς.) Apoc. 15, 1. (σημεῖον μέγα κ. θαυμ.) Xen. Cyr. 8, 2, 13. — Matth. 21, 42. et Marc. 12, 11. (θαυμαστή, ex Ps. 118, 22. 23. ubi οἱ ό v. 23. expresserunt femin. haud dubie propterea, quod hoc adiectivum ad vocem subst. v. 22. κεφαλὴ γωνίας referrent.) — neutr. θαυμ. ἐστι, Joh. 9, 30. 2 Cor. 11, 14. (Xen. Mem. 2, 3, 9. Cyr. 2, 1, 13.)

Θεά, ᾶς, ἡ, (femin. nominis θεός) Dea, Act. 19, 27. 35. 37. (Xen. Venat. 1, 6.)

Θεάομαι (ῶμαι), f. άσομαι, aor. 1. ἐθεασάμην, perf. τεθέαμαι, aor. 1. pass. ἐθεάθην signific. pass., (verb. depon. a θέα, θάομαι, quocum cohaeret θαῦμα, q. v. supra) specto, schauen; — pass., θεᾶσθαι ὑπό τινος, Marc. 16, 11. — πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς, ut iis spectaculo sint, Matth. 6, 1. 13, 5. (dat. commod. non positus pro ὑπό c. gen.) — aor. med., *a.*, seq. acc., τί, Matth. 11, 7. (Luc. 7, 24.) Joh. 1, 14. 4, 35. 1 Joh. 1, 1. Joh. 11, 45. Act. 22, 9. (Xen. Mem. 2, 1, 22.) — τινά, quod est *aa.*, inviso aliquem, Matth. 22, 11. Luc. 23, 55. — Rom. 15, 24. (de convenientibus aliquem, lat. video; differt vero ἱστορῆσαι Gal. 1, 18.) οἱ ό, 2 Chron. 22, 6. — *bb.*, conspicio aliquem, Joh. 8, 10. Act. 21, 27. Sic etiam perf. pass. signific. med., 1 Joh. 4, 12. — *b.*, seq. acc., *aa.*, ubi partic. vim adiectivi habet, resolvendum in relat. qui et verbum finitum; — c. partic., Marc. 16, 14. Luc. 5, 27. — *bb.*, ubi denotat id, quod in aliquo conspectum est, Joh. 1, 32. 38. Act. 1, 11. — *c.*, seq. ὅτι, Joh. 6, 5. 4, 35. 1 Joh. 4, 14. Act. 8, 18.

Θεατρίζω, f. ίσω, (a θέατρον, q. v.) spectaculo (omnium ludibrio) expono; — pass., Hebr. 10, 33. (addit. h. l. dat. instrumenti.)

Θέατρον, ου, τό, (a θεάομαι) **1.**, propr., locus, in quo ludi et spectacula eduntur, et in quo conciones habentur, theatrum (utebantur theatris in Graecia loco fori), Act. 9, 29. 31. (Polyb. 29, 10, 2. Cornel. Vit. Timoleon. 4, 2.) — **2.**, metonym., spectaculum et per metaphoram homo, qui spectandus et irridendus exhibetur, 1 Cor. 4, 9.

Θεῖον, ου, τό, (videtur esse neutrum adiectivi θεῖος, εία, εῖον, q. v. — translatum ad id, quod purgat, et contagionem avertit) sulphur, Luc. 17, 29. Apoc. 9, 17. 18. 14, 10. 19, 20. 21, 8. (οἱ ό, Gen. 19, 14. Ps. 11, 6. Hom. Il. 16, 228. Od. 22, 481. 493.)

Θεῖος, εία, εῖον, (a θεός) divinus, 2 Petr. 1, 3. 4. (Xen. Mem. 2, 1, 32.) — Neutr. τὸ θεῖον, numen divinum, Act. 17, 29. (Xen. Mem. 1, 4, 18.)

Θειότης, τητος, ἡ, maiestas divina, Rom. 1, 20. (Sap. 18, 9.)

Θειώδης, εος (ους), ὁ, ἡ, ες, τό, (a θεῖον, sulphur) sulphureus, Apoc. 9, 17. (esse vocabulum graecitatis senescentis docet Lobeck. ad Phryn. p. 228.)

Θέλημα, τος, τό, (a θέλω, q. v.) voluntas, i. e. *a.*, id, quod fieri vult (decrevit) aliquis, ποιεῖν τ. θέλ. τινος, Matth. 21, 31. Luc. 12, 47. — Matth. 7, 21. 12, 50. (Marc. 3, 35.) Joh. 4, 34. 6, 38 — 40. 7, 17. 9, 31. Eph. 6, 6. Hebr. 10, 7. 36. 13, 21. — γίνεται τὸ θέλ. τινος, Matth. 6, 10. (Luc. 11, 2.) 26, 42. Luc. 22, 42. Act. 21, 14. (οἷ ὁ, 2 Chron. 9, 12.) Act. 22, 14. (consilium.) 1 Joh. 5, 14. (κατὰ τὸ θέλ. τινος.) 1 Petr. 4, 19. — ἔστι τὸ θέλ., Rom. 12, 2. — seq. ἵνα, 1 Cor. 16, 12. — Matth. 18, 14. Eph. 5, 17. 1 Thess. 4, 3. (seq. acc. c. inf.) 5, 18. — οὕτως ἐστὶ τὸ θέλ. τοῦ —, 1 Petr. 2, 15. — ζητεῖν τὸ θέλ. τινος, Joh. 5, 30. — βιῶσαι χρόνον τῷ θελ. θεοῦ, 1 Petr. 4, 2. — πᾶν θέλημα, Col. 4, 12. — plur., iussa, Act. 10, 10. — θέλημα simpliciter dict. de voluntate dei, Rom. 2, 18. — *b.*, libido, 1 Petr. 4, 3. 2 Tim. 2, 26. Eph. 2, 3. Luc. 23, 25. Joh. 1, 13. — *c.*, appetitus, 2 Petr. 1, 21. — *d.*, vis et facultas decernendi, Eph. 2, 11. (ἡ βουλὴ τοῦ θελήματος.) v. 5. (ἡ εὐδοκία τ. θελ.) 1 Petr. 3, 17. Rom. 15, 32. 1 Cor. 1, 1. 2 Cor. 1, 1. 8, 5. Eph. 1, 1. Col. 1, 1. 2 Tim. 1, 1. — Rom. 1, 10. — Caeterum abesse hoc voc. ab atticis scriptoribus, docet Lobeck. ad Phryn. p. 17.

Θέλησις, εως, ἡ, (a θέλω) voluntas, Hebr. 2, 4.

Θέλω et *ἐθέλω* (utrumque agnoscunt Attici, v. Lobeck. ad Phryn. p. 7.), f. θελήσω, 1., volo (decrevi, constitui), *a.*, τί, Act. 18, 21. 1 Cor. 4, 19. Jac. 4, 15. — καθὼς ἐθέλησε, 1 Cor. 12, 18. 15, 38. — Rom. 7, 15. 16. 19. 20. 1 Cor. 7, 36. Gal. 5, 17. — *b.*, seq. inf. (aor.), Matth. 20, 14. 26, 15. Joh. 7, 44. Act. 25, 9. 1 Thess. 2, 18. Rom. 9, 22. Col. 1, 27. — inf. praes., Joh. 6, 67. 7, 17. 8, 44. Act. 24, 6. Rom. 7, 21. Gal. 4, 9. — infinit. e contextu supplendus: Joh. 5, 21. (οὓς θέλει, scil. ζωοποιῆσαι.) Matth. 8, 2. (Marc. 1, 40. Luc. 5, 12.) 20, 15. Marc. 3, 13. 6, 22. 14, 7. 1 Cor. 7, 39. Rom. 9, 18. Apoc. 11, 6. — οὐ θέλω, nolo, c. inf. aor., Matth. 2, 18. 15, 32. 22, 3. 23, 4. 27, 34. Marc. 6, 26. Luc. 15, 28. Joh. 5, 40. Act. 7, 39. 1 Cor. 16, 7. (Xen. Anab. 1, 3, 6.) — inf. praes., Joh. 7, 1. 16, 19. 2 Thess. 3, 10. Luc. 10, 29. Act. 14, 13. 17, 18. (τί ἂν θέλοι; meinten, was dieser — wohl sagen wollen möge?) — abest inf. e contextu eruendus, Matth. 18, 30. 21, 29. Luc. 18, 4. 21. 4, 6. 1 Tim. 1, 7. al. — *c.*, seq. acc. c. inf., Luc. 1, 62. — In nonnullis locis fixae ac stabilis voluntatis significatio verbo

impressa est, ut θέλειν dicatur, qui aliquid sibi propositum teneat, s. cui aliquid facere animus sit, Act. 7, 28. (seq. inf. aor.:) Joh. 5, 35. Apoc. 11, 5. 2 Cor. 12, 6. — ὁ θέλων, absol., Rom. 9, 16. Matth. 23, 37. Marc. 6, 19. Joh. 7, 44. — Etiam id θέλειν aliquis dicitur, quod in eo est, ut faciat, sive faciat deliberato consilio sive non (i. q. μέλλω), Marc. 6, 48. Joh. 1, 44. — et sic quoque usurpatur de rebus in aliquem exitum tendentibus, Act. 2, 12. 17, 20.

2, volo, i. e. cupio, opto (ut), *a.*, τί, Matth. 20, 21. — Marc. 14, 36. 1 Cor. 4, 21. — *b.*, ὡς θέλω, Matth. 15, 28. 26, 39. — 2 Cor. 11, 12. Apoc. 22, 17. Hebr. 10, 5. 8. v. infra n. 4. — *c.*, seq. inf. (aor.), Matth. 5, 40. 12, 38. 14, 5. 19, 17. Luc. 23, 8. Joh. 12, 21. Marc. 10, 43. 44. Luc. 8, 20. Gal. 3, 2. Jac. 2, 20. Matth. 16, 25. 1 Petr. 3, 10. Joh. 6, 21. (inf. praes.) Joh. 9, 27. Gal. 4, 20. (ἤθελον, vellem, cf. ηὐχόμην, Rom. 9, 3.) — abest inf. e verbo iuxta posito eliciendus, Joh. 15, 7. Matth. 17, 12. (Marc. 9, 13.) 27, 15. 2 Cor. 12, 20. Joh. 21, 18. Luc. 5, 39. — *d.*, seq. acc. c. inf. (aor.), Marc. 7, 24. 10, 36. Luc. 1, 62. Act. 9, 6. 1 Cor. 11, 3. Col. 2, 1. — (inf. praes.) Joh. 21, 22. 23. Rom. 16, 19. 1 Cor. 7, 7. 32. 14, 5. Gal. 6, 13. (Lucian. Diall. Mort. 2, 4.) — οὐ θέλω, nolo, nicht Lust haben (inf. aor.), Matth. 3, 4. Luc. 19, 14. 27. 1 Cor. 10, 20. Gal. 6, 12. — abest inf. e contextu eliciendus, Matth. 23, 37. (Luc. 13, 31.) Act. 25, 9. — θέλω sequente inf. praes.) Rom. 1, 13. 11, 25. 1 Cor. 10, 1. 2 Cor. 1, 8. 1 Thess. 4, 13. — *e.*, seq. ἵνα, Marc. 6, 25. 10, 35. Joh. 17, 24. — interserto accus., Matth. 7, 12. — καθὼς θέλετε ἵνα, Luc. 6, 31. — θέλεις sequente coniunct. aor. omisso τῷ ἵνα, Matth. 17, 4. 13, 28. Luc. 9, 54. Marc. 15, 9. — τί θέλεις, θέλετε seq. coni. aor., Matth. 20, 32. Marc. 10, 51. 15, 12. Luc. 18, 41. — τίνα, Matth. 27, 17. 21. — ποῦ θέλεις cett., Matth. 26, 17. (Marc. 14, 12. Luc. 22, 9.) — *f.*, seq. εἰ, Luc. 12, 47. (v. εἰ supr. p. 287.) — *g.*, seq. ἤ, quam: malo, 1 Cor. 14, 19. (v. supr. sub ἤ p. 494. n. 4.)

3., amo, i. q. φιλέω (Matth. 23, 6.), lubenter aliquid facio, seq. inf. praes., Marc. 12, 38. (Luc. 20, 46.) — seq. acc. (i. q. φιλεῖν τι), Marc. 12, 39.

4., ex hebr. חָפֵץ, רָאָה, delector; — ἔν τινι, aliqua re, Col. 2, 18. (hebr. בְּ, 1 Chron. 28, 4. Cf. εὐδοκῶ.) — θέλειν τινά, amare aliquem, Matth. 27, 43. (οἱ ὁ, Ps. 22, 8. Ez. 18, 32. cf. v. 23.) — τί, Matth. 3, 13. et 12, 7. (ex Hos. 6, 6.) Hebr. 10, 5. 8. (v. supr. n. 2. οἱ ὁ, Ps. 11, 9. 51, 16. ubi in hebr. חָפֵץ legitur c. acc.)

Θεμέλιον, ίου, τό, (propr. neutr. adi. θεμέλιος, q. v. — a θέω = τίθημι, cf. τὸ κειμήλιον) **1.**, fundamentum (aedificii), *a.*, propr., Luc. 6, 48. (τιθέναι.) 14, 29. — pl., Act. 16, 26. (οἱ ὁ, Deut. 32, 22. 1 Reg. 7, 9. Ez. 13, 14.) — *b.*, metaph.,

aa., institutionis fundamenta, initia, elementa, Hebr. 6, 1. (θεμ. καταβάλλειν ἀπό τινος.) — *bb.*, institutio ab aliquo doctore incepta, Rom. 15, 20. (fundamentis ab alio iactis superstruere.) — *cc.*, id, quo spes alicuius innititur, Eph. 2, 20. (τὸ θεμ. τῶν —, i. e. prophetarum de Christo vaticinia apostolorumque testimonia, quibus spes vestra vestrorumque sociorum innititur.) — *dd.*, id, quod primo loco ponendum ac stabiliendum est, ut caetera, quae annectantur, certa fideque digna sint, 1 Cor. 3, 10. 11. 12. — τὰ ὑπό τινι θεμέλια, Xen. H. G. 5, 2, 5. — **2.**, id, quod asservandum in aliquo loco deponitur, 1 Tim. 6, 9. (ἀποθησαυρίζειν ἑαυτῷ — εἰς τὸ μέλλον.)

Θεμέλιος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (a θέω = τίθημι) ὁ θεμέλιος, scil. λίθος, lapis, qui fundamenti loco ponitur; — pl., Hebr. 11, 10. — fundamentum aedium metaphorice dictum in caussa fidei ac doctrinae, 2 Tim. 2, 19. (intellig. h. l. fundamentum aedium a deo exstructarum, quas habitant ii, qui ad familiam dei pertinent, i. e. vera de salute doctrina, a deo iis fundata, qui ipsi cari esse volunt.) Hinc voc. seq.

Θεμελιόω, f. ώσω, fundo, **1.**, propr., τί, Hebr. 1, 10. — τὶ ἐπί τι, Matth. 7, 25. et Luc. 6, 48. — metaph., stabilio, firmo; — pass., Eph. 3, 18. Col. 1, 23. 1 Petr. 5, 10.

Θεοδίδακτος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex θεός et διδακτός) a deo doctus, 1 Thess. 4, 9. (cf. Joh. 11, 45.)

Θεολόγος, ου, ὁ, (ex θεός et adi. verbali λόγος a λέγω; — de situ accentus v. θανατηφόρος, θεομάχος, οἰκονόμος, al.) de deo rebusque divinis exponens — cognomen Joannis apostoli in inscriptione Apocalypseos (putant nonnulli, cognominari ita eum, qui Christum τὸν θεοῦ λόγον esse docuerit; his adstipulari nobis liceret, nisi certae leges essent grammatices).

Θεομαχέω (ῶ), f. ήσω, (a θεομάχος, q. v.) cum deo s. adversus deum pugno, Act. 13, 9. (e lect. vulg. — Xen. Oecon. 16, 3. 2 Macc. 7, 19.)

Θεομάχος, ου, ὁ, (ex θεός et μάχομαι) cum deo s. adversus deum pugnans, renitens deo, Act. 5, 39. (Symmachus Job. 26, 5. Prov. 9, 18. 21, 46. 26, 5.)

Θεόπνευστος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex θεός et πνέω, perf. pass., cf. θεοδίδακτος) divinitus inspiratus, 2 Tim. 3, 16. (Plut. T. 9. p. 583. ed. Reisk.)

Θεός, οῦ, ὁ, et ἡ θεός (Act. 19, 37.), deus, **1.**, summum numen, Marc. 15, 34. (Nominat. more attico loco vocat. positus, sed Matth. 27, 46. θεέ.) Luc. 18, 11. 13. Joh. 20, 28. Act. 4, 24. 1 Cor. 8, 6. — gen. subi., Luc. 3, 38. 9, 20. — σάλπιγξ τ. θ., tuba, qua dei iussu canitur, 1 Thess. 4, 16. — gen. obi., πίστις θεοῦ, fiducia posita in deo, Marc. 11, 22. — προςευχὴ τοῦ θ., preces ad deum factae, Luc. 6, 12. — κιθάρα τ. θ., cithara dei laudes canens, Apoc. 15, 2. — Deus ὁ θεός τινος, deus alic. tutelaris, Matth. 22, 32. (Marc. 12, 26.) Luc. 1,

68. Act. 13, 17. 2 Cor. 6, 16. Apoc. 21, 3. Luc. 20, 37. εἶναι θεόν τινος Lucas explicat v. 38: vim numinis in aliquem habere — beneficam et maxime salutarem.) — τὰ τοῦ θ., quae dei sunt, Matth. 22, 22. (i. e. templo ex instituto divino debita.) Xen. Mem. 2, 3, 18. 19. — ζηλωτὴς τοῦ θεοῦ, qui studio acerrimo contra id fertur, quo honorem dei laedi existimat, Act. 22, 3. Rom. 10, 2. — δύναμις θεοῦ, vis, qualis in deo est, i. e. divina, Rom. 1, 16. 1 Cor. 1, 18. — dat. commodi, τῷ θεῷ; — ζῆν, deo addictum vivere, Rom. 6, 10. Gal. 2, 19. — in honorem dei, 2 Cor. 5, 13. — δυνατὸς τ. θεῷ, vi pollens deo dicata, 2 Cor. 10, 4. cf. ἱερεῖς τῷ θεῷ, Apoc. 1, 6. 5, 10. — 14, 4. — de loco Act. 7, 20. v. supr. sub ἀστεῖος. — **2.**, numen quoddam fictum, eine Gottheit, Act. 7, 43. 28, 6. — οἱ θεοί, Act. 14, 11. Gal. 4, 8. — ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, qui studia hominum a rebus divinis abhorrentium regere videtur, 2 Cor. 4, 4. (v. supr. αἰών.) — simulacrum dei, idolum, Götterbild, Act. 7, 40. — metaph., is, cui aliquis totum se dedit, cui quasi vivit, Phil. 3, 15. (ἡ κοιλία.) — **3.**, ex hebr., vicarius dei, de magistratibus et iudicibus, Joh. 10, 34. 35. (ex Ps. 82, 1. 6.)

Θεοσέβεια, ας, ἡ, (a θεοσεβής) pietas in deum, 1 Tim. 2, 10. (Xen. Anab. 2, 6, 26. οἱ ό, Gen. 20, 11.)

Θεοσεβής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex θεός et σέβομαι, colo) pius, Joh. 9, 31. (οἱ ό, Exod. 18, 21. Judith. 11, 17. — Xen. Mem. 1, 4, 16.)

Θεοστυγής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex θεός et στύγω, unde in usu est στυγέω, odi) dic. et sensu pass., deo exosus, ut Eurip. Troad. 143. et Cyclop. 393. et sensu act., dei osor, qui deum odio prosequitur. Hoc altero sensu Rom. 1, 30.

Θεότης, τητος, ἡ, divinitas, virtutes, quae in div. natura sunt, et in quibus illa cernitur, Col. 2, 9.

Θεραπεία, ας, ἡ, (a θεραπεύω) **1.**, sanatio, cura, Luc. 9, 11. Apoc. 22, 2. (Polyb. 1, 12, 2.) — **2.**, meton., familia, Matth. 24, 45. Luc. 12, 42. (οἱ ό, Gen. 45, 16. Xen. Cyr. 5, 5, 6. Aelian. V. H. 12, 40.)

Θεραπεύω, f. εύσω, (a θεράπων) **1.**, τινά, foveo aliquem; — pass., θεραπ. ὑπό τινος, Act. 17, 25. (Xen. Cyr. 1, 3, 7.) Hinc: recreo, curo, sano (fovere dolores, Cic. ad Attic. 12, 18. cf. Xen. Anab. 7, 2, 6.), absque casu: Matth. 12, 10. (Marc. 3, 2. Luc. 6, 7.) Marc. 6, 5. Luc. 9, 6. 13, 14. 14, 3. — τινά, Matth. 4, 24. 8, 7. (ἐλθὼν θεραπεύσω, non est quaestio, ut statuit Wahl. clav. p. 626., sed vox promittentis, a Matthaeo composita ex Lucae verbis: ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ, Luc. 7, 3.) v. 16. Marc. 3, 10. Joh. 5, 10. Act. 4, 14. al. — τινὰ ἀπό τινος, sano aliquem ab aliquo (morbo), Luc. 7, 21. — pass., Luc. 5, 15. 8, 2. — θεραπ. τι, curo, sano (νόσους, μαλακίαν, πνεῦμα, πληγήν), Matth. 4, 23. 9, 35. 10, 1. Marc. 3, 15. Luc. 9, 1. Apoc. 13, 3. 12.

Θεράπων, οντος, ὁ, (verbum progerminat. a θέρω, foveo, wärmen) propr. *a.*, curator; — *b.*, omnino: qui alicui ministeria praestat (der einen abwartet und abzuwarten die Pflicht hat), minister, Hebr. 3, 5. (οἱ ὁ, Ex. 5, 21. Xen. Cyr. 3, 1, 12. Aelian. V. H. 3, 43. fem. θεραπαίνη, Ex. 21, 26.)

Θερίζω, f. ίσω, (a θέρος, q. v.) meto, *a.*, propr., Matth. 6, 26. (Luc. 12, 24.) Jac. 5, 4. — *b.*, in locution. proverbialibus: de serendis et metendis frugibus, *aa.*, Joh. 4, 36. 37. (ἄλλος — ὁ θερίζων, qui fructus percipit, saepius non is est, qui severit. Cf. lat. illud: alienam messem metere.) — *bb.*, Matth. 25, 24 — 26. et Luc. 19, 21. 22. (depingitur avaritia eius, qui vult „instituere quaestum sine impendio.“ Cic.) — *cc.*, 2 Cor. 9, 6. (qui largiter dat, ei largiter rependitur.) — *dd.*, Gal. 6, 7. (messis probat semina; explicatur v. 8.) — *ee.*, 1 Cor. 9, 11. (σπείρειν et θερίζειν h. l. pro dando et retribuendo.) — *ff.*, Gal. 6, 9. (θερίζειν h. l. de praemio ac mercede; sed pro σπείρειν absque tropo dictum est καλὸν ποιεῖν, serere beneficia, cf. v. 10.) — *c.*, in locutione in parabolae usum versa: θερίζειν τὴν γῆν, Apoc. 14, 15. 16. (removere tandem incolas terrae sceleratos, eosque exitio tradere.) Hinc voc. seq.

Θερισμός, οῦ, ὁ, messis, i. e. *a.*, actio metendi, Joh. 4, 34. (λευκαὶ πρὸς θερισμόν, cf. Apoc. 14, 15.) — οἱ ὁ, Gen. 8, 22. Xen. Oecon. 18, 3. — *b.*, tempus metendi, Joh. 4, 35. (cf. Apoc. 14, 15. ἦλθεν ἡ ὥρα τ. θερισμοῦ.) Matth. 13, 30. Marc. 4, 29. — *c.*, seges metenda, in parabola, quae messem messoresque confert, ut doctores docendique homines conferantur, Matth. 9, 37. 38. et Luc. 10, 7. (sens.: summa est hominum erudiendorum copia, doctorum numerus exiguus.) Apoc. 14, 15. (ἐξηράνθη ὁ θερισμός, fruges ad messem maturuerunt, i. e. cum tempus est, scelestos homines e medio tollendi. Not.: haec locutio non tropica est, sed parabolica.)

Θεριστής, οῦ, ὁ, (a θερίζω) messor (qui ad metendas segetes destinatur, sed ὁ θερίζων, qui metit), Matth. 13, 30. 39. (Xen. Hier. 6, 10.)

Θερμαίνω, f. ανῶ, (a θερμός, calor, inde nostr. Wärme, ut ex θάλασσα nostr. Wasser) calefacio. Med., me calefacio, Marc. 14, 54. 67. Joh. 18, 18. 25. Jac. 2, 16. (Xen. Mem. 4, 3, 8.)

Θέρμη, ης, ἡ, calor, Act. 28, 3. (ἐκ, impellente calore.) — οἱ ὁ, Job. 6, 17. Ps. 19, 7. Thuc. 2, 49.

Θέρος, εος (ους), τό, (a θέρω) aestas (complectitur in orientalibus ragionibus ver nostrum cum aestate nostra), Matth. 24, 32. (Marc. 13, 28. Luc. 21, 30.) — οἱ ὁ, Prov. 6, 8. Jerem. 8, 28.

Θεσσαλονικεύς, έως, ὁ, Thessalonicensis, Act. 20, 4. 27, 2. 1 Thess. 1, 1. 2 Thess. 2, 1.

Θεσσαλονική, ῆς, ἡ, civitas Macedoniae celeberrima et metropolis praesidis et quaestoris Romani sedes, condita a Philippo,

Amyntae filio, hodie Salonichi dicta. Nomina ei antiquiores indiderant varia. Vocarunt Haliam, Emathiam, Thermam; unde Thessalonices nomen acceperit, utrum a Philippo, qui ei tribuerit in memoriam victoriae (νίκη) de Thessalis deportatae, quae est opinio Stephani Byzantini, an a Cassandro, qui, id quod Strabo lib. 7. tradit, conservari voluerit uxoris Thessalonicae, Philippi filiae, memoriam, id non constat. Incoluerunt eam praeter Graecos et Romanos Judaei multi, quibus etiam liberum esset sacris vacare in sua synagoga. Horum plurimos auctoritas et institutio Pauli ad fidem Jesu Messiae dandam adduxit. Act. 17, 1. 11. 13. Phil. 4, 16. 1 Tim. 4, 10.

Θεωρέω (ῶ), f. ήσω, (a θεωρός, spectator, et hoc a θεάομαι, q. v.) **1.**, spectator sum, specto, (θεωροί dicebantur viri, qui publice legati intererant ludis vel sacris, Plat. Crit. §. 1. Phaed. §. 1.) *a.*, absol., Matth. 27, 55. Marc. 15, 40. (Luc. 23, 35.) — *b.*, τί (i. q. contemplor, considero), Luc. 21, 6. — *c.*, seq. interrog. indir., Marc. 12, 41. 15, 47. Hebr. 7, 4.

2., oculis cerno, *a.*, seq. acc., *aa.*, acc. simpl. — τί, Matth. 28, 1. (ἦλθε c. inf.) Joh. 2, 23. 7, 3. 17, 24. 20, 38. Act. 4, 13. — τινά, Act. 3, 16. 25, 24. Luc. 24, 37. Joh. 6, 40. (θεωρεῖν τὸν υἱόν, hoc apud Joh. est: ante oculos habere τὸν σάρκα γενόμενον.) 12, 45. ut Joh. 14, 19. (ἐμὲ οὐκ ἔτι θεωρεῖ.) 16, 10. 16. 17. cf. 1, 14. Hinc Joh. 14, 17. οὐ θεωρεῖ ὁ κόσμος τὸ πνεῦμα, i. e. quasi non oculos habet, quibus eum videat; ille se conspiciendum ei praebere, praesentem dare non potest. — suppl. αὐτό e contextu Luc. 14, 29. — *bb.*, addito participio, quod vel *α.*, statum designat, in quo quis conspicitur; — τινά, oculis aliquem cerno quidquam facientem, habentem, i. e. video eum ea conditione uti, qua is, qui hoc facit, habet, utitur, Marc. 5, 15. Luc. 24, 39. 10, 18. (non vertend.: ich habe gesehen, dass —, verum: ich habe vom Satan wahrgenommen, dass er wie ein — herabgefallener Blitz war, i. e. denique: vidi, eum disparuisse, cf. Act. 17, 22.) Joh. 6, 19. 62. 10, 12. 20, 6. 12. 14. Act. 7, 56. 10, 11. 17, 16. 1 Joh. 3, 17. — τί, Act. 8, 13. (partic. γενομένας, i. e. αἳ ἐγένοντο.) — vel quo *β.*, id exprimitur, quod in aliquo conspectum est (lat. constructio acc. c. inf.), Act. 17, 16. (de participio v. supr. sub εἶδον p. 293.) — *b.*, seq. interrog. indir., Act. 21, 20. 28, 6. — *c.*, seq. ὅτι, video, Joh. 4, 19. 12, 19. Act. 27, 10. 19, 26.

3., conspicio (ea, quae subito in oculos incidunt), Marc. 5, 38. erblicken, *a.*, τινά, Marc. 3, 11. Act. 9, 7. Apoc. 11, 11. — τὸν θάνατον (zu sehen bekommen), i. e. mori (ex hebr., Ps. 16, 10. 49, 10. — οὐ — εἰς τὸν αἰῶνα non vertendum esse: non — in aeternum, sed: nunquam, supra iam dictum est p. 506. 2.). — *b.*, seq. ὅτι, animadverto, gewahr werden, Marc. 16, 4.

Θεωρία, ας, ἡ, (θεωρός, v. θεωρέω, — legatio spectandorum sacrorum vel spectaculorum caussa missa, Polyb. 31, 3, 12. Plato Phaed. c. 1., qualem v. c. Athenienses quotannis Delum mittere solebant, v. Thuc. 3, 104. Xen. Mem. 4, 8, 2.) spectatio, Luc. 23, 48. (συμπαραγενόμενοι) ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, (qui convenerant) hoc spectatum (ita ἐπί c. nominibus actionum pos. finem indicat, v. c. ἐπ' ἀγορισμὸν σίτου, Jos. Ant. 2, 6, 3. — ἐπ' ἄγραν, al.), 2 Macc. 5, 26.

Θήκη, ης, ἡ, (a τίθημι) conditorium, id, quo aliquid reconditur (v. c. cella, Xen. Oecon. 8, 17.), receptaculum, Joh. 18, 11.

Θηλάζω, f. άσω, (a θηλή, mamma) 1., trans., lacto, mammas praebeo, säugen, Matth. 24, 19. (Marc. 13, 17.) Luc. 21, 25. 23, 29. (οἱ ὁ, Gen. 21, 7. Aelian. V. H. 13, 1.) — 2., intrans., lac sugo, lacteo, saugen, Matth. 21, 16. — μαστούς, Luc. 11, 27. (Ps. 8, 3. — Theocrit. Idyll. 3, 15.)

Θῆλυς, εια, υ, femineus; — ἡ θήλεια, είας, femina, femella, Rom. 1, 26. 27. (Xen. Mem. 2, 1, 4.) — τὸ θῆλυ, εος, femina, Matth. 19, 4, (Marc. 10, 6.) Gal. 3, 28. (Gen. 1, 27. 7, 2. Ex. 1, 16. Herodot. 2, 85.)

Θήρα, ας, ἡ, (et venatio, captura, et bestia, lat. fera, nostr. Thier) tendicula, Rom. 11, 9. (Ps. 59, 3. Xen. Cyr. 8, 2, 7.)

Θηρεύω, f. σω, (a θήρα, cf. ἀγρεύω, παγιδεύω) venor, aucupo; — metaph., insidiose capto; — τὶ ἔκ τινος, Luc. 11, 54. — οἱ ὁ, Ps. 59, 3. Xen. Cyr. 8, 2, 7.

Θηριομαχέω (ῶ), f. ήσω, (a θεριομάχος, ex θηρίον et μάχομαι) cum bestiis decerto, 1 Cor. 15, 32. (verba κατ' ἄνθρωπον locum reddunt obscurum. Alii vertunt: si adversus homines tamquam adversus feras certavi. Al.: si, ut ita dictum, θηριομάχης fui, si quasi bestiarium egi. — Hoc ego illi praefero propter verba, quae addita leguntur: τί μοι τὸ ὄφελος; „ecquid erit praemi?“ Cic. de Senect. c. 1. init.)

Θηρίον, ου, τό, (dimin. voc. θήρ) fera, bestia, bellua, *a.*, propr., Marc. 1, 13. Act. 10, 12. 11, 6. 28, 4. 5. Hebr. 12, 20. Apoc. 6, 8. 11, 7. capp. 13 — 20. — *b.*, metaph., de hominibus, bestiarum similibus, i. e. saevis, ferocibus, Tit. 1, 12. (v. supr. ἀργός.)

Θησαυρίζω, f. ίσω, (a θησαυρός) propr., 1., opes colligo, et recondo; — ἐμαυτῷ, Luc. 12, 21. 2 Cor. 12, 14. — 2., τί (colligo), 1 Cor. 16, 2. (Aelian. V. H. 1, 12. Xen. Cyr. 8, 2, 24.) — τί, ἐμαυτῷ, colligo mihi aliquid, Matth. 6, 19. 20. (Aelian. V. H. 6, 12.) — 3., colligo, ut mihi reservem s. asservem (quasi thesaurum), i. e. facio, ut me maneat, cf. Tob. 4, 10. Rom. 2, 5. (ὀργήν, h. e. poenas.) — οἱ ὁ, Amos. 3, 10. — 4., reservo; — pass. i. q. τηροῦμαι, 2 Petr. 3, 7.

Θησαυρός, οῦ, ὁ, (derivant a θέω = τίθημι et αὖρον, aurum) 1., thesaurus (Virg. Georg. 4, 228.), loculus, cista vel

aliud vasculum, in quo opes et res pretiosae in futuros usus reponuntur (i. q. γαζοφυλάκιον, ὑποθήκη), *a.*, vasa, Matth. 2, 11. (ἀνοίγειν.) Xen. Anab. 5, 4, 27. — *b.*, promtuarium, cella, horreum (Nehem. 13, 12. Deut. 28, 12. 2 Reg. 20, 13.), Matth. 13, 52. — c. genit. explicat., Luc. 6, 45. et Matth. 12, 35. (ἐκ τοῦ — θησαυροῦ τῆς καρδίας, i. e. ἐκ τῆς καρδίας ὡς ἐξ ἀγαθοῦ θησαυροῦ.) Col. 2, 3. (i. e. πᾶσα σοφία κ. γνῶσις ὡς θησαυροί. — Xen. Mem. 4, 2, 9. θησαυροὶ σοφίας. — Similes phrases v. sub verbb. ζύμη, ἀπαρχία.) — **2.**, res, quae in thesauro asservantur, opes (aurum), *a.*, propr., Matth. 6, 19. 20. 21. (Luc. 12, 33. 34.) Hebr. 11, 26. (Xen. Cyr. 3, 1, 33.) — *b.*, in phrasi: θησαυρὸν ἔχειν g n o m i c e, h. e. ita dicta, ut cum re per vocem significata aliud quid in suo genere simile conferendum sit, Matth. 19, 21. (Marc. 10, 21. Luc. 18, 22. ἕξεις θησ., i. e. habebis aliquid, quod instar thesauri, i. e. reconditarum opum est.) — res pretiosa recondita, 2 Cor. 4, 7. (ea re et h. l. aliud quid in suo genere simile adumbratur. Cf. Xen. Mem. 1, 7, 14.)

Θιγγάνω, (forma producta verbi θίγω, unde aor. 2. ἔθιγον, f. θίξω, cf. lat. tetigi et tango) tango, i. e. *a.*, contrecto; — τί, Hebr. 12, 20. Col. 2, 21. — *b.*, τινός, vim infero alicui, laedo aliquem, antasten, Hebr. 11, 28. (cf. supr. ἅπτω *d.*)

Θλίβω, f. ψω, premo (v. c. uvas), urgeo, *a.*, propr., Marc. 3, 9. (Sirac. 16, 28.) — *b.*, metaph., *aa.*, vexo, affligo; — τινά, 2 Thess. 1, 6. — pass., v. 7. 2 Cor. 1, 6. 4, 8. 7, 5. 1 Tim. 5, 10. Hebr. 11, 37. (οἱ ό, Deut. 28, 53. 55. Ex. 22, 21. Ps. 23, 5.) — *bb.*, τεθλιμμένη ἡ ὁδός, (constricta) arcta, angusta via, Matth. 7, 14. (oppon. εὐρύχωρος v. 13. cf. Rom. 2, 9. — Arrian. dissert. Epict. 1, 25.) Hinc voc. seq.

Θλίψις, εως, ἡ, **1.**, propr., pressio, compressio. — **2.**, metaphor., oppressio, afflictio, vexatio, *a.*, quoad est actio, 2 Thess. 1, 6. — *b.*, quoad est status et conditio; — oppon. ἄνεσις, 2 Cor. 8, 13. iungitur c. στενοχωρία, Rom. 2, 9. 8, 35. 2 Cor. 6, 4. — cum ἀνάγκη, 1 Thess. 3, 7. — cum διωγμός, Matth. 13, 21. (Marc. 4, 17.) 2 Thess. 1, 4. hinc Act. 11, 19. 7, 11. Apoc. 1, 9. — dic. de carcere et vinculis, Matth. 24, 9. (παραδιδόναι τινὰ εἰς —.) Phil. 4, 14. — de obsidione pressis et belli calamitatibus, Matth. 24, 21. 29. (Marc. 13, 19. 24.) — de iis, qui inopia laborant et in angustiis versantur, Jac. 1, 27. Apoc. 2, 9. 22. — qui in exilio vivunt, Apoc. 7, 14. — θλίψιν ἔχω (i. q. θλίβομαι), Joh. 16, 33. 1 Cor. 7, 28. Apoc. 2, 10. — θλίψις ἐπί τινα (ἔρχεται), Act. 7, 11. Rom. 2, 9. — Rom. 12, 12. 2 Cor. 1, 4. 4, 17. 8, 2. — γίνεταί τινι, 2 Cor. 1, 8. — ἐν θλίψει, 1 Thess. 1, 6. — plur., Act. 7, 10. 14, 22. 20, 23. Rom. 5, 3. Eph. 3, 13. 1 Thess. 3, 3. Hebr. 10, 33. Col. 1, 24. (v. supr. ἀνταναπληρόω.) — *c.*, θλίψις, qua dicitur aliqua θλίβεσθαι res, i. e. constringi, coarctari; — τῆς καρδίας (κ. συνοχή), Beklemmung, 2 Cor. 2, 4. — vinculorum, Phil. 1, 16. (verba sic videntur

enarranda: praedicant Christum, quia se sperant effecturos esse, ut vincula mea arctius constringantur, i. e. ut omni privatus libertate in vinculis detinear, cf. Act. 28, 30.)

Θνήσκω, f. θανοῦμαι, (ab obsol. θήνω, quod cognat. vid. verbo φένω, unde φόνος, et lat. funus. Cf. θήρα et lat. fera. — aor. 2. ἔθανον, perf. τέθνηκα, cf. βέβληκα, inf. τεθνάναι) morior, τέθνηκα, mortuus sum, Matth. 2, 20. Marc. 15, 44. Luc. 8, 49. Joh. 11, 21. 19, 33. Act. 14, 19. (h. l. infin.) partic., Luc. 7, 11. (post τεθν. tollas virgulam.) Act. 25, 19. — praefixo artic., Joh. 11, 39. 44. et 12, 1. (qui defunctus erat.) — 1 Tim. 5, 6. (iam mortua est, ante quam moritur, i. e. mortuae similis est.)

Θνητός, ή, όν, (adi. verbale a θνήσκω, perf. pass.) mortalis (oppon. ἀθάνατος), Rom. 6, 12. 8, 11. 1 Cor. 15, 53. 54. 2 Cor. 4, 11. 5, 4.

Θορυβέω (ῶ), f. ήσω, (a θόρυβος, q. v.) strepitum facio (dicuntur e. g. qui in conventibus publicis assensum dissensumve murmurando significant. Dem. 16, 27. 577, 9.), turbam facio, v. c. vociferando, lamentando; — med., Act. 20, 10. Matth. 9, 23. (Marc. 5, 39.) — activ. transit., perturbo, τὴν πόλιν, Act. 17, 5.

Θόρυβος, ου, ὁ, (cognat. cum vocibus: θρόος; τύρβη, unde τυρβάζω, lat. turbo, turba, nostr. trübe; — propr. de mixtione et confusione ordinem pervertente, item de strepitu, qui sonis ac vocibus fit varie mixtis, item de murmuratione et strepitu in locis, ubi silentium habendum est, orto v. c. in conventibus publicis) *a.*, strepitus et conclamationes, Matth. 27, 24. Marc. 5, 38. — *b.*, efferatae vociferationes hominum seditiosorum, tumultus, Act. 20, 1. 21, 34. 24, 18. (distinguitur ab ὄχλῳ, ut Act. 17, 5.) — *c.*, tumultus, quo ordo turbatur, Matth. 26, 5. (Marc. 14, 2.) — οἱ ὁ, Ps. 65, 8. Ez. 7, 7. Jerem. 49, 2.

Θραύω, f. αύσω, (cognata verba: τρώω, τιτρώσκω, τραῦμα, vulnus, frango, v. supr. θνήσκω) frango (Exod. 15, 6.), confringo, ut lat. frango i. q. debilito (fractus = debilitatus, confectus), Luc. 4, 18. (Jes. 58, 7.)

Θρέμμα, τος, τό, (a τρέφω, alo) pecus, pecora, pecudes, Joh. 4, 12. (Xen. Oecon. 20, 23. Aelian. V. H. 12, 56.)

Θρηνέω (ῶ), f. ήσω, (a θρῆνος, q. v.) lamentor, lugeo, *a.*, intrans., Joh. 16, 20. — de naenias canentibus, Matth. 11, 17. Luc. 7, 32. (οἱ ὁ, Jerem. 9, 16. Joël. 1, 5. Hom. Il. 24, 722.) — *b.*, τινά, deploro, Luc. 23, 27. (Herodian. 3, 4, 13.)

Θρῆνος, ου, ὁ, (ab obsol. θρέω, cf. nostr. Thräne, dröhnen) lamentatio, Matth. 2, 18. (οἱ ὁ, 2 Sam. 1, 17. Jerem. 9, 17. Xen. Ages. 10, 3.)

Θρησκεία, ας, ἡ, (pro quo Herodot. 2, 18. 37. θρησκία — productio syllabae adiectivi: ιος, ία, ιον, qualem facit dialectus ion. litteris: ήϊος, ηΐα, ήϊον, et qualis est in verbis εύω pro έω, v. θρησκεύω et cf. βασιλεία, βουλεία, δουλεία, al. et in substantivis εύς pro ής — θρησκεία, propr., indoles, agendi ratio,

eius, qui se θρῆσκον praebet, i. e. pium, vel superstitiosum) cultus religiosus, Jac. 1, 26. 27. Act. 26, 5. — Col. 2, 18. (θρησκ. τῶν ἀγγέλων videtur imaginem exhibere τῆς ταπεινοφροσύνης; — ἀγγέλων igitur non genit. obiecti, sed subiecti, v. supr. ἄγγελος — locus ceteroquin perobscurus, et forsitan corruptus.)

Θρῆσκος, ου, ὁ, (etymon non exploratum est, v. Passov. sub h. v.) superstitiosus, — religiosus, Jac. 1, 26.

Θριαμβεύω, f. εύσω, (a θρίαμβος, i. e. hymnus in Bacchum, cani solitus in Bacchanalibus; apud Rom. triumphus. — Diod. Sic. 4, 5. Arrian. Expedit. Alex. M. 6, 28.) triumphum ago; — τινά, **1.**, duco aliquem in triumpho, triumphum ago de aliquo, Col. 2, 15. (sens.: quem deus e mortuis resuscitavit, penes hunc unum vitae aeternae largiendae potestatem esse voluit, ut nemo alius inveniatur, cuius voluntati et imperio sit in caussa salutis obtemperandum; cf. Phil. 2, 9—11. — ἐν αὐτῷ, i. e. dum eum ad coelum tolleret.) — **2.**, triumphare facio aliquem, 2 Cor. 2, 14. (qui semper felices successus dat, si quid in caussa Christi negotii suscepimus.)

Θρίξ, τριχός, ἡ, **1.**, capillus, crinis, Matth. 5, 36. 10, 30. (Luc. 12, 7.) cf. Luc. 21, 18. Act. 27, 34. (1 Sam. 14, 45. 2 Sam. 14, 11. 1 Reg. 1, 52.) Luc. 7, 38. 44. Joh. 12, 3. 1 Petr. 3, 3. Apoc. 1, 14. 9, 8. — **2.**, pilus; — εἶχε — ἀπὸ τριχῶν, Matth. 3, 4. (habuit — e pilis confectum, non ergo pellem camelinam gestavit ipsam. Nam qui pelle indutus est, non dicitur id, ut vestem habeat, debere pilis, nec, quae Marci phrasis est, pilis indutus esse. Clem. Rom. 2 ep. ad Cor. ἐν δέρμασιν αἰγείοις κ. μηλωταῖς, κ. τριχῶν καμηλείων πλέγμασιν περιεπάτησαν. v. Clem. Alex. Strom. lib. 4. p. 221. ed. Sylb.)

Θροέω (ῶ), f. ήσω, (a θροός, tumultus) perturbo, perterrefacio; — pass., perturbor animo, perterrefio, paveo, Matth. 24, 6. (Marc. 13, 7.) 2 Thess. 2, 2. — οἱ ὁ, Cantic. 5, 4.

Θρόμβος, ου, ὁ, omnis gutta maior, concreta et viscida (Dioscorid. 1, 68. Herodot. 1, 179.); — θρόμβοι αἵματος, guttae sanguineae, Luc. 22, 44. (ἐγένετο ὡσεί, i. e. tam spissus erat.) — cf. Eurip. Hecub. v. 243.

Θρόνος, ου, ὁ, (derivat Athenaeus lib. 5, p. 192. ed. Casaub. a θράω, sedeo) thronus, i. e. solium, s. sella augustior cum suppedaneo (θρήνῳ), quae tribuitur regibus, iudicibus, doctoribus (Xen. Cyr. 6, 1, 6.). In N. T. **1.**, solium, cui insidetur, et insidere soliis dicuntur *a.*, reges, Luc. 1, 52. Act. 2, 30. — per metaph., deus, totius mundi gubernator, Matth. 5, 34. 23, 22. cf. Act. 7, 49. Jes. 66, 1. Apoc. 1, 4. 3, 21. 4, 2—6. 9. 10. al. Hebr. 1, 8. 8, 1. 12, 2. (Ps. 45, 7.) — coelum, θρόνος Διός, Theocrit. Idyll. 7, 93.) Hebr. 4, 16. (ὁ θρόνος τῆς χάριτος.) — Messias, Luc. 1, 32. θρόνῳ δόξης, Matth. 19, 28. 25, 31. Apoc. 3, 21. 20, 11. 22, 3. — *b.*, iudices, Matth. 19, 28. (Luc. 22, 30.) Apoc. 20, 4. — et seniores, Apoc. 4, 4. 11, 16

— thronus Satanae, Apoc. 2, 15. — belluae, Apoc. 16, 10. — 2., metonym., imperium, regnum, Col. 1, 16. (munera, quorum administratores soliis s. thronis uti consuerunt.)

Θυάτειρα, ων, τά, urbs Lydiae s. Mysiae parum celebris, colonia graecorum Macedonum, Sardes inter et Pergamum ad Lycum fluvium sita, cuius incolae tum mercatura tum vestes purpureas conficiendi arte victum quaerebant. Antiquitus nomen ei fuit Pelopiae et Evippiae (Plin. H. N. 5, 29.), nunc a Turcis Akhissar vocatur. Commemoratur Act. 16, 14. Apoc. 1, 12. 2, 18.

Θυγατήρ, έρος, ἡ, (unde vernac. Tochter) filia, *a.*, pr., Matth. 9, 18. 22. 10, 35. 37. 15, 22. Act. 7, 21. al. — *b.*, improprie, *aa.*, in blanda compellatione, Matth. 9, 22. (Marc. 5, 34. Luc. 8, 48. v. *υἱός, τέκνον.*) — *bb.*, in phrasibus ad Hebraeorum loquendi consuetudinem conformatis: — *ἡ θυγατὴρ Σιών*, urbs Hierosolymorum, Matth. 21, 5. (Jes. 62, 11.) Joh. 12, 15. (urbes ap. Hebraeos conferri solent cum virginibus et filiabus, Amos. 5, 1. Ps. 45, 13. 137, 8. Jes. 10, 32. Jerem. 46, 24. Thren. 1, 6. 2, 1.) — filia, *Σιών*, Sionis montis, in quo urbs (urbis pars antiquior) exstructa erat, 2 Sam. 5, 9. — *αἱ θυγατέρες Ἱερουσαλήμ*, cives Hierosolymitanae, Luc. 23, 28. coll. v. 27. — *αἱ θυγατέρες Ἀαρών*, mulieres e posteris Aaronis, Luc. 1, 5. — *θυγατὴρ Ἀβραάμ*, mulier, quae ab Abraamo originem ducit, Luc. 13, 16. (Gen. 36, 2. v. *υἱός.*)

Θυγάτριον, ου, τό, (dimin. voc. *θυγατήρ*) filiola, Marc. 5, 23. 7, 25.

Θύελλα, ης, ἡ, (a *θύω*, ferveo, intumesco, cf. *ἄελλα* ab *ἄω, ἄημι*) procella, turbo, Hebr. 12, 18. (*οἱ ό*, Deut. 4, 11. Hom. Od. 5, 317.)

Θύϊνος, η, ον, (a *θυία*, citrus, arbor odorifera Libyes cyrenaicae et hammoniacae, suffitui adhibita; — cf. *ἀκάνθινος, ὑακίνθινος*, al.) thyinus, citrinus, Apoc. 18, 12. (Plin. H. N. 13, 16.)

Θυμίαμα, τος, τό, (a *θυμιάω*, q. v.) 1., suffimentum ex aromatibus incensum; — plur., Apoc. 5, 8. 8, 3. 4. 18, 13. (*οἱ ό*, Ex. 25, 16. Diod. Sic. 1, 62.) — 2., suffitus, Luc. 1, 10. 11. (*ἡ ὥρα τοῦ θ.*) — *οἱ ό*, Ex. 30, 1.

Θυμιατήριον, ου, τό, (neutr. adi. *θυμιατήριος, α, ον*, a *θυμιατήρ*, quod format. a *θυμιάω*. Ad neutr. suppl. *ὄργανον*. V. supr. *ἀκροατήριον, αἰσθητήριον*) thuribulum, Hebr. 9, 4. (*οἱ ό*, 2 Chron. 26, 19. Ez. 8, 11. Aelian. V. H. 12, 51. Thuc. 6, 46.)

Θυμιάω (ῶ), f. *άσω*, (a *θῦμα*, vel a *θύμος*, et hoc a *θύω*, q. v.) suffitum facio, Luc. 1, 9. (*οἱ ό*, Ex. 30, 7. 8. 10, 27. Aelian. V. H. 12, 51. Diod. Sic. 1, 84.)

Θυμομαχέω (ῶ), f. *ήσω*, (a *θυμομάχος*, quod compos. ex *θυμός* et adi. verbali verbi *μάχομαι*) infenso et irato animo pugno Diod. Sic. 17, 33. Polyb. 27, 8, 4.); — *τινί*, cum aliquo (ut gr. *μάχομαί τινι*), Act. 12, 20.

Θυμός, οῦ, ὁ, (recte Plato in Cratyl. p. 419. E. derivat a θύω, spiro — ἀπὸ τῆς θύσεως κ. ζέσεως τῆς ψυχῆς. cf. lat. spiritus. — Hinc utrumque signif., et animum spirantem quasi in corpore, et iram, qua hominis flatus agitatur, et qua intumescit. — θύω dicitur de vento commoto et vehementer spirante [cf. θύελλα], toben, Hom. Od. 12, 400. 408. — θύων τινί, fluvius aliqua re tumidus, Il. 21, 324. Hinc translatum est ad res vaporantes et odorantes, ut lat. spirare, cf. θυία, τὸ θύμον [Thymian], et lat. thus, atque hinc θύω: odores incendo [ut fit in sacrificiis]. Verbum ergo ad sacrificia translatum est, non quod tenebatur effervescendi et ardendi s. motus excitati notio, ut Passovius sub v. θύω vult, sed propter spiramenta incensorum odorum. Eodem vinculo verbum hebr. רוּחַ venti spirantis et animi notionem coniungit, sibique alligat verb. הֵרִיחַ, unde nostr. riechen. — Adde quod נָשַׁם in sermone hebr. significat spiro, odoro in syriaco) ira, Luc. 4, 28. Act. 19, 28. Hebr. 11, 27. Apoc. 12, 12. (ἔχειν θυμόν, ut Aelian. V. H. 1, 14.) — 16, 1. 15, 1. — iung. cum ὀργή, Eph. 4, 31. Col. 3, 8. Rom. 2, 8. — ὁ θυμὸς (fervor) τῆς ὀργῆς, Apoc. 16, 19. — ὁ θυμὸς κ. ὀργή, Apoc. 19, 15. — pl., 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. (cf. lat. animi.) — ὁ οἶνος τοῦ θυμοῦ τ. θεοῦ, Apoc. 14, 10. (i. q. τὸ ποτήριον τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ.) vinum fervoris (ex quo qui bibit, ardore letali et insania perit, cf. Jes. 51, 17. 22. Jerem. 25, 13. Ps. 22, 6.), Apoc. 14, 8. 10. 16, 19. 18, 3. 19, 15.

Θυμόω (ῶ), f. ώσω, (a θυμός, q. v.) facio, ut quis exardescat, irascatur. — Pass., irascor, Matth. 2, 16. (ἐθυμώθη λίαν; — οἱ ὁ, Gen. 30, 2. Xen. Cyr. 5, 5, 11.)

Θύρα, ας, ἡ, (unde nostr. Thüre) ianua, 1., sens. propr., — κλείω τὴν —, Matth. 6, 6. — pass., Matth. 25, 10. Luc. 11, 7. 13, 25. Act. 21, 30. Joh. 20, 19. — ἀνοίγω, Act. 5, 19. — κρούω, Act. 12, 13. — pass., 16, 26. 27. — διὰ τῆς θ., Joh. 10, 1. 2. — πρὸς τὴν θ., Marc. 1, 33. 11, 4. Act. 3, 2. — τὰ πρὸς τὴν θ., vestibulum, Marc. 2, 2. — πρὸς τῇ θύρᾳ, Joh. 18, 16. — ἐπὶ τῇ θ., Act. 5, 9. (pl., Matth. 24, 33. et Marc. 13, 29. v. post.) — πρὸ τῆς θ., Act. 12, 6. — pl., Act. 5, 23. (Jac. 5, 9.) v. post. — ἡ θ. τοῦ μνημείου, Matth. 27, 60. 28, 2. (Marc. 15, 46. 16, 3.) — Hom. Od. 9, 243. 12, 256. — 2., in orat. metaph., *a.*, ἡ θύρα τῶν προβάτων, ianua, per quam educuntur et intromittuntur oves, nomen eius, qui salutem affert iis, qui ipsum ducem sequuntur, Joh. 10, 7. 9. (de quo l. v. supr. εἰςέρχομαι p. 330.) — *b.*, ianua aperta; *aa.*, — τῆς πίστεως, aditus ad fidem datus alicui, i. e. opportunitas oblata accedendi ad fidem, Act. 14, 27. (aperire fores amicitiae, Cic.) — *bb.*, aperta doctori, i. e. opportunitas alios docendi, 2 Cor. 2, 12. explicatius: Col. 4, 3. — θύρα μεγάλη κ. ἐνεργής, magni et ampli aedificii, quod magnam hominum erudiendorum capit multitudinem, 1 Cor. 16, 9. — *cc.*, ianua regni coelestis, iis aperienda,

quibus donetur vita aeterna, Apoc. 3, 8. coll. v. 7. — *dd.*, ἐπὶ θύραις εἶναι dic. res instantes, Matth. 24, 33. (Marc. 13, 29.) Aristoph. Plut. v. 767. Lat. in limine adesse, Virg. Aeneid. 8, 656. — item πρὸ θυρῶν εἶναι dic. is, cuius adventus proxime instat, Jac. 5, 9. — *ee.*, ἑστηκὼς ἐπὶ τῆς θύρας κ. κρούων, Christus hospitium quasi quaerens, ut eos, qui se exceperint, felices reddere possit, Apoc. 3, 20.

Θυρεός, οῦ, ὁ, (a θύρα, quippe spectata eius forma oblonga et quadrata) scutum, Eph. 6, 16. (τὸν θ. τῆς πίστεως, i. e. τὴν πίστιν ὡς θυρεόν, v. supr. ἀπαρχή, ζύμη, θησαυρός.) — Polyb. 6, 23, 2. — Differt ἀσπίς, clypeus, quippe qui erat brevior et forma orbiculari.

Θυρίς, ίδος, ἡ, (dimin. vocis: θύρα, propr. ostiolum) fenestra, Act. 20, 9. 2 Cor. 11, 33. (οἱ ό, Jos. 2, 15. 18. Diod. Sic. 20, 85.)

Θυρωρός, οῦ, ὁ, ἡ, (ex θύρα et οὖρος, custos, curator. Cf. ἀρκυωρός, αὐλουρός) ianuae custos, vel (servus) ianitor, vel (serva) ianitrix; — masc., Marc. 13, 34. Joh. 10, 3. — femin., Joh. 18, 16. 17. — οἱ ό, 2 Reg. 7, 10. Xen. Cyr. 8, 8, 20.

Θυσία, ας, ἡ, (a θύω, q. v.) victima, hostia, *a.*, propr., Matth. 9, 13. et 12, 7. (ex Hos. 6, 6.) Hebr. 10, 5. 20. Marc. 9, 49. (v. supr. ἁλίζομαι.) Eph. 5, 2. — pl., Marc. 12, 33. Luc. 13, 1. Act. 7, 42. Hebr. 9, 23. 1 Cor. 10, 18. — ἀνάγειν θυσίαν τινί, Act. 7, 41. (ἀνάγ. scil. ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, cf. Jac. 2, 21.) — προςφέρειν, Hebr. 5, 1. 10, 12. — pl., 8, 3. — pass., 9, 9. — ἀναφέρειν, 7, 27. — Not.: διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ, per suum sacrificium, i. e. per sacrificium ab ipso oblatum, Hebr. 9, 26. (construe: εἰς ἀθέτ. ἁμαρτ. διὰ τῆς θ. αὐτοῦ. Non recte Schulzius: mittelst seiner eigenen Aufopferung, quasi αὐτοῦ esset genit. obi. et θυσία actionem sacrificandi denotaret. Nam si ita capi verba voluisset auctor, scripturus fuisset: διὰ τὴν θυσίαν τὴν ἑαυτοῦ, sive: διὰ τὴν ἑαυτοῦ θυσίαν.) — **2.**, in oratione comparationibus utente, 1 Petr. 2, 5. (θυσίαι πνευματικαί, sacrificia, quae ex animo proficiscuntur.) — θυσία, donum gratuitum, quod cum oblato sacrificio confertur, Phil. 4, 18. Hebr. 13, 16. (τοσαύταις θυσίαις, i. e. his rebus si sacrificiorum loco offeruntur, deus delectatur.) — παραστῆσαί τι θυσίαν, sistere aliquid loco victimae, Rom. 12, 1. (verte: victimam vivam, quae sit pura, deo grata.) — θυσία αἰνέσεως, Hebr. 13, 15. (quod si h. l. esset, ut esse potest, αἴνεσιν ὡς θυσίαν, v. supr. θυρεός, auctori non addenda fuisset ea, quam addidit, verborum explicatio. Expressisse igitur putandus est id, quod Hebr. זִבְחֵי־תוֹדָה dicunt, atque hoc ipsum accuratius definivit.) — Levit. 7, 3. Ps. 107, 22.

Θυσιαστήριον, ίου, τό, (neutr. adi. θυσιαστήριος, ία, ιον, a θυσιαστήρ, quod est a θυσιάζω deriv. Suppl. ὄργανον, v. supra θυμιατήριον) altare, ara, Matth. 5, 23. 24. 23, 18 — 20. Luc. 1, 11. 1 Cor. 9, 13. (v. συμμερίζω.) 10, 18. (h. l. tropus,

eiusque explicatio.) Hebr. 7, 13. 13, 10. Jac. 2, 21. Apoc. 6, 9. 8, 5. 9, 13. — altare holocaustorum, Luc. 11, 51. (cf. Gen. 8, 20.)

Θύω, f. ύσω, perf. p. τέθυμαι, **1.**, pr., spiro, i. e. *a.*, halitum agito, sufflo, cf. lat. fumus (ita cf. θήνω et φόνος, θήρα et lat. fera). — *b.*, spiro odores, vaporo; — *c.*, odores incendo. Hinc omnino: sacrificium offero, v. supr. θυμός) **1.**, immolo, *a.*, absol., Act. 14, 13. — *b.*, τινί, alicui (in honorem alicuius), Act. 14, 18. — *c.*, τινί τι, 1 Cor. 10, 20. (οἱ ό, 1 Reg. 8, 63. Xen. Mem. 1, 3, 3 θύειν θυσίας. — 2, 2, 12. θ. ἱερά.) — **2.**, macto, *a.*, absol., Act. 10, 13. 11, 7. — *b.*, τί, Luc. 15, 23. 27. 30. — pass., Matth. 22, 4. (1 Sam. 28, 24. 25, 11.) — τὸ πάσχα, Marc. 14, 12. (ὅτε ἔθυον, i. e. qui ex instituto dies erat mactando agno destinatus, cf. Luc. 22, 7. v. Matth. gramm. §. 502. 1.) 1 Cor. 5, 7. — Hinc **3.**, trucido, absol., Joh. 10, 10.

Θώραξ, ακος, ὁ, **1.**, propr., pectus, s. pars corporis a collo usque ad umbilicum, ubi costae desinunt (Arist. Hist. An. 1. c. 7.), Apoc. 9, 9. (εἶχον θώρακας.) — **2.**, lorica (munimentum corporis, duabus partibus constans, quarum una tergum, altera pectus tegebat), Apoc. 9, 9. (ὡς θώρακας σιδηροῦς.) v. 17. Eph. 6, 14. (i. e. δικαιοσύνην ὡς θώρακα.) 1 Thess. 5, 8. (i. e. πίστιν ὡς θώρακα, v. supr. ζύμη.) — Hom. Il. 3, 332. Xen. Mem. 3, 10, 9.

I.

Ἴαμα, τος, τό, (ab ἰάομαι, q. v.) sanatio, pl., 1 Cor. 12, 9. 28. 30. (Thuc. 2, 31. Polyb. 7, 14, 2. οἱ ό, Jerem. 47, 11. Jes. 33, 6.)

Ἰάομαι (ῶμαι), (verbum dep., cuius praes., imperf. ἰώμην, et aor. 1. med. ἰασάμην significatione act., sed perf. p. ἴαμαι, aor. 1. p. ἰάθην, fut. 1. p. ἰαθήσομαι signific. passiva leguntur) *a.*, propr., *aa.*, τινά, sano aliquem, medeor alicui, Luc. 5, 17. 6, 19. 9, 2. 11. 42. Joh. 4, 47. Act. 9, 34. 10, 38. 14, 4. 22, 51. 28, 8. — pass., Matth. 8, 8. (Luc. 7, 7.) v. 13. 15, 28. Luc. 8, 47. Joh. 5, 13. (Act. 3, 11.) Jac. 5, 16. (Sirac. 28, 3.) — *bb.*, τινὰ ἀπό τινος, sano (i. e. sanando libero) aliquem ab aliquo; — pass., Marc. 5, 29. Luc. 6, 17. 17; 15. — *b.*, trop., salvum facio, Matth. 13, 15. (Joh. 12, 40. Act. 28, 17. e Jes. 6, 10. aliter Marc. 4, 12.) — pass., 1 Petr. 2, 24. — gnomice (de quo loquendi genere v. sub θησαυρός) pass., Hebr. 12, 13. — Hinc voc. seq.

Ἴασις, εως, ἡ, sanatio, Luc. 13, 32. Act. 4, 22. 30. (οἱ ό, Prov. 3, 8. 4, 22.)

Ἴασπις, ιδος, ἡ, iaspis, idis, hebr. יָשְׁפֵה, Ez. 28, 13. Ex. 28, 18. Jes. 14, 12. gemma diversicolor (nam alia est purpurea, alia caerulea, viridis alia, alia aeri similis. Plin. H. N.

37, 5.), Apoc. 4, 3. 21, 11. 18. 19. (Nonnulli interprett. in his l. adamantem volunt intelligi, levibus rationibus ducti scil. ob voc. κρυσταλλίζων; at iaspis etiam est κρυσταλλοειδής; et quoniam οἱ ό, Ex. 28, 19. hanc vocem pro adamante posuerint. At quid inde? Nam Jes. 54, 12. etiam pro alia gemma posuerunt et undenam constat, in loco Ex. 28, 18. intelligendum esse adamantem?)

Ἰατρός, οῦ, ὁ, (ab ἰάομαι) medicus, Marc. 5, 26. (Luc. 8, 43.) Col. 4, 14. (Xen. Mem. 1, 2, 51.) — Luc. 4, 23. (medice, cura te ipsum, quod h. l. est: his qui tibi propinquiores sunt, civibus tuis, si quid potes, impende, priusquam aliorsum te confe-ras.) — Matth. 9, 12. Marc. 2, 17. Luc. 5, 31.

Ἰδέ (Rom. 11, 22. Gal. 5, 2.), item ἴδε (quae est forma serior), imperat. aor. 2. εἶδον, q. v. — ἔρχου κ. ἴδε, Joh. 1, 47. 11, 35. v. ἔρχομαι p. 444. — 1., extra constructionem ut particula ponitur, *a.*, ab initio sententiarum vox eius, qui aliquid ab aliquo non vult negligi, Marc. 2, 24. 11, 21. 13, 1. — nostr.: sieh' doch, Joh. 16, 29. 11, 36. 19, 4. 5, 14. Gal. 5, 2. — interdum respondens nostr. ja, Joh. 18, 21. (ἴδε οὗτοι οἴδασιν, die wissen ja, aut vox eius, qui aliquid affert novi et inexspectati, Joh. 11, 3. 7, 26. 12, 19. — aut est vox monstrantis, nostr. da; ἴδε ὁ τόπος, da ist der Ort, Marc. 16, 6. — Marc. 3, 34. Joh. 1, 29. 36. — Joh. 1, 48. nostr.: das da ist ein cett. — 19, 5. 14. 26. Matth. 25, 25. — vel *bb.*, verbis proferendae sententiae interseritur sic, ut praemittantur verba, post quae alicuius rei novitas magis in oculos incurrat, Matth. 25, 20. 22. Joh. 3, 26. — et *cc.*, vel in oratione ad plures conversa locum obtinet, Marc. 3, 34. Joh. 1, 29. 36. 48. 7, 26. 11, 36. 12, 19. 19, 4. 5. 14. — Reperitur vero etiam 2., cum aliis vocibus constructum; — c. acc., lat.: en c. acc., Rom. 11, 22. — c. ὅτι, cognosce, Joh. 7, 52. (v. sub ἐρευνάω.) — seq. interrog. indir., perpende, animadverte, Marc. 15, 4. Caetera v. sub εἶδον p. 294.

Ἰδέα, ας, ἡ, (ab εἶδον, ἰδεῖν) forma, figura, Matth. 28, 3. (οἱ ό, Dan. 1, 15. Thuc. 6, 4. Diod. Sic. 1, 12.)

Ἴδιος, ία, ον, (apud Atticos etiam ἴδιος, ὁ, ἡ) 1., proprius; *a.*, adiect. nominibus rerum; *aa.*, id, quod aliquis pro se ipse habet (oppon. κοινός), Marc. 15, 20. Matth. 25, 15. Act. 4, 32. Luc. 10, 34. (iumento imposuit suis usibus destinato.) 1 Cor. 11, 21. 15, 23. 9, 7. Joh. 7, 18. Rom. 11, 24. 14, 5. 1 Tim. 3, 4. 5. 12. 5, 4. — *bb.*, id, quod aliquis sibi ipsi debet, Rom. 10, 3. (τὴν ἰδίαν δικαιοσ. oppon. ἡ δικ. ἡ τ. θεοῦ, i. e. a deo data.) Act. 28, 30. (τὸ ἴδιον μίσθωμα, i. e. quod sibi ipse locaverat.) Luc. 6, 44. (fructus, quem per suam naturam fert.) — *cc.*, ponitur pro pronomine possessivo, ita tamen, ut subiectum ab alio subiecto distinguatur (oppon. ἀλλότριος), quod aliquis ipse habet, v. c. διὰ ἰδίου αἵματος, Hebr. 9, 12. 13, 12. Act. 20, 28. Hebr. 7, 27. — 3, 12. 1 Cor. 7, 37. Joh. 5, 43.

2 Petr. 3, 17. 1 Cor. 6, 18. 4, 12. 2 Petr. 3, 16. Act. 13, 36. (τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ, aetate qua ipse vixit. Distinguitur scil. ab eo, ad quem verba Psalmi v. 35. laudata pertinent.) — *dd.*, id, cuius aliquis est dominus et possessor, quod aliquis vere habet, Joh. 10, 3. 4. (τὰ ἴδια πρόβατα, oppon. ὁ μισθωτός.) — *ee.*, ἡ ἰδία πόλις τινός, urbs, oppidum, cuius est aliquis civis et incola, Luc. 2, 3. Matth. 9, 1. Huc ref. Act. 1, 25. — *ff.*, καιρῷ ἰδίῳ, suo tempore, Gal. 6, 9. — pl., 1 Tim. 2, 6. 6, 15. Tit. 1, 3. — Not.: interdum in unam eandemque sententiam variae vocis significationes conveniunt, ut 1 Cor. 3, 8. (τὸν ἴδιον μισθόν, i. e. mercedem, qua pro se fruatur, v. *aa.* — ἕκαστος λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον, quisque accipit iuxta laborem, quem ipse impendit, non alius, v. *dd.*) — interdum ponitur, ubi poni poterat ἑαυτοῦ, Joh. 4, 44. Matth. 22, 5. — (ad locum 2 Petr. 1, 21. praeter ea, quae supra sub v. ἐπίλυσις dicta sunt, hic notamus, τὸ ἰδίας ad eum referendum esse, qui oraculum edat. Hunc negat auctor sensum oraculi certo definire posse.) — *b.*, adiect. nominibus personar., *aa.*, pro genit. possess. ἑαυτοῦ, ῆς, οῦ, vel αὐτοῦ, ῆς, οῦ, Joh. 1, 42. (ἀδελφός.) 1 Cor. 7, 2. 1 Petr. 3, 1. 5. Matth. 25, 14. Rom. 14, 4. — *bb.*, vi fortiori praeditum exprimi potest verbis: vel, adeo suus, a, um, Joh. 5, 18. 1 Thess. 2, 14. Rom. 8, 32. Tit. 1, 12. — οἱ ἴδιοι, domestici, ad domum, vel familiam pertinentes, 1 Tim. 5, 8. Joh. 1, 11. 13, 1. Act. 4, 23. 24, 23. (Xen. H. G. 2, 4, 29.) — *c.*, neutr. τὸ ἴδιον, oppon. τὸ ἀλλότριον, ξένον, peregrinum, exterum, Joh. 15, 19. (amaret id, quod sibi genere propinquum est, alienum.) — πράσσειν τὰ ἴδια, sua agere, nec se rebus alienis immiscere, 1 Thess. 4, 11. — λαλεῖν ἐκ τῶν ἰδίων, ex suo ingenio verba proferre, Joh. 8, 44. — τὰ ἴδια, domus, quam habet aliquis, Act. 21, 6. Joh. 16, 32. 19, 27. (Aelian. H. N. 10, 23. Polyb. 2, 27, 5.) Joh. 1, 11. (ad homines mundum a se conditum incolentes, coll. v. 3. 10.)

2., privatus (oppon. δημόσιος, κοινός, Xen. Hier. 10, 5. 11, 1. Mem. 3, 7, 5.); — ἰδίᾳ, adv., seorsim, 1 Cor. 12, 11. (Xen. Cyr. 6, 2, 34. Lucian. Toxar. §. 49. Xen. Mem. 3, 3, 5.) — κατ' ἰδίαν, seorsim, Matth. 14, 13. (Marc. 6, 32. Luc. 9, 10.) 17, 1. (Marc. 9, 2.) v. 19. (Marc. 9, 28.) 20, 17. 24, 3. (Marc. 13, 3.) Luc. 10, 23. — Marc. 7, 33. Act. 23, 19. — add. μόνος, Marc. 9, 2. — privatim, Marc. 5, 34. — sigillatim, insbesondere, Gal. 2, 2.

Ἰδιώτης, ου, ὁ, (ab ἴδιος) **1.**, privatus, qui non fungitur munere publico, Xen. Mem. 2, 6, 18. Ages. 1, 2. — unus e vulgo, plebeius, oppon. τοῖς πολιτευομένοις. — **2.**, qui rerum gerendarum ignarus est, omnino imperitus, indoctus (Xen. Mem. 3, 12, 1.), Act. 4, 13. (illiteratus.) 2 Cor. 11, 6. — 1 Cor. 14, 24. (qui linguam peregrinam non intelligit.) — unus de plebe Christiana (laicus), 1 Cor. 14, 16. (illi idiotae. Cic. in L. Pison. c. 26.)

Ἰδού, adverb. exclamat., en! ecce! Reperitur orationi inter-

iectum post genit. absol., Matth. 1, 20. 2, 1. 13. 9, 18. 12, 46. 17, 5. 25, 6. 47. 28, 11. — καὶ ἰδού, Matth. 2, 9. 3, 16. 17. 4, 11. 8, 2. 24. 29. 32. 34. 9, 2. (Luc. 5, 18.) v. 3. 20. 12, 10. 42. 15, 22. 17, 3. 5. 19, 16. 26, 51. 27, 51. 28, 2. 7. 20. Luc. 1, 20. 31. 36. 2, 9. 25. 5, 18. 7, 37. 9, 30. 38. 39. 10, 25. 13, 11. 30. 14, 2. 19, 2. 23; 50. 24, 13. Act. 12, 7. 16, 1, his in l. posuit auctor, cum finita narratione ad rem novam transiret. Interdum eadem formula ea res notatur, quae non exspectata quidem, at nihilominus tamen certa est, 2 Cor. 6, 9. καὶ ἰδοὺ ζῶμεν, et tamen vivimus, cf. Matth. 7, 4. (Luc. 11, 31.) — nonnunquam verbis illis exclamat auctor, qui iis mente addi vult: quod non videtur fieri posse, id fit! Luc. 11, 41. Act. 27, 24. — Alibi est vox monstrantis, Matth. 11, 19. (Luc. 7, 34.) 12, 2. 47. 49. 13, 3. 24, 26. 25, 6. Marc. 3, 32. 13, 21. Luc. 2, 34. 17, 21. — et attentionem excitantis, Marc. 15, 35. Luc. 22, 10. Joh. 4, 35. 1 Cor. 15, 51. 2 Cor. 5, 17. Jac. 5, 9. Jud. v. 14. Apoc. 1, 7. 3, 11. 9, 32. 11, 14. 16, 15. 22, 7. — Aliis in locis est i. q. vide, videte, s. perpende, perpendite, Matth. 10, 16. 11, 8. (Luc. 7, 25.) 19, 27. (Marc. 10, 28. Luc. 18, 28.) 20, 18. (Marc. 10, 33. Luc. 18, 31.) 22, 4. 24, 28. (Marc. 13, 23.) 26, 46. Marc. 14, 41. 42. — ἰδοὺ γάρ, Luc. 1, 44. 48. 2, 10. — 48. 6, 23. 13, 7. 32. 15, 29. 22, 31. Act. 5, 9. 11. 2 Cor. 7, 11. 12, 14. — ubi exempla ponuntur, Jac. 3, 3. 4. 5. 5, 4. 7. 11. Apoc. 2, 6. 3, 8. 9. 20. 5, 5. — pro hebr. הִנְנִי, Luc. 1, 38. Act. 9, 10. Hebr. 2, 13. — ἰδοὺ ἐγώ cett., Act. 10, 21. 20, 22. 25. Luc. 23, 14. 24, 49. — οὐκ ἰδοὺ — γαλιλαῖοι; Act. 2, 7. — Frequentant hanc particulam scripta hebraica, ut videre est in locis e V. T. excitatis hisce: Matth. 1, 23. 11, 10. 12, 18. 21, 5. Marc. 1, 5. Luc. 7, 27. Joh. 12, 15. Rom. 9, 33. Hebr. 2, 13. 8, 8. 10, 7. 9. 1 Petr. 2, 6. — Positum ante nominat., quem nullum sequitur verbum finitum, reperitur Matth. 3, 17. 18. 9, 10. Luc. 5, 12. 19, 20. 22, 38. 47. Joh. 19, 26. 27. Act. 8, 27. 36. 2 Cor. 6, 2. Apoc. 6, 2. 5. 8. 7, 9. 12, 3. 14, 14. 19, 11. 21, 3.

Ἰδουμαία, ας, ἡ, nomen regionis, trans Jordanem sitae, ad meridiem Palaestinae prope Arabiam Petraeam ab Esavo s. Edomo (Gen. 35, 30.) et posteris eius (Edomitis) inhabitata, Jos. 15, 1. 21. 11, 17. 12, 7. hebr. אֶרֶץ שֵׂעִיר, שְׂדֵה־אֱדוֹם. Hos primum debellavit Davides, 2 Sam. 8, 13. Sed eo mortuo Salomonis imperium detrectarunt, Joramo regnante libertatem recuperarunt. Quam tenuerunt odium Israëlitarum ad posteros propagantes, donec ab Hyrcano iterum devicti Judaeorum regno subiicerentur, Marc. 3, 8. (Joseph. Antiq. 2, 1. 11, 11. 13, 17. et de B. J. 5, 7.)

Ἱδρώς, ῶτος, ὁ, (sudor, Luc. 22, 44. (οἱ ὁ, Gen. 3, 19. Xen. Mem. 1, 4, 6. Aelian. V. H. 5, 2.)

Ἱεράπολις, εως, ἡ, (ex ἱερός et πόλις, lat. sacra urbs, ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν. Stephan.) Hierapolis, urbs Phrygiae

maioris, ad Maeandrum fluvium sita (haud procul a Colossis et Laodicea), quae thermis abundabat. Hodie dic. Bambuck Calasi, Col. 4, 13.

Ἱερατεία, ας, ἡ, (v. ἱερατεύω cf. θεραπεία, al.) **1.**, sacerdotium, munus sacerdotis, Hebr. 7, 5. — **2.**, functio sacerdotalis, Luc. 1, 9. (κατὰ τὸ ἔθος etc., ex more ministerii sacerdotalis forte ei obtigit suffitum adolendi officium.)

Ἱεράτευμα, τος, τό, (ab ἱερατεύω) **1.**, sacerdotium. — **2.**, ordo sacerdotalis (eorum, qui sacerdotio funguntur), 1 Petr. 2, 5. (v. supr. θεραπεία.) v. 9. (βασίλειον. Ex. 19, 6. — cf. Apoc. 1. 6. ubi voc. βασιλ. apponas virgulam. Praeterea notes, verba εἰς περιποίησ. ὅπως τὰς — ἐξαγγείλητε ex Jes. 43, 21. petita esse.)

Ἱερατεύω, f. εύσω, (ab ἱεράομαι et adi. verbali ἱερατός, quamquam hoc adi. non occurrit) sum sacerdos, sacris operor, Luc. 1, 7. (οἱ ὁ, Ex. 28, 1. 3. 4. Herodian. 5, 6, 6.)

Ἱερεύς, έως, ὁ, (ab ἱερός, q. v.) sacerdos, qui sacrificia offert (cf. Hebr. 8, 4. 10, 11.) et omnino sacris operatur; **1.**, sens. propr., Matth. 8, 4. (Marc. 1, 44. Luc. 5, 14.) 12, 4. Luc. 1, 5. Joh. 1, 19. Act. 14, 13. Hebr. 8, 4. al. — de summo sacerdote, Act. 5, 24. (cf. 1 Reg. 1, 8. Hebr. 5, 10. coll. v. 6.) — **2.**, per metaph. translat. *a.*, ad Jesum cum summo sacerdote comparatum, Hebr. 5, 6. (e Ps. 110, 4.) Ratio nominis redditur Hebr. 5, 7. 10, 12. — *b*, ad Christianos, Apoc. 1, 6. (ut Christiani facti sunt βασιλεῖς per Christum suum, τὸν ἄρχοντα τῶν βασιλέων τῆς γῆς v. 5., ita etiam ἱερεῖς per eundem τὸν λούσαντα αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, ibid.) cf. 5, 9. 10. 20, 6.

Ἱεριχώ, ἡ, Jericho (untis), hebr. יְרִיחוֹ, Jos. 2, 1. 2. 3. s. יְרִחֹה, 1 Reg. 16, 34. (i. e. odor suavis continuus, a רִיחַ, odorari) urbs illa balsami, mellis, cypri, myrobalani, rosarum aliarumque rerum odoriferarum feracissima, sita in tribu Beniamin inter Hierosolymor. urbem et Jordanem fluvium et distans ab illa centum et quinquaginta, ab hoc sedecim stadiis. Dicitur πόλις φοινίκων, die Palmenstadt, Deut. 34, 34. regionem eius θεῖον χωρίον appellat Joseph. de B. J. 5, 4. Olim a Josua devastata (Jos. 6, 27.), sed ab Hiel restituta est (1 Reg. 16, 34.) Commemoratur in N. T. Matth. 20, 29. (Marc. 10, 46. Luc. 18, 35.) Luc. 10, 30. Cum inde balsamum in alias terras exportaretur, vectigalium exigendorum caussa ibi τελώνας cum ἀρχιτελώνῃ collocatos fuisse legimus Luc. 19, 2.

Ἱερόθυτος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἱερός et θύω, cf. εἰδωλόθυτος) sacrificatus, immolatus, 1 Cor. 10, 19. 28. (in utroque loco e lectione nonnullor. codd.)

Ἱερόν, οῦ, τό, (neutr. adi. ἱερός, ά, όν, cf. τὸ ἅγιον) sacrarium, templum, Act. 19, 27. (de templo Dianae Ephesino.) — de templo Hierosolym. eoque vel toto, ut Matth. 4, 5. (Luc. 4, 9.) 12, 6. 21, 12. (Marc. 11, 15. Luc. 19, 45.) 24, 1. (Marc. 13,

1. 3. Luc. 21, 5.) Joh. 7, 14. 8, 2. 59. Act. 3, 1 — 3. 8. 10. 4, 1. 24, 6. 25, 5. — vel certis eius partibus (divisum erat templum in tres partes: in vestibulum [πρόναον], quod porticus [στοάς] et atria plura complectebatur, in sanctum, propr. τὸν ναόν dictum, et sanctum sanctorum); intellig. sanctum, Matth. 12, 5. Act. 21, 27. 29. 30. — atrium gentium (sive speciatim חֲנֻיּוֹת, tabernae), Matth. 21, 12. (Marc. 11, 15. 16. Luc. 19, 45. Joh. 2, 14. 15. Ut ad atrium gentium aditus patebat gentilibus itemque Judaeis a mortuo pollutis, ita in eodem vendebantur in dies res ad sacrificiorum oblationem necessariae, thus, oleum, vinum, columbae, agni, boves.) — intell. atrium virorum s. Israëlitarum (quod intrare paganis non licebat, et proximum erat vestibulo sacerdotum), Matth. 21, 14. 15. 23. (Marc. 11, 11. 27. Luc. 20, 1.) 26, 55. (Marc. 14, 49. Luc. 22, 53.) Marc. 12, 35. Luc. 2, 27. 46. 18, 10. 19, 47. 21, 37. 38. 24, 53. Joh. 5, 14. 7, 28. 8, 20. 11, 56. 18, 20. Act. 2, 46. 5, 20. 21. 25. 42. 21, 26 — 30. 22, 17. 24, 12. 18. 26, 21. — atrium mulierum, Luc. 2, 37. — στοὰ Σαλομῶνος, Joh. 10, 23. (cf. Act. 3, 11.)

Ἱεροπρεπής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex ἱερός, sacer, et πρέπει, convenit) conveniens hominibus et rebus deo sacris, verecundus, Tit. 2, 3. (Xen. Symp. 8, 40.)

Ἱερός, ά, όν, sacer, numini consecratus; — neutr. τὰ ἱερά, sacra, 1 Cor. 9, 13. (ἐργάζεσθαι, administrare, sacra offerre, quod erat sacerdotum et levitarum.) — ibid. ἐσθίειν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, e victimis victum habere (v. supr. ἐσθίω). — ἱερὰ γράμματα, scripta sacra, 2 Tim. 3, 15.

Ἱεροσόλυμα, ης, ἡ, (Matth. 2, 3. 3, 5.) s. Ἱεροσόλυμα, ων, τά, (Matth. 4, 25. 5, 35. 15, 1. 20, 17. 18. 21, 1. 10. Marc. 3, 8. 7, 1. 10, 32. 33. 11, 27. Joh. 1, 19. 2, 13. 4, 45. 5, 1. 2. Luc. 19, 28. 23, 7. — cf. Ἄβδηρα, ων, Σόδομα, ων, Γόμοῤῥα, ων) s. Ἱερουσαλήμ (Luc. 2, 25. 41. 4, 9. 6, 17. 9, 31. 51. 10, 30. 13, 4. 34. [Matth. 23, 37.] 17, 11. 19, 11. 21, 20. 24, 13. Act. 5, 28. Marc. 11, 1. Gal. 4, 25. Apoc. 21, 10. hebr. יְרוּשָׁלַםִ vel יְרוּשָׁלַיִם, chald. יְרוּשְׁלֶם, Dan. 5, 2. 6, 11. Esdr. 4, 8. 20. 23. a רָאָה et שָׁלוֹם, pacem vidit. Simonis in Onomast. p. 467. nomen derivat a יְרוּשׁ, possessio, et שֶׁלִי, tranquillitas = possessio tranquilla. Forma nominis יְרוּשָׁלַיִם non dualem hebr. exprimit, sed pluralem chaldaicum, v. Schultens. Orig. hebr. tom. 2, p. 75.) Hierosolyma, orum (etiam Hierosolyma, ae), metropolis Palaestinae, sita in medio fere huius regionis, in tribu Beniaminitica, tribui Judae, cum ab ea expugnata esset, annumerata. Antiquitus nomina ei fuerunt שָׁלֵם, Gen. 14, 18. et יְבוּס. A Cananitis olim inhabitatam cum occupare frustra tentassent Israëlitae, primus Davides expugnavit, expugnatamque sedem fecit tum cultus sacri, tum regni sui; hinc עִיר דָּוִד dicta 2 Sam. 5, 6. 9. A Chaldaeis dirutam exules reduces a. 536 a. Chr. restituerunt, multumque in ea exornanda cum Judaei tum Herodes M. elaborarunt.

Collibus superstructa erat, e quibus commemorandi prae caeteris sunt Sion, habens praeter arcem regiam τὴν ἄνω πόλιν, Moria, valle a monte Sione distractus, ponte vero cum illo iunctus, et templum ferens, denique Acra τὴν κάτω πόλιν sustinens. Commemoratur in N. T. ita, ut vel urbs ipsa intelligatur (loca iam attulimus), vel intelligantur eius incolae, Matth. 2, 3. 3, 5. al. — vel eius proceres, Matth. 23, 37. (Luc. 13, 34.) — Gal. 4, 25. ἡ νῦν Ἱερουσ., Hierosol., qualis cum suis institutis nunc est. — ibid. ἡ ἄνω Ἱερουσ., Hierosolyma coelestis metropolis quasi regni divini, quod in coelis erit, civitas dei, cf. Hebr. 11, 22. Apoc. 21, 2. 10. (ex his locis haud tuto collegeris, auctorem libri poetici urbem Hierosolymorum aliquam in coelis exstantem sibi animo informasse, eamque hanc olim in has terras demissum iri credidisse, multo minus haec sententia, si eam, quod negamus, auctor libri habuerit, reliquis N. T. scriptoribus, nedum Paulo, obtrudenda est.)

Ἱεροσολυμίτης, ου, ὁ, Hierosolymitanus, Hierosolymorum civis et incola, Marc. 1, 5. Joh. 7, 25. (Joseph. de vita sua §. 65.)

Ἱεροσυλέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἱερόσυλος, q. v.) sacrilegium committo, templum spolio (Polyb. 31, 4, 10.); — de iis, qui victimas deo sacerdotibusque debitas detrahunt, aut tributa templo solvenda denegant, Rom. 2, 22.

Ἱερόσυλος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἱερόν et συλάω) sacrilegus, rerum sacrarum compilator ac depraedator, Act. 19, 37. (2 Macc. 4, 42. Polyb. 13, 8, 7. Xen. H. G. 1, 7, 10.)

Ἱερουργέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἱερουργός, et hoc ex ἱερός et obsol. ἔργω) sacra facio, sacra administro et quae a sacrificaturis offeruntur, praeparo deoque consecro; — εἰς τὰ ἔθνη ἱερουργῶν τὸ εὐαγγέλιον, ad paganos afferens, quasi sacrificium praepararem, doctrinam de salute, ut pagani deo acceptum offerant sacrificium, Rom. 15, 16. (confert apost. eos, quos vult sceleris puros esse cum hominibus sacrificantibus, seque ipsum, doctrinam de Christo tradentem, cum sacerdote munus sacrum per id, quod ipse ἱερουργεῖ, deo consecrante; v. infr. προςφορά.) cf. v. 4. Macc. 7, 8.

Ἱερουσαλήμ, v. Ἱεροσόλυμα.

Ἱερωσύνη, ης, ἡ, (adi. ἱερώσυνος, η, ον, sacerdotalis; v. supr. ἐλεημοσύνη. Femin. notionem exprimit abstractam; — ab ἱερός) sacerdotium, Hebr. 12, 11. 13. 14. 24. (Plat. Leg. 6, p. 759. B. 3 Esdr. 5, 28. 1 Macc. 2, 54. 3, 49.)

Ἱκανός, ή, όν, (ab ἵκω, ἱκάνω, propr., pertingens, cf. nostr. vollkommen) 1., de numero et quantitate: sufficiens, *a.*, cum nominibus, sat multus, vel satis c. gen., v. c. ὄχλος ἱκ., sat magna plebis multitudo, Marc. 10, 46. Luc. 7, 12. Act. 11, 24. 26. 19, 26. — λαός, Act. 5, 37. Luc. 7, 11. — κλαυθμός, Act. 20, 37. — ἀργύρια ἱκανά, satis pecuniae, satis nummorum, Matth. 28, 12. — λαμπάδες, Act. 20, 8. — λόγοι, Luc.

23, 9. — χρόνος, Act. 14, 3. (ἱκανῷ χρόνῳ, satis diu, Act. 8, 11.) — pl., Luc. 8, 27. 20, 9. — ἡμέραι, Act. 9, 23. 43. 18, 18. 27, 7. — φῶς ἱκανόν, sat magnum lumen, Act. 22, 6. — *b.*, absol., ἱκανοί, sat multi, Act. 12, 12. 14, 21. 19, 19. 1 Cor. 11, 30. (οἱ ό, Ez. 1, 24.) — neutr. ἱκανόν ἐστι, sufficit, Luc. 22, 38. (hoc esset: desinite ineptias tales proferre? minime gentium; Jesus vere Luca auctore poposcerat gladios, idcirco nimirum, ut Judas proditor, qui his verbis interesset, ea ad adversarios referret, atque eis auditis illi armatos contra se tamquam contra latronem (Luc. 22, 52.) mitterent, quo eventum haberet vaticinium illud Luc. 22, 37. commemoratum. Quamquam ipse Jesus postea usum gladiorum prohibuit. Ergo ἱκαν. ἐστι = ἀρκεῖ, satis habeo, contentus sum, es ist an zweien genug.) Xen. Mem. 4, 2, 38. — ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, 2 Cor. 2, 6. (cf. Matth. 6, 34.) — τὸ ἱκ. ποιεῖν τινι, satisfacere alicui (pacare aliquem), Marc. 15, 15. (Polyb. 32, 7, 13. Appian. Punic. p. 68.) — τὸ ἱκ. λαμβάνω, satis accipio, satis factum mihi est (acceptis fidei iussoribus vel interim deposita pecunia, donec caussa omnis fuerit confecta). — ἐξ ἱκανοῦ, a longo inde tempore, Luc. 23, 8. — ἐφ' ἱκανόν, in sat longum tempus, Act. 20, 11. (v. supr. ἐπί p. 420. n. 1. *b.* Palaeph. f. 28.) — 2., aptus, idoneus, tüchtig (sufficiens viribus); — πρός τι, ad aliquid, 2 Cor. 2, 16. — *b.*, seq. infin. (aor.), Matth. 3, 11. (Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. sed Act. 13, 25. ἄξιος.) 2 Cor. 3, 5. 2 Tim. 2, 2. (Xen. Cyr. 1, 4, 12. Herodian. 2, 9, 8.) — (inf. praes.) 1 Cor. 15, 9. (Herodot. 8, 36. Xen. Mem. 1, 2, 15.) — *c.*, seq. ἵνα (ubi id, quo quis alius dignus esse dicitur aut negatur, ab alio efficiendum est), Luc. 7, 6. (Matth. 8, 8.) Hinc voc. seq.

Ἱκανότης, τητος, ἡ, facultas ad hoc (illudve) idonea, 2 Cor. 3, 5.

Ἱκανόω (ῶ), f. ώσω, (ab ἱκανός) idoneum reddo; — τινά, *a.*, c. duplici acc., aliquem idoneis facultatibus instruo, ut agere possit alicuius partes, 2 Cor. 3, 6. — *b.*, εἴς τι, Col. 1, 12.

Ἱκετηρία, ας, ἡ, (adi. ἱκετήριος, ία, ον ab ἱκετήρ = ἱκέτης, supplex, supplici proprius; — ad femin. suppl. ἐλαία aut ῥάβδος. Nam supplices ad eum, cuius opem imploraturi essent, ramum olivae, lana alba vittisque obvolutum, tenentes accedebant, quo se supplices venire significarent. Hinc λαμβάνειν ἱκετηρίαν, Herodot. 5, 51. ἱκετηρίαν τιθέναι, s. προβάλλεσθαι παρά τινι) supplicatio, pl., Hebr. 5, 7. (2 Macc. 9, 18.)

Ἰκμάς, άδος, ἡ, humor, Luc. 8, 6. (οἱ ό, Jerem. 17, 8. Hom. Il. 17, 392. Jos. Ant. 3, 1, 3.)

Ἰκόνιον, ίου, τό, Iconium, urbs Asiae minoris celeberrima, quae Xenophontis aetate (Anab. 1, 2, 1.) ultima urbs Phrygiae erat, Strabonis autem aevo Lycaoniae adscripta erat, a Plinio (H. N. 5, 27.) Ciliciae annumeratur, et Pauli aetate ad Pisidiam, cui attribuit etiam Ammianus Marcellinus 14, 6., pertinuisse videtur.

Hodie dic. Konia. Act. 13, 51. 14, 1. 19. 21. 16, 2. 2 Tim. 3, 11.

Ἱλαρός, ά, όν, (ab ἵλαος, propitius) hilaris, laetus, promtus ad aliquid faciendum, 2 Cor. 9, 7. (ἱλαρὸς δότης.) — οἱ ό, Prov. 19, 11. 22, 8. (Sirac. 26, 4.) Hinc voc. seq.

Ἱλαρότης, τητος, ἡ, hilaritas, animus promtus, Rom. 12, 8. (ἐν ἱλαρότητι, libenter, promte. Prov. 18, 22.)

Ἱλάσκομαι, f. ἱλάσομαι, (ab ἵλαος, placidus, Hom. Il. 1, 583. verb. depon.) *a.*, τινά, placo mihi, propitium reddo aliquem (Xen. Oecon. 5, 20.); — pass. ἱλάσθητί μοι, sis mihi placatus, propitius, Luc. 18, 13. (οἱ ό, 2 Reg. 5, 8. Ps. 25, 12. Dan. 9, 19.) — *b.*, τί, expio; — τὰς ἁμαρτίας, expio peccata, Hebr. 2, 17. (Ps. 65, 3. 78, 38. 79, 9.)

Ἱλασμός, οῦ, ὁ, (prognat. e Doriensium verbo ἱλάζομαι, pro quo Att. ἱλάσκομαι, q. v.) propitiatio, expiatio (Ps. 130, 4. Num. 5, 8. Dan. 9, 9.), 1 Joh. 2, 2. (ἱλασμός h. l. facta expiatio, αὐτός ἐστι, ipse est fideiussor factae expiationis.) 4, 10. (ἀπέστειλεν αὐτὸν ἱλασμόν, misit eum tamquam expiationem, i. e. in expiationis factae tesseram.)

Ἱλαστήριος, ίου, ό, (ab ἱλαστήρ et hoc ab ἱλάσκομάι s. ἱλάζομαι) vim expiandi habens (expiatorius), etiam is, qui ad expiationem adhibetur (μνῆμα ἱλαστήριον, monumentum deo placando exstructum, Jos. Ant. 16, 7, 1.), ἱλαστήριος θάνατος, 4 Macc. 17, 22. — Neutr. dic. aut de instrumento (v. supr. θυμιατήριον, αἰσθητήριον), aut de loco, ubi id, quod verbo primitivo exprimitur, fit (cf. θυσιαστήριον, ἀκροατήριον, al.); — τὸ ἱλαστ. in versione τῶν ό operculum illud arcae foederis in tabernaculo, versus quod in festo expiationis anniversario sanguines sacrificiorum spargebantur pro peccatis (Ex. 25, 17. 18. Levit. 16, 2. 13.), hebr. כַּפֹּרֶת, quod derivatur a כִּפֵּר לְ, obtexit alicui (scil. peccata, i. e. condonavit), et כִּפֵּר עַל s. בְּעַד, expiavit, addit.: ἐπίθεμα, Ex. 25, 17. 37 (38), 6. der Sühndeckel, Vulg. propitiatorium. Haec vox occurrit Hebr. 9, 5. — De loco, ad quem, ut expiatio fiat, accedendum sit, videtur etiam dici Rom. 3, 25. (hinc verb. προέθετο, sens.: quem nobis ἱλαστηρίον loco proposuit, ita scil. ut fiduciam ponamus in eius sanguine s. morte. Al. suppl. θῦμα, quod nec necessarium est, nec si requireretur, omissum esset. Al. sumunt pro masc. Sed hoc si in mente habuisset Paulus, scripsisset haud dubie ἱλαστῆρα.)

Ἵλεως, ω, ὁ, ἡ, (attice pro ἵλαος, hilaris, Aelian. V. H. 2, 10. 9, 7.) propitius; — εἰμί τινι, *a.*, ταῖς ἁμαρτίαις, i. e. condono peccata (οἱ ό, Ex. 32, 12. Num. 14, 20 Jerem. 3, 1. 7. 31, 34. — Deut. 21, 8. 2 Chron. 6, 25. 27.). — *b.*, ex hebr. ἵλεώς σοι, scil. ἔστω ὁ θεός, i. e. hoc deus abs te avertat; οἱ ό pro hebr. חָלִילָה seq. לְ, 2 Sam. 20, 20. 23, 17. (alibi: Jos. 22, 29. 24, 16. μὴ γένοιτο.)

Ἰλλυρικόν, οῦ, τό, Illyricum, regio inter Italiam, Germa-

niam, Macedoniam et Thraciam sita, habens ab altera parte mare Adriaticum, ab altera Danubium, Rom. 15, 19.

Ἱ μ ά ς, άντος (s. ᾶντος), ὁ, (ab ἵημι, mitto; scil. vas, quod ad hauriendam aquam in puteum demittere solebant, loris alligatum erat. Hinc et ἱμάω, loris funibusque aliquid alligatum traho) lorum (coriaceum, Hom. Il. 3, 371. 375. Xen. Cyr. 6, 2, 32.). Legitur in N. T. *a.*, de loris, quibus captivi aut rei verberibus caedendi columnae alligabantur, Act. 22, 25. (τοῖς ἱμᾶσι vid. esse dat. instrum., cf. v. 29. v. προτείνω. cf. 4 Macc. 9, 11. Sir. 30, 26. — Hinc ἱμάσσω, loris caedo, i. q. μαστίζω.) — *b.*, de corrigiis, quibus calceamenta alligabantur, Marc. 1, 7. (Luc. 3, 16. Joh. 1, 27.) — οἱ ὁ, Jes. 3, 27. Plut. Symp. 4. Quaest. 2. c. 3. Suid.: ἱμάς· σφαιρωτὴρ σανδαλίου, ζανίχιον, οἷον τὸ λώριον τοῦ ὑποδήματος.

Ἱ μ α τ ί ζ ω, f. ίσω, (ab ἱμάτιον, q. v.) vestio, amicio; — pass., Marc. 5, 15. (Luc. 8, 35.)

Ἱ μ ά τ ι ο ν, ίου, τό, (diminit. vocis ἵμα = εἷμα, vestimentum, cf. nostr. Hemde) **1.**, vestis (quaecunque), Matth. 9, 16. (Marc. 2, 21. Luc. 5, 36.) 11, 8. (Luc. 7, 25.) Marc. 13, 16. 15, 20. Hebr. 1, 11. — plur., pallium et tunica, Matth. 17, 2. 24, 18. 27, 31. 35. Joh. 19, 23. Act. 7, 58. 22, 20. Jac. 5. 2. 1 Petr. 3, 3. al. — διαῤῥήσσειν τὰ ἱμ., Matth. 26, 65. Act. 14, 14. 22, 23. (2 Sam. 1, 2. Jud. 11, 35.) — ἐν λευκοῖς, scil. ἱματίοις (cf. τὰ μαλακά, Matth. 11, 8.), Joh. 20, 12. — 2 Reg. 11, 14. — **2.**, vestis superior, pallium (quod tunicae, τῷ χιτῶνι, iniicitur), Matth. 5, 40. (Luc. 6, 29.) 9, 20. (Marc. 5, 27. Luc. 8, 44.) Joh. 19, 2. Act. 9, 39. (h. l. disting. ὁ χιτών.) — מְעִיל, Job. 1, 20.

Ἱ μ α τ ι σ μ ό ς, οῦ, ὁ, (ab ἱματίζω et hoc ab ἱμάτιον) vestitus, **1.**, universe: Luc. 7, 25. Act. 20, 33. 1 Tim. 2, 9. — Matth. 27, 35. et Joh. 19, 24. (e Ps. 22, 19. לְבוּשׁ.) — οἱ ὁ, Ex. 12, 36. — **2.**, pallium, Luc. 9, 29. — οἱ ὁ, Gen. 24, 53. Jos. 22, 8.

Ἱ μ ε ί ρ ω, (ab ἵμερος, cupido, desiderium, cf. οἰκτείρω) desidero, et ἱμείρομαι, desiderio teneor, inprimis de desiderio amoris (verb. depon., aor. 1. p. ἱμέρθην, Herodot. 7, 44. et ἱμειράμην ap. Hom.), — τινός, 1 Thess. 2, 8. (amore vestrum flagrans; οἱ ὁ, Job. 3, 21. Hom. Od. 1, 41. 59. 3, 209. Polyb. 1, 66, 8. 4, 74, 3.)

῞Ι ν α, coniunctio, indicans finem et consilium: ut. Eam in N. T. **1.**, bis sequitur optat., Eph. 1, 17. (ubi auctor narrat, quid suae preces, dum faceret, spectaverint.) 3, 16. (coll. v. 14.) — bis indicat. (fut.), Apoc. 22, 14. 1 Cor. 9, 18. (in nonnullis codd. etiam 1 Cor. 13, 3. 1 Petr. 3, 1. Apoc. 3, 9.) — (praes.) 1 Cor. 4, 6. (— φυσιοῦσθε.) Gal. 4, 17. (ζηλοῦτε.) — plerumque coniunctivus vel praes. vel aoristi, praegresso ante τὸ ἵνα vel praes. vel futuro, vel praeterito, vel imperat., vel 1. pl. coni. praes.

2., de vi et usu particulae observanda sunt haec: ἵνα finem et consilium indicans

a., alicui praecedentis enuntiationis verbo adiicitur, vel ut significetur, quem in finem actio verbo illo expressa tetenderit, vel ut aliqua pars praecedentis sententiae clarius explicetur. Occurrunt ergo *aa.*, loci, ubi reddi potest: e o c o n s i l i o, vel i d e o u t. Ita post verba eundi et veniendi, mittendi, ducendi, Joh. 10, 10. 11. 31. 12, 9. 46. 47. Act. 22, 5. (ἄγω.) Marc. 14, 10. Joh. 3, 21. 11, 19. (ἀκολουθέω.) 12, 20. (ἀναβαίνω.) Luc. 19, 4. — ἀποστέλλω, Marc. 12, 2. Joh. 1, 19. 3, 17. 7, 32. Luc. 16, 24. Act. 16, 36. Marc. 4, 21. 12, 13. Phil. 2, 28. 2 Cor. 9, 3. — ἄγωμεν, Marc. 1, 38. Joh. 11, 16. (distingue locos 2 Cor. 1, 15. Joh. 5, 40. Rom. 5, 20. et similes.) — προςάγειν, Matth. 19, 13. (Marc. 10, 13. Luc. 18, 15.) Joh. 14, 16. 1 Joh. 3, 5. (φανεροῦσθαι.) — post verba dandi, Matth. 27, 26. Marc. 6, 41. 1 Tim. 1, 20. 8, 6. 9, 22. 10, 37. 15, 15. Joh. 5, 36. 13, 2. Rom. 16, 2. 15, 5. 6. Hebr. 5, 1. Apoc. 9, 5. 19, 18. — post alia, 1 Cor. 7, 5. 9, 12. 25. Joh. 8, 6. 19, 35. (μεμαρτύρηκε.) Marc. 7, 9. 16, 1. Gal. 2, 16. Luc. 8, 16. 6, 34. 2 Cor. 13, 7. Joh. 13, 19. 15, 2. 17. — ideo, ut, Gal. 6, 13. Rom. 1, 11. Phil. 3, 8. Col. 1, 28. Tit 3, 7. 8. 2 Tim. 1, 4. 2, 4. Philem. v. 13. Phil. 1, 9. Tit. 2, 12. Hebr. 10, 9. 13, 19. Jac. 4, 3. — τί ποιήσω, ἵνα, Matth. 19, 16. (Marc. 10, 17. Luc. 19, 4.) Joh. 6, 28. Act. 16, 30. Rom. 3, 8. — Huc refertur phrasis: τοῦτο γέγονε, ἵνα, Joh. 19, 31. Matth. 1, 22. 21, 4. 26, 56. — Not.: ubi verbum, quod coniunctionem sequitur, ad unum cum verbo utraque praecedente subiectum refertur, nostrates voculis utuntur: um zu, e. g. Rom. 8, 17. Hebr. 13, 12. al. atque in his et similibus l. ἵνα fere semper verti potest: eo consilio, ut.

bb., praecedunt verba, quibuscum in unam phrasin coostruitur; *α.*, verba p a r a n d i, c u r a n d i, c o n s u l t a n d i et d e c e r n e n d i, s t u d e n d i, a p p e t e n d i: βλέπε, βλέπετε, 1 Cor. 16, 10. Col. 4. 17. 2 Joh. v. 8. — ζητῶ, 1 Cor. 4, 2. 14, 12. cf. Matth. 26, 16. (Lucian. de merced. conduc. §. 41.) — φυλάσσομαι, ἵνα μή, 2 Petr. 3, 17. — μεριμνάω, 1 Cor. 7, 24. — ζηλόω, 1 Cor. 14, 1. — ἑτοιμάζω, Apoc. 8, 6. 9, 15. (cf. τοὺς ὁ, Dan. 3, 15.) — συμβουλεύομαι, Matth. 26, 1. Joh. 11, 53. 12, 10. cf. Phil. 2, 30. — οὐκ ἔχω —, ἵνα, Joh. 6, 5. — ἀφίημι, Marc. 11, 16. — θέλημά ἐστι, Matth. 18, 14. — θέλω, Marc. 6, 25. 9, 30. 10, 35. Matth. 7, 12. (Luc. 6, 31.) 17, 24. (aliter Joh. 21, 22.) 1 Cor. 14, 5. adde: Matth. 20, 32. 33. (Marc. 10, 51. Luc. 18, 41.) — δίδωμι, concedo, ut, Marc. 10, 37. Apoc. 9, 5. al. — ποιῶ, Apoc. 13, 12. — pertinent huc *β.*, verba d i c e n d i (iubendi, rogandi, hortandi), quae saepe sic sequitur ἵνα, ut neutiquam rationem, ob quam aliquis dixerit, sed argumentum verborum dictorum indicet, Marc. 3, 9. Matth. 4, 3. (εἰπέ, ἵνα.) Luc. 4, 3.

(aliter Act. 19, 4. 1 Joh. 5, 16. ich sage, dass er — solle. Matth. 20, 21.) 10, 40. Differunt vero loci 1 Cor. 9, 15. — pass., Apoc. 6, 11. 9, 4. — διαμαρτύρομαι, 1 Tim. 5, 21. (aliter Luc. 16, 28.) — ἐρωτῶ, Marc. 7, 26. Luc. 7, 36. 16, 27. Joh. 4, 47. 17, 15. 21. 19, 32. 2 Joh. v. 5. — παρακαλῶ, Matth. 13, 36. Marc. 5, 10. 18. 7, 56. 8, 22. et 8, 32. 1 Cor. 1, 10. 16, 12. 16. 2 Cor. 8, 6. 9, 5. 12, 8. 1 Thess. 4, 1. 2 Thess. 3, 12. 1 Tim. 1, 3. Luc. 8, 31. (Jos. Ant. 12, 3, 2.) — προςεύχομαι, Marc. 14, 35. Rom. 15, 31. (aliter Phil. 1, 9. 10.) Matth. 24, 20. (aliter Matth. 26, 42. Luc. 22, 46.) — δέομαι, Luc. 9, 40. 22, 32. (Dion. Halic. Ant. Rom. Tom. I. p. 102. ὡς δέησιν ποιήσαιτο — ὅπως, ibid. p. 215. δεήσεσθαι, ἵνα.) — ἐπιτιμῶ, Matth. 12, 16. (Marc. 3, 12.) 20, 31. (Marc. 10, 48. Luc. 18, 39.) Marc. 8, 30. — ἐντέλλομαι, Marc. 13, 34. Joh. 15, 17. cf. 11, 57. 13, 34. 15, 12. — γράφω, Marc. 9, 12. 12, 19. (Luc. 20, 28. — aliter 1 Joh. 2, 1. 5, 13.) — διαστέλλομαι, Matth. 16, 20. (alii codd. ἐπετίμησε.) Marc. 5, 43. (Luc. 8, 56. παρήγγειλε c. inf.) 7, 36. 9, 9. (not.: Matth. 17, 9. phrasin illustrat.) — παραγγέλλω, Marc. 6, 8. — συντίθεμαι, Joh. 9, 22. — ἀγγαρεύω, Matth. 27, 32. (Marc. 15, 21.) — ἀνασείω, Matth. 27, 20. (Marc. 15, 11.) — κηρύσσω, Marc. 6, 12. — ἀπαγγέλλω, Matth. 28, 10. — ἐξορκίζω, Matth. 26, 63. — Not.: Intercedit inter hos locos hoc discriminis, quod in aliis coniunctione ἵνα explicetur, quid quis verbis suis expresserit s. quid sibi voluerit; in aliis vero eadem coniunctione indicetur, quam ob caussam id factum sit, quod verbo antecedente expressum est. Qui ex hoc altero genere sunt loci, ii referendi sunt ad classem supra propositam sub *aa*. Aliud est: ταῦτα γράφω, ἵνα (si hoc idem est, quod: haec ideo scripsi, ut, s. caussa, cur scripserim, haec est, ut) et: γράφω, ἵνα si hoc est: scripto exprimere volui, ut etc. Cavendum igitur, ne quae diversa sunt, confundantur. — Referenda huc sunt γ., verba, quibus de eo, quod quis facturus, sive quod eventurum est, iudicium pronuntiatur, utrum expediat, deceat s. par sit, necne, e. g. συμφέρει, ἵνα, Matth. 18, 6. 5, 29. 30. Joh. 11, 50. 16, 7. — λυσιτελεῖ, Luc. 17, 2. — ἀρκετόν ἐστι, Matth. 10, 25. cf. Joh. 6, 7. — item: ἄξιός εἰμι, ἵνα, Luc. 15, 21. Apoc. 4, 11. 5, 2. 9. — ἱκανός εἰμι, Matth. 8, 8. — ἐλάχιστόν μοί ἐστιν, ἵνα, 1 Cor. 4, 3. — ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ, Joh. 8, 56. — referas huc: δεῖ, ἵνα, Joh. 3, 14. 15. 1 Cor. 11, 19. 2 Cor. 5, 10. — ὀφείλω, Hebr. 2, 17. — χρείαν ἔχω (τινός), ἵνα, Hebr. 10, 16. 3, 12. cf. Joh. 2, 25. 1 Joh. 2, 27. Apoc. 12. 28. al. — δ., substantiva, quae, si per dictam coniunctionem ad aliquem finem referuntur, ipsa accuratius explicantur, v. c. συνήθεια, Joh. 18, 39. — βρῶμα, Joh. 4, 34. — ἔργον, Joh. 6, 29. — χρόνος, Apoc. 2, 21. — ὥρα, Joh. 12, 23. 13, 1. 16, 2. 32. (alias ὅτε, Joh. 4, 23. 5, 25.) — μισθός, 1 Cor. 9, 18.

cc., respicit ad pronomina demonstrativa, v. c. ad τοῦτο, Luc.

1, 43. Joh. 6, 50. 15, 13. 17, 3. 3 Joh. v. 4. Joh. 6, 29. 39. 1 Joh. 3, 11. 23. 4, 21. 5, 3. 2 Joh. v. 6. Phil. 1, 9. — ad οὕτω, 1 Cor. 9, 24. Rom. 11, 31. (15, 20.) — διὰ τοῦτο, Joh. 1, 31. Philem. v. 15. 1 Tim. 1, 16. — ἐν τούτῳ, Joh. 15, 8. 1 Joh. 4, 17. — εἰς τοῦτο, Joh. 18, 37. 1 Joh. 3, 8. Act. 9, 21. Rom. 14, 9. 2 Cor. 2, 9. 1 Petr. 2, 21. 3, 9. 4, 6. Eph. 6, 22. Col. 4, 8. — τούτου χάριν, Tit. 1, 5. — subintell. οὕτω, 1 Cor. 14, 13.

dd., per epexegesin additur, ubi finis iam praepositionis alicuius usu significatus est, Joh. 1, 7. (εἰς μαρτυρίαν, ἵνα.) Marc. 11, 16. Rom. 15, 4. (εἰς διδασκαλίαν, ἵνα.) — διὰ — ἵνα, 1 Cor. 4, 6. et 2 Cor. 8, 9. 2 Tim. 2, 10. Joh. 11, 15. 12, 42. 1 Cor. 9, 23. 17, 19. (ὑπὲρ αὐτῶν, ἵνα.) 11, 4. Col. 1, 9. 4, 12. 2 Cor. 12, 8. Eph. 6, 19. 1 Petr. 2, 21. Act. 8, 19. (τὴν ἐξουσίαν, ἵνα, cf. Phil. 2, 2.) — Joh. 20, 21. (περὶ αὐτῶν, ἵνα.) Col. 4, 3. 2 Thess. 1, 11. 3, 1. adde: 1 Cor. 10, 33. 2 Cor. 9, 8. 1 Petr. 3, 18. 1 Tim. 2, 2. — epexegesis etiam in hisce locis: 1 Joh. 1, 9. (πιστὸς ἵνα.) Apoc. 9, 20. (οὐ μετενόησαν, ἵνα.) 1 Cor. 7, 34. 1 Joh. 3, 1. — v. διά p. 211.

b., Interdum ἵνα in orationis initio positum est, ut exspectandum sit, quid auctor cum consilii significatione coniungi velit. Ita legitur: ἵνα δὲ εἰδῆτε cett., Matth. 9, 6. (Marc. 2, 10. Luc. 5, 14.) cf. Act. 24, 4. 4, 17. Joh. 14, 31. Eph. 6, 21. Matth. 17, 27. — Aliis in locis observanda phrasis parenthetica: ἵνα μὴ λέγω, s. λέγωμεν, 2 Cor. 9, 4. cf. Philem. v. 19. et 2 Cor. 10, 9.

c., Coniunctio ἵνα non semper cum verbo aliquo praecedente in integram phrasin constructa est, sed ad totam respicit praecedentem sententiam, ita ut, si vel maxime verbum actionem aliquam designans praecedat, tamen non verti possit: eo consilio, ut (quasi ad finem referatur eius, cui verba praecedentia actionem tribuunt); verum potius aestimanda sit ex mente et loquendi consuetudine scriptoris, qui morem suum sententias nectendi et rationes concludendi sequutus, nexum finalem s. pragmaticum construxerit. Frequentissime obvenit *aa.*, in adhortationibus post imperat., post 1. pers. coniunct. aut post verbi 2. pers., ubi aliquid fieri iubetur, quia ex eo ipso, quod iubetur, prodire potest aliud quid (weil es die Bedingung von etwas Anderem enthält), v. c. Matth. 14, 15. 1 Cor. 14, 31. (ἵνα πάντες, i. e. quia, si hoc fiat, πάντες μανθάνουσι.) Eph. 3, 18. 4, 28. 29. (ἵνα, i. e. quia alioqui non cett.) 6, 3. Phil. 1, 27. 2, 15. 2 Thess. 3, 14. 1 Tim. 4, 15. 5, 16. (ἵνα, i. e. quia alioqui fieri non potest, quod fieri debet.) v. 20. Tit. 1, 13. 2, 8. Hebr. 13, 17. Marc. 11, 25. (i. e. quia alioquin deus non condonat.) Joh. 7, 3. 12, 36. 3 Joh. v. 8. cf. 2 Thess. 2, 12. (ἵνα, i. e. quia ita discernuntur.) Rom. 6, 1. (i. e. quia eo ipso fit, ut πλεονάζῃ.) et sic sexcenties. — post 1. coni., Marc. 1, 38. Luc. 20, 14. Joh. 11, 16. Hebr. 4, 16. 1 Petr.

4, 12. — Docetur hac ratione, quid omnino fieri, non quo fieri consilio, debeat. Plane ita ponitur formula opposita ἵνα μή post iubendi, adhortandi et vetandi formulas, quippe quae et ipsa enarrari potest verbis: quia alioquin hoc fit, quod fieri non debet, vide loc. Matth. 7, 1. 26, 5. Luc. 8, 12 14, 29. 16, 28. 18, 5. Joh. 3, 20. 5, 14. 6, 12. 7, 23. 12, 25. Rom. 11, 25. 1 Cor. 1, 17. et v. 15. (weil sonst jemand sagen möchte.) 8, 13. 9, 27. 11, 32. 34. 16, 2. 2 Cor. 2, 6. 6, 3. 13, 10. Rom. 14, 13. — post δεῖ, 1 Tim. 3, 7. — post 1. coni., Hebr. 4, 11. (constat frequentissimum illud μήποτε, ne forte, idem esse quod nostr.: es möchte sonst etc. Excipe vero locos, ubi cum aliquo verbo, v. c. impediendi, vetandi etc., in integram phrasin constructum est, ut Matth. 12, 16. Apoc. 11, 6. al. de quibus infra.) Videndum igitur interpreti, utrum actio, quae verbo ante ἵνα posito designatur, per se imperetur ipsa, an id postuletur, ut ad certum dirigatur finem. (Itaque v. c. Joh. 9, 2. vertendum non est: quis eo consilio peccavit, ut cett., sed: quis omnino peccavit, quare cett. cf. Joh. 5, 20. er wird euch in grössern Zeichen Veranlassung geben, dass ihr euch verwundert.)

bb., Saepius, praesertim ap. Paulum, coniunctionis illius ope consecutio immediata, quae dicitur, in finem mutata est, et ἵνα idem quod: ut itaque, e g. Rom. 5, 21. 9, 11. 1 Cor. 1, 31. 14, 19. 2 Cor. 1, 9. 17. 4, 15. 5, 4. 7, 19. 9, 8. Gal. 5, 17. Col. 1, 18. Luc. 22, 30. Joh. 4, 36. 1 Thess. 5, 4. (dass euch also — müsste.) Rom. 4, 16. (ubi ἵνα, ad quod suppl. δικαιωθῇ, verti potest: itaque, ergo.) 1 Joh. 1, 9. Apoc. 8, 12. — Omnino notandum est

cc., N. T. scriptores saepissime, ubi aliquid alicunde evenisse dicendum erat, id sic exprimere, quasi hoc, ex quo aliquid evenit, eo natum fuisset, ut inde illud oriretur. Exempla habes Marc. 4, 11. 12. (Luc. 8, 20. ἵνα h. l. ut itaque.) Luc. 9, 45. 11, 50. cf. Joh. 5, 20. 9, 2. Rom. 5, 20. 21. (not.: 1 Cor. 14, 13. ἵνα, i. q. ita ut. Nam Paulus neque interpretationis caussa preces postulat, neque precantem docet, quo consilio preces eum facere oporteat; ergo nihil relinquitur, quam ut de precandi modo cogitasse statuatur; sic quoque Apoc. 13, 13.) — Caeterum cf. formulam: ἵνα πληρωθῇ, Matth. 2, 15. 4, 14. (27, 35.) Joh. 12, 38. 18, 9. 32. 19, 24. qua auctores res gestas ex sua sententia ad finem referunt.

dd., Saepius iteratur τὸ ἵνα, Rom. 7, 13. 15, 31. 32. Eph. 5, 26. 27. et ad finem refertur remotiorem, Rom. 5, 21. 2 Cor. 13, 7. 2 Thess. 2, 12. al. — Denique

ee., inprimis Paulus hoc praeverbio ad construendum nexum finalem utitur, ubi officia commendat, Rom. 6, 4. 6. 8, 4. Phil. 2, 10. (alias ὥστε, ut Rom. 7, 6. et εἰς τό c. inf., Rom. 15, 16. 2 Cor. 4, 4. — καί c. verbo finito, 1 Cor. 4, 19.) aut ubi construit antitheses, v. c. Rom. 11, 32. 14, 9. 1 Cor. 3, 18. 7, 29.

2 Cor. 4, 7. 10. 11. 5, 15. 21. 7, 9. 8, 9. 11, 7. 12, 9. 13, 10. Gal. 3, 13. 14. 22. 4, 4. 5. al.

d., Coniunctio ἵνα in oratione concisiori et elliptica, *aa.*, ubi verbum lacunam explens in verbis latet proximis, Joh. 1. 29. (ante ἵνα e verbis praecedent. elicias: ἀποκρίνου s. εἰπὲ ἡμῖν τοῦτο.) cf. 9, 36. — 1 Cor. 1, 31. (ἵνα, ad hoc e verbis sequentibus extrahas: καυχησώμεθα ἐν κυρίῳ.) 2 Cor. 8, 13. (post ἵνα suppl. γένηται.) — Joh. 13, 29. (ante ἵνα repete: ὅτι λέγει Ἰησοῦς.)

bb., suppl. ante ἵνα verb. θέλω, θέλημά ἐστι, vel ἦν, ut phrasis par sit nostrae: ich soll das und das thun, scil. wird verlangt, ita Gal. 2, 10. (nur soll ich — gedenken.) Apoc. 14, 13. (sie sollen ruhen.) Eph. 5, 33. — cf. Joh. 1, 8. (er sollte zeugen.) 9, 3. (ante ἵνα suppl. ἐγένετο, hoc institutum est, die Werke G. sollen etc.) 13, 18. Marc. 14, 49. et Joh. 15, 25. 1 Joh. 2, 19. Marc. 5, 23. (ἵνα ἐπιθῇς pro: ἐπιθές, quod Matth. habet. Scil. ante ἵνα suppl. θέλω, s. ἐρωτῶ σε. Crediderim tamen, Marcum verba sic expressisse mutata oratione indirecta narrantis: ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇ, in directam eius, cuius verba referret, παρεκάλει. — Reperitur quidem ἵνα cum 2. pers. aor. loco imperativi positum etiam apud graecos scriptores, v. c. in Xen. Cyr. 1, 7, 3. Lucian. Diall. D. 20, 2. ita tamen dictum, ut ante se requirat: σκόπει, σκοπεῖτε, et ut vim habeat admonitionis, ut nos: dass du nur auch etc. et ita explicari potest in ellipsi positum 2 Cor. 7, 9. ἵνα — περισσεύητε.)

e., Formula prohibitiva: ἵνα μή *aa.*, cum aliquo verbo praecedente in integram phrasin constructa: c. ποιεῖν, Joh. 12, 37. — δεῖσθαι, Luc. 22, 32. — παρακαλεῖν, Luc. 8, 31. — ἔρχεσθαι, Joh. 12, 46. 18, 28. — κρατεῖν, Apoc. 7, 1. — φοβεῖσθαι, Act. 5, 26. (quod nonnemo sic explicat: ἐφοβοῦντο μὴ λίθους ἄρῃ ὁ λαός, ἵνα λιθασθῶσιν, v. Wahl. Clav. p. 749.) — φυλάσσεσθαι, 2 Petr. 3, 11. — ἐπιτιμᾶν, Matth. 12, 16. (Marc. 3, 12.) — δίδωμι, Apoc. 9, 5.

bb., ubi finem denotat actionis verbo praecedente significatae: ut ne, ne, Luc. 8, 12. Joh. 3, 14. 15. 6, 12. Act. 2, 25. 1 Cor. 11, 32. 12, 25. Col. 2, 4. Joh. 16, 1. 2 Cor. 12, 7. Phil. 2, 27. Hebr. 11, 28. Apoc. 20, 3. Marc. 3, 9.

cc., post pronom. demonstr., 2 Cor. 13, 10. Joh. 6, 39. (ἵνα μὴ — ἀλλά.) Ab his vero locorum generibus ii distinguuntur loci, in quibus ad praegressam sententiam omnem respicit ab eoque vel commodi vel incommodi aliquid monstratur, propter quod actio verbis praecedentibus significata aut sit commendanda aut dissuadenda. Cuius generis locos iam supra recensuimus *c.*, *aa.* Addi possunt hi: Matth. 26, 41. Joh. 3, 20. 4, 15. 5, 14. Act. 24, 4. Eph. 2, 9. 1 Cor. 1, 15. 11, 34. 16, 2. 2 Cor. 6, 3. 9, 3. 12, 7. Col. 3, 21. Gal. 5, 17. 6, 12. 1 Thess. 4, 13. Rom. 15, 20. 1 Tim. 3, 6. 6, 1. Tit. 3, 14. Hebr. 3, 13. 6, 12. 12, 3. Jac. 5, 9. Apoc. 16, 15. Philem. v. 14. μήποτε, Luc.

14, 29. — ἵνα — μὴ, ἀλλά, Joh. 3, 16. 2 Cor. 1, 9. 2, 5. — ἵνα μή, in parenthesi, 2 Cor. 9, 4. cf. 10, 9. Philem. v. 19. — ἵνα μή, ab initio, Matth. 17, 27. — Denique vero sunt, qui dicant, ἵνα in nonnullis N. T. locis esse adverbium loci: ubi, scil. 1 Cor. 9, 18. 4, 6. Gal. 4, 17. His adstipulari noli.

Ἱνατί, (ex ἵνα et τί, ut — quid? formula elliptica) cur? quare? (scil. formula inde explicanda est, quod qui interrogat, responsionem voce exorsus ἵνα occupaturus est, sed cum eam explere nesciat, iterum ad quaestionem revolvitur, quasi sciscitaturus, quid sit, quo responsio expleatur: ut (quid?) fiat vel fieret, damit (was?) geschehe, geschähe; vid. Hermann. ad Viger. p. 849.) Matth. 9, 4. (Marc. 2, 8. et Luc. 5, 22. τί.) 27, 46. (ex Ps. 22, 2. sed Marc. 15, 34. εἰς τί.) Luc. 13, 7. Act. 4, 25. (ex Ps. 2, 1.) 7, 26. 1 Cor. 10, 29. — οἱ ὁ praeterea, Num. 22, 32. Job. 3, 12. Jerem. 14, 19. Dan. 10, 20. al. Aristoph. Nub. v. 190. Plat. Apol. c. 14. ed. Fischer.

Ἰόππη, ης, ἡ, (apud profanos etiam Ἰώππη, hebr. יָפוֹ a יָפָה, pulcrum esse, 2 Chron. 2, 15. Esdr. 3, 7. Jon. 1, 3. 1 Macc. 10, 75. 14, 5.) Ioppe, urbs Palaestinae sita in monte ad mare magnum s. mediterraneum contra extremitatem septentrionalem tribus Dan, portu celeberrimo instructa, quam Augustus cum aliis urbibus Herodis M. regno adiunxerat (Jos. de B. J. 20, 3. Pomp. Mela 1, c. 11.). Hodie dic Iaffa. Commemoratur Act. 9, 36. 38. 42. 43. 10, 5. 8. 23. 32. 11, 5. 13.

Ἰορδάνης, ου, ὁ, Jordanes, (hebr. יַרְדֵּן a יָרַד, descendit, fluvius, ut Rhenus dictus est a ῥέω, rinnen) fluvius maximus et celeberrimus Palaestinae, qui e Phiala lacu ad radices montis Antilibani oriri et post iter 120 stadiorum sub terra factum ad Libani montis radicem erumpere credebatur (auctore Josepho de B. J. 10, 7.); hodie vero prope Caesaream Philippi in summo iugo montis Antilibani ex aquis nivalibus lacum efficientibus prodire et ex antro Paneadis prorumpere statuitur. Fluit inde post cursum 120 fere stadiorum aquis, quibus nomen Jordanis maioris inditum est, in Samochonitidem lacum (Merom appellatum), in quem simul alius amnis, nomine Jordanis minoris appellatus, influit (Jos. de B. J. 4, 1, 1. 1, 10, 1.); atque ex hoc lacu egressus post cursum 120 stadiorum factum in Galilaeam defertur. Hic in lacum Tiberiadis (mare Galilaeum) illabitur. Quem lacum cum permeavit, tandem in itineris decursu, aquis minorum fluviorum adauctus, in mare mortuum (lacum Asphaltitidem) effunditur, v. Wineri bibl. Realwörterb. sub v. Jordan. Commemoratur Matth. 3, 3. 6. (Marc. 1, 5. Luc. 3, 3.) 4, 15. 25. 19, 1. (Marc. 10, 1.) Marc. 3, 8. Luc. 4, 1. Joh. 1, 28. 3, 26. 10, 40. (Jos. 3. Gen. 13, 11. Num. 12, 29. 2 Reg. 3, 10. seq. Zach. 11, 3. Jos. Ant. 5, 3, 1.)

Ἰός, οῦ, ὁ, (ab ἵημι, mitto) 1., missile, sagitta, Hom. Il. 1, 48. 20, 68. al. — 2., venenum (animalium, quod aculei,

quasi sagittae venenatae ope immittunt vel instar sagittae iaculantur, Aelian. V. H. 5, 31. 9, 4.); — *ἰὸς ἀσπίδων*, Rom. 3, 13. (e Ps. 140, 3.) Jac. 3, 8. — **3.**, aerugo, Jac. 5, 3. — *οἱ ὁ*, Ez. 24, 6. 11. 12.

Ἰούδα, (v. appendic.) tribus Juda; — *πόλις Ἰούδα*, Luc. 1, 39. (e textu vulg., v. infr. *Ἰούττα*.)

Ἰουδαία, *ας*, *ἡ*, (scil. *γῆ*, adi. *ἰουδαῖος*, q. v.) Judaea (hebr. יְהוּדָה), Palaestinae pars, nomen nacta ab Israëlitarum tribu ea, quae tribus Juda vocabatur, et tempore Davidis quidem ea regio, quam incoluerunt tribus Juda et Beniamin, Jos. 11, 16. 21. 2 Sam. 2, 10. 5, 5. 19. 1 Chron. 22, 5. 2 Chron. 3, 1. tum post aetatem Davidis regno Israëlitarum duas in partes discisso sic dicebatur regnum Judae, cui praeter tribus Juda et Beniamin pars tribuum Dan et Simeon annumerabatur, 3 Esdr. 1, 26. 32. Post exilii tempora hoc nomen modo sensu angustiori dictum parti Palaestinae meridionali, a Samaria et Galilaea distinguendae, modo sensu latiori omni Palaestinae tribuitur; v. Wineri bibl. Realwörterb. sub v. Juda. — **1.**, sens. augustiori: Matth. 2, 1. 5. 22. 3, 15. (Marc. 1, 5.) 4, 25. (Marc. 3, 7. Luc. 5, 17.) 19, 1. (Marc. 10, 1.) 24, 16. (Marc. 13, 15. Luc. 21, 21.) Luc. 2, 4. Joh. 3, 22. 4, 3. 47. Act. 1, 8. al. — add. *γῆ*, Joh. 3, 22. — *χώρα*, Marc. 1, 5. — dic. pro incolis, Matth. 3, 5. (Marc. 1, 5.) 2 Chron. 32, 33. 35, 24. — **2.**, sens. latiori: Luc. 1, 5. 7, 17. Act. 2, 9.? 10, 37. 11, 1. 29. 2 Cor. 1, 16.? Gal. 1, 22.? — *πᾶσα ἡ χώρα τῆς Ἰουδαίας*, Act. 26, 20.

Ἰουδαΐζω, f. *ίσω*, (a *Ἰουδαῖος*, v. supr. *Ἑλληνιστής*) mores et ritus Judaeorum sequor; — de eo, qui legem Judaeorum ritualem observat, Gal. 2, 14. (i. q. *ἰουδαϊκῶς ζῆν*.) — *οἱ ὁ*, Esth. 8, 17.

Ἰουδαϊκός, *ή*, *όν*, (a *ἰουδαΐζω*, v. supr. *βασιλικός*) iudaicus, Tit. 1, 14. (*ἰουδαϊκοὶ μῦθοι*.) — Jos. Ant. 20, 11, 1. Hinc voc. seq.

Ἰουδαϊκῶς, adv., iudaice, more Judaeorum, Gal. 2, 14.

Ἰουδαῖος, *αία*, *ον*, (a *Ἰούδα*) iudaeus, a, um, **1.**, adiect. nominibus, ad gentem iudaicam pertinens: *ἀνήρ*, Act. 10, 28. 22, 3. (aliter 2, 14.) — *ἄνθρωπος*, Act. 21, 39. — *ψευδοπροφήτης*, Act. 13, 6. — *ἀρχιερεύς*, Act. 19, 14. (2 Macc. 3, 29. *τόπος ἰουδαῖος*.) — *γυνή*, Act. 16, 1. 24, 24. — *γῆ*, Joh. 3, 22. — *χώρα*, Marc. 1, 5. — **2.**, absque nomine subst.: origine, gente, religione Judaeus (e gente, quae a Juda, Josephi filio, nomen traxit, oriundus), Joh. 4, 9. Act. 18, 2. 24. Rom. 2, 28. 29. Act. 2, 5. — pl., Apoc. 2, 9. 3, 9. — *οἱ Ἰουδαῖοι*, gens iudaica, Act. 18, 2. 12. Matth. 2, 2. 27, 11. 29. Marc. 7, 3. 15, 2. Joh. 2, 6. 4, 9. 22. 5, 1. 18, 33. al. — *Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες*, Act. 14, 1. 18, 4. 19, 10. 1 Cor. 1, 22. — sing., Rom. 1, 16. 2, 9. — *οἱ κατὰ τὰ ἔθνη Ἰουδαῖοι*, qui in barbarorum terris degunt, Act. 21, 21. 14, 1. 19. 17, 13. 21, 27. —

ἄνδρες Ἰουδαῖοι, in allocut., Act. 2, 14. — Not.: auctor quarti evang. ut pro sui temporis rationibus Judaeos spectabat tamquam corpus hominum Christi asseclis infestorum, ita et in suis commentariis, de vita Jesu scriptis, non ipse solum a Jesu distinxit Judaeos, sed etiam Jesu eiusque apostolis sermones tribuit, quibus hi Judaeos quasi aliena stirpe prognatos a se distinguerent, Joh. 11, 8. 13, 33. — Quare satis habuit eos, quibuscum Jesu Hierosolymis res esset, Judaeos nominasse, sive essent de plebe homines, sive Judaeorum magistratus ac proceres. Hi nimirum intelliguntur Joh. 5, 15. 16. 59. 7, 1. 11. 13. 9, 18. 18, 12. 14. 1, 19. cf. Act. 24, 23.

Ἰουδαϊσμός, οῦ, ὁ, (a ἰουδαΐζω, q. v.) disciplina religionis iudaica, Gal. 1, 13. 14. (2 Macc. 2, 21. 14, 38. 4 Macc. 4, 16.)

Ἰοῦτα s. Ἰούττα, (hebr. יוּטָּה, Jos. 15, 55. 21, 16.) oppidum sacerdotale in tribu Judae situm, Luc. 1, 39. (ita e probabili coniectura Valesii, Relandi aliorumque.)

Ἱππεύς, έως, ὁ, (ab ἵππος) eques, Act. 23, 23. 32. (Xen. Mem. 3, 4, 1.)

Ἱππικός, ή, όν, equestris; — τὸ ἱππικόν, equitatus, Apoc. 9, 16. (ita et ap. Graec. τὸ πεζικόν, copiae pedestres.)

Ἵππος, ου, ὁ, equus, Jac. 3, 3. Apoc. 6, 2. 4. 5. 8. 9, 7. 9. 17. 14, 20. 18, 13. 19, 11—21.

Ἶρις, ιδος, vel ιος, εως, ἡ, iris, arcus coelestis, Apoc. 4, 3. 10, 1. (οἱ ὁ, Ex. 30, 24. Aelian. V. H. 4, 17.)

Ἰσάγγελος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἴσος, q. v., et ἄγγελος, q. v.; cf. Homericum illud ἰσόθεος) angelis similis, Luc. 20, 36. (Marc. 12, 25. et Matth. 22, 30. εἰσὶν ὡς ἄγγελοι.)

Ἴσημι, (dor. ἴσαμι, 2. pers. s. ἴσης, 3. s. ἴσατι, 1. plur. ἴσαμεν, partic. ἴσας; ap. Pindar. et Theocrit.) scio, novi; — τί, Act. 26, 4. (3. pl. ἴσασι.) — seq. ὅτι, Hebr. 12, 17. (ἴστε, contr. ex ἴσατε? sed hoc rectius derivatur ab εἴδω, pl. ἴσμεν, i. q. ἴδμεν, v. Grammaticos.)

Ἴσος, ἴση, ἴσον, aequalis, similis; — ποιεῖν τινα ἴσον τινί, Matth. 20, 12. — ἑαυτόν, Joh. 5, 18. — ἡ ἴση δωρεά, Act. 11, 17. (Sap. 7, 6.) — ἴσαι μαρτυρίαι, testimonia consentientia, Marc. 14, 56. 59. — ἴσα ἐστί, Apoc. 21, 16. (Ez. 40, 3—8. 45, 11. Xen. Cyr. 5, 2, 1.) — neutr. τὰ ἴσα (ἀπολαβεῖν), Luc. 6, 34. — neutr. ἴσα adverbial. (cf. πρώτιστα ap. Hom.); — ἴσα θεῷ, Phil. 2, 6. (esse parem deo.) — οἱ ὁ, Job. 15, 16. 24, 20. 27, 16. al. — Hom. Il. 5, 71. 15, 439. Od. 1, 432. 11, 304. — Hinc voc. seq.

Ἰσότης, τητος, ἡ, 1., aequalitas, aequitas, 2 Cor. 8, 14. — v. 13. (ἐξ ἰσότητος, propr. iuxta aequitatem, i. e. aequali ratione.) — 2., quod aequum est; adiunctum habet τὸ δίκαιον, Col. 4, 1.

Ἰσότιμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἴσος et τιμή) quod est

eiusdem pretii; — *τινί*, alicui par habendum, 2 Petr. 1, 1. (*ἰσότιμον ἡμῖν πίστιν*, concisius dict. pro *πίστιν τῇ ἡμῶν πίστει ἰσότιμον*; cf. Matth. 5, 20. *πλεῖον τῶν γραμματέων*.) — Xen. Hier. 8, 10.

Ἰσόψυχος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex *ἴσος* et *ψυχή*) animo par, Phil. 2, 20. (*οἱ ό*, Ps. 55, 14.)

Ἰσραηλίτης, ου, ὁ, (ab *Ἰσραήλ*, q. v. in append.) Israëlita (2 Sam. 17, 25.), unus e gente israëlitica, Joh. 1, 48. (auctor h. l. nomen, ut saepius fecit, ex etymo explicasse et ab hebr. יָשָׁר et אֵל derivasse videtur, v. *σιλωάμ*.) Act. 2, 22. 3, 12. 5, 35. Rom. 9, 4. 11, 1. 2 Cor. 11, 22.

Ἵστημι, f. *στήσω*, aor. 1. *ἔστησα*, perf. *ἕστηκα*, plusqperf. *ἑστήκειν* (Apoc. 7, 2. *ἑστήκεσαν* pro: *ἑστήκεισαν*) et *εἱστήκειν*, inf. perf. *ἑστηκέναι* et *ἑστάναι*, partic. *ἑστηκώς* et *ἑστώς*, *ῶσα*, *ώς*, aor. 2. *ἔστην*, aor. 1. p. *ἐστάθην*, f. 1. p. *σταθήσομαι*, f. 1. med. *στήσομαι* (Apoc. 18, 15. cf. Ex. 34, 2.).

I., in temporibus significat. transit. (h. e. in activi praes., imperf., fut. 1. et aor. 1.) stare facio (iubeo), colloco, sisto; **1.**, *τινά*, i. e. *a.*, adstare iubeo, Act. 1, 23. 6, 23. — sisto, coram aliis: *ἐν μέσῳ*, in medio, Joh. 8, 3. et *ἐν τῷ μέσῳ*, Act. 4, 7. — *ἐν τῷ συνεδρίῳ*, Act. 5, 27. — *ἐνώπιόν τινων*, Act. 6, 6. *ἐπί τινος*, Marc. 13, 9. (h. l. pass. *σταθήσεσθε*.) — *b.*, colloco (i. e. locum, quem aliquis occupet, designo); — *εἴς τινας*, inter nonnullos, Act. 22, 30. — *ἐν μέσῳ τινῶν*, Matth. 18, 2. (Marc. 9, 36.) — *παρ' ἐμαυτῷ*, Luc. 9, 48. — *ἐκ δεξιῶν κ. ἐξ εὐωνύμων*, Matth. 25, 33. — *ἐπί τι* (acc. loci), Matth. 4, 5. (Luc. 4, 9.) — *c.*, stare (statum tenere) facio; — c. acc. praedicati: Jud. v. 24. (*τῷ δυναμένῳ ὑμᾶς* — *στῆσαι κατενώπιον τῆς δόξης αὐτοῦ ἀμώμους*; — *δόξα* h. l. facies splendida, v. supra *δόξα*.) — si de lapso sermo est: erigo, Rom. 14, 4. (h. l. pass. *σταθήσεται* scil. *ὁ πεπτηκώς*; — *δυνατός ἐστιν ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν*; transferri hoc vult Paulus ad Judaeos, quos deum per suam omnipotentiam eo perducere posse dicit, ut beneficii, ex quo exciderint, participes fiant.)

2., *τί*, *a.*, stabilio, *τὴν παράδοσιν*, Marc. 7, 9. (*ἵνα στήσητε*, e nonnullor. codd. lectione.) — *τὴν δικαιοσ.*, Rom. 10, 3. — Matth. 18, 16. (h. l. pass. *ἵνα σταθῇ πᾶν ῥῆμα ἐπὶ στόματος* — *μαρτύρων*.) sic et 2 Cor. 13, 1. — *τὸν νόμον* (sustento, oppon. *καταργῶ*), Rom. 3, 31. (oppon. *ἀναιρεῖν*, Hebr. 10, 9. — Gen. 26, 3. Ex. 6, 4. Dan. 9, 12.) — *b.*, constituo; *ἡμέραν*, Act. 17, 31. — *c.*, stare facio (in bilance); — *τινί τι*, appendo alicui (unde *σταθμός*; — *ἱστᾶσι σταθμῷ*, Herodot. 2, 65.), Matth. 26, 15. (*οἱ ό*, 2 Sam. 14, 26. Ex. 8, 25. 26. Jes. 48, 6. Jerem. 32, 10. 1 Macc. 2, 27. al. Xen. Mem. 1, 11, 9. Cyr. 7, 3, 1.) inde explicari potest phrasis: *μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*; huius sceleris ne ab iis sume vindictam (in Rechnung bringen), Act. 7, 60.

II., in tempp. significat. intransit. (perf., plusqperf., aor. 2. act. — et in tempp. medii, quibus se nonnunquam adiungit aor. 1. et fut. 1. pass.) sto; **1.**, proprie: *a.*, ubi aut praepositione aliqua locus notatur vel standi modus adumbratur, aut additum verbo est adverbium loci; *aa*, praepositt.: ἐν c. dat. loci, Matth. 20, 3. 24, 15. 6, 5. Luc. 24, 36. Joh. 8, 9. 11, 56. Act. 5, 25. 7, 33. Apoc. 5, 6. 19, 17. — ἐνώπιόν τινος, Act. 10, 30. Apoc. 7, 9. 8, 2. 11, 4. 12, 4. — πρός c. dat. loci, Joh. 18, 16. — ἐπί τινος, Luc. 6, 17. Act. 21, 40. Apoc. 10, 5. 8. — coram, Act. 24, 20. 25, 10. — πέραν (τινὸς τόπου), Joh. 6, 22. — πρό (τινός), Act. 5, 23. 12, 14. — ἔμπροσθέν τινος, gen. pers., de iis, qui coram iudice stant, Luc. 23, 36. Matth. 27, 11. — κύκλῳ (τινός), circum, Apoc. 7, 11. — adde: μέσος τινῶν, Joh. 1, 26. (inter vos iam versatur.) — μετά τινος, Joh. 18, 5. — σύν τινι, Act. 4, 14. — ἐκ δεξιῶν τινος, Luc. 1, 11. Act. 7, 55. 56. — ἐν μέσῳ (in omnium conspectu), Joh. 8, 9. — cum praepositt. directionem in loc. designantibus, in construct. praegnanti (sto conversus ad): πρός c. acc., Joh. 20, 11. — ἐπί c. acc. (versus, — εἱστήκει, hatte sich gestellt), Matth. 13, 2. Apoc. 3, 20. 7, 1. 8, 3. (ἐστάθη.) 12, 18. (ἐστάθην.) 14, 1. 15, 2. — παρά c. acc., Luc. 5, 2. 7, 38. — et εἰς, Joh. 21, 4. — ἐπί c. acc. (ἔστησαν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν), Apoc. 11, 11. Act. 26, 16. (στῆθι.) — *bb.*, adv. loci: ἐκεῖ, Matth. 27, 47. (Marc. 11, 5.) Jac. 2, 3. (στῆθι.) — ὧδε, Matth. 20, 6. 16, 28. (Marc. 9, 1. Luc. 9, 27.) — ὅπου, Marc. 13, 14. — ἔξω, Matth. 12, 46. 47. (Marc. 3, 31. Luc. 8, 20.) Luc. 13, 25. — μακρόθεν, Luc. 18, 13. 23, 49. — ἀπὸ μακρόθεν, Apoc. 18, 10. 15. 17. — πόῤῥωθεν, Luc. 17, 12. — ὀπίσω, Luc. 7, 38.

b., Verbum simpliciter dictum: *aa.*, adsto (in loco, de quo iam mentio facta est, ut facile intelligatur, ubi steterit, qui adstitisse dicitur), Matth. 26, 73. Joh. 1, 35. 3, 29. 7, 37. 12, 29. 18, 18. 25. 20, 14. Act. 16, 9. 22, 25. — c. particip. vel adiectivo (consilium vel conditionem stantis indicante), Luc. 19, 8. 23, 10. Act. 1, 11. 9, 7. 26, 6. Hebr. 10, 11. cf. Matth. 20, 6. — particip. verbi (σταθείς, ἑστώς) e verbositate popularis orationis: hintreten, sich hinstellen und etc., Luc. 18, 11. 19, 8. Act. 2, 14. 5, 20. (11, 13. 17, 22. 27, 21.) — Not.: Joannes participio ad orationem sic construendam non utitur, sed verbo finito, cui adiungere solet καί, v. c. Joh. 1, 35. v. quae de eius loquendi consuetudine annotata sunt supra p. 89. sub v. ἀποκρίνομαι. — *bb*, si stare dicitur, qui in motu erat (incedens, fluens); ἔστην, consisto, Matth. 20, 32. (Marc. 10, 49. sed Luc. 18, 40. σταθείς.) Act. 8, 38. Matth. 2, 9. Luc. 8, 44. — *cc.*, cum emphasi: σταθῆναι, se sistere (hintreten), scil. coram iudice, cui imperterrite respondeatur, Apoc. 6, 17. (differunt scil. σταθῆναι et ἑστηκέναι, et aliud est τίς ὑποστήσεται, Mal. 3, 2.) cf. Luc. 21, 36. — ἕστηκα, salvus sto, Act. 26, 22. — immotus sto, non

vacillo, 2 Tim. 2, 19. — erectus sto, cum partic., Eph. 6, 14. (στῆτε περιζωσάμενοι.) — σταθῆναι (de domo, urbe, regno), se sustentare, statum tenere, Matth. 12, 25. 26. Luc. 11, 18. (apud Marc. 3, 24. oppon. τέλος ἔχειν.) Huc referas gnomen illam 1 Cor. 10, 12. (de dictione gnomica v. supr. p. 516. sub v. θησαυρός.) — Not.: fut. 1. pass. σταθήσομαι et aor. 1. pass. significat. media se sistendi habes Apoc. 8, 3. 12, 18. — partic. in locis sub *cc.* allatis. — imperat., Act. 26, 11. Jac. 2, 3. — inf., Luc. 21, 36. Apoc. 6, 17. — ἐστάθην, constiti, Luc. 18, 40. — significat. intrans. standi, Matth. 12, 25. 26. (Marc. 3, 24. 25. Luc. 11, 18.)

2., in oratione metaphor., *a.*, ubi metaphora sumitur a standi ritu, ab eo, qui non cadit, sed stat, Rom. 11, 20. (τῇ πίστει, per fidem.) — ἕστηκεν ἑδραῖος, qui non dubius haeret, non fluctuat, 1 Cor. 7, 37. (verba: ἐν τῇ καρδίᾳ pertinent ad ἑδραῖος.) — qui erectus stat: ἵνα στῆτε τέλειοι cett., Col. 4, 12. cf. Eph. 6, 14. — qui (pugnans) locum tuetur, Eph. 6, 13. — addito: πρός τινα, adversus aliquem, Eph. 6, 11. (cf. Ex. 14, 13. Ps. 36, 13.) — *b.*, ubi ope praepositionum termini notantur, qui nulla loca sunt: ἐν τῇ ἀληθείᾳ, Joh. 8, 44. (οὐχ ἕστηκε, non nititur in, i. e. nullam in se habet veritatem, cui innitatur, inanis, vanus est.) — ἐν τῇ χάριτι (tenere. Oppon. ἐκπίπτειν τῆς χάριτος, Gal. 5, 4.), Rom. 5, 2. — sic et ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, 1 Cor. 15, 1. — εἰς ἣν (scil. χάριν) ἑστήκατε, in quam ingressi estis, ut in ea persisteretis, 1 Petr. 5, 12. — cf. Cic. pro C. Rabir. c. 10.: in fide non stetit. — Not.: ab ἕστηκα derivatur verbum στήκω, quod v. suo loco.

Ἱστορέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἵστωρ, ορος, cognitor, qui exploravit, videndo cognovit) — τινά, coram cognosco aliquem (alic. faciem), Gal. 1, 18. (Paulus ergo Petrum nondum viderat.) — Jos. Ant. 1, 11, 4.

Ἰσχυρός, ά, όν, (ab ἰσχύω) potens, validus; **1.**, de naturis vivis, *a.*, validus (viribus corporis), Matth. 12, 29. (Marc. 3, 27. Luc. 11, 21.) Apoc. 5, 2. 10, 1. 18, 21. — comparat., Luc. 11, 22. (Xen. Mem. 1, 6, 7.) — (animo et corpore) fortis (ἐν πολέμῳ), Hebr. 11, 34. Apoc. 19, 18. (hebr. גִּבּוֹר.) — *b.*, animo (de eo, qui cupiditates coërcet), 1 Joh. 2, 14. — *c.*, universe: potens, viribus valens (oppon. ἀσθενής), 1 Cor. 4, 10. — de deo, Apoc. 18, 8. (Deut. 10, 17. 2 Sam. 22, 31.) — comparat., potentior (qui maiora praestat), Matth. 3, 11. (Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. qui non aqua βαπτίσει, sed πνεύματι ἁγ.) — qui plus valet viribus, 1 Cor. 10, 22. — *d.*, ex adiuncto: τὰ ἰσχυρὰ τῶν ἀνθρώπων, quod hominum opinione multum valet (in specie: divites, nobiles), 1 Cor. 1, 25. (oppon. ἀσθενής. Oratio concisior pro: ἰσχυρότερον τοῦ ἰσχυροῦ τοῦ τῶν ἀνθρώπων, v. infra sub v. περισσεύω.)

2., de rebus inanimatis, *a.*, quae vim exercent, ut v. c. ventus (vehemens), Matth. 14, 30. — aut cum vi proferuntur, ut

φωνή (vox robusta), Apoc. 18, 2. — κραυγή (clamor vehemens), Hebr. 3, 7. (Ex. 19, 19.) — tonitrua (gravia), Apoc. 19, 6. (Gen. 50, 10.) — ἐπιστολαί (severae), 2 Cor. 10, 10. (Xen. Cyr. 3, 8, 48.) — aut ingravescunt, ut λιμός, Luc. 15, 14. — *b.*, firmus; — παράκλησις, Hebr. 6, 18. — *c.*, πόλις, urbs munita, Apoc. 18, 10.

Ἰσχύς, ύος, ἡ, (ab ἔχω, unde ἴσχω; cf. αἰσχύνω, quod est ab αἴσχω) vis, 2 Petr. 2, 11. (iunct. c. δύναμις.) — τὸ κράτος τῆς ἰσχύος, Eph. 1, 19. 6, 10. (Dan. 1, 27.) — ἡ δόξα τῆς ἰσχ., 2 Thess. 1, 9. (vox προςώπου deduxit auctorem ad vocem δόξης, v. supra δόξα. Sed quia de poenis ei sermo institutus erat, commemoravit τὴν ἰσχύν, von dem Lichtglanze, der die Gewalt ausstrahlt.) — κράζειν ἐν ἰσχύει, magna cum vi, Apoc. 18, 2. — vires, facultas, 1 Petr. 4, 11. Marc. 12, 30. 33. et Luc. 10, 27. (hebr. חַיִל.) — Pertinet ad attributa maiestatis divinae, Apoc. 5, 12. 7, 12.

Ἰσχύω, f. ύσω, (ab ἰσχύς) **1.**, viribus polleo, kräftig sein; ita metaph. de doctrina Christiana, Act. 19, 20. (κατὰ κράτος ηὔξανε κ. ἴσχυε.) — Proprium sensum sola retinuit phrasis: ἰσχύω κατά τινος, supero aliquem, Act. 19, 16. et hoc sensu simpliciter dictum reperitur ap. Xen. Mem. 2, 7, 7. ubi coniunctum quidem est cum ὑγιαίνω, cf. Sirac. 30, 14. sed plus tamen dicit (sc. est: viribus polleo, robustus sum). Scriptores N. T. vocem usurpant ita, ut significationem extenuent et verbo utantur pro ὑγιαίνω, bona utor valetudine (quia ἀσθενεῖν in N. T. de laborantibus morbo dicitur), Matth. 9, 12. (Marc. 2, 17. sed Luc. 5, 31. οἱ ὑγιαίνοντες. Oppon. κακῶς ἔχειν.) cf. Terent. Andr. 2, 1, 11. — **2.**, vim habeo, i. e. *a.*, utilis sum, εἴς τι (taugen), Matth. 5, 13. — *b.*, seq. inf., valeo; possum, Matth. 8, 28. 26, 40. (Marc. 14, 37.) Marc. 5, 4. Luc. 6, 48. 8, 43. 14, 6. 29. 30. 16, 3. Joh. 21, 6. Act. 6, 10. 15, 10. 25, 7. 27, 16. — c. acc. πάντα ἰσχύω, Phil. 4, 13. — πολύ, Jac. 5, 16. — **3.**, τί, valeo aliquid, ich gelte, Gal. 5, 6. — Hebr. 9, 17.

Ἴσως, adv., (ab ἴσος, q. v.) **1.**, aequaliter, pariter. — **2.**, forsitan, Luc. 20, 13. (οἱ ό, Gen. 32, 21. Xen. Cyr. 2, 1, 5. Aelian. V. H. 11, 8.)

Ἰταλία, ας, ἡ, (scil. γῆ, χώρα) Italia, regio Europae, quae versus septentrionem Alpibus, ortum versus mari Adriatico circumcincta, ab occasu et meridie terminos habet mare Tyrrhenum et Ligusticum, Act. 18, 2. 27, 1. 6. Hebr. 13, 24.

Ἰταλικός, ή, όν, (ab Ἰταλία) italicus; — σπεῖρα ἰταλική, cohors italica (militibus italicis constans), Act. 10, 1. (Tacit. H. 1, 59.)

Ἰτουραία, ας, ἡ, (scil. γῆ, χώρα) Ituraea, regio Palaestinae orientalis, pars Coele-Syriae (Plin. H. N. 5, 23.), quae Auranitidem cum Batanea complexa esse videtur. Has enim regiones auctore Josepho (Ant. 17, 11, 4. et de B. J. 2, 6, 3.) Philippus

praeter Trachonitidem sub ditione habuit, quem Lucas τετραρχῆσαι tradit τῆς Ἰτουραίας κ. Τραχονίτιδος, Luc. 3, 1. — de Ituraeis sagittandi arte praestantibus v. Virg. Georg. 2, 448. Cic. Phil. 13, 8. §. 18.

Ἰχθύδιον, ου, τό, (diminutivum nominis ἰχθύς) pisciculus, piscis, Matth. 15, 34. (Marc. 8, 7.)

Ἰχθύς, ύος, ὁ, piscis, Matth. 7, 10. (Luc. 11, 11.) 17, 27. — pl., Matth. 14, 17. 15, 36. Joh. 21, 11. 1 Cor. 15, 39.

Ἴχνος, εος (ους), τό, (ab ἵκω = ἱκνέομαι, vado) **1.**, planta pedis. — **2.**, vestigium; — metaph. de imitando alicuius exemplo dictae phrases: στοιχεῖν τοῖς ἴχνεσί τινος, Rom. 4, 12. — περιπατεῖν τοῖς ἴχν. τ., 2 Cor. 12, 18. — ἐπακολουθεῖν τ. ἴχν. τιν., 1 Petr. 2, 21. — cf. lat. insistere vestigiis alic. (aliter Ps. 25, 4. Jes. 2, 3.)

Ἰῶτα, τό, Jota, littera hebr. י, omnium minima, Matth. 5, 18. (ἰῶτα ἓν οὐ μὴ παρέλθῃ, i. e. ne minima quidem pars frustra dicta sit. Noli adstipulari iis, qui hic vaticinia Messiana dici putant, cum potius de parte legis Mosaicae ad mores spectante sermo sit. Cf. Luc. 16, 17. v. supra βιάζομαι et εὐαγγέλιον.)

K.

Κἀγώ, (crasis ex καὶ ἐγώ) dat. κἀμοὶ, acc. κἀμέ, **1.**, et ego, ubi καί annectit et ἐγώ pronuntiatione distinguitur, v. c. *a.*, ego (simul), Luc. 2, 48. — *b.*, in distributione: et ego (pariter), Joh. 6, 51. 8, 26. 15, 4. 17, 26. — et ego (contra), Jac. 2, 18. (κἀγὼ ἔργα ἔχω.) Luc. 22, 29. — et ego (quidem), Joh. 6, 57. 15, 9. 17, 18. Rom. 11, 3. — *c.*, ab initio periodi: et equidem (ut de me ipso loquar), Joh. 1, 31. 33. 34. 10, 27. 28. 12, 32. 1 Cor. 2, 1. (Perperam dicunt hic poni pro ἐγὼ — δέ.) — *d.*, prosthetice, et in apodosi, Act. 22, 13. 19. Matth. 11, 28. 26, 15. Joh. 20, 15. 2 Cor. 6, 17. — cum oppositione, Jac. 2, 18. — *e.*, ubi καί potius ad verbum praedicatum, quam ad subiectum pertinet, 1 Thess. 3, 5. Eph. 1, 15. (— habe ich auch geschickt.)

2., etiam ego, *a.*, ubi subiectum se addit alteri, Matth. 2, 8. 10, 32. 21, 24. (Marc. 11, 29.) Luc. 20, 3. Act. 10, 26. 1 Cor. 7, 40. 2 Cor. 11, 21. — *b.*, post ὁποῖος et ὡς, Act. 26, 29. 1 Cor. 7, 8. 11, 1. Apoc. 2, 27. v. infr. καί. — *c.*, post τί, Rom. 3, 7. (cf. 1 Cor. 15, 29. 30. v. infr. καί.) — Not.: καί non intendit, nec est: denn, doch, sed: daneben, wenn das und das ist. — *d.*, in apodosi (so — auch ich): Matth. 2, 8. 10, 32. 33. 16, 18. — ubi novam periodum incipit: similiter et ego, Luc. 11, 9. 16, 9. Joh. 5, 11. 20, 21. Hebr. 8, 9. (loci Luc. 22, 29. Joh. 15, 9. 17, 9. [Wahl. Clav. p. 765.] huc minime pertinent.) — κἀμοί, Luc. 1, 3. Act. 8, 19. 1 Cor. 15, 8. — κἀμέ, 1 Cor. 16, 41.

Κάδος, ου, ὁ, (etiam κάδδος, a χάω = χανδάνω, ἔχαδον, i. q. χωρεῖν, spatiosum esse ad aliquid capiendum) cadus, occurrit apud Horat. et Ovid. (situla, amphora), Luc. 16, 6. (e lectione cod. D. admodum corrupti et nonnullorum latinizantium.)

Καθά, v. infr. καθό.

Καθαίρεσις, εως, ἡ, (a καθαιρέω, q. v.) destructio; — πρὸς ὀχυρωμάτων, ad destruenda munimenta, 2 Cor. 10, 4. (Xen. H. G. 2, 2, 15.) tropic. ut et vox opposita οἰκοδομῆς. Hac ut significatur emolumentum, commodum, ita illa: detrimentum, nos eodem modo: bauen, niederreissen, 2 Cor. 10, 8. 13, 10. (ad stabiliendam potius, quam ad evertendam pacem.)

Καθαιρέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et αἱρέω) f. 2. καθελῶ (Luc. 12, 18.), aor. 2. καθεῖλον, (ab obsol. ἕλω) **1.**, detraho (refigo); — τινά (affixum), Marc. 15, 36. 46. (Luc. 23, 53.) — Philo in Flacc. p. 977. — τινὰ ἀπό, c. gen., Act. 13, 29. (οἱ ό, Jos. 8, 29. 10, 27.) — vi adhibita: deturbo (herunterlangen), Luc. 1, 52. — **2.**, destruo, demolior; *a.*, propr.: τὰς ἀποθήκας, Luc. 12, 18. (oppon. οἰκοδομεῖν, v. supr. καθαίρεσις.) — *b.*, trop.: consilia hominum cum arcibus munimentisque comparata, 2 Cor. 10, 5. — perdo; — ἔθνη, Act. 13, 19. (Jerem. 24, 6. Aelian. V. H. 2, 25.) — τὴν μεγαλειότητά τινος, Act. 19, 27.

Καθαίρω, f. αρῶ, perf. κεκάθαρκα, purgo (hinc καθαρός, q. v.), *a.*, propr.: a sordibus, ab immunditie (Xen. Oecon. 18, 6.); — arbores, vites (a surculis inutilibus) amputo, Joh. 15, 2. (Philo de agric. p. 189.) — *b.*, metaph.: a culpa, expio; — pass., Hebr. 10, 2. (Jerem. 13, 27.)

Καθάπερ, v. καθό.

Καθάπτω, f. ψω, aor. 1. ῆψα, (ex κατά et ἅπτω, apto, annecto) intransit., τινός, me annecto alicui, Act. 28, 3. (cf. v. 4. κρέμαμαι ἐκ —, et v. 5. ἀποτινάξας.)

Καθαρίζω, f. attic. καθαριῶ (Hebr. 9, 14.), aor. 1. ἐκαθάρισα, aor. 1. p. ἐκαθαρίσθην, (a καθαρός) **1.**, purum reddo, purgo; scil. *a.*, a maculis et sordibus physicis (plerumque intellig. lustrationes rituales). — τί (accus. rei), v. c. vasa, Matth. 23, 25. 26. (Luc. 11, 39.) — cibos, pass., Marc. 7, 10. (καθαρίζον, nominat. participii absol. verte: id, quod s. quae res omnes cibos purgat. V. Herm. ad Viger. p. 768.) — τινά; — leprosum, Matth. 8, 2. (Marc. 1, 40. 42. Luc. 5, 12. 13.) 10, 8. 11, 5. (Luc. 7, 22.) Luc. 4, 27. 17, 14. 17. — οἱ ό, Levit. 14, 8. 9. — etiam: ἡ λέπρα ἐκαθαρίσθη, Matth. 8, 3. — *b.*, sensu morali: a sordibus scelerum et a vitiis; — ἀπὸ μολυσμοῦ σαρκός, 2 Cor. 7, 1. — τὴν συνείδησιν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, Hebr. 9, 14. — καθαρίζειν simpliciter, i. e. καθαρὸν ποιῆσαι, sc. a peccatis; — λαὸν ἑαυτῷ, Tit. 2, 14. — τὰς καρδίας, Act. 15, 9. — τὰς χεῖρας, Jac. 4, 8. — τινά τινι (dat. instrum.), Eph. 5, 26. — *c.*, expio; — τινά, a culpa libero (sensu levitico), 1 Joh. 1, 7. (Ps. 51, 4. Ex. 29, 36. 37.) — aliquid, ut pro sacro haberi possit,

τὶ ἔν τινι, dat. instr., Hebr. 9, 22. 23. (Num. 30, 6. 9, 13. Levit. 12, 8. 16, 30.) — 2., purum habeo, Act. 10, 15. 11, 9. — Not.: dicunt, καθαρίζω esse serioris aevi verbum. Sed ita se habet verbum καθαρίζειν ad καθαίρειν, ut ἐναρίζειν (Hom. Il. 9, 526.) se habet ad ἐναίρειν.

Καθαρισμός, οῦ, ὁ, (a καθαρίζω) purgatio, purgandi s. lavandi ritus; *a.*, c. gen. subi., de purg. physica (post captum cibum), Joh. 2, 6. (κατά —, cf. similem annotat. Joh. 19, 40.) — *b.*, de lavacro baptismi (abstergendorum vitiorum symbolo), Joh. 3, 25. — *c.*, c. gen. obi., *aa.*, gen. person., de lustrationibus leviticis puerperarum, Luc. 2, 22. (leg. αὐτῶν, scil. matris infantisque.) — v. Levit. c. 12. — leprosorum, Marc. 1, 44. (Luc. 5, 14.) — v. Levit. 15, 13. — *bb.*, gen. rei: ἁμαρτιῶν, ablutio, 2 Petr. 1, 9. — expiatio, Hebr. 1, 3. (ποιεῖσθαι καθαρ. τῶν ἁμ.)

Κάθαρμα, τος, τό, (a καθαίρω) purgamen, 1 Cor. 4, 13. (e nonnullor. codd. lect.) v. περικάθαρμα.

Καθαρός, ά, όν, purus (cui nihil inquinamenti admixtum est, oppon. μεμιασμένος et ἄνιπτος, Tit. 1, 15.), 1., sensu physico: λίνον, Apoc. 15, 6. — σινδών, Matth. 27, 59. — βύσσινος, 19, 8. 14. — χρυσίον, igne expurgatum, Apoc. 21, 18. ibid. ὕαλος. (22, 1. ποταμός.) — Hebr. 10, 23. (ὕδωρ, aqua, quae, ut per se pura est, ita purum reddit, eo scil. quod sanctitatis studio obstringit; in oratione parabolica: purgatae viti similis, et ad fructus ferendos idoneus.) Joh. 15, 3. — qui non opus habet, ut lavetur, Joh. 13, 10. (sens.: si sublatione sordium opus est, nunc quidem eam tantum molior, quae lotione fit pedum. At hanc idcirco minime efficio, ut vos puros reddam; multo minus de reliquis corporis vestri membris lavandis cogitari volo, verum pedes lavo vestros, ut edam amoris specimen vobis ipsis imitandum.) — 2., sensu levitico: mundus, a cuius usu non interdictum est, e cuius usu nulla contrahitur immundities, Rom. 14, 20. (πάντα — καθαρά, omnes cibi in licitis numerandi sunt.) Tit. 1, 15. — 3., sensu morali: *a.*, homo sceleris purus, in quo nihil est improbitatis, doli, malitiae, Tit. 1, 15. (τοῖς καθαροῖς, oppon. μεμιασμένοι, ὧν μεμίανται ὁ νοῦς κ. ἡ συνείδησις.) Joh. 13, 10. (ὑμεῖς καθαροί, vobis non opus est lustrationis signo, v. supr. sub n. 1.) — οἱ τῇ καρδίᾳ (quod ad animum attinet), Matth. 5, 8. — *b.*, cui nihil falsi admixtum est, sincerus, ἐκ καθαρᾶς καρδίας, 1 Tim. 1, 5. 2 Tim. 2, 22. 1 Petr. 1, 22. — ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, 1 Tim. 3, 9. 2 Tim. 1, 3. — *c.*, in quo nihil est, quod reprobabile sit, θρησκεία, Jac. 1, 27. (iunct. c. ἀμίαντος.) cultus dei, quo nihil impuri offertur. — *d*, καθαρὸς ἀπό τινος, non culpa maculatus alic. rei: ἀπὸ τ. αἵματος, Act. 20, 26. — quod supplendum Act. 18, 6. (cf. Gen. 24, 8. Job. 4, 7. Tob. 3, 17.)

Καθαρότης, τητος, ἡ, (a καθαρός) mundities, puritas; — τινός, Hebr. 9, 13. (Xen. Mem. 2, 1, 22.)

Καθέδρα, ας, ἡ, (ex κατά et ἕδρα, quod ab ἕζομαι) sella,

subsellium, Matth. 23, 2. (suggestus, Sirac 12, 12.) — plur., Matth. 21, 12. (Marc. 11, 15.)

Καθέζομαι, f. ἑδοῦμαι, ex κατά et ἕζομαι) sedeo; — ἔν τινι, dat. loci, Matth. 26, 55. Luc. 2, 46. Act. 6, 15. Joh. 11, 20. — ἐπί c. gen., Matth. 23, 2. — ἐπί c. dat., Joh. 4, 6. — πρός c. gen., Matth. 26, 55. — c. dat., Joh. 20, 12.

Καθεῖς, rectius scribitur καθ' εἷς. V. εἷς n. 3.

Καθεξῆς, adv., (ex κατά et ἑξῆς, q. v.) deinceps, Luc. 1, 3. Act. 11, 4. 18, 23. — οἱ καθεξ., qui deinceps sequuntur, Act. 3, 24. (noli suppl. χρόνων, supplendum enim est προφητῶν.) — neutr. ἐν τῷ καθ. (cf. τὸ νῦν), Luc. 8, 1.

simile est.) — τὸ καλὸν ἐνώπιόν τινος, quod alicui probatur, quod laudabile censetur esse, 1 Tim. 2, 3. (iunct. c. ἀπόδεκτον.) 5, 4. — pl., Rom. 12, 7. 2 Cor. 8, 21. (ex hebr., v. Prov. 3, 4. 2 Chron. 14, 2. 31, 20. Deut. 6, 18. 12, 28.) — Hinc *b*., nominibus adiectum *aa*., rerum physicarum, *α*., non reprobandus, 1 Tim. 4, 4. (oppon. ἀπόβλητος.) — *β*., utilis, ad usum aptus, i. e. δόκιμος, tauglich, trefflich; de rebus in specie ita comparatis, ut eum usum praestent, cui praestando harum rerum genus natum est; — τὰ καλά, Matth. 13, 48. (de piscibus, oppon. ea, quae abiiciuntur, τὰ σαπρά.) — σπέρμα, Matth. 13, 24. 27. 37. 38. — καρπός, Matth. 3, 10. (Luc. 3, 9.) 7, 19. — pl., v. 17. — δένδρον, Matth. 12, 33. Luc. 6, 43. (oppon. σαπρόν.) — γῆ, Matth. 13, 8. 23. — καλὸν τὸ ἅλας (res utilis est), Marc. 9, 50. Luc. 14, 34. — ita quoque ὁ νόμος, ad progignendum bonum aptus, Rom. 7, 16. 1 Tim. 1, 8. (nota h. l. verba addita: ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται.) — παρακαταθήκη (qua καλά continentur. Cf. ἀγαθὸς θησαυρός), 2 Tim. 1, 14. cf. 1 Tim. 6, 19. — μέτρον, mensura iusta, Luc. 6, 38. — βαθμός (satis firmus), 1 Tim. 3, 13. — *bb*., hominum ab officio denominatorum: idoneus, tüchtig, Joh. 10, 11. 14. (ποιμήν.) 1 Tim. 4, 6. (διάκονος.) 1 Petr. 4, 10. (οἰκονόμος.) 2 Tim. 2, 3. (στρατιώτης.) — *cc*., adiectum nominibus signif. id, quod laudabile est, si haec nomina effectum denotant, qui aestimatur ab usu virium: ἀγών, 1 Tim. 6, 12. 2 Tim. 4, 7. — aut a constantia: ὁμολογία, 1 Tim. 6, 13. — aut a fine, quem auctor sibi proposuit: ἔργον, Joh. 10, 33. 1 Tim. 3, 1. — pl., Matth. 5, 16. Joh. 10, 32. 1 Tim. 5, 10. 25. Tit. 2, 7. 14. 3, 8. 14. Hebr. 10, 24. — Xen. Mem. 1, 2, 32. — aut a vitae cultu: ἀναστροφή, Jac. 3, 13. 1 Petr. 2, 12. — καλὴ συνείδησις, mens conscia recti, Hebr. 13, 8. — id, quod honorificum est, si hoc nomine significatur iudicium de aliquo latum: μαρτυρία, 1 Tim. 3, 7. — ὄνομα, Jac. 2, 7. — καύχημα, 1 Cor. 5, 6. — id, cuius probata est fides, si hoc est ῥῆμα, quo aliqua continetur promissio, Hebr. 6, 5. (oppon. inane. Hinc: αἱ δυνάμεις τοῦ αἰῶνος cett.) — aut cuius probata est veritas, si res designatur, in quam cadit aut veritas aut falsitas: διδασκαλία, 1 Tim. 4, 6. — *c*., καλὸν τοῦτο, expedit, convenit, 1 Cor. 7, 26. — additum infinitivo loco subiecti posito, Gal. 4, 18. Rom. 14, 21. Matth. 15, 26. (Marc. 7, 27.) — Xen. Mem. 3, 1, 7. — καλόν ἐστί τινι, utile est alicui, Tit. 3, 8. (iunct. c. ὠφέλιμος.) — καλόν ἐστι, seq. acc. c. inf., Matth. 17, 4. (Marc. 9, 5. Luc. 9, 33.) Hebr. 13, 9. 1 Cor. 7, 1. — τινί, seq. εἰ, Matth. 26, 24. (Marc. 14, 21.) — καλόν ἐστι μᾶλλόν τινι, salutarius ei est, seq. εἰ, Marc. 9, 42. — seq. inf. subiect., 1 Cor. 9, 13. — item καλόν σοί ἐστιν ἤ, seq. inf. subiect., Matth. 18, 8. 9. (Marc. 9, 43. 45. 47.) (Pro καλόν σοί ἐστι legitur: συμφέρει σοι, Matth. 5, 29. 30.) — Compar., καλλίων, ον, melior, us, Act. 25, 10. (scil. quam equidem dicere possum, v. voc. καινός.)

Κάλυμμα, τος, τό, (a καλύπτω, perf. p.) velamen, tegumentum (Hom. Il. 24, 93.), 2 Cor. 3, 13. (Ex. 34, 33.) — metaph., v. 14. 15. 16. de eo, quod impedit, ne intelligatur aliquid. — V. ἀνακαλύπτω.

Καλύπτω, f. ψω, tego, operio, *a.*, propr., τί, Luc. 23, 30. — τινά τινι, aliquem aliqua re, Luc. 8, 16. — pass., Matth. 8, 24. — Ex. 24, 15. Gen. 7, 19. — *b.*, trop., (tegumento) occulto; — pass., 2 Cor. 4, 3. (auctor voce usus est propter ea, quae de facie Mosis dicta erant 3, 13. seq.) Matth. 10, 26. — καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν, i. e. efficiet, ut non conspiciantur et imputentur, Jac. 5, 20. 1 Petr. 4, 8. (Ps. 85, 2. 32, 1. 2.)

Καλῶς, adv., (a καλός) bene, i. e. *a.*, recte, ut nullus reprehensioni sit locus, de dictis, i. e. vere; — λαλεῖν, Joh. 18, 23. (oppon. κακῶς.) Act. 18, 25. — προεφήτευσε, Matth. 15, 7. (Marc. 7, 6.) — ἀποκριθῆναι, Marc. 12, 28. 32. — εἰπεῖν, Luc. 20, 39. Joh. 4, 17. — λέγειν, 8, 48. 13, 13. (Xen. Mem. 2, 7, 11.) 1 Cor. 14, 17. — καλῶς, recte! vox approbantis, Rom. 11, 20. — de factis: ποιεῖ, recte, probe agit, i. e. ita, ut reprehendi non possit, Jac. 2, 19. 1 Cor. 7, 37. 38. (h. l. docetur, aliquem posse καλῶς, alium vero κρεῖσσον agere.) — speciat., καλῶς (ἀναστρέφεσθαι), recte agere, i. e. rectam vivendi rationem sequi, quae non potest non probari, si quod agitur, ex legibus honestatis iudicetur, Hebr. 13, 18. Jac. 2, 8. — *b.*, praeclare, laudabiliter, Gal. 5, 7. (ἐτρέχετε.) Marc. 7, 37. — καλῶς ποιεῖν c. particip., Phil. 4, 14. 2 Petr. 1, 19. 3 Joh. v. 6. Gal. 4, 17. 1 Tim. 3, 4. 12. 13. 5, 17. Act. 10, 33. — *c.*, dextere, apte, Marc. 7, 9. (non dicit dominus h. l. recte facere Pharisaeos, quod tollant dei leges, ut suas stabiliant, sed Pharisaeis largitur, quod suis rebus optime sciant consulere.) — κάθου καλῶς, hic sedeas commode, Jac. 2, 3. — *d.*, καλῶς εἰπεῖν τινα, laudare aliquem, Luc. 6, 26. (oppositum legitur v. 22.) — ποιεῖν τινα, beneficiis afficere aliquem, Matth. 5, 44. (Luc. 6, 27.) cf. κακόν τι ῥέξειν τινά, Hom. Il. 2, 195. 3, 351. — καλῶς ποιεῖν simpliciter (subintell. τοὺς ἄλλους), bene facere, Matth. 12, 12. — καλῶς ἔχειν, bene se habere (de convalescentibus), Marc. 16, 18.

Κάμηλος, ου, ὁ, ἡ, (hebr. גָּמָל) camelus, das Kameel, Matth. 3, 4. (Marc. 1, 6.) — locutt. proverbiales: Matth. 19, 24. (Marc. 10, 25. Luc. 18, 25.) — proverbium iactatum etiam a Rabbinis, v. Schöttgen. et Ligtfoot. hor. hebr. ad Matth. l. c. Buxtorf. lex. chald. et talm. p. 1722. — Matth. 23, 24. (sens. proverb.: de eo, qui in minutiis cavet, ne peccet, de gravioribus vero nihil curat.) cf. prov. simile Matth. 7, 3.

Κάμιλος, ου, ὁ, rudens, Schiffseil, Ankertau, Matth. 19, 24. et Luc. 18, 25. (e nonnullor. codd. lectione. Vocem tantum habent Suidas et Schol. ad Aristoph. Vesp. „κάμιλος τὸ παχὺ σχοινίον διὰ τοῦ ι.")

Κάμινος, ου, ὁ, ἡ, caminus, fornax (vel liquatoria, Xen.

Venat. 4, 49. vel figlina, vel furnus, οἱ ό, Gen. 19, 28. Ex. 19, 18. Jerem. 11, 4. Dan. 3, 6.), Matth. 13, 42. 50. Apoc. 1, 15. 9, 2.

Καμμύω, f. ύσω, (pro καταμύω, quod comp. ex κατά et μύω, claudo; — syncope ab epicis et poëtis usu percepta, ut καμμέν, καμμονή, κάμμορος, e κατὰ μέν, καταμονή, κατάμορος; attici scriptores hanc contractionem, si discesseris a voce ἄμπωτις et ἄμπωσις, sibi indulsisse non deprehenduntur, quamvis καμμύειν scripserit Xen. Cyr. 8, 3, 28., utpote qui nec formas similes: ἀμβολάς, ἀμβάτης et ἀνάμβατος repudiavit. V. Lobeck. ad Phryn. p. 339. 5.) conniveo, oculos claudo, Matth. 13, 15. et Act. 28, 27. (ex Jes. 6, 9. 10. — Phil. de Somn. p. 589.)

Κάμνω, f. καμῶ, aor. 2. ἔκαμον, perf. κέκμηκα, **1.**, defatigor (Xen. Anab. 3, 4, 47. Hom. Il. 4, 244.), Apoc. 2, 3. (e textu vulg.) — τῇ ψυχῇ, animo deficio, Hebr. 12, 3. (Job. 10, 1. v. supr. ἐκλύω.) — **2.**, aegroto, Jac. 5, 15. (Xen. Mem. 1, 2, 51. Lucian. Diall. Deor. 23, 2. Diod. Sic. 1, 25.)

Κάμπτω, f. ψω, flecto; — τὸ γόνυ, genu (Hom. Il. 7, 118. de eo, qui sibi aliquid gratulatur), *a.*, transit., τινί, alicui (i. e. in honorem alicuius, quem venerer, — de adorantibus), Rom. 11, 4. (οἱ ό, 1 Reg. 19, 18.) — πρός τινα, versus aliquem, Eph. 3, 14. — *b.*, intransit., κάμψει πᾶν γόνυ ἐμοί, mihi (in honorem meum) flectatur, i. e. me quisque adorabit, Rom. 14, 11. (οἱ ό, Jes. 45, 23.) — ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, sens.: ut quandocunque nomen Jesu pronuntietur, genua in honorem dei flectantur, Phil. 2, 10. (phrasin explicat membrum parallelum.)

Κἄν, (per crasin pro καὶ ἐάν et pro καὶ ἄν, quare constr. c. coniunct.) **1.**, pro καὶ ἐάν, *a.*, et (atque) si (in protasi seq. coni. aor. — lat. fut. exact.), Jac. 5, 15. Hebr. 12, 20. Marc. 6, 18. (leg. οὐ μὴ — βλάψῃ.) — Xen. Anab. 3, 1, 36. — *b.*, etiam si, i. e. *aa.*, vel si, wenn auch nur. Quod legitur *α.*, in protasi, quam aliqua sequitur apodosis, Matth. 26, 35. Marc. 5, 28. (Xen. Mem. 2, 1, 20.) — *β.*, apodosi annexum, Joh. 11, 25. — *γ.*, elliptice dictum: vel tantummodo, *αα.*, intersertum verbis προτάσεως, Marc. 6, 56. (concisius dictum construe: ἵνα ἅψωνται, ut tangerent, κἂν τοῦ κρασπέδου scil. ἅψωνται, i. e. si vel solam fimbriam tangerent; atque hoc est, ut modo — tangerent. Matth. 9, 11. constructionem resolvit et expeditiorem reddit, ut solet, cf. 15, 5. 21, 26. 26, 56. et Marc. locc. parallel.) Act. 5, 15. (i. e. ἵνα ἐρχομένου Πέτρου γένηταί τι, καὶ ἐὰν —, vel si tantum etc.) — *ββ.*, intersertum verbis ἀποδόσεως, 2 Cor. 11, 16. (i. e. δέξασθέ με καὶ ἐὰν δέξησθέ με ὡς cett.) — *bb.*, etiam tum, cum, Joh. 8, 14. — *cc.*, licet, si vel maxime, etiamsi, Joh. 10, 38. — *c.*, etiam, si, ubi τὸ καί cum ἀλλά iunctum est atque utrumque pendet a praecedente οὐ μόνον, Matth. 21, 21.

2., pro καὶ ἄν, et fortasse, Luc. 13, 9. (sunt quidem, qui, sumtis his verbis pro καὶ ἐάν, dicant apodosin deesse, sed quid

impedit, quominus verba praecedentibus annexa vertamus: et is fortasse fructum tulerit?)

Κανᾶ, ἡ, (hebr. קָנָה) nom. propr. vici (κώμης) Galilaeae (Jos. Ant. 13, 15, 1. de B. J. 1, 17, 5.) prope Capernaumum, Joh. 2, 1. 11. 4, 46. 21, 2.

Κανανaῖος, Matth. 10, 4. (e nonnullor. codd. lect. pro *Κανανίτης*, q. v.)

Κανανίτης, ου, ὁ, (ab hebr. קַנָּא) i. q. ζηλωτής, q. v. (Luc. 4, 15. Act. 1, 13.), zelotes, cognomen Simonis apostoli, Matth. 10, 4. (Marc. 3, 18.)

Κανδάκη, ης, ἡ, Candace, nomen reginis et matribus regum Aethiopiae commune (Strab. 17, p. 820. Plin. H. N. 6, 29. Dio Cass. 54, p. 335.), Act. 8, 27.

Κανών, όνος, ὁ, (a κάνη, κάννα, baculus rectus) propr. lignum recta linea tornatum, quo aliquid alligatur, ut rectam teneat lineam, — baculus mensorius, norma (cf. supr κάλαμος), regula (Richtscheid), — funis mensorius fabrorum lignariorum, ap. Eurip. Hippolyt. v. 468. — Hinc etiam τὸ μέτρον τοῦ πηδήματος (Pollux in Onomast. 3, 151.), demensum saltus spatium, ut in ludis Olympicis. — Ita Gal. 6, 16. (στοιχεῖν τῷ κανόνι, sens.: qui intra hos limites se tenent.) — κανών, norma, qua quousque via et cursus pertinet, definitur, 2 Cor. 10, 13. — κατὰ τὸν κ. ἡμῶν, i. e. in cursu mihi demenso s. in spatio ad erudiendos alios mihi assignato, v. 15. — oppon. ἀλλότριος, i. e. ἄλλου τινός, κανών, spatium, in quo desudavit alius, v. 16. (obiter nota, τὰ ἄμετρα v. 13. et 15. dici, quae spatium dimensum, i. e. id, intra quod de aliis bene mereri apostolo licuerit, excedant; caeterum v. καυχάομαι.) — est ergo id, quod nos dicimus: das Maass der apostolischen Laufbahn.

Καπερναούμ, (sive Καφαρναούμ, ab hebr. כְּפַר, pagus, כְּפַר־נַחוּם, pagus solatii. Aliud simile nomen v. Jos. 18, 24. Καφηραμμίν) Capernaum, urbs Galilaeae florentissima, sita ad mare Galilaeum s. lacum Gennesareth (Joh. 6, 17. 24. — ἡ παραθαλασσία, Matth. 4, 13.) in finibus tribuum Sebulon et Nephthalim (Matth. l. c.), propinqua loco, ubi Jordanes fluvius in lacum Gennesareth influit. Videtur exstructa esse post exilii tempora, cum eius in scriptis V. T. nulla facta sit mentio. Commemorat Josephus (de vita §. 72.) κώμην Καφαρνώμην, eumque urbem illam dixisse, admodum credibile est. Praeter locos cit. occurrit nomen Matth. 9, 1. 11, 23. 17, 24. Luc. 7, 1. Joh. 4, 46. al.

Καπηλεύω, f. εύσω, sum κάπηλος, i. e. vel *a.*, caupo, Aelian. V. H. 10, 9. — vel *b.*, propola, qui in foro et tabernis res ab aliis emtas vendit, indeque quaestum facit, ein Höker, Kleinhändler; cf. nostr. kaufen, et Ennii illud: cauponari bellum, i. e. quaestus caussa pugnare, Cic. Offic. 1, 12. Sed cum propolae plerumque lucri caussa merces solerent adulterare et corrumpere; καπηλεύειν τι c., universe sic dici coepit, ut idem esset, quod

corrumpere, verfälschen. Atque hoc sensu dictum occurrit in N. T., 2 Cor. 2, 17. (τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. — Philostr. Vit. Apollon. 1, 13. 5, 36.)

Καπνός, οῦ, ὁ, (ab obsol. κάπω, καπέω, unde κεκαφηότα θυμόν, auram captare, et καπόω, halo; cf. lat. capio, capto, schnappen) fumus, Act. 2, 19. Apoc. 8, 4. 9, 2. 3. 17. 18. 14, 11. 15, 8. 18, 9. 18. 19, 3. (οἱ ό, Ex. 19, 18.)

Καππαδοκία, ας, ἡ, Cappadocia, regio Asiae minoris, interiecta Ponto Euxino et Armeniae minori, versus meridiem ad Ciliciam et Commagenen, versus occidentem vero ad Lycaoniam et ad Cappadocem amnem, quo a Galatia disiungitur, pertinens, admodum fertilis, et inprimis tritico, equis, asinis abundans. Vocat eius incolas Strabo Leucosyros (ut distinguantur á Syris ultra montem Taurum habitantibus), Herodotus vero (1, 72. 5, 49.) μελανοσύρους (ob nigredinem coloris). Tiberium Caesarem hanc regionem populo Romano stipendiariam fecisse, memoriae prodidit Velleius Paterc. 2, 39. Commemoratur Act. 2, 9. 1 Petr. 1, 1.

Καραδοκία, ας, ἡ, solers attentio, exspectatio; — καραδοκίαν, Phil. 1, 20. (ita legitur in nonnullis bonae notae codd. pro ἀποκαραδοκία, quod v.)

Καρδία, ας, ἡ, cor; **1.**, respicitur eius situs physicus, cum per tropum de eo dicitur, quod in medio latet; — ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς (in visceribus terrae), Matth. 10, 40. (cf. Ez. 27, 4. Ps. 46, 2. Jon. 2, 4. Ex. 15, 8. ubi hebraic. לֵב οἱ ό vertunt: μέσον.)

2., animus, *a.*, sensu practico: mens, animus, ut est cogitationum, cupiditatum, desideriorum, studiorum fons et sedes, Luc. 12, 34. (Matth. 6, 21.) — pl., Luc. 1, 17. Act. 4, 32. (2 Chron. 30, 12.) 7, 39. (Job. 12, 3. 34, 10.) — Locos, in quibus vox tritissima occurrit, ad classes revocemus; *aa.*, καρδία distincta a στόματι, Matth. 15, 8. 18. 19. (Marc. 7, 6. 19. 21.) 2 Cor. 6, 11. Rom. 10, 8. 9. — rebus externis opposita (nos: das Innere), Luc. 16, 15. 1 Petr. 3, 4. 1 Cor. 14, 25. (τὰ κρυπτὰ τ. καρδίας, quae animo occultantur.) — μοιχεύειν ἐν τῇ καρδίᾳ, Matth. 5, 28. — περιτομὴ καρδίας, Rom. 2, 29. cf. Act. 7, 51. (ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ.) Rom. 2, 15. Hebr. 8, 10. 2 Cor. 3, 2. (ἐπιστολὴ — ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.) v. 3. (ἐν πλαξὶ καρδίας.) v. 15. (κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν κεῖται; coll. v. 13. ἐπὶ τὸ πρόςωπον.) 1 Thess. 2, 17. 2 Cor. 5, 12. Eph. 5, 19. (ᾄδειν et ψάλλειν ἐν τῇ καρδίᾳ.) Col. 3, 16. — 2 Petr. 1, 19. (φωσφόρος ἐν τῇ καρδίᾳ.) 2 Cor. 4, 6. Luc. 24, 32. (καίεται ἡ καρδία.) — Referas huc phrases: Rom. 6, 17. (ἐκ καρδίας, vere, sincere.) cf. Matth. 18, 35. — ἐν ὅλῃ τ. κ. s. ἐξ ὅλης τ. κ., Matth. 22, 37. (Marc. 12, 30. 33. Luc. 10, 27. Act. 8, 37. — Deut. 6, 5. 26, 16. Ps. 119, 34.) — ἐρευνᾷν τὰς καρδίας, Rom. 8, 27. Apoc. 2, 23. — δοκιμάζειν, 1 Thess. 2, 4. — διανοίγειν

τὴν κ., Act. 16, 14. — *bb.*, ἡ καρδία collata cum receptaculo, Luc. 2, 51. 8, 51. — πληροῦν τὴν κ., Act. 5, 3. Joh. 16, 6. — διδόναι τὸ πνεῦμα ἐν ταῖς κ., 2 Cor. 1, 22. cf. Gal. 4, 6. — ἐκκέχυται ἐν ταῖς κ. ἡμῶν, Rom. 5, 5. Col. 3, 15. — ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς κ., Matth. 12, 34. Luc. 6, 45. — ὁ θησαυρὸς τῆς κ., v. 35. — τιθέναι εἰς τ. κ., Luc. 1, 66. 21, 14. Act. 5, 4. — βάλλειν εἰς τ. κ., Joh. 13, 2. Apoc. 17, 17. — τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ κ., Matth. 13, 19. (Marc. 4, 15.) — Christus ἐν ταῖς κ., Eph. 3, 17. — ἔχειν τι ἐν τῇ κ., Jac. 3, 14. — καθαρίζειν τὰς κ., Act. 15, 9. — βαρύνειν τὰς κ. ἔν τινι, Luc. 21, 34. — *cc.*, καρδία cum epithetis: εὐθεῖα, Act. 8, 21. — ἀσύνετος, Rom. 1, 21. — πονηρά, Hebr. 3, 12. — ἀληθινή, Hebr. 10, 22. — ἀμετανόητος, Rom. 2, 5. — πεπωρωμένη, Marc. 8, 17. 6, 52. — γεγυμνασμένη πλεονεξίαις, 2 Petr. 2, 14. — ἐκ καθαρᾶς κ., 1 Petr. 1, 22. 1 Tim. 1, 5. 2 Tim. 2, 22. cf. ἡ πώρωσις τῆς κ., Marc. 3, 5. Eph. 4, 18. — ἁπλότης, 6, 5. Col. 3, 22. — Huc nonnulla referri possunt verba: στηρίξαι τὰς κ., 1 Thess. 3, 13. Jac. 5, 8. — βεβαιοῦται ἡ κ., Hebr. 13, 9. — σκληρύνειν τὴν κ., Hebr. 3, 8. — φρουρεῖν, Phil. 4, 7. (servare scil. in pace et concordia.) — συνθρύπτειν τὴν κ., Act. 21, 13. — ἐπαχύνθη ἡ κ., Matth. 13, 15. Act. 28, 27. (ex Jes. 6, 10.) cf. Joh. 12, 40. — *dd.*, genit. cum iis rebus compositus, quae in animo s. mente latere vel inde proficisci dicuntur, διαλογισμός, Luc. 9, 47. cf. 2, 35. — διαλογισμοί dicuntur ἀναβαίνειν ἐν ταῖς κ., Luc. 24, 38. 1 Cor. 2, 9. cf. Act. 7, 23. animum subire. (Jerem. 3, 16. Jes. 63, 16.) — διάνοια κ., Luc. 1, 51. — ἐπίνοια τῆς κ., Act. 8, 27. — ἔννοιαι καρδίας, Hebr. 4, 12. — αἱ βουλαὶ τῶν κ., 1 Cor. 4, 5. — ἡ εὐδοκία τῆς κ., Rom. 10, 1. — ἐπιθυμίαι καρδιῶν, Rom. 1, 24. — ἐνθυμήσεις, Hebr. 4, 12. — Hinc *ee.*, formula: ἐν τῇ καρδίᾳ coniuncta cum verbis cogitandi, reputandi (ex hebr.): ἐνθυμεῖσθαι, διαλογίζεσθαι, Matth. 9, 4. (Marc. 2, 6. 8. Luc. 5, 22.) Luc. 3, 15. — i. q. alibi dictum ἐν ἑαυτοῖς, Matth. 16, 8. Marc. 2, 8. — εἰπεῖν s. λέγειν, Matth. 24, 48. Luc. 12, 45. Rom. 10, 6. Apoc. 18, 7. — Deut. 9, 4. 8, 17. — adde: διακρίνεσθαι, dubitare, Marc. 11, 23. quocum cf. ἑδραῖος ἐν τ. κ., Rom. 7, 37. — *ff.*, dativ. τῇ καρδίᾳ additus adiectivis (quod attinet ad): καθαρός, Matth. 5, 8. — βραδύς, Luc. 24, 25. — ταπεινός, 11, 29. — vel verbis (dat. instrum.): συνιέναι, Matth. 13, 15. — νοεῖν, Joh. 12, 40. — πλανᾶσθαι, Hebr. 3, 10. — (quo? woran?) κατανύττεσθαι, Act. 2, 37.

b., sensu pathologico: animus, quatenus rebus externis vel bene vel male afficitur. Missis iis phrasibus, quae de amore dicuntur, et iam commemoratae sunt, observandae nobis sunt sequentes: ἡ καρδία ταράσσεται, Joh. 14, 1. 27. cf. Rom. 9, 2. (Luc. 4, 18. v. l. h.) — συνοχὴ καρδίας, 2 Cor. 2, 4. — διαπρίομαι τὴν καρδίαν (i. e. διαπριομένην ἔχω), Act. 7, 54. — συντετριμ-

μένος τὴν κ. (i. e. τὴν κ. ἔχων συντετριμμένην), Luc. 4, 18. — addere licet Act. 2, 37. 21, 13.

c., de conscientia, 1 Joh. 3, 20. 21. Huc referre potes nonnullos eorum locorum, in quibus aliquid dicitur ἀναβαίνειν εἰς τὴν καρδίαν (v. supra n. 2. *dd.*), Rom. 2, 15.

d., ex hebraismo: pro homine cogitante, sentiente, appetente ipso, Act. 14, 17. (cf. locum Luc. 21, 34.) Jac. 5, 5. 8. (cf. Luc. 22, 32. Rom. 1, 11. al. — alibi τὴν ψυχήν, Act. 14, 22. coll. 18, 23.) Rom. 16, 18. (Gen. 18, 5. Jud. 19, 5. 16, 25. Sir. 3, 26.)

Καρδιογνώστης, ου, ὁ, (ex καρδία et γνώστης a γνόω = γιγνώσκω) animarum scrutator, Act. 1, 24. 15, 8. (Jerem. 17, 10. Job. 7, 20.)

Καρπός, οῦ, ὁ, fructus, **1.**, sensu proprio: arborum, Matth. 12, 33. Luc. 6, 44. 13, 6. 7. — vitium, Matth. 21, 34. (Marc. 12, 2. Luc. 20, 10.) 1 Cor. 9, 7. — agrorum, Luc. 12, 17. Marc. 4, 29. 2 Tim. 2, 6. — pl., Matth. 7, 16. — βλαστάνειν, Jac. 5, 18. — ποιεῖν, Matth. 3, 10. (Luc. 3, 9.) 7, 17. 18. 19. (Luc. 6, 43.) 13, 26. Luc. 8, 8. 13, 9. Apoc. 22, 2. — διδόναι, Matth. 13, 8. Marc. 4, 7. 8. — φέρειν, Joh. 12, 24. 15, 2. 4. 5. (trop. 8, 16.) — Matth. 21, 19. — ἀποδιδόναι, et fructus edere, Apoc. 22, 2. et fructus solvere, Matth. 21, 41. quod i. q. διδόναι ἀπὸ τῶν καρπῶν, Luc. 20, 10. — φαγεῖν, Marc. 11, 14. — ex hebr.: ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας, foetus, Luc. 1, 42. (Gen. 30, 2.) Act. 2, 30. (Gen. 35, 11. Ps. 127, 3. 132, 11. Mich. 6, 7.) — **2.**, metaph., *a.*, fructus edere, universe, i. e. boni animi indolem factis comprobare, Joh. 15, 8. 16. — *b.*, ποιεῖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, animum emendatum factis significare, Matth. 3, 8. (Luc. 3, 8.) — *c.*, quod ex aliquo prodit, 7, 16. 20. — *d.*, effectus, Gal. 5, 22. Eph. 5, 9. — ἀποδιδόναι, Hebr. 12, 11. — Jac. 3, 17. Phil. 1, 11. — καρπὸς τῆς δικ. σπείρεται, effectus — praeparatur, Jac. 3, 18. — *e.*, de beneficio debito: ἐπιτελεῖν κ., Rom. 15, 28. Phil. 4, 17. — *f.*, commoda, utilitas, Joh. 4, 36. (συνάγειν κ.) Rom. 1, 13. (ἵνα — σχῶ.) — ἔχειν, 6, 21. 22. — *g.*, οἱ καρποὶ τῶν χειλέων, laudes, quae deo tamquam frugum primitiae offeruntur, Hebr. 13, 15. (Hos. 14, 3. Prov. 12, 14. 31, 31.)

Καρποφορέω (ῶ), f. ήσω, (a καρποφόρος, q. v.) **1.**, pr., fructus fero, Marc. 4, 28. — **2.**, trop., med., καρποφορούμενός εἰμι, efficacem me praebeo, Col. 1, 6. — de hominibus, qui religionis cognitionem factis exprimunt, Matth. 13, 23. (Marc. 4, 20. Luc. 8, 15.) Col. 1, 10. (ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, recte factis omnis generis animum Christiana doctrina imbutum significantes.) — τινί, in messem alicuius crescere; τῷ θεῷ, i. e. praemiis divinis dignum se reddere, Rom. 7, 4. — τῷ θανάτῳ, fructus edere, qui rependuntur morte, v. 5.

Καρποφόρος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex καρπός et adiect.

verbali φόρος a φέρω) frugifer, i. e. frugibus ferendis aptus, Act. 14, 17. (οἱ ὁ, Jerem. 2, 21. Ps. 107, 34.)

Καρτερέω (ῶ), f. ήσω, (a καρτερός, fortis, potens; cognat. voci κρατερός a κράτος) fortem me gero, Hebr. 11, 27. (Job. 2, 9. Sirac. 2, 2. 12, 15. — Xen. Cyr. 1, 5, 1.)

Κάρφος, εος (ους), τό, (a κάρφω, contraho, arefacio, sicco) festuca, palea, Matth. 7, 3 — 5. (Luc. 6, 41. 42. sententia parabolica; adumbratur vocabulo vitium, quod alteri reprehenso inhaeret levius. De simili adagio v. κάμηλος.) — Gen. 8, 11.

Κατά, praepos., (cohaeret c. adv. κάτω) constr. I., c. gen. 1., de, herab von, über — herab; *a.*, de loco: κατὰ τοῦ κρημνοῦ, Matth. 8, 32. (Marc. 5, 13. Luc. 8, 33.) — Hom. Il. 2, 167. — κατέχεεν (κατά, ut de capite deflueret), Marc. 14, 3. (verbum compositum, quia auctor non solum locum, de quo infusa res defluxerit, sed potius id indicare voluit, infusam defluxisse propter v. 4.) — Hinc κατὰ κεφαλῆς (de capite pendens velum) ἔχων, 1 Cor. 11, 4. (cf. voc. καταπέτασμα.) — *b.*, per (ein Durchhin, Hinab — hin, innerhalb): καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, Luc. 23, 5. Act. 9, 31. 10, 37. — Luc. 4, 14. (Aelian. V. H. 2, 27. μὴ παραβαίνειν τὰς ἁρματοτροχίας, ἀλλὰ κατ' αὐτῶν ἰέναι.) — *c.*, post verba iurandi, obtestandi (manu rei, per quam iuratur, quasi superimposita), lat. per: τοῦ θεοῦ, Matth. 26, 63. (ἐξορκίζω.) Hebr. 6, 13. et 16. (ὄμνυμι.) — οἱ ὁ, Jes. 49, 13. 2 Chron. 36, 13. — Dem. 553, 17. 554, 23.

2., de (post verba dicendi, quorum argumento res vel pers. quasi substrata est), 1 Cor. 15, 15. (μαρτυρεῖν.) Rom. 11, 2. Judae v. 15. (ποιῆσαι κρίσιν.)

3., adversus (hebr. עַל, oppon. ὑπέρ, Marc. 9, 40. Luc. 11, 23. 2 Cor. 13, 8. Rom. 8, 31. et μετά, Matth. 12, 30.): εἶναι, Gal. 5, 23. (Rom. 8, 31. Gal. 3, 21.) — ἐπιθυμεῖν, Gal. 5, 17. — εἰπεῖν πονηρὸν ῥῆμα, Matth. 5, 11. cf. 12, 32. Act. 6, 13. Jud. v. 15. — μαρτυρία, Marc. 14, 55. (Matth. 26, 59.) Marc. 15, 4. — γογγύζειν, Matth. 20, 11. (Ex. 15, 24.) — διδάσκειν, Act. 21, 28. — ψεύδεσθαι, Jac. 3, 14. — Xen. Mem. 1, 1, 1. — συμβ. λαβεῖν vel ποιεῖν, Matth. 27, 1. Marc. 3, 6. — αἰτεῖσθαί τι, Act. 25, 3. 15. — post verba accusandi: ἔχειν τι, Matth. 5, 23. Marc. 11, 25. Apoc. 2, 4. 14. 20. — κατηγορεῖν, Luc. 23, 14. cf. Joh. 18, 29. 1 Tim. 5, 19. 2 Petr. 2, 11. Rom. 8, 33. Act. 24, 1. 25, 2. 7. 27. Jac. 5, 9. et τὸ χειρόγραφον, Col. 2, 14. — post verba insurgendi, pugnandi, Matth. 10, 35. Act. 14, 2. Matth. 12, 25. 2 Cor. 10, 5. 1 Cor. 4, 6. Act. 4, 26. 16, 22. 1 Petr. 2, 11. — ἰσχύειν, Act. 19, 16. (27, 14.) — ἐξουσίαν ἔχειν, Joh. 19, 11. — Plane ita apud Graecos.

II., κατά c. accus., 1., de loco: *a.*, per (durch hin abwärts: oppon. ἀνά, durch hin aufwärts, ap. Homer.); — κατὰ τὴν ὁδόν, Act. 8, 36. — Luc. 10, 4. (in tractu viae.) Act. 25, 3. 26, 13. — Act. 5, 15. Luc. 8, 39. (καθ' ὅλην τὴν πόλιν.) —

ubi nos dicimus: hin, i. e. ut a quoquo termino digressus fueris, e loco deferaris in locum, Act. 8, 1. 11, 1. 15, 23. 21, 21. 24, 5. 12. — de navigantibus iuxta aliquam terram littus legentibus, längs hin, Act. 27, 2. 5. — 21, 21. (τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους, die Heiden, die heidnischen Länder längs hin.) — über hin, Luc. 15, 14. — *b.*, notat terminum, ad quem quis superne defertur, hinab an, Luc. 10, 32. Act. 16, 7. 27, 7. — κατ' αὐτόν, (delatus) ad eum, i. e. ad locum, ubi iacebat, Luc. 10, 33. — βλέπειν, spectare, vergere ad, Act. 27, 12. — ἐπεκτείνεσθαι, Phil. 3, 14. — πορεύεσθαι, Act. 8, 26. — versus: κατὰ πρόςωπον, Gal. 2, 11. Luc. 2, 31. Act. 3, 13. 1 Cor. 10, 1. 7. i. q. ὀφθαλμούς, Gal. 3, 1. (ob oculos.) cf. Act. 25, 16. Rom. 8, 27. — *c.*, de ordine, simul notionem decursus et rerum deinceps sese excipientium involvente, v. c. κατὰ πόλιν, von Stadt zu Stadt, eine Stadt nach der andern, Luc. 8, 1. 4. Act. 2, 46. 5, 42. 14, 23. 15, 21. 20, 23. Tit. 1, 5. (potest verti: in singulis urbibus, coetibus, domibus, Haus für Haus.) — pl., Matth. 24, 7. (Marc. 13, 8. Luc. 21, 11.) Luc. 13, 22. Act. 20, 20. (in singulis deinceps domibus.) — Not.: tenendum, in his phrasibus excludi articulum.

2., de tempore, *a.*, respondet lat. circa, hebr. כְּ, v. c. κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν, Act. 12, 1. 19, 23. Hebr. 9, 9. Rom. 9, 9. (Gen. 18, 10.) — κατὰ τὸ αὐτό, eodem tempore, simul, Act. 14, 1. (Ex. 26, 24. 1 Sam. 11, 11.) — κατὰ τὸ μεσονύκτιον, Act. 16, 25. 27, 27. — κατὰ καιρόν, tempore statuto, Joh. 5, 4. Rom. 5, 6. (ἔτι non pertinet ad κατὰ καιρόν, sed ad ὄντων; v. supr. ἔτι. Nec potest iuncto τῷ ἔτι cum voc. καιρόν verti: adhuc tempore, adhuc tum, ut vult Fritzschius in comment. Nec enim hanc constructionem verborum ordo admittit, nec κατὰ καιρόν est: eo tempore.) — κατ' ἀρχάς, principio rerum, an den Anfängen (der Dinge), Hebr. 1, 10. — κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ, 3, 8. — κατὰ ἑορτήν, tempore festi, Matth. 27, 15. et Marc. 15, 6. Luc. 23, 17. (perperam vertunt: singulis paschatis festis; v. ἑορτή, nec negligendum, quod non scriptum sit καθ' ἑορτήν.) — κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν, Aelian. V. H. 2, 26. — additur: πᾶς: κατὰ πᾶσαν ἡμέραν, Act. 17, 17. 13, 27. 15, 21. 18, 4. — vel ἕκαστος, Hebr. 3, 13. — εἷς ἕκαστος, Apoc. 22, 2. — *b.*, καθ' ἡμέραν, interdiu, den Tag über, Matth. 26, 55. Marc. 14, 49. et Luc. 22, 53. (verti quidem posset: quotidie. Sed Lucam formulae illum sensum, quem nos reddidimus, subiecisse, dubitari vix potest. Volunt enim verba Lucae sibi hoc: equidem in templo fui interdiu; vos ut rem vestram peragatis, exspectanda est nox et tenebrae; cf. Luc. 21, 37.)

3., denotat relationem et proportionem vario modo; *a.*, distributive dicitur. Nam ut κατὰ πόλιν, κατὰ χώραν, κατ' οἶκον, κατ' οἴκους etc. nonnullis in locis verti potest: singulis urbibus, vicis, vicatim (nostr. -weise); v. supr. II. *c.* et κατ' ἄνδρα (apud

Homer.), viritim; ita κατ' ἔτος s. ἐνιαυτόν signif.: quotannis, singulis annis, Luc. 2, 41. Hebr. 9, 25. 10, 1. 3. — οἱ ὁ sic reddunt hebr. ל, Ex. 12, 4. — τὸ καθ' ἡμέραν et καθ' ἡμέραν, quotidie, Luc. 11, 3. 19, 47. 17, 11. 16, 19. Act. 2, 46. 47. 3, 2. 16, 5. 19, 9. 1 Cor. 15, 31. Hebr. 7, 27. 10, 11. — ὁ καθ' ἡμέραν, quotidianus, 2 Cor. 11, 28. — κατὰ μίαν σαββάτου, quovis primo hebdomadis die, 1 Cor. 16, 2. — Et sic iungitur cum nominibus numeralibus: καθ' ἕνα πάντες, singuli (viritim) deinceps, 1 Cor. 14, 31. v. supr. εἷς n. 3. p. 329. — κατὰ δύο, bini, 1 Cor. 14, 27. — κατὰ μέρος, sigillatim, Hebr. 9, 5. (Xen. Anab. 3, 4, 22. Herodot. 9, 25.) — Haec significatio qui emergere potuerit e primitiva I. n. 1., ex iis intelligitur, quae II. c. monita sunt.

b., Dicitur de eo, quod, ut alicui se adiungit, ita ab alio se separat, s. de eo, quod aliquo pertinet, nostr.: für, v. c. κατ' ἰδίαν (scil. χώραν), seorsim; v. ἴδιος. — καθ' ἑαυτόν, solus, für sich, Act. 28, 16. (μένειν.) — Jac. 2, 17. Rom. 14, 22. (κατὰ σφέας μαχέσονται, Hom. Il. 2, 364. Aristoph. Vesp. 786. Dem. 145, 11. Xen. Cyr. 7, 4, 15.) — Act. 13, 1. (κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν, ad coetum, qui ibi erat, pertinentes, nos: von der dasigen Gemeine.) 1 Cor. 16, 19. (ἡ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησία, die sich zu ihrem Hause hielt.) Philem. v. 2. — τὰ κατὰ Ἰουδαίους ἔθη (i. q. τὰ ἰουδαϊκά), Act. 26, 23. — οἱ καθ' ὑμᾶς ποιηταί, vestrae genti peculiares = vestri, Act. 17, 28. cf. 18, 15. (Xen. Cyr. 5, 1, 11. 7, 1, 16.) quare saepius circumscribit adiectiva, cuius generis sunt: Graecus, Syriacus, Romanus, al. Act. 15, 23. (cf. 2 Macc. 1, 1.) 2, 10. (Libyae Cyrenaicae.) — et genitivum possess.: τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, mea animi propensio, Rom. 1, 15. cf. Eph. 1, 15. — Arctissimo cum hac significatione vinculo nexa est ea, quae deinceps afferetur.

c., quod attinet ad: κατὰ σάρκα, Rom. 1, 3. 9, 3. 1 Cor. 1, 26. — Hoc adiungitur plerumque in scriptis Pauli ad aliquod nomen, ergo τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα, Israëlitarum gentem quoad natales spectatam, 1 Cor. 10, 18. — οἱ κύριοι κατὰ σ., Luth.: die leiblichen Herren, qui domini sunt ex rerum humanarum ratione, Eph. 6, 5. — τὸ κατὰ σ., Rom. 9, 5. — κατὰ τὴν σ., 2 Cor. 11, 18. — κατὰ τὸ εὐαγγ., ratione annuntiationis de salute habita, Rom. 11, 28. (ibid. κατὰ τὴν ἐκλογήν.) Phil. 3, 5. 6. Hebr. 9, 9. (κατὰ συνείδησιν.) Rom. 1, 4. 1 Petr. 4, 6. 14. — τὰ κατά τινα, res vel caussae alicuius, Act. 24, 22. 25, 14. Eph. 6, 21. Phil. 1, 12. Col. 4, 7. (2 Macc. 3, 16. Aelian. V. H. 2, 20. 1, 32. Herodot. 6, 148. Diod. Sic. 1, 10. et 29.) — τὸ κατ' ἐμέ, quantum in me est, Rom. 1, 15. (Demosth. 1210, 20. Xen. H. G. 1, 6, 5.) — κατὰ πάντα τρόπον, quavis ratione, quovis respectu, Rom. 3, 2. cf. 2 Thess. 2, 3. — κατὰ πάντα, omnino, omnibus in rebus, Act. 17, 22. Col. 3, 20. 22. Hebr. 2, 17. 4, 15. (Thuc. 4, 81.) — κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, quavis de caussa, quamvis ob rem,

Matth. 19, 3. (coll. v. 9. μὴ ἐπὶ πορνείᾳ.) — κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, Rom. 7, 22. — Si κατά adhiberi potuit in distributione (κατὰ πόλιν, κατὰ κώμας, v. supr. II. n. 1.), sponte intelligitur, inde sermoni nasci potuisse normae significationem, ad quam aliquid exigendum sit. Quibus in N. T. locis haec significatio valeat, nunc ostendendum est.

d., secundum, i. e. *aa.*, ad normam alic. rei, accommodate ad; sequente nomine, *α.*, cum articulo, v. c. περιπατεῖν κατά (τὴν ἀγάπην), Rom. 14, 15. 2 Joh. v. 6. Marc. 7, 5. 2 Thess. 3, 6. Eph. 2, 2. (eadem phras. hebr. sine articulo: Rom. 8, 1. 4. 1 Cor. 3, 3.) — ζῆν κατά, Act. 26, 5. (eadem phras. sine articulo: Rom. 8, 12. 13.) — παιδεύεσθαι κατά, Act. 22, 3. — Luc. 2, 27. 39. cf. Act. 22, 12. 23, 3. 24, 6. Joh. 18, 31. Hebr. 7, 5. 8, 4. 9, 19. (sine artic.) v. 22. 10, 8. 23, 56. Act. 13, 23. — Joh. 8, 15. Apoc. 20, 13. — γίνεσθαι, Matth. 9, 29. 2 Cor. 11, 15. Luc. 1, 38. 2, 29. Rom. 4, 18. — ἀποδιδόναι τινί, Matth. 16, 27. Rom. 2, 6. 2 Tim. 4, 14. 1 Petr. 1, 17. Apoc. 2, 23. 18, 6. — λαμβάνειν, 1 Cor. 3, 8. — ita permulta alia verba: facere aliquid κατά: Col. 2, 8. 3, 10. 1 Tim. 1, 18. Hebr. 7, 15. 8, 5. 9. Joh. 2, 6. 1 Joh. 5, 14. 1 Cor. 3, 10. — κατὰ τὴν γραφήν, Jac. 2, 8. 1 Cor. 15, 4. Rom. 2, 16. 16, 25. 2 Tim. 2, 8. Tit. 1, 9. 2 Cor. 4, 13. — 2 Petr. 3, 3. Col. 2, 22. Jud. v. 16. 18. Matth. 23, 3. Luc. 2, 27. Act. 24, 14. 2 Cor. 11, 15. Eph. 4, 22. — κατὰ τὸ ὡρισμένον, Luc. 22, 22. cf. 1, 9. 2, 27. 42. Act. 23, 31. Luc. 4, 16. Hebr. 12, 10. Act. 17, 2. — *β.*, absque articulo: κατὰ σάρκα, 1 Cor. 10, 18. 3, 3. 2 Cor. 5, 16. Rom. 8, 1. 4. 2 Cor. 1, 17. 10, 2. — κατ᾽ ὄψιν, Joh. 7, 24. — καθ᾽ ὁμοίωσιν θεοῦ, Jac. 3, 9. — κατὰ ἄνθρωπον, Gal. 1, 11. (1 Cor. 15, 32.) — pl., 1 Petr. 4, 6. (oppon. κατὰ θεόν.) — κατὰ θεόν, 2 Cor. 7, 9. 10. 11. — 1 Cor. 12, 8. Rom. 15, 5. — κατὰ τί γνώσομαι; unde cognoscam (qua nota), Luc. 1, 18.

bb., pro ratione, *α.*, cum articulo: Eph. 4, 22. Col. 1, 25. Phil. 1, 20. 4, 19. 2 Thess. 2, 9. 1 Tim. 1, 11. — κατὰ τὴν χάριν, Rom. 12, 6. — 2 Petr. 3, 15. 2 Thess. 1, 12. Hebr. 2, 4. Matth. 25, 15. — κατὰ τὸ μέτρον, 2 Cor. 10, 13. Eph. 4, 7. — κατὰ τὸν χρόνον, Matth. 2, 16. — *β.*, absque articulo: κατὰ δύναμιν, 2 Cor. 8, 3. (oppon. ὑπὲρ δύναμιν.) cf. Hom. Il. 3, 59. κατ᾽ αἶσαν, οὐδ᾽ ὑπὲρ αἶσαν. — κατὰ φύσιν, Rom. 11, 24. (oppon. παρὰ φύσιν.) — κατὰ λόγον, iure meritoque, Act. 18, 14. — Joh. 19, 7. — καθ᾽ ὅσον, quatenus, Hebr. 3, 3. 7, 20. 9, 27. (sicut.) — κατὰ τοσοῦτον, eatenus, Hebr. 7, 22.

cc., pro, vermöge, *α.*, cum articulo: Rom. 2, 5. 4, 1. Eph. 1, 7. 9. 11. 19. 3, 7. 16. 20. Col. 1, 11. 29. Tit. 3, 5. Phil. 3, 21. Act. 13, 23. — per, propter, ut fert, 2 Tim. 1, 9. 4, 3. Hebr. 7, 16. 1 Petr. 4, 19. 2 Petr. 3, 13. 15. Joh. 19, 7. (si ex hac lege iudicium ferendum est.) 2 Cor. 13, 10. Gal. 1, 4. —

β., absque articulo: κατὰ χάριν, Rom. 4, 4. 16. 8, 28. 11, 5. 16, 25. 26. 1 Cor. 7, 6. 2 Cor. 8, 8. 11, 21. Gal. 2, 2. 3, 29. 4, 23. 29. Eph. 1, 5. 3, 3. 11. 1 Tim. 1, 1. et 2 Tim. 1, 1. 8. Tit. 1, 3. 3, 7. (ζωῆς constr. cum κληρονόμοι.) Hebr. 11, 7.

dd., ad similitudinem, ad exemplum: κατὰ τὴν καρδίαν μου, Act. 13, 22. (1 Sam. 13, 14.) Hebr. 5, 6. 10. 6, 20. 8, 59. — Eph. 4, 21, 2 Cor. 10, 3. — κατὰ ταῦτα, Luc. 6, 23. 17, 30. — κατὰ Ἰσαάκ, eodem modo, quo Isaac, Gal. 4, 28.

ee., Circumscriptioni inservit *α.*, adverbii, ante nomen articulo destitutum. Praeter exempla, quae iam in locis hucusque recensitis occurrerunt, sigillatim notanda sunt haec: κατ᾽ ἐξουσίαν, Marc. 1, 27. (cum imperio.) — κατ᾽ ἀνάγκην, Philem. v. 14. — κατὰ γνῶσιν, 1 Petr. 3, 7. cf. Rom. 10, 2. — κατ᾽ ἄγνοιαν, Act. 3, 17. — κατ᾽ ἑκούσιον, Philem. v. 14. — κατὰ ζῆλον, Phil. 3, 6. — κατὰ ἀλήθειαν, Rom. 3, 2. — κατὰ κράτος, Act. 19, 20. Eph. 4, 16. — κατ᾽ ὄνομα, Joh. 10, 3. 3 Joh. v. 15. — cf. Eph. 6, 6. 1 Cor. 14, 40. 1 Tim. 5, 21. Luc. 10, 31. Phil. 2, 3. 4, 11. — κατ᾽ ὄναρ, Matth. 1, 20. v. ὄναρ. — καθ᾽ ὁμοιότητα, Hebr. 4, 15. Rom. 7, 13. Gal. 1, 13. 1 Cor. 12, 31. 2 Cor. 4, 17. (circumscriptio superlativi.) — ante nomina personarum: κατὰ θεόν, Eph. 4, 24. 1 Petr. 1, 15. — κατ᾽ ἄνθρ., more humano, Rom. 3, 5. 1 Cor. 9, 8. Gal 3, 15. — more hominum vulgarium, 1 Cor. 3, 3. (1 Cor. 15, 32. tamquam homo? al. quasi, ut ita dicam.) — *β.*, adiectivi, si praefixum sibi habet articulum: οἱ κατὰ φύσιν κλάδοι, rami naturales, Rom. 11, 21. 24. 9, 11. Col. 3, 22. — ἡ κατὰ πίστιν δικαιοσύνη, probitas, quae ex fiducia prodit, Hebr. 11, 7. — Tit. 1, 1. ἀλήθεια ἡ κατ᾽ εὐσέβειαν. — οἱ κατὰ — ὄντες, i. q. οἱ σαρκικοί, Rom. 8, 5. (ibid. οἱ κατὰ πνεῦμα.) — οἱ κατ᾽ ἐξοχὴν ὄντες, i. q. οἱ ἔξοχοι, Act. 25, 23. — aut si secum habet aliud nom. subst., Rom. 2, 7. (pro: τοῖς μὲν ὑπομένουσιν ἐν ἔργῳ ἀγαθῷ.) 1 Cor. 2, 1. 2 Cor. 8, 3.

ff., in titulo commentariis de Jesu vita praefixo: τὸ κατὰ Ματθ., Μάρκ. etc. εὐαγγέλιον, narratio de Messia secundum Matthaeum, Marcum, i. e. prout a Matthaeo, Marco composita est, cf. 3 Esdr. 5, 60. — ὑμνοῦν κατὰ Δαβίδ, 2 Macc. 2, 13. — Plat. Phaedr. p. 227. B. κατὰ Πίνδαρον. Cratyl. 18. §. 4. καθ᾽ Ἡράκλειτον. — v. εὐαγγέλιον.

e., videtur dici de fine et consilio, quo tetenderit aliquid, 2 Tim. 1, 1. Tit. 1, 1. cf. Viger. p. 632. edit. Herm. (Mihi tamen in locis laudatis non differre videtur a τῷ κατά 1 Tim. 1, 1. posito, et significare: pro, vermöge.)

Καταβαίνω, f. -βήσομαι, aor. 2. κατέβην, imperat. κατάβηθι (κατάβα, Marc. 15, 30. v. ἀναβαίνω), perf. καταβέβηκα, (ex κατά et βαίνω) 1., propr., *a.*, descendo, *aa.*, absol., in contextu, ubi facile unde quis descenderit, patet; — καταβὰς ἔστη, Luc. 6, 17. coll. v. 12. 17, 31. 19, 5. 6. Joh. 5, 7. Act. 20, 10. Eph. 4, 10. — *bb.*, adnotato termino, *α.*, a quo, ἀπό c. genit. loci,

Matth. 8, 1. 14, 29. 17, 9. (Marc. 9, 9.) 27, 40. 42. (Marc. 15, 30. 32.) — *β*., ad quem, εἰς c. acc., Marc. 13, 15. Act. 8, 38. Eph. 4, 9. — *b*., decedo, venio (e loco superiore in inferiorem), v. c. e templo Hieros., ex urbe Hieros., e coelo, item de navigantibus, qui aliquo deferuntur; *aa.*, absol., Luc. 2, 51. 10, 31. Joh. 4, 47. 49. 51. Act. 8, 15. 10, 20. 24, 1. 22. 25, 7. (οἱ ὁ, Gen. 12, 10.) — *bb.*, annotatis terminis: ἀπό τινος (τόπου), Marc. 3, 22. Luc. 10, 30. 1 Thess. 4, 16. — ἔκ τινος, Matth. 28, 2. Apoc. 10, 1. Joh. 1, 32. 3, 13. 6, 33. 38. 41. 42. 50. 51. 58. — ἄνωθεν, Jac. 1, 17. — εἴς τινα (τόπον), Luc. 18, 14. Joh. 2, 12. Act. 7, 15. 14, 25. 16, 8. 18, 22. 25, 6. — ἐπί τινα (τόπον), Joh. 6, 16. — acc. pers., Matth. 3, 16. (Marc. 1, 10. Luc. 3, 22. cf. Joh. 1, 32. 33.) Joh. 1, 52. — ἐν, Joh. 5, 4. (e confusione terminorum, propter additum ἐτάρασσε.) — πρός τινα (acc. pers.), Act. 10, 21. 14, 11. Apoc. 12, 12. — **2**., metaph., *a*., de rebus, quae demittuntur (v. c. coelitus), Act. 10, 11. 11, 5. Jac. 1, 17. — ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Apoc. 3, 12. — *b*., de iis, quae ex superioribus aëris regionibus delabuntur, ut βροχή, Matth. 7, 25. 27. — λαίλαψ, Luc. 8, 23. — πῦρ, Luc. 9, 54. Apoc. 13, 13. 20, 9. — χάλαζα, Apoc. 16, 21. — θρόμβοι, Luc. 22, 44. (sens.: tales, quales esse solent guttae in terram delabentes.) cf. Sirac. 32, 15. — *c*., de via deorsum ducente, Act. 8, 16.

Καταβάλλω, f. -βαλῶ, (ex κατά et βάλλω) **1**., τινά, *a*., deiicio; — pass., Apoc. 12, 10. (seq. εἴς τινα τόπον.) — *b*., humi prosterno (niederwerfen); — pass., 2 Cor. 4, 9. (metaphora deducta ab athleta, s. pugnatore.) — **2**, θεμέλιον καταβάλλομαι, fundamentum iacio, Hebr. 6, 1.

Καταβαρέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et βαρέω) — τινά, propr., pondere imposito deprimo, gravo, premo; metaph., molestiam facio alicui, 2 Cor, 12, 16.

Καταβαρύνω, (ex κατά et βαρύνω, i. q. καταβαρέω, 2 Sam. 13, 25. Sirac, 8, 15.) gravo, premo, Marc. 14, 40. (καταβαρυνόμενοι, e codd. nonnullor. lect., text. rec. βεβαρημένοι.)

Κατάβασις, εως, ἡ, (a καταβαίνω) descensus, i. e. *a*., actus descendendi. — *b*., locus, per quem descenditur, ita Luc. 19, 37. (ἡ κ. τοῦ ὄρους, i. e. is montis locus, ubi descensus est, ubi descenditur.)

Καταβιβάζω, f. άσω, (i. e. facio καταβαίνειν, ex κατά et βιβάζω) descendere facio (Ez. 31, 16.), deiicio, detrudo; — pass., ἕως ᾅδου, Matth. 11, 23. (Luc. 11, 15.) — Xen. Cyr. 7, 5, 28.

Καταβολή, ῆς, ἡ, (a καταβάλλω, q. v.) **1**., deiectio (das Niederlegen); — σπέρματος (scil. εἰς τὴν μήτραν), Hebr. 11, 11. (vim ad iniectionem s. depositionem seminis virilis in matrice = ad concipiendum. — Marc. Antonin. 4, 36. σπέρματα τὰ εἰς γῆν ἢ μήτραν καταβαλλόμενα.) — **2**., fundatio (iactus fundamenti); — ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, inde a mundo condito, Matth. 13, 35.

25, 34. Luc. 11, 50. Joh. 17, 24. Eph. 1, 4. 1 Petr. 1, 20. Hebr. 4, 3. 9, 26. Apoc. 13, 8. 17, 8.

Καταβραβεύω, f. εύσω, (ex βραβεύω, arbiter sum certaminis, et κατά scil. τινός, adversus aliquem, brabeo s. certaminis praemio indignum declaro aliquem) — τινά, palma fraudo aliquem, Col. 2, 18.

Καταγγελεύς, έως, ὁ, (a καταγγέλλω) annuntiator, nuntius, Act. 17, 18.

Καταγγέλλω, f. γελῶ, aor. 1. κατήγγειλα, aor. 2. p. κατηγγέλην, (Act. 17, 13. v. ἀναγγέλλω; ex κατά et ἀγγέλλω) — τινά vel τί, 1., annuntio, i. e. notum facio; — τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, Act. 13, 5. 15, 36. — pass., 17, 13. — ἔθη, Act. 16, 21. — τὸ εὐαγγέλιον, 1 Cor. 9, 14. — τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν, Act. 4, 2. — θεόν, Act. 17, 23. — χριστόν, Act. 17, 3. Phil. 1, 16. Col. 1, 28. — pass., Phil. 1, 18. — τινί τι, Act. 16, 23. 1 Cor. 2, 1. Act. 13, 38. (ἄφεσις ἁμαρτιῶν.) — 2., praedico (celebro, pronuntio), Rom. 1, 8. 1 Cor. 11, 26.

Καταγελάω (ῶ), f. άσω, (ex κατά et γελάω) derideo; — τινός, aliquem, Matth. 9, 24. (Marc. 5, 40. Luc. 8, 53.) — Aelian. V. H. 9, 37. Xen. Anab. 2, 6, 23.

Καταγινώσκω, f. -γνώσομαι, (ex γινώσκω, animadverto, statuo, et κατά, scil. τινός, contra) reprehendo; — τινός, aliquem, 1 Joh. 3, 20. 21. — Gal. 2, 11. (κατεγνωσμένος ἦν, reprehensus erat. Recte Luth.: es war Klage über ihn kommen.) — Xen. Mem. 1, 3, 10.

Κατάγνυμι (κατάγω), f. κατεάξω, aor. 1. κατέαξα, aor. 2. p. κατεάγην, coni. κατεάγω, (ex κατά et ἄγνυμι s. ἄγω, frango; de augmento syllabico in fut. et in aor. modis vid. grammaticos) confringo; — τί, Joh. 19, 31. (κατεαγῶσιν. Thom. Mag. scribi vult κατεάγωσιν.) v. 32. 33. Matth. 12, 20.

Κατάγω, f. ξω, (ex κατά et ἄγω) deduco; — τινὰ — εἰς, Act. 9, 30. 23, 20. 28. — πρός τινα (acc. pers.), Act. 23, 15. — terminus ad quem non notatur, cum e contextu cognoscatur, Act. 22, 30. Rom. 10, 6. — κατάγεσθαι, navi deferri, Act. 21, 3. 27, 3. 28, 12. — τὸ πλοῖον ἐπὶ τὴν γῆν, navem subduco ad littus, Luc. 5, 11.

Καταγωνίζομαι, f. ίσομαι, aor. 1. med. κατηγωνισάμην, (verbum depon. med., ex κατά et ἀγωνίζομαι, certo) debello, in certamine vinco, niederkämpfen; — τινά, Hebr. 11, 33. (Aelian. V. H. 4, 8.)

Καταδέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et δέω) obligo (Xen. H. G. 4, 4, 16.); — τί, Luc. 10, 34. — οἱ ὁ, Ez. 34, 4. 16. 30, 21.

Κατάδηλος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex κατά et δῆλος) maxime perspicuus (manifestus), evidens, Hebr. 7, 15. (Xen. Mem. 1, 4, 14. Cyr. 4, 1, 6.)

Καταδικάζω, f. άσω, (ex δικάζω, ius dico, et κατά, contra,

cf. καταγινώσκω) condemno; — τινά, Matth. 12, 7. Luc. 6, 37. Jac. 5, 6. — pass., Matth. 12, 37. (Xen. H. G. 7, 4, 23. — οἱ ό, Ps. 37, 33. Thren. 3, 36.)

Καταδίκη, ης, ἡ, (ex κατά et δίκη) sententia damnatoria, condemnatio, Act. 25, 15. (e codd. nonnullor. lect.) — Aelian. V. H. 5, 18.

Καταδιώκω, f. ξω, (ex κατά et διώκω, q. v.) insequor, persequor (plerumque de hostibus); — de anquirentibus aliquem, Marc. 1, 36. (οἱ ό, Ps. 23, 8.)

Καταδουλόω (ῶ), f. ώσω, (ex κατά, sub, et δουλόω, q. v.) — τινά, in servitutem redigo, servum facio aliquem, 2 Cor. 11, 20. (οἱ ό, Gen. 47, 21. Xen. Mem. 2, 1, 13.) — med., mihi aliquem servum facio, Gal. 2, 4. (Jerem. 15, 14.)

Καταδυναστεύω, f. εύσω, (ex κατά, scil. τινός, et δυναστεύω, quod a δυναστής, cf. κατακυριεύω) — τινός, severum in aliquem imperium exerceo, utor potentia mea contra aliquem, Jac. 2, 6. (Xen. Symp. 5, 8. 1 Sam. 8, 11. Ez. 18, 16.) — et τινά, supprimo aliquem; — pass., Act. 10, 38. (Ex. 1, 13. Jerem. 22, 3. Neh. 5, 5.)

Κατάθεμα, τος, τό, (a κατατίθημι; cf. ἀνάθεμα) exsecratio, Apoc. 22, 8. (vox, quae nec graeca est, nec, si esset, hanc significationem habere posset. Frustra tueri voluit Griesbachius. Patet, corruptam esse vocem ex κατανάθεμα, v. καταναθεματίζω.) cf. Zach. 14, 11.

Καταθεματίζω, vox insolens et corrupta, quam in textum Matth. 26, 74. recipere non debebant Griesbachius et Matthaeius; v. καταναθεματίζω.

Καταισχύνω, f. υνῶ, aor. 1. p. κατῃσχύνθην, (ex κατά et αἰσχύνω, q. v.) 1., dehonesto, deturpo; — τί: τὴν κεφαλήν, 1 Cor. 11, 4. 5. (Sirac. 22, 5. Diod. Sic. 11, 46. Jos. Ant. 28, 4, 2.) — 2., pudore suffundo, pudore afficio, 1 Cor. 1, 27. 11, 22. — pass., pudefio, erubesco, Luc. 13, 17. 2 Cor. 7, 14. 9, 4. 1 Petr. 3, 16. — ex usu voc. hebr. pudore affici dicitur, qui repulsam fert, aut quem spes aliqua fefellit. Hinc ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, non fallit, Rom. 5, 5. (cf. Ps. 22, 5. 25, 29.) — pass., Rom. 9, 33. 10, 11. et 1 Petr. 2, 6. (Jes. 28, 16. Sir. 2, 10.)

Κατακαίω, f. -καύσω, aor. 2. p. -εκάην, f. 2. p. κατακαήσομαι, f. 1. p. κατακαυθήσομαι, (ex κατά et καίω) comburo, concremo; — τί, Matth. 3, 12. (Luc. 3, 17. add. πυρί.) Act. 19, 19. Apoc. 17, 16. (ἐν πυρί.) — pass., 1 Cor. 3, 15. Hebr. 13, 11. 2 Petr. 3, 10. Apoc. 8, 7. 18, 8. (ἐν πυρί.) Matth. 13, 40. (e lectione vulg. eaque veriore. Add. πυρί. καίω et κατακαίω distinguuntur Ex. 3, 2.)

Κατακαλύπτω, f. ψω, (ex κατά et καλύπτω) obtego; — med., obvelo, obtego me; — τὴν κεφαλήν, 1 Cor. 11, 6. 7. (οἱ ό, Gen. 38, 15.)

Κατακαυχάομαι (ῶμαι), f. ήσομαι, 2. pers. κατακαυχᾶσαι,

contr. ex κατακαυχάεσαι pro att. κατακαυχᾷ, (ex κατά, scil. τινός, et καυχάομαι) me ita iacto, ut alicui derogem; — τινός, Rom. 11, 18. (μὴ κατακαυχῶ, imperat.) Jac. 2, 13. (ἔλεος, i. e. ὁ ἐλεῶν κατακαυχᾶται κρίσεως, i. e. iudicium non metuit.) 3, 14.

Κατάκειμαι, f. -κείσομαι, (ex κατά, nostr. nieder, et κεῖμαι, iaceo) decumbo, prostratus iaceo; *a.*, de aegrotis, c. partic., v. c. πυρέσσουσα, Marc. 1, 30. Act. 28, 8. — ἐπὶ κραββάτῳ, Marc. 2, 4. — Luc. 5, 25. Act. 9, 33. — ἐν c. dat. loci, Joh. 5, 3. 6. — *b.*, de coenantibus: discumbo, absol., Marc. 14, 9. Luc. 5, 29. (Xen. Symp. 1, 14.) — seq. ἐν c. dat. loci, Marc. 2, 15. 1 Cor. 8, 10. (Xen. Anab. 6, 1, 4. Diog. Laërt. 7, 1, 19.)

Κατακλάω (ῶ), f. άσω, (ex κατά, quod in composit. saepius idem exprimit, quod syllaba linguae vernac. ver, et κλάω, cf. κατακαίω) frango; — τί, Marc. 6, 41. (Luc. 9, 16.)

Κατακλείω, f. είσω, (ex κατά et κλείω) occludo; — τινὰ ἐν τῇ φυλακῇ, Luc. 3, 20. — s. φυλακῇ, Act. 26, 10. (οἱ ό, Jerem. 32, 3. — seq. εἰς, Xen. Mem. 2, 1, 13.)

Κατακληροδοτέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et κληροδοτέω, Sirac. 17, 11. a κληροδότης) sorte distribuo; — τινί τι, Act. 13, 19. (in al. codd. κατεκληρονόμησε.) — Deut. 1, 38. 21, 16. Jos. 19, 31. 1 Macc. 3, 36.

Κατακληρονομέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et κληρονομέω, q. v.) sorte distribuo; — τινί τι, Act. 13, 19. — οἱ ό, Deut. 3, 28. Jos. 14, 2. (oratores attici construxerunt κληρον. τινός, gen. rei, cum accus. rei recentiores tantum, v. κληρονομέω.)

Κατακλίνω, f. νῶ, aor. 1. κατέκλινα, aor. 1. p. κατεκλίθην, (ex κατά et κλίνω) recumbere facio; — de coenantibus: accumbere iubeo, Luc. 9, 14. (Aelian. V. H. 8, 7. Xen. Cyr. 2, 3, 21.) — med., recubo prostratus (Xen. H. G. 4, 1, 30.); de coenantibus: discumbo, accumbo, Luc. 14, 8. — absol., 24, 30. (εἰς τὸ ἐσθίειν. Judith. 12, 15. — εἰς τὸ δεῖπνον, Jos. Ant. 6, 8, 1.)

Κατακλύζω, f. ύσω, (ex κατά et κλύζω) inundo, 2 Petr. 3, 6. (οἱ ό, Job. 14, 19. Ps. 78, 20. — Pind. Olymp. 9, 76.) Hinc voc. seq.

Κατακλυσμός, οῦ, ὁ, inundatio, diluvium, Matth. 24, 38. 39. (Luc. 17, 27.) 2 Petr. 2, 5. (οἱ ό, Ps. 32, 6. Gen. 6, 17. 7, 6. — 4 Macc. 15, 31. 32. Sir. 30, 22.)

Κατακολουθέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et ἀκολουθέω, q. v.) subsequor, Luc. 23, 55. — τινί, Act. 16, 17.

Κατακόπτω, f. ψω, (ex κατά et κόπτω, caedo) **1.**, pr.: concido in frusta, discindo, comminuo, Jes. 27, 9. 2 Chron. 34, 7. — **2.**, contundo, Marc. 5, 5. (οἱ ό, Jes. 27, 9.)

Κατακρημνίζω, f. ίσω, (a κατάκρημνος, praeceps) praecipito, Luc. 4, 29. (2 Chron. 25, 12. 2 Macc. 14, 43. Xen. Cyr. 1, 4, 7.)

Κατάκριμα, τος, τό, (a κατακρίνω, q. v.) condemnatio,

Rom. 5, 16. (dist. h. l. a simplici: κρίμα, cf. Rom. 2, 1.) v. 18. 8, 1.

Κατακρίνω, f. ινῶ, perf. p. κατακέκριμαι, (ex κατά et κρίνω) poena dignum aliquem iudico, condemno; *a.*, absol., Rom. 8, 34. — *b.*, τινά, Joh. 8, 10. 11. Rom. 2, 1. (disting. h. l. κρίνειν et κατακρ., ut 1 Cor. 11, 32.) Hebr. 11, 7. — pass., Matth. 27, 3. Rom. 14, 23. (scil. tamquam ἁμαρτίαν πεποιηκώς; not. voc. ἁμαρτία.) — trop., exemplum praebere sic comparatum, ut alii, si ad hoc iudicentur, pravitatis convincantur, Matth. 12, 41. 42. (Luc. 11, 31. 32.) — Rom. 8, 3. κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν, i. e. peccatum, quod sententiae condemnatoriae argumentum praebet, vi privasse. — Cave vertas cum Bretschn.: deus in Christi corpore supplicium sumsit de peccato. Haec enim sententia ab omnibus N. T. scriptis non solum aliena, sed alienissima est. Paulus, ut solet, pergit in metaphora verbo κατέκρινε h. l. usus, quia simili voce κατακρίματος usus erat v. 1. Sens.: Tantum abest, ut ii, qui Christo adhaereant, propter legem Mosaicam condemnentur, ut deus peccatum in carne residens ipsum, quod accusatoris partes agit, vi hominibus nociva privaverit. — Speciat. de iis, quibus in iudicio extremo miseria aeterna addicetur; — pass., Marc. 16, 16. 1 Cor. 11, 32. — *c.*, τινά τινι (dat. poenae), Matth. 20, 18. (Marc. 10, 33.) 2 Petr. 2, 6. — *d.*, seq. acc. c. inf. (ita ut notio τοῦ κατά pereat), Marc. 14, 64. (iudico.)

Κατάκρισις, εως, ἡ, condemnatio, 2 Cor. 3, 9. (manus promulgandae legis, quae condemnat et poenas minatur.)

Κατακυριεύω, f. εύσω, (ex κατά, h. l. sub [cf. καταδυναστεύω], et κυριεύω; in scriptis profanorum non habetur) — τινός, dominum me gero alterius, dominor alicui, dicitur modo violentiae notione inclusa, ut 1 Petr. 5, 3. (de iis, qui grege in commodum suum abutuntur.) et Act. 19, 16. (de iis, qui aliquem vi sibi subiiciunt, cf. Ps. 119, 133.) — modo absque violentiae cogitatione, de imperio legitimo, Matth. 20, 25. (Marc. 10, 42. cf. Jerem. 3, 14.)

Καταλαλέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά, contra, et λαλέω) — τινός, loquor contra aliquem, criminor (i. q. κρίνειν τινά), Jac. 4, 11. 1 Petr. 2, 12. 3, 16. (not. ὡς κακοποιῶν.) — οἱ ὁ, Ps. 43, 18. — Apud Graec. plerumque struitur cum acc.

Καταλαλία, ας, ἡ, (a κατάλαλος, q. v.) obtrectatio, maledicentia, 2 Cor. 12, 20. 1 Petr. 2, 1. (Sap. 1, 11.)

Κατάλαλος, ου, ὁ, ἡ, obtrectator, maledicus, Rom. 1, 30.

Καταλαμβάνω, f. -λήψομαι, aor. 2. κατέλαβον, perf. κατείληφα, partic. perf. p. κατειλημμένος, aor. 1. p. κατειλήφθην et κατελήφθην, (Phil. 3, 12. — ex κατά et λαμβάνω) 1., apprehendo, assequor; — τί, 1 Cor. 9, 24. Phil. 3, 12. 13. — pass., v. 12. (Deut. 28, 45. Jos. 2, 5.) Rom. 9, 30. (τὴν δικαιοσύνην.) — supervenio, Joh. 12, 35. 1 Thess. 5, 4. (Num. 32, 23. 1 Reg. 18, 41.) — 2., corripio, de morbis vel malis geniis aliquem inva-

dentibus, Matth. 9, 18. (Aelian. V. H. 2, 35.) — **3.**, τινὰ ἔν τινι, deprehendo in, ertappen, Joh. 8, 3. (Xen. Mem. 3, 11, 1.) — **4.**, metaph., (mente) comprehendo, Joh. 1, 5. — med., intelligo, cognosco, seq. ὅτι, Act. 4, 13. 10, 34. — seq. acc. c. inf., 25, 25. — seq. orat. indir., Eph. 3, 18.

Καταλέγω, f. ξω, (ex κατά et λέγω, pono) in numerum refero (cf. κατάλογος), eligo; — pass., 1 Tim. 5, 9. (Suid.: καταλεγέσθω· κατατασσέσθω. Xen. Cyr. 3, 3, 8.)

Κατάλειμμα, τος, τό, (a καταλείπω, perf. p.) residuum, reliquiae, Rom. 9, 27. (i. q. pauci, exigua pars. — οἱ ὀ, Jes. 10, 22. cf. 14, 22. Job. 22, 20.)

Καταλείπω, f. ψω, aor. 1. κατέλειψα (apud seriores, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 713.), aor. 2. κατέλιπον, partic. perf. καταλελειμμένος, (ex κατά et λείπω) **1.**, relinquo; — τινά, i. e. *a.*, discedo ab aliquo, verlassen, Matth. 4, 13. 16, 4. Hebr. 11, 27. Luc. 5, 19. Matth. 21, 17. — pass., Joh. 8, 9. — remaneo ἔν τινι τόπῳ, 1 Thess. 3, 1. — *b.*, remanere iubeo aliquem, Act. 18, 19. Tit. 1, 5. — *c.*, aliquem sibi relinquo, desero, Eph. 5, 31. Matth. 19, 5. (Marc. 10, 7. — Gen. 2, 24. 44, 22.) Luc. 15, 4. Act. 6, 2. (τὸν λόγον, institutionis munus deserere, 2 Petr. 2, 15.) Act. 2, 31. (Ps. 16, 10.) — *d.*, reliquum facio, reservo, reliquum esse volo; — ἐμαυτῷ, Rom. 11, 4. (1 Reg. 19, 18. coll. Jos. 10, 39. 40.) — pass., Hebr. 4, 1. (cum etiamnum remaneat.) — τινά c. inf. (negotium aliquod soli alicui relinquere), Luc. 10, 40. — *e.*, de eo, qui avocatus aliquem secum ducere non potest, hinterlassen, Act. 24, 27. 25, 14. — speciat. de morientibus (linquo post me), Marc. 12, 19. (Luc. 20, 31. — Palaeph. f. 37. Xen. Cyr. 3, 1, 10. Aelian. V. H. 6, 10.) — *f.*, de iis, qui aliquem locum praeternavigantes omittunt, Act. 21, 8. (καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον.) Caeterum cf. ἀφίημι.

Καταλιθάζω, f. άσω, (ex κατά et λιθάζω, a λίθος) lapido, lapidibus obruo, Luc. 20, 6.

Καταλλαγή, ῆς, ἡ, (a καταλλάσσω, q. v.) **1.**, permutatio, Verwechselung, Austausch, de negotio nummulariorum paria paribus permutantium. — Hinc **2.**, reconciliatio (Ausgleichung, v. supr. διαλλάσσω), Rom. 5, 11. (καταλλαγὴν ἐλάβομεν, coll. v. 10. i. e. declaratum nobis est, nos deo non amplius haberi pro inimicis.) 2 Cor. 5, 18. 19. — Hinc ἡ καταλλαγή τινος opponitur τῇ ἀποβολῇ, Rom. 11, 15.

Καταλλάσσω, ττω, f. ξω, (ex κατά, secundum, et ἀλλάσσω, muto, commuto) propr., permuto, nummos cum aliis idem valentibus, cf. διαλλάσσω. Hinc (eos, qui discordes sunt) reconcilio; — τινά τινι, aliquem alicui, non est: convertere, umwandeln, ut scribere lexicographi solent, sed: ausgleichen; *a.*, active: deus dicitur homines sibi reconciliasse, 2 Cor. 5, 18. — ἐν χριστῷ, v. 19. i. e. eo, quod filius eius mortem in hominum peccatorum gratiam susceperit (Rom. 5, 6.), ipsis declarasse, se eos non amplius pro ini-

micis (qui vere fuissent, Rom. 5, 10.) habere, nec ipsis peccata commissa imputare (2 Cor. 5, 19.). Quare homines rogantur, ut oblatam hanc reconciliationem recipiant: v. 20. (imperat. pass. καταλλάγητε.) — *b.*, Pass., *aa.*, κατηλλάγην τῷ θεῷ, reconciliatus sum deo, i. e. favor dei mihi, qui eius odio dignus eram, declaratur, Rom. 5, 10. — *bb.*, gratiam ineo cum aliquo, 2 Cor. 5, 20. 1 Cor. 7, 11.

Κατάλοιπος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (a καταλείπω, perf. 2. -λέλοιπα) reliquus, Act. 15, 17. — οἱ ό, 2 Reg. 20, 30. Esdr. 3, 8.

Κατάλυμα, τος, τό, (a καταλύω, q. v., perf. p.) deversorium, Luc. 2, 7. — pro coenaculo, Marc. 14, 14. Luc. 22, 11. — οἱ ό, 1 Sam. 9, 22. Ex. 4, 24. Ez. 23, 21. Ex. 15, 13. Jer. 33, 12.

Καταλύω, f. ύσω, aor. 1. p. κατελύθην, (ex κατά et λύω) propr., dissolvo; *a.*, (quod compactum est, aedificium) destruo; — τὸν ναόν, Matth. 26, 61. (Marc. 14, 58.) 27, 40. (Marc. 15, 29.) cf. Joh. 2, 19. — Act. 6, 24. — οἶκον, 2 Cor. 5, 1. — oppon. οἰκοδομεῖν, Gal. 2, 18. (οἱ ό, Esdr. 5, 12. Hom. Il. 9, 24. 25. 2, 117. Herodian. 8, 4, 4.) — λίθους, Matth. 24, 2. (Marc. 13, 2. Luc. 21, 9.) — *b.*, quod ligatum est, ut vinculum, dissolvo; — νόμον (Xen. Mem. 4, 4, 14.), i. e. vi sua privo, irritum reddo, everto, Matth. 5, 17. (hic velim teneas, non intelligi vaticinia V. T. de Messia edita, sed praecepta legis Mosaicae ad mores spectantia, licet interpretes sint, qui hoc nolint agnoscere; v. supr. βιάζω.) — τὴν βουλήν, Act. 5, 38. 39. — τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, Rom. 14, 20. (de regno, Aelian. V. H. 1, 14.) — *c.*, deverto (metaphora inde deducta, quod devertendi caussa iumentorum vincula et sarcinae dissolvuntur, nisi rectius a vestibus derivas, quarum nodi confecto itinere a viatore dissolvuntur; cf. ἀναλύω), Luc. 9, 12. 19, 7. — οἱ ό, Gen. 24, 23. 25. Xen. Anab. 1, 8, 1. Thuc. 1, 136.

Καταμανθάνω, aor. 2. -έμαθον, (ex κατά et μήθω = μανθάνω, disco) cognosco (Xen. Mem. 1, 4, 2. 17. 18.), considero; — τί, Matth. 6, 28. (καταμάθετε τὰ κρίνα πῶς αὐξάνουσιν, ex attract. Cf. Xen. Mem. 1, 4, 18. γνώσῃ τὸ θεῖον, ὅτι cett.)

Καταμαρτυρέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά, scil. τινός, et μαρτυρέω) testor contra; — τινός, Matth. 26, 62. (Marc. 14, 60.) 27, 13. (Marc. 15, 4.) — οἱ ό, 1 Reg. 21, 10. 13. Job. 15, 6. Dem. 860, 26.

Καταμένω, f. ενῶ, permaneo, commoror (alicubi), Act. 1, 13. (οἱ ό, Num. 22, 9. Xen. Cyr. 7, 1, 21.)

Καταμόνας, adv., (ex κατά et μόνας, scil. χώρας [cf. κατ' ἰδίαν], a μόνος) seorsim, solus, Marc. 4, 10. Luc. 9, 18. (Thuc. 1, 32. 37. — οἱ ό, Ps. 4, 9. Jer. 15, 17.)

Κατανάθεμα, τος, τό, (ex κατά et ἀνάθεμα, q. v.) ana-

thema, meton., res exsecrabilis, homo exsecrabilis, Apoc. 22, 3. (in nonnullis codd. vox corrupta κατάθεμα.)

Καταναθεματίζω, f. ίσω, (a κατανάθεμα, q. v.) diris aliquem devoveo, Matth. 26, 74. (in nonnullis codd. vox corrupta: καταθεματίζω.)

Καταναλίσκω, f. -αναλώσω, (ex κατά et ἀναλίσκω) consumo, Hebr. 12, 29. (οἱ ό, Jerem. 3, 24. Xen. Mem. 1, 2, 22.)

Καταναρκάω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et ναρκάω, torpore afficio, Gen. 32, 25. 32. Job. 33, 19. a νάρκη, torpedo) propr., obtorpefacio, intrans., torpeo in detrimentum alicuius; — τινός (gen. pers.), propr., torpedinis instar aliquem ita percutio, ut membra movere nequeat, hinc: molestus sum alicui, 2 Cor. 11, 8. 12, 13. 14. (Hes.: κατενάρκησα· κατεβάρησα.)

Κατανεύω, f. εύσω, (ex κατά et νεύω, q. v.) innuo; — τινί, alicui, nutu significo, Luc. 5, 7. (Hom. Il. 1, 514.)

Κατανοέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et νοέω, q. v.; cf. καταμανθάνω) **1.**, animadverto, intelligo; — τί, Luc. 20, 23. Matth. 7, 3. (Luc. 6, 41.) Act. 27, 39. (Xen. Mem. 3, 5, 25. Cyr. 2, 4, 3.) — **2.**, considero (cf. καταμανθ.); — τί, Luc. 12, 24. 27. Act. 7, 31. 32. 11, 6. Hebr. 3, 1. Jac. 1, 23. 24. — intueor aliquid, Rom. 4, 19. — aliquem (ut ei opem feram), Hebr. 10, 24. (Xen. Cyr. 3, 3, 35.)

Καταντάω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et ἀντάω) devenio; — εἴς τινα (τόπον), pervenio ad aliquem locum, *a.*, propr., Act. 16, 1. 18, 19. 24. 21, 7. 25, 13. 27, 12. — seq. ἀντικρύ τινος, in locum alicui ex adverso situm, Act. 20, 15. — *b.*, metaph., εἴς τι, ut lat. ad aliquid pervenio, i. e. consequor aliquid, Act. 26, 7. Eph. 4, 13. Phil. 3, 11. — εἴς τινα (acc. pers.) καταντᾷ τι, pervenit in aliquem tamquam in terminum, 1 Cor. 10, 11. — ad aliquem, qui eius rei particeps fiat, 1 Cor. 14, 36.

Κατάνυξις, εως, ἡ, (a κατανύσσω, compungo) ap. Graec. compunctio, propr. *a.*, das Zerstechen. — *b.*, dolor vehemens, tristitia summa, stupor (apud τοὺς ό· κατανύσσομαι, obmutesco [prae stupore, angore], Levit. 10, 3. Ps. 4, 4. 30, 12. Jes. 29, 10. 47, 5. Dan. 10, 15. sopore obruor, Dan. 10, 9. et κατάνυξις, sopor, Ps. 66, 3. — vel stupor, vesania, Betäubung, Jes. 29, 10.) Rom. 11, 8. (ex Jes. 29, 10. v. θυμός.) cf. lat. obtundo et obtusus.

Κατανύσσω, ττω, f. ξω, (ex κατά et νύσσω s. ττω) compungo; — τινά, pass., τῇ καρδίᾳ, vehementer afficior, Act. 2, 37. (οἱ ό, Gen. 34, 7. Ps. 109, 16. contritus corde.)

Καταξιόω (ῶ), f. ώσω, (ex κατά et ἀξιόω) dignum habeo aliquem; — τινός, aliqua re, 2 Thess. 1, 5. — seq. inf., Luc. 20, 35. 21, 36. Act. 5, 41. (Dem. 1383, 11. Diod. Sic. 2, 60.)

Καταπατέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et πατέω, incedo) — τινά, pedibus concalco, contero, Matth. 7, 6. Luc. 12, 1. — pass., Matth. 5, 13. Luc. 8, 5. — metaph., pedibus calco, i. e. contemno,

Hebr. 10, 29. (1 Macc. 3, 51. Hom. Il. 4, 157. Epictet. 1, 8. τοὺς λόγους καταπατήσας.)

Κατάπαυσις, εως, ἡ, (a καταπαύω, q. v.) **1.**, quies, 2 Macc. 15, 1. Ex. 34, 21. — **2.**, quieta sedes, mansio, habitatio, Act. 7, 49. (Jes. 66, 1. Ps. 132, 8. 14. Judith. 9, 8.) Hebr. 3, 11. 18. 4, 5. (Deut. 12, 9. Ps. 95, 11.) — Observanda est dilogia in argumentatione, Hebr. 3, 11. 4, 1. 5. 10. — Scil. vox Hebr. 3, 11. petita e Ps. 95, 11. qui locus respicit ad Num. 14, 21. 28. et κατάπαυσις intelligitur de loco mansionis, quem deus Israëlitis destinaverat, hebr. מְנוּחָה. Sed auctor epistolae capi vult de requie, qua ipse deus fruitur et alios frui vult, ut sit i. q. σαββατισμός, 4, 9. 10. 11., atque e verbis Psalmi colligit, Josuam Israëlitas ad quietem non perduxisse, ideoque vocem quietis de felicitate aeterna in coelis parata intelligendam esse. Cf. Sap. 4, 7. 4 Esdr. 8, 52.

Καταπαύω, f. αύσω, (ex κατά, nostr. nieder, et παύω, cessare facio) **1.**, transit., quietum (quiescere) facio, i. e. ad sedem quietam perduco; — τινά, Hebr. 4, 8. (Ex. 33, 14. 5, 5. Deut. 12, 10. Jos. 1, 13. 15. 2 Chron. 32, 22.) — sedo, desistere facio (aliquid facere nitentem), seq. τοῦ μή et inf., Act. 14, 18. (Hom. Od. 2, 168. Ps. 85, 3.) — **2.**, intransit., requiesco, quiesco, cesso; — ἀπό τινος, Hebr. 4, 4. 10. cf. ἀναπαύω.

Καταπέτασμα, τος, τό, (a καταπετάννυμι, expando) aulaeum, velum expansum (velum templi Hierosolymitani interius, quo velatum erat Sanctum Sanctorum, פָּרֹכֶת, Ex. 26, 31. 27, 21.), Matth. 27, 51. (Marc. 15, 33. Luc. 23, 45.) Hebr. 9, 3. (δεύτερον, respectu ad primum [מָסָךְ, κάλυμμα], quod in introitu templi Sanctum ab atrio separabat, Ex. 26, 37. 40. 3. 5.) — allegor., τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, i. e. sanctuarium, quod aulaeum obvelat, et in quod illo sublato intratur, et per hoc intelligitur coelum, Hebr. 6, 19. aliter 10, 20. (h. l. καταπέτασμα dicitur corpus Christi, quia huius occisione factum est, ut Christus in coelum intraret. — Simul dicitur Christus nobis viam in sanctuarium munivisse ζῶσαν κ. πρόςφατον. Scilicet auctorem verba, quae proprie ad τὴν σάρκα pertineant recens mactatam et vivam, cum vocab. ὁδοῦ coniunxisse, supra monitum est sub v. ζάω p. 485. *d.*)

Καταπίνω, f. -πίομαι, aor. 2. -έπιον, perf. -πέπωκα, aor. 1. p. -επόθην, (ex κατά et πίνω) deglutio, verschlingen, Matth. 23, 24. 1 Petr. 5, 8. — absorbeo, Apoc. 12, 16. — pass., 2 Cor. 5, 4. Hebr. 11, 29. 1 Cor. 15, 54. (Gen. 41, 7. Ex. 7, 12.) — pass., i. q. absumor, 2 Cor. 2, 7.

Καταπίπτω, f. -πεσοῦμαι, (ex κατά et πίπτω) decido, prolabor; — εἰς τὴν γῆν, Act. 26, 41. — νεκρός, 28, 6. (Xen. Mem. 3, 3, 5.)

Καταπλέω, f. εύσω, (ex κατά et πλέω) ex alto versus terram navigo, Luc. 8, 26. (Xen. H. G. 5, 1, 28.)

Καταπονέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et πονέω) affligo, premo; — τινά, pass., Act. 7, 24. 2 Petr. 2, 7. (2 Macc. 8, 2. 3 Macc. 2, 2.)

Καταποντίζω, f. ίσω, (ex κατά et ποντίζω) im mare demergo; — pass., Matth. 18, 6. (in pontum demergor ab aliis.) — signif. intrans., Matth. 14, 30. (erat submersio supplicii genus non quidem apud Judaeos, sed apud Aegyptios, Graecos et Romanos usitatum.)

Κατάρα, ας, ἡ, (ex κατά et ἀρά, cf. nostr. verwünschen) imprecatio (apud Hom. etiam ἐπάρα), Jac. 3, 10. Hebr. 6, 7. (γῆ κατάρας ἐγγύς, quae prope abest, ut diris a deo devoveatur, i. e. ut sterilis reddatur, alluditur ad Gen. 3, 17. 18.) — ὑπὸ κατάραν εἶναι, poenis cum imprecatione statutis obnoxius sum, Gal. 3, 10. — ἐξαγοράζειν τινὰ ἀπὸ τῆς κ., redimere aliquem, qui poenae cum imprecatione propositae reus tenetur, v. 13. — τέκνα κατάρας, exsecratione digni, 2 Petr. 2, 14. — abstract. pro concreto: ἐπικατάρητος, Gal. 3, 13. (cf. θέατρον, ἁμαρτία.)

Καταράομαι (ῶμαι), f. άσομαι, (verb. depon. med. a κατάρα) — τινά, diris devoveo aliquem, mala alicui imprecor (Hom. Il. 9, 454. Xen. Anab. 5, 6, 4.), Matth. 5, 44. et Luc. 6, 28. (oppon. εὐλογεῖν.) Marc. 11, 21. Rom. 12, 14. Jac. 3, 9. — κατηραμένος (partic. perf. pass.), diris devotus, poenis dignus, Matth. 25, 41. (oppon. εὐλογημένοι, v. 34.)

Καταργέω (ῶ), f. ήσω, perf. κατήργηκα, (ex κατά et ἀργέω, quod ducit. ab ἀργός) **1.**, τινά, desidem et inertem facio, Luc. 13, 7. — **2.**, τί vel τινά, *a.*, inutilem reddo, cessare facio, 1 Cor. 6, 13. (v. 11. abieci.) — *b.*, vi, auctoritate privo, ausser Wirksamkeit setzen, 1 Cor. 1, 28. 15, 24. 2 Tim. 1, 10. 2 Thess. 2, 8. Hebr. 2, 14. Eph. 2, 15. — *c.*, vanum, irritum reddo, s. declaro, v. c. τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ, Rom. 3, 3. — τὸν νόμον, v. 31. (oppon. ἱστάω.) Eph. 2, 15. (h. l. vi privo.) Gal. 3, 17. (τὴν ἐπαγγελίαν.) — Pass., *a.*, cesso, 1 Cor. 13, 8. 10. 2 Cor. 3, 7. 11. 13. 14. Gal. 5, 11. (Eurip. Phoen. 760.) — Rom. 6, 6. (τὸ σῶμα ἁμαρτίας, additur per epexegesin: τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ.) — *b.*, vi privor, tollor, 1 Cor. 15, 26. — *c.*, irritus, vanus reddor, Rom. 4, 14. (ἡ ἐπαγγελία.) — **3.**, καταργοῦμαι ἀπό τινος, solvor ab aliquo, Rom. 7, 2. Gal. 5, 4. (auctor hoc verbo usus est concinnitatis caussa: qui cupitis per legem absolvi = δικαιοῦσθαι, eo ipso solvimini a Christo.)

Καταριθμέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά [cf. καταλέγω], et ἀριθμέω) numero; — pass., σύν τινι, Act. 1, 51. (Diod. Sic. 4, 85.)

Καταρτίζω, f. ίσω, (ex κατά et ἀρτίζω, quod duc. ab ἄρτιος, cf. lat. ars, artus) aptum, firmum, integrum reddo. Hinc *a.*, reficio (quod scissum est), restituo; — τί, *aa.*, propr., τὰ δίκτυα, Matth. 4, 21. (Marc. 1, 19. — Herodot. 5, 106.) — compleo,

τὰ ὑστερήματα, 1 Thess. 3, 10. — *bb.*, metaph., τινά, *α.*, corrigo, in viam rectam reduco, Gal. 6, 1. — *β.*, integrum facio, 1 Cor. 4, 10. (auctor hoc verbo usus est propter voc. σχίσματα, dass ihr zu einem Ganzen verknüpft seid.) cf. 2 Cor. 13, 11. (de iis, qui curant, ne in partes dissolvantur, καταρτίζεσθε, haltet zusammen.) — *b.*, fabricor, adapto; — pass., Hebr. 11, 3. Luc. 6, 40. (κατηρτισμένος, instructus, zugerichtet.) cf. ἐξηρτισμένος. — med., mihi adapto, paro, Matth. 21, 16. (αἶνον, e Ps. 8, 3. in textu hebr. יִסַּד.) Hebr. 10, 5. (e Ps. 40, 6. ubi tamen text. hebr. alia habet.) 1 Petr. 5, 10. (καταρτίσαι, optat. Congesta h. l. sunt synonyma: στηρίζω, σθενόω, θεμελιόω.) — τινὰ εἴς τι, pass., Rom. 9, 22. — ἔν τινι, Hebr. 13, 21. (ubi τὸ ἐν permutare licet cum εἰς.) — In versione τῶν ό respondet saepissime verbo hebr. הֵכִין, v. c. Ps. 74, 16. — Hinc voc. seq.

Κατάρτισις, εως, ἡ, instauratio (Plut. tom. 4. p. 16. ed. Reisk.), confirmatio, 2 Cor. 13, 9. — Ps. 18, 33. 68, 9.

Καταρτισμός, οῦ, ὁ, — τινὸς εἴς τι, instructio, Eph. 4, 12. cf. 2 Tim. 3, 17.

Κατασείω, f. -σείσω, (ex κατά et σείω, quatio) concutio (Aelian. V. H. 3, 16.); — τὴν χεῖρα, manum quatio, de eo, qui verba facturus silentium imperat, Act. 19, 33. i. q. κατασ. τῇ χειρί, Act. 12, 17. 13, 16. 21, 40. (etiam κατασείω τινί simpliciter, Jos. Ant. 17, 16, 2.)

Κατασκάπτω, f. ψω, (ex κατά et σκάπτω, fodio) defodio, suffodio, destruo, diruo; — τί, Rom. 11, 3. — pass., Act. 15, 16. (οἱ ό, 1 Reg. 19, 10. Amos. 9, 11. Judic. 6, 28.)

Κατασκευάζω, f. άσω, (ex κατά et σκευάζω, quod descend. a σκεῦος) instruo, paro; *a.*, de aedificantibus, exstruo: οἶκον, Hebr. 3, 3. — κιβωτόν, Hebr. 11, 7. — pass., 1 Petr. 3, 20. Hebr. 3, 4. — σκηνή, 9, 2. 6. — οἱ ό pro בָּרָא, Jes. 40, 28. 43, 7. al. — *b.*, de eo, qui aliquid aptum alicui reddit; — τὴν ὁδόν, Matth. 11, 10. (Marc. 1, 1. Luc. 7, 27.) — partic. perf. p., paratus, Luc. 1, 17. cf. Marc. 9, 12.

Κατασκηνόω (ῶ), f. ώσω, (ex κατά et σκηνόω, quod v.) propr., tentoria (sedem) figo (Xen. Cyr. 6, 2, 2.), habito, seq. ἔν τινι (τόπῳ), Matth. 13, 32. (Marc. 4, 32.) Luc. 13, 19. Act. 2, 26. (e Ps. 16, 9. quae verba pariter ac sequentia v. 27. a Petro explicata sunt v. 31.) — οἱ ό, Dan. 4, 18. 2 Chron. 6, 2. Job. 18, 15. Ez. 25, 4. — Hinc voc. seq.

Κατασκήνωσις, εως, ἡ, propr., tentoriorum collocatio, domicilium, habitatio; — de latibulis avium, Matth. 8, 20. (Luc. 9, 59.) — οἱ ό, Ez. 37, 27. Symmach. Ps. 41, 5. — cf. Sap. 9, 8. Tob. 1, 4.

Κατασκιάζω, f. άσω, (ex κατά et σκιάζω, a σκιά) obumbro (umbra tego); — τί, Hebr. 9, 5. (Plut. tom. 6. p. 101. et tom. 5. p. 408. edit. Reisk.)

Κατασκοπέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά [cf. καταμανθάνω, καθοράω], et σκοπέω, a σκόπος) inspicio explorandi caussa; — τί, Gal. 2, 4. (de insidiosa exploratione, 2 Sam. 10, 3. Jos. 2, 2. 3. 1 Chron. 19, 3.)

Κατάσκοπος, ου, ὁ, (ex κατά et σκέπτομαι, adiect. verbal.) speculator, explorator, Hebr. 11, 31. (οἱ ὁ, Gen. 42, 9. 11. 1 Sam. 26, 4. — 1 Macc. 12, 26. Xen. Cyr. 3, 3, 25.)

Κατασοφίζομαι, f. ίσομαι, (verb. depon. med. ex κατά et σοφίζω) dolo (fraudibus) circumvenio (überlisten), callide infesto; — τινά, Act. 7, 9. (ex Ex. 1, 10. נִתְחַכְּמָה, seq. לְ, cf. Judith. 5, 11. 10, 19.)

Καταστέλλω, f. -στελῶ, aor. 1. κατέστειλα, perf. p. κατέσταλμαι, (ex κατά et στέλλω) propr., *a.*, demitto. — *b.*, commotum et exasperatum cohibeo, sedo (cf. nostr. stillen); — τινά, Act. 19, 35. — pass., v. 36. (2 Macc. 4, 31. 3 Macc. 6, 1. Jos. Ant. 16, 9, 1. 20, 8, 7. de B. J. 4, 4, 4.)

Κατάστημα, τος, τό, (a καθίστημι) status, habitus, Tit. 2, 3. (3 Macc. 5, 45. Jos. B. J. 1, 1, 4.)

Καταστολή, ῆς, ἡ, (a καταστέλλω, demitto) demissio, v. c. velorum, vestis, vestis demissa, vestis, amictus, 1 Tim. 2, 9. (Hesych. καταστολήν· περιβολήν.)

Καταστρέφω, f. ψω, (ex κατά et στρέφω) subverto, everto; — τί, Matth. 21, 12. (Marc. 11, 13. — Hagg. 2, 22. Job. 9, 5. Anthol. gr. tom. 3. p. 38. ed. Jacobs.)

Καταστρηνιάω (vel -νιάζω), f. άσω, (ex κατά et στρηνιάω, verbo novae comoediae, cui praeferendum esse verbum τρυφάω docet Phrynichus p. 381. ed. Lobeck.) — τινός, luxuriose vivo in damnum alicuius, exstat tantum in N. T. 1 Tim. 5, 11.

Καταστροφή, ῆς, ἡ, (a καταστρέφω) subversio, 2 Petr. 2, 6. (Gen. 19, 29.) — ad mentem ref.: perturbatio, 2 Tim. 2, 14.

Καταστρώννυμι (forma producta brevioris: -στρόω), fut. ώσω, (ex κατά et στρώννυμι, unde nostr. streuen) prosterno (humum), occido; — pass., 1 Cor. 10, 5. (Num. 14, 16. Judith. 14, 4. 7, 14. Aelian. Hist. Anim. 7, 2. Xen. Cyr. 3, 3, 64.)

Κατασύρω, f. -συρῶ, (ex κατά et σύρω) propr., deorsum traho, detraho; — τινὰ πρός τινα, pertraho, Luc. 12, 58. (οἱ ὁ, Jerem. 49, 10. Cic. pro Milone c. 14.: quum in iudicium detrahi non posset.)

Κατασφάζω, s. -ττω, f. -σφάξω, (ex κατά et σφάζω, q. v.) iugulo, trucido, Luc. 19, 27. (οἱ ὁ, Zach. 11, 5. 2 Macc. 5, 12. 6, 9. — Aelian. V. H. 13, 2. Herodian. 5, 5, 16.)

Κατασφραγίζω, f. ίσω, (ex κατά et σφραγίζω) obsigno, sigillo claudo; — τί, Apoc. 5, 1. (οἱ ὁ, Job. 9, 7. — Sap. 2, 5. Sirac. 42, 6.)

Κατάσχεσις, εως, ἡ, (a κατέχω, aor. 2. κατέσχον, occupavi) *a.*, occupatio. — *b.*, possessio, Act. 7, 5. (Gen. 47, 11. 48, 4.

Levit. 27, 16. Ez. 36, 3.) — *c.*, habitatio; — τινός, loci, qui ab aliquo habitati erant, Act. 7, 45. (al.: in occupatione gentilium, i. e. terrarum, quas gentiles tenuerant. Sed ἔθνη dici non potest pro terris ab ἔθνεσι habitatis.) — Gen. 17, 8.

Κατατίθημι, f. -θήσω, (ex κατά et θέω=τίθημι) **1.**, activ., depono, repono; — τινὰ ἔν τινι (τόπῳ), Marc. 15, 46. (Aelian. V. H. 1, 6. Xen. de re equ. 6, 7.) — **2.**, med., κατατίθεμαί τί τινι, depono mihi aliquid apud aliquem in usus futuros (Xen. Cyr. 7, 5, 34.); — χάριν κατατίθεσθαί τινι, gratiam inire ab aliquo (exhibere alicui aliquid, quod gratiam pariat), Act. 24, 27. 25, 9. (1 Macc. 10, 23. Dem. 193, 22. Xen. Cyr. 8, 3, 26. Herodot. 6, 41. Jos. Ant. 2, 6, 3.)

Κατατομή, ῆς, ἡ, (a κατατέμνω, concido, mutilo) concisio, mutilatio, Phil. 3, 2. (alludit Paulus ad voc. περιτομῆς, quod seq. v. 3. per ironiam, quasi dicturus: videte modo commendatam illam circumcisionem, seu ut rectius dicam, concisionem s. discissionem.) Cf. locum similem Gal. 5, 12.

Κατατοξεύω, f. εύσω, (ex κατά et τοξεύω) — τινά, sagitta peto, transfigo aliquem; — pass., Hebr. 12, 20. (e textu vulg.) — Ex. 19, 13. Num. 24, 8. Ps. 11, 2.

Κατατρέχω, f. -θρέξω, aor. 2. -έδραμον, (ex κατά et τρέχω) decurro; — κατέδραμεν ἐπ' αὐτούς, Act. 21, 32. (1 Reg. 19, 20. Xen. H. G. 1, 12.)

Καταφάγω, ut apud Graecos, ita in N. T. nonnisi aor. 2. κατέφαγον occurrit, devorabam, devoravi; — τί, *a.*, propr., Matth. 13, 4. (Marc. 4, 4. Apoc. 10, 9. 10. 12, 4.) — *b.*, metaphor. *aa.*, tribuitur rebus inanimatis, consumendi sensu, Apoc. 20, 9. (igni.) — 1 Reg. 18, 38. — Joh. 2, 17. (e Ps. 69, 9. cf. Homeri illud: ὃν θυμὸν κατέδων, suum animum moerore consumens, Il. 6, 202.) — *bb.*, adiungitur in accusandi casu id, in quod actio, verbo dicta, si proprie dicitur, transire non potest; significat ergo tropice dictum: profudi, dilapidavi, Luc. 15, 30. (καταφαγὼν σου τὸν βίον. — Hom. Od. 15, 12. — Catull. 29, 23. devorare patrimonium.) Caeterum v. κατεσθίω.

Καταφέρω, f. κατοίσω, aor. 1. κατήνεγκα, aor. 1. p. κατηνέχθην, (ex κατά et φέρω) **1.**, defero, deiicio; — pass., καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, alto sopori immersus, Act. 20, 9. — ibid. κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν ἀπό cett., depressus per soporem, cf. Herodian. 1, 2, 9. — **2.**, fero contra aliquem (κατά, scil. τινός); — ψῆφον, suffragium fero contra aliquem; ita Jos. Ant. 2, 6, 9. 10, 6, 2. (φέρειν ψῆφον κατά τινος) — damnationem approbo, Act. 26, 10. (Graeci adhibent etiam verbum καταψηφίζομαι, med.)

Καταφεύγω, f. ξομαι, aor. 2. -έφυγον, (ex κατά et φεύγω) — εἰς τόπον τινά, confugio aliquo, Act. 14, 6. (Xen. Mem. 3, 5, 12.) — subintellig. πρὸς τὸν θεόν, Hebr. 6, 16. (verba: κρατῆσαι τῆς — ἐλπίδος videntur iungenda cum voc. παράκλησιν.)

Καταφθείρω, f. -φθερῶ, (ex κατά et φθείρω) **1.**, corrumpo, depravo; — pass., (Gen. 6, 12.) κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, 2 Tim. 3, 8. (i. e. ἔχοντες τὸν νοῦν κατεφθαρμένον. Cf. διαφθείρω.) — καταφθαρήσονται, 2 Petr. 2, 12. (corrumpentur, ut res corruptioni destinatae. Caedit auctor eos, qui genio indulgent spe immortalitatis abiecta.)

Καταφιλέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et φιλέω) deosculor (diu multumque osculor); — τινά, Luc. 7, 38. 45. 15, 20. Act. 20, 37. (Xen. Mem. 2, 6, 33.) — osculor, Matth. 26, 49. coll. v. 48. (Marc. 14, 43. coll. v. 44.) — Aelian. V. H. 13, 34.

Καταφρονέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et φρονέω) contemno (despicio); — τινός, aliquem, Matth. 18, 10. Rom. 2, 4. 1 Cor. 11, 22. 1 Tim. 4, 12. 2 Petr. 2, 10. (Aelian. V. H. 1, 5. Xen. Mem. 3, 4, 12.) — negligo, non curo, Matth. 6, 24. (Luc. 16, 13.) 1 Tim. 6, 2. — non respicio, non perhorresco, Hebr. 12, 2. — Xen. Mem. 3, 12, 3.

Καταφρονητής, οῦ, ὁ, (a καταφρονέω, perf. p.) contemtor, Act. 13, 41. (οἱ ὁ, Habac. 1, 5. 2, 6. Zephan. 3, 5. Plut. tom. 5. p. 367. ed. Reisk.)

Καταχέω, f. εύσω, (ex κατά et χέω) effundo desuper in aliquem; — ἐπί τι, Matth. 26, 7. — κατά τινος, Marc. 14, 3. (Hom. Il. 23, 282. Ps. 89, 45. Job. 43, 21.)

Καταχθόνιος, ίου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex κατά et χθών, terra) subterraneus (qui sub terra versatur), Phil. 2, 10. (intelligunt manes. Sed auctor utitur in descriptione mundi verbis non premendis: omnia genua sive sint ultra terram, sive in terra, sive sub terra habitantium.)

Καταχράομαι (ῶμαι), f. ήσομαι, (ex κατά et χράομαι) abutor; — τινί, 1 Cor. 7, 31. (distinguuntur h. l. χρώμενοι et καταχρώμενοι.) 9, 18. (Aelian. V. H. 9, 9. 3, 13. Dem. 1154, 16.)

Καταψύχω, f. ξω, (ex κατά et ψύχω) refrigero, Luc. 16, 24. (Gen. 18, 4. Diod. Sic. 3, 8.)

Κατείδωλος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex κατά et εἴδωλον, cf. κατάδενδρος) idolis refertus, Act. 17, 16.

Κατέναντι, adv., (ex κατά et ἔναντι, q. v.) — τινός, **1.**, e regione, ex adverso alicui, Marc. 11, 2. 12, 41. 13, 3. — ἡ κατέναντι κώμη, vicus ex adverso situs, Luc. 19, 30. (οἱ ὁ, Ex. 19, 2. Gen. 1, 8. Dan. 5, 5.) Rom. 4, 17. (locus difficillimus, cuius videtur nexus turbatus esse; — κατέναντι οὗ ἐπίστευσε τοῦ θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος pro: κατέναντι τοῦ θεοῦ, ᾧ ἐπίστευσε ζωοποιοῦντι cett. attractio negligentior; quam si leges linguae permittant, tamen desideratur verbum cum κατέναντι construendum. Nec facile perspicitur, quomodo ad subiectum se applicet pronomen relat. ὅς v. 18., quod non apte cum prioribus necti videtur, nisi versus 17. totus aut e medio sublatus aut in parenthesi positus sit. Jungendum ergo erit τὸ κατέναντι cum verbis καθὼς γέγραπται, atque vertendum: quemadmodum scriptum est — ratione dei ha-

bita, cui fidem habuit, enecatorum vitam restaurantis etc. Alii verbis καθὼς γέγραπται — τέθεικά σε in parenthesi collocatis κατέναντι copulant cum extremis versus 16. verbis vertuntque: iudice deo, cui fidem adiunxit etc.; sed quid est: iudice deo?)

Κατενώπιον, adv., (ex κατά et ἐνώπιον, q. v.) — τινός, in conspectu alicuius, coram aliquo: τοῦ θεοῦ, deum quasi ante oculos habens, 2 Cor. 2, 17. 12, 19. — οἱ ὁ, Levit. 4, 17. Jos. 23, 9. 3, 7 — (ἅγιοι κ. ἄμωμοι) κατενώπιον τοῦ θεοῦ, ut in conspectu dei ambulantes (vel ante eius oculos, qui omnia perlustrant, quorumque aciem ne levissimum quidem vitium effugit.) Eph. 1, 4. Col. 1, 22. Idem exprimitur verbis: κατενώπιον τῆς δόξης αὐτοῦ, i. e. coram facie sua illustri, v. supr. δόξα, ἰσχύς, cf. 2 Thess. 1, 9.

Κατεξουσιάζω, f. άσω, (ex κατά et ἐξουσιάζω, verbum nonnisi in N. T. obvium) — τινός, potestatem exerceo in aliquem, Matth. 20, 25. (Marc. 10, 42.)

Κατεργάζομαι, f άσομαι, aor. 1. med. κατειργασάμην, aor. 1. p. κατειργάσθην, (verbum depon. medium ex κατά et ἐργάζομαι) — τί, 1., perficio (ausführen, zu Stande bringen, Xen. Mem. 3, 5, 11.), i. q. patro, perago, Rom. 1, 27. (τὴν ἀσχημοσύνην.) 2, 9. 7, 15. 17. 18. (distinguitur τὸ θέλειν et τὸ κατεργάζεσθαι.) 1 Cor. 5, 3. 1 Petr. 4, 3. — pass., τὰ σημεῖα — κατεργάσθη (exhibita sunt), 2 Cor. 12, 12. — 2., efficio, i. e. facio id, e quo aliquid prodeat; *a.*, de homine: κατεργάζεσθαι τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν (curare, procurare), Phil. 2, 12. — *b.*, de rebus: zur Folge haben, Rom. 4, 15. 5, 3. 7, 8. 2 Cor. 7, 10. Jac. 1, 3. 20. — τί τινι, 2 Cor. 4, 17. 7, 11. 9, 11. Rom. 7, 13. — 3., κατεργάζομαί τινα εἴς τι, formo aliquem (Ex. 15, 17.) ad aliquid, 2 Cor. 5, 5. — 4., videtur dici conficiendi, i. e. debellandi et prosternendi sensu, Eph. 6, 13. (cf. Ez. 34, 4. Xen. Cyr. 4, 6, 4. 3 Esdr. 4, 4. Jos. Ant. 2, 4, 2.)

Κατέρχομαι, aor. 2. κατῆλθον, (verbum depon. ex κατά et ἔρχομαι) descendo, devenio, *a.*, propr., i. e. de eo, qui e loco superiori in locum inferiorem se movet (ex urbe in elatiori loco sita se confert in loca depressiora), Luc. 4, 31. Act. 8, 5. 13, 4. — notato termino a quo: ἀπὸ τόπου, Luc. 9, 37. Act. 21, 10. 15, 1. 18, 5. — et termino, ad quem: Act. 11, 27. 12, 19. 18, 22. 27, 5. — πρός τινα, 9, 32. — *b.*, metaph., de rebus, quae a deo coelitus demittuntur, Jac. 3, 15.

Κατεσθίω, aor. 2. κατέφαγον, (v. supr. καταφάγω) *a.*, pr., comedo, devoro. — *b.*, metaph., τινά, *aa.*, ubi devorari dicuntur, quae proprie non devorantur, absumo, perdo, Gal. 5, 15. — κατεσθίειν τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν dicuntur avari homines, qui viduarum opes ad se rapiunt, Matth. 23, 14. (Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. cf. Hom. Od. 2, 237.) — *bb.*, ubi devorare dicuntur, quae proprie non devorant, v. c. ignis, Apoc. 11, 5. (aor. 2., Joh. 2, 17.) cf. Ps. 69, 9.

Κατευθύνω, f. *υνῶ*, (ex *κατά* et *εὐθύνω*, ab *εὐθύς*, Plut. tom. 4. p. 80. tom. 6. p. 71. ed. Reisk.) rectum facio, dirigo; — *τοὺς πόδας εἰς ὁδόν εἰρ.*, Luc. 1, 79. — *τὴν ὁδόν*, 1 Thess. 3, 11. (optat.) Ps. 40, 2. — *τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τ. θεοῦ*, 2 Thess. 3, 5.

Κατεφίσταμαι, aor. 2. *κατεπέστην*, (verb. med. ex *κατά* et *ἐφίστημι*) colloco me (insurgo); — *τινί*, contra aliquem, Act. 18, 12.

Κατέχω, f. *καθέξω*, item *κατασχήσω*, (ex *κατά* et *ἔχω*) **1.**, detineo, retineo, *a.*, ne quis discedat; — *τινά*, seq. *τοῦ μή* c. inf., Luc. 4, 42. — *τινὰ πρὸς ἐμαυτόν*, Philem. v. 13. (Xen. Mem. 2, 6, 9. et 11. *οἵ ὅ*, Gen. 42, 19. Ruth. 1, 13.) — pass., *κατέχομαι νοσήματι*, morbo teneor, Joh. 5, 4. (Aelian. V. H. 12, 64.) — *κατέχομαι ἔν τινι*, Rom. 7, 6. (adstrictus alicui teneor.) — *b.*, cursum, progressus inhibeo, impedio, Rom. 1, 18. (*τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ.*) 2 Thess. 2, 6. 7. — *κατέχω*, scil. *τὴν ναῦν εἰς τὴν αἰγιαλόν*, cursum navis detineo, ut appellam, Act. 27, 40. (Xen. H. G. 2, 1, 19. *κατασχὼν ἐπὶ τὴν Ἀβερνίδα.*) — **2.**, teneo (ne mihi excidat); — *τὸν λόγον*, Luc. 8, 15. 1 Cor. 15, 2. — *τὰς παραδόσεις*, 1 Cor. 2, 2. — *τὸ καλόν*, 1 Thess. 5, 21. — *τὴν παῤῥησίαν μέχρι τέλους βεβαῖαν κατασχεῖν*, Hebr. 3, 6. 14. — *τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ*, 10, 23. — **3.**, occupo, obtineo, in Besitz nehmen, 2 Cor. 6, 10. (distinguitur *ἔχειν* et *κατέχειν.*) 1 Cor. 7, 30. Matth. 21, 38. (Luc. 14, 9.) — Aelian. V. H. 7, 1. Xen. Cyr. 4, 3, 4. — Dan. 7, 18.

Κατηγορέω (ῶ), f. *ήσω*, (a *κατήγορος*, q. v.) accuso, *a.*, absol., Act. 24, 2. 19. 25, 16. 28, 19. — *b.*, *τινός*, aliquem, *aa.*, de accusatione coram iudice, Matth. 12, 10. (Marc. 3, 2.) Luc. 11, 54. 13, 2. Joh. 8, 6. Act. 25, 5. Apoc. 12, 10. — *τινός τινος* (gen. rei), Act. 24, 8. 25, 11. (Dem. 575, pen.) — *τινὸς περί τινος*, Act. 24, 13. (Xen. H. G. 1, 7, 1.) — *τινὸς πολλά*, Marc. 15, 3. — *κατηγ. τινὰ* (acc. plur.) *κατά τινος*, Luc. 23, 14. (Xen. H. G. 1, 7, 9.) — *bb.*, de accusatione extra iudicium, Joh. 5, 45. Rom. 2, 15. (Xen. Mem. 1, 3, 4.)

Κατηγορία, *ας*, *ἡ*, (a *κατήγορος*) accusatio, criminatio, (oppon. *παρηγορία*); — *τινός* (gen. obi.), Luc. 6, 7. — *κατά τινος*, Joh. 18, 29. 1 Tim. 5, 19. — *τινός* (gen. criminis), Tit. 1, 6. (Legitur vox קַטֵיגוֹרְיָא etiam ap. Rabbinos, v. Buxtorf. lex. rabb. talm. p. 2009.)

Κατήγορος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, (ex *κατά* et *ἀγείρω*, unde *ἀγορεύω*, in foro, in concione dico) accusator, Joh. 8, 10. Act. 23, 30. 35. 24, 8. 25, 16. 18. Apoc. 12, 10. cf. Job. 1, 6. 2, 1. Zach. 3, 1. 2. (cf. *συνήγορος*, advocatus, patronus, et *συνηγορεῖν.*)

Κατήγωρ, *ορος*, *ὁ*, accusator. Vox ab omni graecitate abhorrens, quam a codd. ad locum Apoc. 12, 10. oblatam recepit Griesbachius. V. *κατήγορος*.

Κατήφεια, *ας*, *ἡ*, (a *κατηφής*, qui demisso vultu est; —

quae vox deducitur a κατά et τὰ φάη, lumina, Etym. M. ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν τοὺς ὀνειδιζομένους ἢ λυπουμένους) vultus demissio moerorem significans, Jac. 4, 9. (Hom. Il. 22, 293. Jos. Ant. 2, 6, 16. Thuc. 7, 75.)

Κατηχέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et ἠχέω ab ἠχώ) **1.**, pr., circumsono. — **2.**, τινά, viva voce doceo, instituo aliquem, 1 Cor. 14, 19. Gal. 6, 6. — pass., Rom. 2, 18. — τινά τι, pass., Act. 18, 25. (Lucian. Asin. §. 48.) — τινὰ περί τινος, *a*, gen. rei, pass., Luc. 1, 3. (in libro de fluminibus, qui Plutarcho tribuitur: κατηχηθεὶς δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων.) — *b.*, gen. pers. et accus. rei, pass., fama aliquid accipio de aliquo, Act. 21, 24. (construe: οὐδὲν τούτων ἃ cett.) — seq. ὅτι, Act. 21, 21.

Κατ' ἰδίαν, v. ἴδιος.

Κατιόω (ῶ), f. ώσω, (ex κατά et ἰός, q. v.) aerugine obduco; — perf. p. κατίωμαι, Jac. 5, 3. (Arrian. Dissert. Epictet. 4, 6.)

Κατισχύω, f. ύσω, (ex κατά, scil. τινός, et ἰσχύω ab ἰσχύς) **1.**, τινός, supero aliquem, praevaleo alicui, Matth. 16, 18. (οἱ ό, Jerem. 15, 18. Sap. 7, 30. cf. praecipue 19, 19. Aelian. H. A. 5, 19.) — **2.**, absol., invalesco, Luc. 23, 23. (οἱ ό, 2 Chron. 13, 21. 15, 8. 25, 11.)

Κατοικέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et οἰκέω) habito, incolo; **1.**, intransit., *a.*, propr., relat. ad loca, *aa.*, sequentibus praepositt. cum casibus locorum: ἔν τινι (τόπῳ), Luc. 13, 4. Act. 1, 20. 2, 5. 7, 2. 4. 48. Hebr. 11, 9. Apoc. 13, 12. 17, 2. 29. al. (Gen. 13, 12. 14, 12.) — pro ἐν legitur εἰς in construct. praegnante: me aliquo confero, ut ibi habitem, Matth. 2, 23. 4, 13. Act. 7, 4. — ἐπὶ τῆς γῆς, Apoc. 3, 10. 8, 13. 11, 10. 13, 8. 14. (14, 6.) 17, 8. (Num. 13, 32. 14, 14. 35, 32. 34.) — ἐπί τι (ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, super omnem terram, ex hebr. עַל־פְּנֵי), in construct. praegn. (per omnem terram propagari), Act. 17, 26. — *bb.*, seq. adv. loci: ἐκεῖ, Matth. 12, 45. et Luc. 11, 26. — subintell. ἐκεῖ, Act. 22, 12. — ὅπου, Apoc. 2, 13. — *b.*, metaph., ἔν τινι (dat. pers.), s. ἐν τῇ καρδίᾳ τινός, inesse animo eiusque studia regere, Eph. 3, 17., dicitur Christus; spiritus S., Jac. 4, 5. et in ipso Christo πᾶν πλήρωμα, Col. 1, 19. (ad εὐδόκησε cf. Ps. 68, 18.) 2, 9. — ἐκεῖ, de corpore hominis, quod diabolus obsidere, i. e. in quo efficax esse dicitur, Matth. 12, 45. et Luc. 11, 26. — Satanas dicitur habitare in locis, ubi scelera patrantur, Apoc. 2, 13. — δικαιοσύνη, in locis, ubi iustitia dei probos homines praemiis ornat, 2 Petr. 3, 13. (cf. Jes. 32, 16.) — **2.**, transit., inhabito, incolo, bewohnen; — τί: πάντες οἱ κατοικοῦντες (Ἱερουσαλήμ), Act. 1, 19. 2, 9. 14. 4, 16. 9, 32. 35. 19, 10. 17. Apoc. (12, 12. 14, 6.) 17, 2. (cf. Gen. 13, 7. Ez. 25, 16. Dan. 4, 32.) — metaph., deus dic. templum inhabitare, i. e. semper adesse sacra facientibus, Matth. 23, 21. — Hinc voc. sequens.

Κατοίκησις, εως, ἡ, habitatio, domicilium, Marc. 5, 3. (ἔχειν ἐν τ.) — οἱ ό, Gen. 10, 30. Num. 15, 2.

Κατοικητήριον, ίου, τό, (adi. κατοικητήριος, ία, ιον, a κατοικητήρ; suppl. δῶμα, v. supr. αἰσθητήριον) domicilium, habitaculum, Eph. 2, 22. Apoc. 18, 2.

Κατοικία, ας, ἡ, habitatio, habitaculum, Act. 17, 26. (Polyb. 2, 32, 4.)

Κατοπτρίζομαι, f. ίσομαι, (verb. med. a κάτοπτρον, speculum, et hoc a κατόπτομαι) me ipsum in speculo intueor (Artemid. 2, 7.); — τὴν δόξαν, velut speculum splendorem repercutio, 2 Cor. 3, 18. (vulgo enarrant: velut per speculum intueor, quod esset: obscurius video. Sed hoc alienum esse a mente Pauli, verba ostendunt: ἀνακεκαλυμμένῳ προςώπῳ. Quam vero nos dedimus enarrationem, verba postulant sequentia. Nam sensus est: nos vero aperta facie quem excepimus splendorem domini gloriosi (v. supra δόξα p. 259. κατενώπιον) repercutimus, atque ita eandem imaginem e splendore in splendorem transmutamus s. nos tamquam Christiani Christum ob oculos habemus vitae restitutum, cuius splendore et nunc illustramur ei ex adverso collocati et olim illustrabimur in eius similitudinem transfigurati, ita ut a splendore ad splendorem transeamus.)

Κατόρθωμα, τος, τό, (a κατορθόω, quod deductum a κατά et ὀρθός signif. rectum facio, erigo, stabilio) pl., recte instituta, Act. 24, 3. (Probat Phrynich. verbum κατορθόω, sed nomen illud inde deductum tamquam ἀδόκιμον reiicit. Cui assentitur Lobeckius vocabulum docens veteribus intactum reperiri tantum apud serioris aevi scriptores Dionysium, Diodor., Plut., Polyb., Strabon., Lucianum etc.)

Κάτω, adv., (a κατά) **1.**, deorsum, Matth. 4, 6. (Luc. 4, 9.) Joh. 8, 6. 8. Act. 20, 9. — **2.**, infra, Matth. 27, 51. (ἕως κάτω.) Marc. 14, 66. 15, 38. Act. 2, 19. (oppon. h. l. voci ἄνω.) — ὁ, ἡ, τὸ κάτω, inferior, Joh. 8, 23. (oppon. τὸ ἄνω.) — de serie temporis: ἀπὸ διετοῦς κ. κατωτέρω, a bimulo inde et qui inferiores aetate essent, Matth. 2, 16. (οἱ ὁ, Deut. 28, 43. 32, 22. Ex. 20, 4. — Aelian. V. H. 3, 17. κάτω τοῦ χρόνου.)

Κατώτερος, α, ον, (comparat. τοῦ κάτω, cf. ἀνώτερος, ἐσώτερος, ἐξώτερος, al.); — τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, loci terrae inferiores, loci subterranei, i. e. sepulcrum, Eph. 4, 9. (hebr. תַּחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ, Ps. 139, 15. 86, 13. Deut. 32, 22. Sens.: in coelum non ascendisset, nisi morte pro hominibus oppetita sepultus fuisset, i. e. nisi mortem expertus esset. Urget hoc Paulus, ut doceat, eum, qui post ascensionem in coelum potestatem nactus sit munera dandi, haec munera iis tribuere voluisse, quibus morte suscepta documentum amoris edidisset; cf. Rom. 5, 6 — 9.)

Κατωτέρω, v. κάτω.

Καῦμα, τος, τό, (a καίω, f. καύσω, q. v.) aestus, calor, Apoc. 7, 16. 16, 9. (Xen. Mem. 4, 3, 9.) — Hinc voc. seq.

Καυματίζω, f. ίσω, aestu aduro; — τινά, Apoc. 16, 8. (add. ἐν πυρί.) — pass., Matth. 13, 6. (Marc. 4, 6.) — additur καῦμα μέγα, Apoc. 16, 9. (ad hunc accus. explic. elicias e verbo passivo notionem latiorem accipiendi s. patiendi.)

Καῦσις, εως, ἡ, (a καίω, f. καύσω) exustio, Hebr. 6, 8. (cuius finis tendit ad exustionem; οἱ ό, Jes. 4, 4.)

Καυσόω (ῶ), f. ώσω, concremo, accendo, 2 Petr. 3, 10. 12.

Καύσων, ωνος, ὁ, 1., aestus solis, Matth. 20, 12. (βαστάζειν τὸν κ.) Luc. 12, 55. — 2., Eurus (ventus ab oriente admodum aridus), Jac. 1, 11. (Jon. 4, 8.)

Καυτηριάζω, f. άσω, (a καυτήριον, et hoc a καίω, instrumentum, quo notae, stigmata inurebantur, quo utitur ὁ καυτήρ, das Brenneisen) cauterio noto, notam inuro; — κεκαυτηριασμένοι τὴν ἰδίαν συνείδησιν, i. e. κεκαυτηριασμένην ἔχοντες τὴν ἰδ. συν. (v. καταφθείρω), qui habent mentem conscientia scelerum sauciam, 1 Tim. 4, 2. (al.: qui conscientiam callo obduxerunt, sive qui, si conscientiam spectas, occaluerunt. Illud praestat.)

Καυχάομαι (ῶμαι), 2. praes. καυχᾶσαι (Rom. 2, 17. 23. 1 Cor. 4, 7. quod contr. ex καυχάεσαι, et ἑλληνικῶς dictum apud vett. non reperitur, ideoque a grammaticis reprobatur, v. Lobeck. ad Phryn. p. 360.), att. καυχᾷ (v. supr. κατακαυχάομαι), f. ήσομαι, (a καύχη, iactatio) glorior, *a.*, absol., 1 Cor. 1, 31. 4, 7. 2 Cor. 10, 17. 11, 16. 18. 12, 1. 6. 11. Eph. 2, 9. — *b.*, constr. *aa.*, τὶ (acc. rei), glorior de aliqua re, iacto aliquid, 2 Cor. 9, 2. (ἣν καυχῶμαι ὑπὲρ ὑμῶν, quam iacto, glorians de vobis narro, Μακεδόσιν, Macedonibus, cf. 2 Cor. 7, 14.) 11, 30. (Prov. 27, 1.) — *bb.*, sequentibus praepositt.: ἐν τινι, Rom. 2, 17. 5, 11. 2 Cor. 10, 17. 1 Cor. 1, 31. 3, 21. 2 Thess. 1, 4. Phil. 3, 3. (οἱ ό, 1 Chron. 16, 35. Jerem. 9, 22.) — ἐν τινι, dat. rei, glorior de aliqua re, Rom. 2, 23. 5, 3. 2 Cor. 4, 12. 10, 15. 16. 11, 12. 12, 5. 9. Gal. 6, 13. 14. Jac. 1, 9. — ἐν τινι, ubi ἐν est nostr. bei, Jac. 4, 16. — ἐπί τινι, Rom. 5, 2. (includitur h. l. notio laetandi. Sirac. 30, 2.) — κατὰ τὴν σάρκα, 2 Cor. 11, 18. — περί τινος, 2 Cor. 10, 8. — ὑπέρ τινος (im Betreff), 2 Cor. 7, 14. 12, 5. — ἐνώπιόν τινος, 1 Cor. 1, 29. — Hinc vocab. sequens.

Καύχημα, τος, τό, *a.*, sensu obi., id, de quo gloriari possum, cui inest gloriandi materia, *aa.*, propr., Hebr. 3, 6. (τὸ κ. τῆς ἐλπίδος, spes, quae gloriandi materiam praebet.) — ἔχω καύχημα, gloriari mihi licet (dic. de eo, qui aliquid promeruit pro officio sponte et ultra debitum praestito), Rom. 4, 2. 1 Cor. 9, 16. (οὐκ ἔστι μοι καύχημα.) — τὸ καύχημα ἔχειν εἰς ἑαυτόν, gloriam suam ad semet ipsum restrictam, Gal. 6, 4. — εἰς καύχημα ἐμοί, mihi in gloriam, Phil. 2, 16. — Phil. 1, 26. 1 Cor. 9, 15. — *bb.*, metonym., de homine, quo gloriari licet, 2 Cor. 1, 14. (cf. Judith. 15, 10.) — *b.*, sensu subi., gloriatio, iactatio, 1 Cor. 5, 6. — ὑπέρ τινος, 2 Cor. 5, 12.

Καύχησις, εως, ἡ, (a καυχάομαι) *a.*, gloriatio, 2 Cor. 1, 12. 7, 14. (ἐπί h. l. coram, v. ἐπί.) 11, 10. 1 Thess. 2, 19. (στέφανος καυχήσεως, corona, de qua gloriari possim. Ez. 16, 12. Prov. 16, 31. 1 Chron. 29, 13.) — Jac. 4, 16. 2 Cor. 9, 4. 11, 17. — ὑπέρ τινος, 2 Cor. 8, 24. — *b.*, gloriandi materia: ἔχω καύχησιν, Rom. 15, 17. 1 Cor. 15, 31. (lectio νὴ τὴν ἡμετέραν κ. videtur praeferenda; in utroque loco additur ἐν κυρίῳ, ἐν χριστῷ, i. e. rebus Christi inserviens.) Rom. 3, 27. — οἱ ὁ, Jerem. 12, 13.

Καφαρναούμ, v. Καπερναούμ.

Κεγχρεαί, ῶν, αἱ, Cenchreae, portus Corinthiacus, distans ab urbe 60 stadiis, versus orientem, ubi appellebant ex Asia advecti (Plin. H. N. 4, 4. et Strab. 8, p. 262.), Act. 18, 18. Rom. 16, 1.

Κέδρος, ου, ἡ, hebr. אֶרֶז, cedrus (nomina arborum maximam partem generis sunt feminini), arbor, ligno constans odorifero, quod adhiberi suffimentis solebat (Hom. Od. 18, 1. Aelian. V. H. 5, 6.), Joh. 18, 1. (text. vulg. τῶν κέδρων. Sed legend. cum codd. τοῦ κεδρών [v. κεδρῶν]; memorat Joseph. τὸν χειμάῤῥον κεδρῶνος, Ant. 7, 22.)

Κεδρών, ῶνος, ὁ, torrens prope Hierosolyma oriens et inter vallem eiusdem nominis et oliveti montem in mare mortuum defluens. Nomen obscuri (nam קִדְרוֹן sign. obscurum) ei conciliavit aquae color vel arborum ad ripam consitarum umbra obscurus vel sordibus ex urbe influentibus in nigredinem versus, Joh. 18, 1. (e probabiliori codd. lectione.)

Κεῖμαι, f. κείσομαι, iaceo, **1.**, propr., *a.*, de homine cubante, *aa.*, add. not. loci: de infante, Luc. 2, 12. 16. (ἐν φάτνῃ.) — de sepulto: ὅπου ἔκειτο, Matth. 28, 6. Luc. 23, 53. Joh. 20, 12. 11, 41. (Locos e profanis afferre non attinet, cum ii, in quibus mortuus alicubi iacere dicitur, id dicant, quod nulla lingua aliter potest exprimi, illi vero, in quibus verbum absolute de mortuis dicitur, huc non pertineant.) — *bb.*, absol., de infante, Luc. 2, 34. — de homine in vinculis iacente, Phil. 1, 16. 1 Thess. 3, 3. — *b.*, de rebus, quae immotae aliquod spatium obtegunt; *aa.*, subintell. ἐκεῖ, Luc. 24, 12. Joh. 20, 6. 7. 28, 9. — addit. ἐπί τι, incumbo alicui, 2 Cor. 4, 15. — ἐπάνω τινός (de urbe in monte sita), Matth. 5, 14. — etiam de rebus in aliquo loco collocatis, de quibus nos: stehen, da stehen, v. c. de vasis, Joh. 2, 6. 19, 29. — de solio, Apoc. 4, 2. (Jerem. 24, 1. Jos. 4, 6.) — κεῖσθαι πρός τι, admotum esse alicui, Matth. 3, 10. (Luc. 3, 9.) — *bb.*, absol., de urbe: τετράγωνος κεῖται, Apoc. 21, 16. — de frumentis aliisque rebus alicubi coacervatis, Luc. 12, 19. — de posito fundamento, 1 Cor. 3, 11. — **2.**, metaph., τινί, positus sum, de legibus: 1 Tim. 1, 9. (Aelian. V. H. 2, 7. Xen. Mem. 4, 4, 16.) — tota phrasis metaphorica: ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, 1 Joh. 5, 19. (perperam vertunt: sub potestate diaboli est, quasi diabolus esset

spatium; τῷ πον. est dat. neutr. Sens.: scimus nos deo natos esse, ideoque dum in hoc mundo vivamus, nobis esse cavendum, ne in peccata delabamur, cum ex mundo nihil offeratur, nisi irritamenta malorum.)

Κειρία, ας, ἡ, fascia, qua vel infantes vinciuntur, vel lecti subtenduntur (Schol. ad Aristoph. Av. v. 817. κειρία· εἶδος ζώνης ἐκ σχοινίων, παρεοικὸς ἱμάντι, ᾗ δεσμοῦσι τὰς κλίνας. Cf. Prov. 7, 16.), vel cadavera hominum linteo involuta ligantur, Joh. 11, 44. (al. codd. κηρίαις, quod idem valere ac κειρίαις observat Hesych.)

Κείρω, f. κερῶ, tondeo, rado; — τί, Act. 8, 32. (e Jes. 53, 7.) — med., τὴν κεφαλήν, Act. 18, 18. (cf. Num. 6, 18.) — absol., de tondenda coma capitis, 1 Cor. 11, 6.

Κέλευσμα, τος, τό, (apud Attic. κέλευμα, a κελεύω) iussum, speciat. clamor excitatorius (vel quo animalia excitantur instiganturque ab hominibus, ut equi ab aurigis, canes a venatoribus, vel quo signum datur hominibus, v. c. remigibus a gubernatore navis, Lucian. Tyr. c. 19. militibus a duce, Thuc. 2, 92. Prov. 30, 27.), 1 Thess. 4, 16. (ἐν κελεύσματι, cum classico.)

Κελεύω, f. εύσω, iubeo; — τινά (ποιεῖν τι), Matth. 14, 19. 28. Act. 4, 15. — acc. c. inf. aor., Matth. 18, 25. 27, 58. 64. Luc. 18, 40. Act. 5, 34. 8, 38. 22, 30. 23, 10. 25, 6. 17. — abest acc., Matth. 8, 18. 14, 9. Act. 12, 19. 21, 33. (ita et ap. Graec.) — c. inf. praes. (verbi ἄγω), Act. 21, 34. 22, 24. 23, 10 — (verbi φυλάττεσθαι) v. 35. — (τύπτεσθαι) Act. 23, 3. — (ἔρχεσθαι) 24, 8. — (τηρεῖσθαι) 25, 21. — (κολυμβᾷν) 27, 43. (videtur praesens poni non quod de re durante sermo sit, sed quia in verbo actionis forma spectatur, idque ideo sono effertur, v. c. er befahl, sie sollten schwimmen. Sed ubi potius de re agenda ipsa [de actionis obiecto vel termino] quaeritur, ibi ponitur aoristus. Hinc ἄγεσθαι, Act. 21, 34. 22, 24. ἀχθῆναι, Luc. 18, 40. Hoc discrimen etiam apud Graecos observare licet.) — abest acc., Act. 10, 22. — τινί seq. inf., Matth. 15, 35. (Xen. Cyr. 1, 3, 8.) — absol. (subint. τοῦτο), Act. 25, 23.

Κενοδοξία, ας, ἡ, (a κενόδοξος, q. v.) vana, quam de se quis fovet opinio, vana gloria, Phil. 2, 3. (κατὰ κενοδ., v. κατά.)

Κενόδοξος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex κενός, q. v., et δόξα, q. v.) vanae gloriae cupidus, Gal. 5, 26.

Κενός, ή, όν, vacuus, inanis; 1., propr., de locis, quibus nihil inest (Jud. 7, 16. Gen. 37, 24.). — metaph., vanus: κενοὶ λόγοι, vana verba, Eph. 5, 6. (Ex. 5, 9.) — κενὴ ἀπάτη, Col. 2, 8. (οἱ ὁ, Ex. 5, 9. Mich. 1, 4. 14. Hos. 12, 1.) — ὦ ἄνθρωπε κενέ, Jac. 2, 20. (quod enarrant al.: insipide, al. vacue, i. e. qui fructibus deficit.) — 2., dotis expers; — ἀποστέλλειν et ἐξαποστέλλειν τινὰ κενόν, Luc. 1, 53. (Gen. 31, 42. Deut. 15, 13. 16, 16.) — Marc. 12, 3. (Luc. 20, 10. 11.) cf. Judith. 1, 11. Hom. Il. 2, 298. Od. 10, 42. — 3., de conatu, labore, ex

quo nihil redundat, irritus; — ἡ χάρις, 1 Cor. 15, 10. — κήρυγμα, πίστις, v. 14. — κόπος, v. 58. — ἡ εἴςοδος, 1 Thess. 2, 1. — 4., neutr. κενά, res vanae (μελετᾶν), Act. 4, 25. — εἰς κενόν, in vanum, incassum, 2 Cor. 6, 1. Gal. 2, 2. Phil. 2, 16. 1 Thess. 3, 5. — Jes. 65, 23. Jer. 6, 29.

Κενοφωνία, ας, ἡ, (a κενόφωνος, qui vana loquitur) vana disputatio, s. disputatio de rebus vanis inanibusque, 1 Tim. 6, 10. 2 Tim. 2, 16.

Κενόω (ῶ), f. ώσω, (a κενός) evacuo, exinanio (quae vox lat. legitur in Cic. orat. in L. Pison. c. 40.), inanem (inutilem, irritum) reddo, *a.*, τί, 1 Cor. 9, 15. — pass., Rom. 4, 14. 1 Cor. 1, 17. — vanum reddo (ut mendacium), v. c. τὸ καύχημα, pass., 2 Cor. 9, 3. — *b.*, κενῶσαι ἑαυτόν Christus dicitur, i. e. se humilem fecisse s. gessisse, Phil. 2, 7. (Perperam hoc eo referri voluerunt, quod Christus naturam induerit humanam. Sed huic opinioni cum multa, quae hic in contexta oratione leguntur, tum hoc obstare reperies, quod Paulus Christo ante quam homo natus esset praeexistentiam nullibi tribuerit. Nam de locis Eph. 4, 9. Col. 1, 16. 17. 1 Cor. 8, 6. v. supra sub v. κατώτερος p. 593. et διά p. 207.)

Κέντρον, ου, τό, (nomen instrum., cf. κάτοπτρον) aculeus, *a.*, qualis innatus est avibus nonnullis, aculeus locustarum, Apoc. 9, 10. — de aculeo mortis (venenato scil.), 1 Cor. 15, 55. (cf. Hos. 13, 14.) v. 56. (aculeus, quo letum infertur.) cf. Hos. 5, 12. Ps. 91, 3. — *b.*, stimulus ferreus, quo boves concitantur (ut πλέκτρον et naturale dicitur et arte factum. Schol. ad Arist. Av. 759. πλέκτρα εἰσὶν ἔμβολα χαλκᾶ τὰ ἐμβαλλόμενα τοῖς πλέκτροις τῶν ἀλεκτρυόνων), Act. (9, 5.) 16, 14. (πρὸς κέντρον λακτίζειν, contra stimulum calcitrare, i. e. temere resistere, proverbialis locutio, cf. nostr. wider den Strom schwimmen.) cf. Pind. Pyth. 2, 193. Aeschyl. Agamemn. 633. Eurip. Bacch. 791. Terent. Phorm. 1, 2, 27.

Κεντυρίων, ωνος, ὁ, Centurio, vox origine latina, Marc. 15, 39. 44. 45.

Κενῶς, adv., frustra, temere, Jac. 4, 5. (Jes. 49, 4.)

Κεραία, ας, ἡ, (adi. κέραιος, αία, ον a κέρας, cornu, unde nostr. Horn, corniculum) extremitas, ut insulae (Philostr. Vit. Sophist. 1, 21, 2.), antennae (Nicet. in Andron. Comnen. 2, 4.); de litteris: apex (ut litterarum hebr. ד, ב, כ, ר), Matth. 5, 18. (Luc. 16, 17.) Sens.: ne minima quidem legis pars tolletur. Hoc intelligendum esse de eo legis Mosaicae argumento, quod ad mores spectet, supra monitum est sub v. καταλύω.

Κεραμεύς, εως, ὁ, (a κεράννυμι, unde et κέραμος) figulus, Matth. 27, 7. 10. Rom. 9, 21. (οἱ ὁ, Jes. 29, 16.)

Κεραμικός, ή, όν, (a κέραμος, quod v.) figlinus, fictilis, Apoc. 2, 27. (οἱ ὁ, Dan. 2, 41. — pro κεράμιος, quam formam praestare docuit Lobeck. ad Phryn. p. 147.)

Κεράμιον, ίου, τό, (neutr. adi. κεράμιος, fictilis) propr.,

vas fictile, speciat. amphora, urceus, addit. ὕδατος, hydria, urceus aquarius, Marc. 14, 18. Luc. 22, 10. (οἱ ὁ, Jerem. 35, 5. — Xen. Anab. 5, 9. vel 6, 1, 15. Polyb. 4, 56, 3.)

Κέραμος, ου, ὁ, (a κεράννυμι) argilla, terra figularis, vas fictile; — speciat., tegula, Luc. 5, 19. (Xen. Mem. 3, 1, 7.)

Κεράννυμι (κεραννύω), f. κεράσω, perf. p. κεκέρασμαι, 1., misceo. — 2., infundo ad bibendum; — τινί τι (cf. Jes. 10, 14.), Apoc. 18, 6. — pass., Apoc. 14, 10. (h. l. κεκερασμένος pro usitatiori: κεκεραμένος.

Κέρας, ατος, τό, cf. τὸ ἅλας, (vox affinis voci τὸ κάρα, caput, cf. lat. cranium, hebr. קֶרֶן, quemadmodum cognata sunt vernaculae linguae vocabula: Hirn et Horn) cornu, *a.*, propr., Apoc. 5, 6. 12, 3. 13, 1. 11. 17, 3. 7. 12. 16. — *b.*, trop., extremitas eminens et cornu figuram referens, apex, v. c. altaris, Apoc. 9, 13. (Ex. 29, 18. Levit. 4, 7. 18. 16, 18. Amos. 3, 14. Ps. 118, 27.) — de cornibus aciei: ala, 2 Macc. 15, 20. Xen. Cyr. 2, 2, 24. — κέρας σωτηρίας, cornu, quod saluti est utenti, Luc. 1, 69. (ex hebr., 2 Sam. 22, 3. Ps. 18, 3. metaphora sumta a cornibus, quibus natura acceptis animalia se defendunt, ut v. c. bos dicitur κερατίζειν; v. τοὺς ὁ, Ex. 21, 28. — Quare Lucas construxit cum verbo ἔγειρε, hebr. הֵקִים, i. e. crescere fecit; ἀνέτειλε, Ez. 29, 21. tropo remoto: servatorem nobis nasci iussit. Cf. Sir. 47, 5. 7. 11. Ps. 75, 5. — De nato cogitandum esse, patet ex additis: ἐν οἴκῳ — Δαβίδ; certe his verbis refelluntur, qui τὸ κέρας τὸ σωτηρίας de rupe salutem praestante capiendum putant.)

Κεράτιον, ίου, τό, (diminit. vocabuli κέρας) 1., corniculum. — 2., fructus arboris silvestris (τῆς κερατείας, siliquae, des Johannisbrodbaums, Boxhorns), corniculi speciem referens et dulci sapore praeditus, quo non solum porci saginabantur, sed etiam inferioris conditionis homines alebantur (alias κερατώνια, αἰγύπτια συκῆ), Luc. 15, 16.

Κερδαίνω, f. δανῶ, inf. aor. 1. κερδᾶναι e forma antiquiori ἐκέρδανα, pro qua seriores invexerunt formam ionic. ἐκέρδησα (a κερδάω), v. Lobeck. ad Phryn. p. 740., f. 1. pass. κερδηθήσομαι (coniunct. κερδηθήσωνται, 1 Petr. 3, 1. librariorum errori debetur, leg. κερδηθήσονται), lucror, 1., τί, i. e. *a.*, acquiro, τὸν κόσμον, Matth. 16, 26. (Marc. 8, 36. Luc. 9, 25.) — Matth. 25, 17. 21. 22. (ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς, ad —.) Jac. 4, 13. — Xen. Mem. 2, 9, 4. Aelian. V. H. 2, 19. — *b.*, ubi de incommodo, de damno sermo est: evito, nos: sich etwas ersparen, sich mit etwas verschont erhalten, Act. 27, 21. (ἔδει, scil. ἡμᾶς, κερδῆσαι τὴν ὕβριν ταύτην κ. ζημίαν.) cf. Jos. Ant. 2, 3, 2. Eurip. Cycl. 310. κερδῆσαι ζημίαν, evadere damnum. — 2., τινά, lucror aliquem, i. e. et mihi et virtuti aliquem concilio, Matth. 18, 15. 1 Petr. 3, 1. — ad partes meas traho, 1 Cor. 9, 20 — 22. — χριστόν, Christum nanciscor evergetam, Phil. 3, 8.

Κέρδος, εος (ους), τό, lucrum, Gewinn, Phil. 1, 21. Tit. 1, 11. — pl., Phil. 3, 7. (Aelian. V. H. 2, 10.)

Κέρμα, τος, τό, (a κείρω, incido, in frusta concido) nummuli, nummi minuti (Scheidemünze), qui permutabantur nummis maioribus (v. κερματιστής), Joh. 2, 15. (nummi ad permutandum appositi.)

Κερματιστής, οῦ, ὁ, (a κερματίζω) nummularius, argentarius, Joh. 2, 14. (Nummularii in atrio templi sedebant, ut iis praesto essent, qui tributum templo soluturi [constat ex Ex. 30, 13 — 15. a quovis Judaeo in singulos annos solvendum fuisse dimidium sicli] nummos graecos vel romanos iudaicis permutari vellent.)

Κεφάλαιον, ου, τό, (neutr. adi. κεφάλαιος, αία, αιον a κεφαλή, ad caput pertinens) **1.**, id, quod summum est, Hebr. 8, 1. (ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, in iis, vel ad ea, quae dicimus; κεφάλαιον accusat. per appositionem; al.: summa, i. e. epitome eorum, quae dicimus. Sed auctor nondum in eo est, ut, quae dixerit, summatim comprehendat. Accedere autem eum ad aliquid, quod summum sit, et in quo cardo rei vertatur, eumque id ipsum dicere, non mirum est, cum verbis mentem suam declaraverit his: ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα.) — **2.**, summa pecuniae, quae computando efficitur (cf. Sirac. 35, 8.). Hinc: summa pecuniae (eine Summe), Act. 22, 28. (ἐκτησάμην — πολλοῦ κεφαλαίου, multa pecunia mihi comparavi. De genitivo comitante verba emendi, vendendi v. grammaticos.) Hinc verb. seq.

Κεφαλαιόω (ῶ), **1.**, in capita, in summam redigo (Thuc. 8, 53. Herodot. 3, 159.). — **2.**, sicut γναθόω a γνάθος est: εἰς γνάθους τύπτω, in malas caedo, et γαστρίζω a γαστήρ idem est, quod γαστέρα τύπτω (Aristoph. Equit. v. 273. ὑφ' ὧν θηρίων γαστρίζομαι, quod enarrat Schol.: εἰς γαστέρα τύπτομαι, cf. Diog. Laërt. 7, 172.), ita κεφαλαιοῦν significare potest, quod latine dicitur: vulnerare caput. Atque hunc sensum habet Marc. 12, 4.

Κεφαλή, ῆς, ἡ, **1.**, caput, *a.*, propr., Matth. 5, 36. 6, 17. 10, 30. 14, 8. 11. (Marc. 6, 24. 25. 27. 28.) 26, 7. (Marc. 14, 3.) 27, 29. 30. 37. 39. (Marc. 15, 19. 29.) Luc. 7, 38. 44. 46. Joh. 9, 2. 13, 9. 19, 30. 20, 7. 12. Act. 18, 18. 1 Cor. 11, 4. 7. 10. 12, 21. Apoc. 1, 14. 4, 4. al. — de capite animalium: Apoc. 9, 7. 17. 19. al. — κλίνειν που τὴν κ., de somnum capientibus, Matth. 8, 20. (Luc. 9, 58.) — κλίνειν τ. κ., de moribundis, Joh. 19, 30. — ἐπαίρειν τὴν κ., de animum recipiente, Luc. 21, 28. — de locutione gnomica Rom. 12, 20. v. supr. ἄνθραξ. — τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κ. ὑμῶν scil. ἐρχέσθω, scelus vestrum vobis ipsis imputetur (ex hebr.), Act. 18, 6. cf. 2 Sam. 1, 16. 1 Reg. 2, 32. 33. 37. Jud. 9, 57. 1 Sam. 25, 39. 2 Sam. 3, 29. Hab. 3, 13. Ez. 9, 10. 11, 21. v. supr. αἷμα. (Caput enim est sedes vitae, hinc: capitis damnare, capite plectere, ita dici pro: mortis damnare, morte afficere, ut poena supplicii a capite sumi solet.) — *b.*, metaph., caput, *aa.*, de pers., dominus, τινός

(de marito uxoris), 1 Cor. 11, 3. Eph. 5, 23. — Christus ἡ κ. τοῦ ἀνδρός, 1 Cor. 11, 3. (ibid. deus ἡ κ. χριστοῦ.) — ἡ κεφαλή scil. τῆς ἐκκλησίας, Eph. 4, 15. Act. 5, 23. — τοῦ σώματος τῆς ἐκκλ., Col. 1, 18. 2, 19. — ἡ κεφ. πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, Col. 2, 10. — ita Judic. 11, 11. 2 Sam. 22, 44. — *bb*, κεφαλὴ γωνίας, lapis angularis, quo aedificium sustinetur (der Oberstein der Ecke), Matth. 21, 42. (Marc. 12, 10. Luc. 20, 17.) Act. 4, 11. 1 Petr. 2, 7. (coll. Ps. 118, 22. v. supr. ἀκρογωνιαῖος.)

Κεφαλίς, ίδος, ἡ, (diminut. nominis κεφαλή) capitulum, etiam id, quod capitis formam refert; — trop., κεφαλὶς βιβλίου, quod apud profanos non occurrit, sed apud τοὺς ό, Hebr. 10, 7. (Ps. 40, 8. בִּמְגִלַּת־סֵפֶר, ut Ez. 2, 9. — abest βιβλίου, c. 3, 1. 2. Esdr. 6, 2.) Unde hoc nomen ad libros translatum? *a.*, e plurimorum sententia: a cylindrorum, quibus librorum membranae circumvolutae erant, extrema parte (v. supr. γράφω) figuris inscripta, quae capitum formas referebant. (Sed si plura capitella inscripta erant, vix inde liber nomen sortiri potuit κεφαλίδος.) — Alii *b.*, inde derivant, quod nostri graeco vocabulo immiscuerint notionem hebraici כָּפַל, quasi κεφαλίς idem esset, quod διπλούμενον, complicatum, convolutum. At sic confudisse Alexandrinos vocabula utriusque linguae, non vero simile est. — Videtur potius *c.*, subiacere tributa voci κεφαλῆς significatio; κεφαλή et τὸ κεφάλαιον cum dicatur summa argumenti et epitome; quidni vocabulum illud ad commentarios, ad summaria et ad epistolas (epistolam Alex. intellexisse videtur Ps. 40, 8.) transferri potuerit? Caeterum e scriptorum apparatu habemus etiam alia voc. diminutiva, v. c. πινακίς, γραφίς, quorum illa vox formam imitata est.

Κημόω (ῶ), f. ώσω, (a κημός, capistrum, camus, fiscella, Ps. 32, 9.) capistro os obturo, camo freno, i. q. φιμόω, 1 Cor. 9, 9. (κημώσεις in codd. pro φιμώσεις, e Deut. 25, 4. ubi οἱ ό· φιμώσεις, quod expressum etiam leg. 1 Tim. 5, 19.)

Κῆνσος, ου, ὁ, vox lat. census (apud Romanos: descriptio et aestimatio bonorum ac facultatum, ad quam tributa solvebantur, nec non relatio nominum, generis, habitationis singulorum civium in tabulas publicas, cf. ἀπογραφή); apud scriptores N. T.: tributum in capita singula imperatum et quotannis solvendum (i. q. φόρος κεφαλικός. Hesych. κῆνσος· εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον, i. e. Kopfsteuer), Matth. 17, 25. 22, 17. (Marc. 12, 14.) v. 19. τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου, nummus, quo tributum solvitur.

Κῆπος, ου, ὁ, hortus (oleribus et arboribus consitus, Hom. Od. 4, 737. 7, 129.), Luc. 13, 19. Joh. 18, 1. 26. 19, 41. (Xen. Oecon. 4, 13.)

Κηπουρός, οῦ, ὁ, (s. κηπωρός, ex κῆπος, q. v., et οὖρος, custos, cf. θυρωρός) olitor, hortulanus, Joh. 20, 13.

Κηρίον, ου, τό, (a κηρός, cera) favus, Wachskuchen der Bienen; — κηρίον μελίσσιον, favus apiarius (cui adhuc inest mel),

Luc. 24, 42. (οἱ ὁ, 1 Sam. 14, 27. Prov. 16, 24. 24, 13. Aelian. V. H. 12, 45. Xen. Anab. 4, 8, 20.)

Κήρυγμα, τος, τό, (a κηρύσσω) apud Graec. edictum per praeconem promulgatum, Xen. Cyr. 4, 5, 18. praedicatio per praeconem, Dem. 917, 24 — In V. T. adhortatio ad populum nomine dei per prophetam facta: τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, Matth. 12, 41. et Luc. 11, 32. (cf. Jon. 3, 4.) In N. T. praedicatio Jesu Messiae cum exhortationibus et promissionibus coniuncta, Rom. 16, 25. — κήρυγμα simpliciter, 1 Cor. 1, 21. 2 Tim. 4, 17. 1 Cor. 2, 4. 15, 14. (h. l. observa, quid complexum sit illud κήρυγμα argumenti.) Tit. 1, 3.

Κήρυξ, υκος, ὁ, (v. κηρύσσω) praeco, caduccator (Xen. Cyr. 2, 1, 31.), orator deorum, regum, principum (Dan. 3, 4. Sirac. 20, 14. Hom. Od. 8, 474. Pind. Nem. 4, 120. Diod. Sic. 18, 8.), in N. T. hoc nomen transfertur ad prophetas, populum dei auctoritate ad emendationem cohortantes, v. c. ad Noachum, 2 Petr. 2, 3. vid. κήρυγμα; et dicitur de apostolis, agnitionem Messiae poscentibus, 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11.

Κηρύσσω, ττω, f. ξω, (hebr. קָרָא, videtur esse referendum inter nomina ὀνοματοπεποιημένα, ap. Homer. de iis, qui populum ad conventum convocant, Il. 2, 438. aut ad pugnam, v. 440.) praeconem ago, publice acclamo aliis voces, quibus attendendum et obsequendum est; **1.**, universe: clamo, rufen, Apoc. 5, 2. (Joël. 2, 1.) — **2.**, τί, i. e. *a.*, publice aliquid annuntio, quod alii sciant (etwas ausrufen), Matth. 10, 27. (Luc. 12, 3.) — τινί τι, Luc. 4, 18. 19. — τί, sc. popularibus, notum facio: τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλ., Matth. 4, 23. (Marc. 1, 14.) Marc. 16, 15. — τὸ εὐαγγ. simpliciter, Gal. 2, 2. — τὸ εὐαγγ. τοῦ θεοῦ, 1 Thess. 2, 9. — pass., Matth. 24, 14. (Marc. 13, 10.) 26, 13. (Marc. 14, 9.) Col. 1, 23. — τὸν λόγον, 2 Tim. 4, 2. — τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, Rom. 10, 8. — τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ, i. e. prope abfuturum annuntio, et alios ut saluti suae consulant, moneo, Luc. 8, 1. 9, 2. Act. 20, 25. 28, 31. — vel τινά τινι, i. e. aliquem annuntio, quem alii norint, ut sciant, quid ipsis agendum sit, v. c. χριστόν, seu τὸν Ἰησοῦν, Act. 8, 5. 19, 13. Phil. 1, 15. 1 Cor. 1, 23. 2 Cor. 4, 6. 11, 4. — pass., ὁ κηρυχθεὶς διά τ., 2 Cor. 1, 19. 1 Tim. 3, 16. — additur per epexegesin: ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τ. θεοῦ, Act. 9, 20 — ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, 1 Cor. 15, 12. (h. l. χριστός coniunct. c. passivo per attractionem) — Μωϋσῆν κηρύσσειν, quid Moses velit, tenendumque praecipiat, exponere, Act. 15, 21. — *b.*, τί, publice aliquid commendo (suscipiendum); — βάπτισμα μετανοίας, Marc. 1, 4. (Luc. 3, 3.) cf. Luc. 24, 47. Act. 10, 37. Gal. 5, 11. — *c.*, τί, i. e. palam praedico aliquid, quod factum est; divulgo, celebro (nos: ausposaunen), Marc. 1, 45. (τὸν λόγον, et iunct. cum verbo διαφημίζειν.) 7, 36. — **3.**, constr. τινί cum coniunct. ὅτι, missi praeconis instar indico, Act. 10, 42. — seq. interrog. indir., Marc. 5, 20. et Luc. 8, 39. (ὅσα ἐποίησεν,

quae fecerit; ergo κηρύσσω h. l. celebro, palam praedico.) — seq. λέγων cum orat. dir., Marc. 1, 7. Matth. 10, 7. — κηρύσσειν κ. λέγειν seq. orat. dir., Matth. 3, 1. 2. 4, 17. — seq. ἵνα, Marc. 6, 13. (v. sub ἵνα n. 2. *b.*, *bb.*, *β.* p. 532. quod noli vertere: eo fine, ut. Nam ἵνα pertinet ad argumentum τοῦ κηρύσσειν.) — 4., κηρύσσειν simpliciter (absque casu obi.), publice docentibus tributum, quorum quale fuerit praeconium et ad quid spectaverit, auctor narrationis iam alibi indicavit; — de Jesu, Matth. 11, 1. Marc. 1, 38. 39. (Luc. 4, 44.) 3, 14. 6, 12. 16, 20. — ὁ κηρύσσων, qui id, cui fides habeatur, annuntiat (speciatim intellig. ὁ τὸν χριστὸν κηρύσσων), Rom. 10, 14. 15. (h. l. diserte docetur non posse κηρύσσειν, nisi qui missus fuerit.) — addit. οὕτως, 1 Cor. 15, 11. — τινί, 1 Petr. 3, 19. (alludere h. l. videtur auctor ad Ez. 11, 24. coll. 1, 1. ἤγαγέ με εἰς τ. αἰχμαλωσίαν-ἐν πνεύματι θεοῦ, ut 1 Petr 3, 20. allusit ad arcam, quae Noachi tempore paucis quibusdam salutem concesserit. Sed huic versui vix afferetur medicina, nisi pro ποτέ, ὅτε legatur: ὡς ὅτε.) 1 Cor. 9, 27.

Κῆτος, εος (ους), τό, cetus, balaena, bellua marina, Matth. 12, 40. (Jon. 2, 1. ubi οἱ ὁ· κήτει μεγάλῳ.) — Gen. 1, 21. Hom. Od. 4, 446.

Κιβωτός, οῦ, ἡ, arca lignea, dicitur *a.*, de arca foederis, Hebr. 9, 4. Apoc. 11, 19. (Ex. 25, 10.) — *b.*, de arca Noachi (Gen. 6, 14 — 19. 7, 1. 7.), Matth. 24, 38. (Luc. 17, 27.) Hebr. 11, 7. 1 Petr. 3, 20. — Aelian. V. H. 9, 13. 4 Macc. 15, 31.

Κιθάρα, ας, ἡ, cithara, 1 Cor. 14, 7. Apoc. 5, 8. 14, 2. 15, 2. κιθάρας τοῦ θεοῦ, i. e. quibus laudes dei canuntur. — οἱ ὁ, Gen. 31, 27. Job. 21, 12. 30, 31. (כִּנּוֹר, quod alibi vertunt: κινύρα, ut 1 Sam. 10, 5.) Jos. Ant. 7, 12, 3. ἡ μὲν κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλέκτρῳ.

Κιθαρίζω, f. ίσω, citharam pulso, Apoc. 14, 2. (οἱ ὁ, Jes. 23, 16. Hom. Il. 18, 570.) — pass. τὸ κιθαριζόμενον, quod cithara canitur, 1 Cor. 14, 7.

Κιθαρῳδός, οῦ, ὁ, (ex κιθάρα et ἀοιδός, cantor) citharoedus, qui citharam pulsat et voce sua succinit, Act. 14, 2. 18, 22. (Aelian. V. H. 4, 2. — Aristoph. Vesp. 1318. κιθαραοιδότατος.) Varro de Re Rust. 2, 1, 3.: non omnes, qui habent citharam, sunt citharoedi.

Κιλικία, ας, ἡ, Cilicia, provincia Asiae minoris, ad septentrionem Cappadociam, Lycaoniam et Isauriam, ad meridiem mare mediterraneum, ad orientem Syriam, ad occidentem Pamphiliam habens. Occidentalis eius pars dici solet ἡ τραχεῖα, aspera, orientalis contra πέδιος, campestris. Metropolis eius, Tarsus (nunc Hama dicta), Pauli fuit patria, Act. 6, 9. 15, 23. 41. 21, 39. 22, 3. 23, 34. 27, 5. Gal. 1, 21.

Κινάμωμον (vel κιννάμωμον), ου, τό, (hebr. קִנָּמוֹן, Ex. 30, 23. Cant. 4, 14. unde graecum nomen κίνναμον ortum videtur.

Cf. Herodot. 3, 111. ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν ταῦτα τὰ κάρφεα, τὰ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες κινάμωμον καλέομεν; addiderunt Graeci voc. ἄμωμον, quod v. supr.) cinnamomum, Zimmet (cortex aromaticus arboris Lauri Cinnamomi, nascentis in Arabia, Aethiopia, Syria, India, maxime in insula Ceylon et in montibus Malabaricis, de quo vid. Plin. H. N. 12, 19.), Apoc. 18, 13.

Κινδυνεύω, f. εύσω, (a κίνδυνος, q. v.) periclitor, in periculo versor, Luc. 8, 23. 1 Cor. 15, 30. — τοῦτο τὸ μέρος κινδυνεύει εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, huic opificio imminet, ut in contemtum abeat, Act. 19, 27. (nam κινδυνεύει non est h. l. impersonaliter dictum, etsi Latini dicunt: periculum est, ne cett.) — κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι, periculum est, ne accusemur, v. 40.

Κίνδυνος, ου, ὁ, periculum; — pl., Rom. 8, 35. 2 Cor. 11, 26. (additi h. l. genitivi id indicant, a quo periculum venit.)

Κινέω (ῶ), f. ήσω, moveo, 1., propr., *a.*, absol.; — pass., Act. 17, 28. (Gen. 7, 21. Xen. Mem. 1, 1, 14.) — *b.*, τί; — τὰς κεφαλάς, Matth. 27, 39. (Marc. 15, 29.) e Ps. 22, 8. — Matth. 23, 4. — ἐκ τοῦ τόπου, Apoc. 2, 5. — plur. pass., 6, 14. (coll. Jes. 41, 7.) — 2., metaph., excito; — στάσιν, tumultum, Act. 24, 5. — τὴν πόλιν, perturbo, pass., Act. 21, 30. Hinc voc. seq.

Κίνησις, εως, ἡ, commotio, motus, Joh. 5, 3. (Xen. de Venat. 10, 12.)

Κλάδος, ου, ὁ, (a κλάω) ramus, Matth. 24, 32. (Marc. 13, 28.) — pl., Matth. 13, 32. (Marc. 4, 32. Luc. 13, 19.) 21, 8. — in oratione parabolica: rami oleae, qui ab eius radice distinguuntur. Ut per radicem maiores populi iudaici, ita per ramos intelliguntur illorum posteri, Rom. 11, 16. 17. 18. 19. 21. (scribunt vulgo h. l. ramos metaphorice dici pro subole. Sed quod h. l. legitur, non est metaphora, verum parabola. Sens.: si arboris cuiusdam radici ea natura est, ut sancta dici debeat; profecto sancti etiam erunt arboris rami. Atqui haec arbor, cui tu, homo pagane, ipse insertus es, est gens iudaica etc.)

Κλάζω, v. κλάω.

Κλαίω, f. κλαύσω (Luc. 6, 25. Joh. 16, 20. 18, 9. ut Theocrit. Id. 23, 24.) pro κλαύσομαι, aor. 1. ἔκλαυσα, ploro, fleo, lacrimor; *a.*, absol., Marc. 16, 10. Joh. 11, 31. Luc. 7, 13. 38. Joh. 20, 11. 13. 15. Act. 9, 39. 21, 13. Apoc. 18, 19. — πολλά, Apoc. 5, 4. — πικρῶς, Matth. 26, 75. (Luc. 22, 62. aliter Marc. 14, 72.) — commemoratur doloris ac moestitiae signum pro re signata (i. e. pro dolore ac moestitia), Luc. 6, 21. 25. (oppon. γελᾷν.) Joh. 16, 20. Rom. 12, 15. (oppon. χαίρειν.) Phil. 3, 18. 1 Cor. 7, 30. Jac. 4, 9. 5, 1. Apoc. 18, 11. 15. — de iis, qui ad naenias plorant, Luc. 7, 32. Marc. 5, 38. 39. (Luc. 8, 52.) — *b.*, τινά, deploro, defleo aliquem, Apoc. 18, 9. Matth. 2, 18. (1 Macc. 9, 20. Xen. Cyr. 5, 2, 32. Aelian. V. H. 6, 1.) — *c.*, ἐπί τινι, fleo de aliquo, Luc. 19, 41. — ἐπί τινα, 23,

28. (accus. sic explicandus: lacrimas effundite in vosmet ipsas, lasst eure Thränen auf euch selbst fallen, weihet eure Thränen euch selbst.)

Κλάσις, εως, ἡ, (a κλάω) fractio; — τοῦ ἄρτου, Luc. 24, 35. (ἐν, bei, v. ἐν p. 381.) Act. 2, 42.

Κλάσμα, τος, τό, (a κλάω) fragmentum, frustum; — pl., Matth. 14, 20. (Marc. 6, 43. Luc. 9, 17.) 15, 37. (Marc. 8, 8. 19. 20.) Joh. 6, 12. 13. — οἱ ό, Levit. 2, 6. Jud. 9, 53. Ez. 13, 19. Xen. Venat. 10, 5.

Κλαυθμός, οῦ, ὁ, (a κλαίω, perf. p., i. q. κλαυσμός, v. supr. βαθμός) fletus, ploratus, Matth. 2, 18. 13, 42. 50. 22, 13. 24, 51. 25, 30. Luc. 13, 28. Act. 20, 37. (οἱ ό, 1 Sam. 13, 36. Ps. 6, 8.)

Κλάω, f. άσω, frango, Matth. 14, 19. (Marc. 6, 41. et Luc. 9, 16. κατέκλασε.) 15, 36. (Marc. 8, 6.) 26, 26. (Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 1 Cor. 11, 24.) Act. 2, 46. 20, 7. 11. 27, 35. 1 Cor. 10, 16. — ἄρτους εἴς τινας, in usum aliquorum, s. panes, qui aliquibus distribuantur, Marc. 8, 19. (cf. Jes. 58, 7.) — metaph., κλᾶσαι τὸ σῶμα, i. e. corpus interficere, 1 Cor. 11, 24.

Κλείς, δός, acc. κλεῖδα et κλεῖν, acc. plur. κλεῖδας et κλεῖς (Matth. 16, 19. Apoc. 1, 18. 3, 7.), clavis; *a.*, ἔχειν vel διδόναι τινὶ τὴν κλεῖδα τινός, clavem, qua aut aperiatur, aut occludatur aliquid; — τοῦ φρέατος, putei aperiundi s. reserandi, Apoc. 9, 1. (coll. v. 2.) occludendi, Apoc. 20, 1. — τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου, Apoc. 1, 18. (reserandi scil.) — τῆς γνώσεως, potestas s. facultas ad cognitionem perducendi, Luc. 11, 52. (pro quo Matth. 23, 14. ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, e minus apta textus Lucae mutatione. Nam quae sequuntur verba: ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰςέρχεσθε, tantum ad textum originarium, quem Lucas exhibuit, i. e. ad verba: ἤρατε τὴν κλεῖδα, quadrant, non autem ad verba Matthaei: ὅτι κλείετε cett.) — τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, potestas aditum ad regnum coeleste dandi et praecludendi, Matth. 16, 19. (sens.: ut tu me esse filium dei cognovisti, ita hanc de me sententiam tenens potestatem habebis et aperiendi aliis regni coelestis et occludendi. Occludes scil. iis, qui ab agnitione mei abhorrent.) — *b.*, τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβίδ, quam Davides tradit, i. e. qua aditus ad regem Messiam vel aperitur vel praecluditur, Apoc. 3, 7.

Κλείω, f. είσω, perf. p. κέκλεισμαι, aor. 1. p. ἐκλείσθην, claudo, occludo; — τί, *a.*, propr., τὴν θύραν, Matth. 6, 6. — pass., Matth. 25, 10. Luc. 11, 7. Joh. 20, 19. 26. Act. 21, 30. — Act. 5, 23. Apoc. 21, 25. — *b.*, metaph., *aa.*, in imaginibus Apoc.: τὸν δράκοντα, Apoc. 20, 3. — *bb.*, de coelo clauso, i. e. pluviam denegante, Luc. 4, 25. Apoc. 11, 6. — *cc.*, τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπό τινος (i. e. claudere misericordiam, ut sit instar rei ab aliquo remotae. Cf. φυλάσσεσθαι ἀπό τινος), 1 Joh. 3, 17. — *dd.*, τὴν βασιλ. τῶν οὐρανῶν, praecludo aditum ad regnum div., Matth. 23, 13. Apoc. 3, 7. 8.

Κλέμμα, τος, τό, (a κλέπτω, perf. p., cf. βλέμμα) furtum, i. e. furto abreptum (Xen. Oecon. 14, 5.); — plur., furta commissa, i. q. κλοπαί, Apoc. 9, 21. (οἱ ὁ, Ex. 22, 2. 3. Dem. 236, 2.)

Κλέος, ους, τό, (a καλέω; a κλέος vero deriv. κλέω, fama divulgo, laudo) gloria, laus (Hom. Il. 5, 3.), 1 Petr. 2, 20. — οἱ ὁ, Job. 28, 22.

Κλέπτης, ου, ὁ, (a κλέπτω) fur, Matth. 6, 19. 20. (Luc. 18, 33.) 24, 43. (Luc. 12, 33. 39.) Joh. 10, 1. 10. Joh. 12, 6. 1 Cor. 6, 19. 1 Petr. 4, 15. — qui pecuniam intervertit, peculator, Joh. 12, 6. — ἔρχεσθαι ὡς κλ. ἐν νυκτί, i. e. venire nemine animadvertente, 1 Thess. 5, 2. 4. 2 Petr. 3, 10. Apoc. 3, 3. 10. 12. 16, 15. — transfertur hoc nomen ad falsos doctores, quorum non alios interest docere, sed hominum fiducia in suum lucrum abuti, Joh. 10, 8. (cf. Jerem. 23, 36. — Deut. 24, 7. Hos. 7, 1.)

Κλέπτω, f. ψω, (cognat. verbo καλύπτω, cf. lat.: clam) furor; *a.*, absol., stehlen, Matth. 6, 19. 20. 19, 18. (Marc. 10, 19. Luc. 18, 20.) Joh. 10, 10. Rom. 2, 21. 13, 9. Eph. 4, 28. (Xen. Mem. 4, 2, 15. Cyr. 1, 2, 2.) — *b.*, τινά, furtim aufero, clam subduco, Matth. 27, 44. 28, 13. (οἱ ὁ, 2 Sam. 19, 42. Xen. Anab. 4, 1, 14.)

Κλῆμα, ατος, τό, (a κλάω, q. v.) ramus (Ez. 17, 23. Mal. 4, 1.), speciatim ramus vitis, palmes, Joh. 15, 2. 4. 6. — plur., v. 5. — οἱ ὁ, Ez. 15, 2. 17, 6. 7. Joël. 1, 7. Xen. Oecon. 19, 8.

Κληρονομέω (ῶ), f. ήσω, (a κληρονόμος, q. v., cf. οἰκονόμος) **1.**, sortem accipio (vel sorte accipio); — τί (observat Phrynichus, veteres dixisse κληρον. τινός, v. Phryn. ed. Lob. p. 129.), Num. 26, 53. 33, 54. hebr. נָחַל. Additur saepius חֵלֶק, μερίδα, portionem. — Hinc **2.**, partem mihi destinatam accipio, proprium (quod possideam) accipio; maxime sic dicitur in V. T., ubi sermo est de occupanda ab Israëlitis terra Canaanitica, e. g. Num. 32, 18. 19. 30. (vel de tota terra toti populo vel de parte aliqua singulis hominibus tribubusve tribuenda, Num. 18, 20. 23. 24. κληρονομεῖν τὴν γῆν vel κληρονομεῖν τι, μερίδα τινὰ ἐν τῇ γῇ.) Ut phrasin eandem exhibent, ita eandem rem respiciunt loci N. T. sequentes: κληρον. τὴν γῆν, Matth. 5, 5. (cf. Num. 33, 54. Ps. 37, 9. 11.) — ζωὴν αἰώνιον, Matth. 19, 30. (Marc. 10, 17. Luc. 18, 18.) Luc. 10, 25. — τὴν βασιλείαν, 25, 34. 1 Cor. 6, 9. 10. 15, 50. Gal. 5, 21. — σωτηρίαν, Hebr. 1, 14. — τὰς ἐπαγγελίας, 6, 12. — πάντα, Apoc. 21, 7. i. e. participem fieri, consequi. — Et ut verbum hebr. etiam de aliis rebus dicitur, quas quis possidet aut possessurus est, v. c. δόξαν, Prov. 3, 35. — τὰ μαρτύρια, Ps. 119, 111., ita et κληρον. ὄνομα leg. Hebr. 1, 4. — **3.**, Quia sorte distribui solebat etiam haereditas, κληρον. interdum est: haereditate accipio, Gal. 4, 30. (Gen. 15, 4. 21, 10. Num. 27, 11.) — τὴν εὐλογίαν, Hebr. 12, 17. 1 Petr. 3, 9. cf. Rom.

8, 17. Gal. 4, 7. (Seriores Graeci: κληρον. τὸν ἀποθανόντα, Artemid. 1, 79. 177. τὸν πατέρα, Alciphr. I. ep. 39.)

Κληρονομία, ας, ἡ, (a κληρονόμος) **1.**, haereditas, bonum haereditate acceptum vel accipiendum, Matth. 11, 38. (Marc. 12, 7. Luc. 20, 14.) Luc. 12, 13. — **2.**, bona, quae alicui possidenda traduntur, Eigenthum (v. κληρονομέω n. 2.), Act. 7, 5. Hebr. 11, 8. (נַחֲלָה, Deut. 4, 38.) — ab agris terrae Canaaniticae populo Israëlitico promissis et traditis transfertur ad bona in regno div. obtinenda, Gal. 3, 18. Eph. 1, 14. 5, 5. Col. 3, 24. Hebr. 9, 15. 1 Petr. 1, 4. Act. 20, 32. — τοῦ θεοῦ, bona, quae deus tribuet, Eph. 1, 18. (der lichtglanzvolle Reichthum, an welchem von ihm Antheil gegeben wird unter den Heiligen.)

Κληρονόμος, ου, ὁ, (ex κλῆρος, sors, et νέμω, tribuo, dispertior) qui sorte accipit, ergo **1.**, haeres, Matth. 21, 38. (Marc. 12, 7. Luc. 20, 14.) Gal. 4, 1. (Aelian. V. H. 13, 11.) — θεοῦ, haeres dei, i. e. bonorum, quae deus possidet, Rom. 8, 17. Gal. 4, 7. haeredes erunt, qui filii sunt. Hinc etiam Hebr. 1, 2. vid. κληρονομέω sub n. 3. et κληρονομία sub n. 1. — τοῦ Ἀβραάμ, 3, 29. — **2.**, possessor alicuius rei; — τοῦ κόσμου, Rom. 4, 13. 14. — ζωῆς αἰωνίου, Tit. 3, 7. — Hebr. 6, 17. 11, 7. Jac. 2, 5. — v. κληρονομέω sub n. 2.

Κλῆρος, ου, ὁ, (a κλάω, frango) **1.**, frustulum ligni, quod signum sortis sit, sors; — βάλλειν κλῆρ., Matth. 27, 35. (Marc. 15, 24. Luc. 23, 34. Joh. 19, 24.) Act. 1, 26. (sortes apud antiquos non e vase extrahebantur, sed ex agitato eiiciebantur, Ez. 24, 6. Jon. 1, 7. Ps. 22, 18. — Hom. Il. 3, 316.) — λαγχάνω τὸν κλῆρον τῆς διακονίας, sortior munus, accipio sortem, qua mihi demandatur munus, Act. 1, 17. — λαβεῖν τ. κλ. τῆς διακ., Act. 1, 25. — **2.**, id, quod sorte tribuitur, pars (cf. Aelian. V. H. 6, 1. 12, 61.); — ἔστι μοι κλῆρος ἔν τινι, participo aliquid, Act. 8, 21. — λαβεῖν τὸν κλ. ἔν τισι, inter aliquos, Act. 26, 18. — ὁ κλῆρος τῶν ἁγίων, felicitas, quae sanctis apud deum contingit, Col. 1, 12. cf. Eph. 1, 18. Matth. 5, 8. Act. 26, 18. (Sap. 5, 5.) — **3.**, οἱ κλῆροι, coetus Christiani, quorum gubernandorum officium contigit, 1 Petr. 5, 3. — Hinc voc. seq.

Κληρόω (ῶ), f. ώσω, sorte assigno alicui; — pass., sorte legor, hinc omnino: eligor, Eph. 1, 11. (ἐν αὐτῷ, scil. τῷ χριστῷ, simul cum Christo vitae restituto; ἐν denotat connexum, v. supra ἐν p. 377. Sens.: dum Christum e mortuis revocabat, quem rebus humanis praeficeret, simul aeternam nobis ipsis felicitatem destinavit. Sequitur v. 12. εἰς τὸ εἶναι etc.)

Κλῆσις, εως, ἡ, (a καλέω) vocatio, invitatio; *a.*, universe: ἡ κλῆσις τοῦ θεοῦ, i. e. si cui deus bona destinat, Rom. 11, 29. — *b.*, In N. T. dicitur deus invitasse homines, scil. ad felicitatem olim in regno coelesti futuram; — ἡ ἄνω κλῆσις τοῦ θεοῦ ἐν χριστῷ, invitatio ad loca supera, i. e. ad felicitatem coelestem, cuius (invitationis) deus significationem esse voluit resurrectionem Christi,

Phil. 3, 14. — ἡ ἐπουράνιος κλῆσις, Hebr. 3, 1. — (τίς ἐστιν) ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως (αὐτοῦ), i. e. quam spem s. cuius felicitatis spem praebeat), Eph. 1, 18. — *c.*, Vocati s. invitati dicuntur Christiani, scil. tum, cum nuntius de Christo in coelos evecto ad eos afferretur: ἡ κλῆσις ὑμῶν (genit. obi.), i. e. ratio, qua vos ad felicitatem regni coelestis invitati et coetui eorum, quibus eius sperandae ius est, adscripti estis, 1 Cor. 1, 26. et dicitur ἡ κλῆσις modo actio invitandi, i. e. institutum dei, ut beneficia per Christum obtinenda hominibus offerrentur; — καλεῖν κλήσει ἁγίᾳ, i. e. invitatione augusta, 2 Tim. 1, 9. — modo praevalente cogitatione bonorum, ad quorum usum Christiani invitati sunt: τῆς κλ. ἧς (pro ᾗ per attract.) ἐκλήθητε, Eph. 4, 1. — modo ita, ut per metonym. intelligantur ea bona ipsa, 2 Thess. 1, 11. — modo denique ἡ κλῆσις commemoratur, prout singulos olim hac illave conditione externa usos offendit: ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη — μενέτω, in qua externa conditione vocatus, s. ad felicitatem regni div. invitatus est, in ea maneat, 1 Cor. 7, 20. (Affert lexicon Ven. Bretschneid. ad locos 1 Cor. 7, 20. et 1, 26. significationem ordinis, loci, provocans ad germanicum vocabulum satis ambiguum: Beruf, quo etiam opifices et mercenarii nostri suam designare provinciam solent. Sed ita Paulum vocab. κλήσεως non dixisse, satis videtur certum esse, et probant verba κληθῆναι et ἐκλέξασθαι, quae ad explicandam vocem in textu adiecta sunt.)

Κλητός, οῦ, ὁ, ἡ, όν, τό, (adi. verbale a καλέω, perf. p.) vocatus; *a.*, universe: distinguuntur vocati ab ἐκλεκτοῖς in locutione proverb., Matth. 20, 16. 22, 14. (sens.: copia eorum, quibus commoda et ornamenta proponuntur, maior est, quam eorum, qui vere potiuntur, s. inter vocatos locum habet electio.) — *b.*, speciat., qui ad felicitatem aeternam invitati sunt, et Christo nomen dederunt, Rom. 8, 28. 1 Cor. 1, 24. Jud. v. 1. — κλητοὶ Ἰησοῦ χριστοῦ, Rom. 1, 6. (nec in hac phrasi, nec ubi οἱ εὐλογημένοι, διδακτοὶ τοῦ θεοῦ commemorantur, genitivus vices praepositionis cum genit. positae tenet, sed significat simul coniunctionem aliquam.) — *c.*, qui ad aliquod munus vocatus est: κλητὸς ἀπόστολος, Rom. 1, 1. 1 Cor. 1, 1. coll. Gal. 1, 15. — *d.*, ubi epitheton est nominis ἁγίων, videtur significare electos, delectos (ex aliis) s. convocatos (nam sequens vox videtur fortior esse), Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 2. Apoc. 17, 14. verbis κλητοὶ κ. ἐκλεκτοὶ κ. πιστοί (scil. σύμμαχοι τοῦ ἀρνίου) coniunguntur synonyma ideoque h. l. οἱ κλητοί dicuntur, qui convocati sunt. (Hom. Il. 9, 165.)

Κλίβανος, ου, ὁ, (pro att. κρίβανος, v. Lobeck. ad Phryn. p. 179.) testum, s. fornax, in quo coquuntur panes hordacei (hebr. תַּנּוּר, Ex. 8, 3. Levit. 2, 4. 20, 26. Hos. 7, 4. Herodot. 2, 22. Utuntur etiam nunc Orientales eiusmodi fornacibus, qui, quod formam attinet, altitudine circiter trium pedum speciem referunt inversi urcei fundo destituti, et quibus, si igne intus incenso satis exarduerunt, massa farinacea extrinsecus intrinsecusque allinitur; ut

ostio eorum superno obtecto paullatim torreatur), Matth. 6, 36. (Luc. 12, 28.)

Κλίμα, τος, τό, (a κλίνω, inclino) **1.**, inclinatio. — **2.**, inclinatio coeli ab aequatore ad polum, et inde orta temperies, plaga coeli, denique tractus terrae, regio, Rom. 15, 23. 2 Cor. 11, 10. Gal. 1, 21.

Κλινάριον, ίου, τό, (demin. nominis κλίνη) lectulus, Act. 5, 15. (e codd. nonnullor. lectione.)

Κλίνη, ης, ἡ, (a κλίνω, unde et κλισμός, sella, ap. Hom. Il. 8, 438. 11, 621. Od. 1, 132. 145. 4, 136.) lectus, triclinaris, Marc. 4, 21. (Luc. 8, 16.) 7, 4. Ex. 8, 3. Ez. 23, 4. — cubicularis, Luc. 17, 34. — quo portatur aegrotans, Matth. 9, 2. (Luc. 5, 18. ita structus, ut aegroto imposito a quatuor hominibus portari posset, Marc. 2, 3.) — quem tamen secum ferre aliquis integris viribus usus homo ipse poterat, Matth. 9, 6. (Marc. 2, 11. Luc. 5, 25.) — pl., Act. 5, 15. (disting. a κραββάτοις.) — βάλλειν εἰς κλίνην, in lectum coniicere, i. e. morbum infligere, Apoc. 2, 22. — οἱ ό, 1 Sam. 19, 13. 2 Sam. 3, 31. 4, 7. Deut. 3, 11. 2 Chron. 16, 14. Cantic. 3, 7. al. — Theophr. Char. 17, 4. Xen. Cyr. 8, 8, 16. Nobiliores utebantur κλίναις ἀργυρόποσι, χρυσόποσι, Aelian. V. H. 8, 7.

Κλινίδιον, ίου, τό, (diminut. voc. κλίνη) lectulus, i. q. κλινάριον, Luc. 5, 19. 24. (Artemid. 1, 2. Antonin. 10, 28. Dion. Halic. Ant. 7, 68. et 76.)

Κλίνω, f. ινῶ, perf. κέκλικα, clino, inclino, neigen; *a.*, transit., τὴν κεφαλήν, de moribundo, Joh. 19, 30. — in aliquo loco: ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ, ubi — reclinet (ad quietem capiendam), Matth. 8, 20. (Luc. 9, 58.) — τὸ πρόςωπον εἰς τὴν γῆν, Luc. 24, 5. — παρεμβολάς, acies (hostium) in fugam vertere, Hebr. 11, 34. (Hom. Il. 5, 32. Liv. 1, 12. inclinare acies.) — *b.*, intransit, inclino me; — de die ad vesperam inclinante, Luc. 9, 12. 24, 20. — Judic. 19, 8. Jerem. 6, 4. (additur εἰς ἑσπέραν, Polyb. 3, 93, 7. Arrian. Exp. Alex. M. 3, 4, 4.)

Κλισία, ας, ἡ, (a κλίνω, q. v.) tentorium (Hom. Il. 1, 306. 322. thronus, Od. 4, 123.), discubitus, ordo discumbentium; — pl., Luc. 9, 14. (Marc. 6, 39. 40. συμπόσια, πρασιαί.) — Jos. Ant. 12, 2, 12.

Κλοπή, ῆς, ἡ, (a κλέπτω) furtum; — pl., Matth. 15, 19. (Marc. 7, 22.) — οἱ ό, Gen. 40, 15. Hos. 4, 2. Xen. Cyr. 1, 2, 6.

Κλύδων, ωνος, ὁ, (a κλύζω, alluo) undae alluentes s. fluctuantes, Luc. 8, 24. (Jon. 1, 4.) Jac. 1, 6. — Hom. Od. 12, 421. 1 Macc. 7, 4. — Hinc verb. seq.

Κλυδωνίζομαι, f. ίσομαι, fluctibus iactor; — metaph., agitor (fluctuum instar), Eph. 4, 14. (coll. Jac. 1, 6. Jes. 57, 20.)

Κνήθω, f. κνήσω, (a κνάω, inf. κνᾷν et κνῆν) frico, scalpo,

titillo, pruritum facio. — κνήθομαι, pruritu laboro; — κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν, i. e. grata auribus audire cupientes, 2 Tim. 4, 3.

Κνίδος, ου, ἡ, Cnidus s. Gnidus, peninsula et urbs eiusdem nominis maris Aegaei paulum infra Cretam sita (Strab. 14, p. 965.), Act. 27, 7.

Κοδράντης, ου, ὁ, vox lat. quadrans (i. e. quarta pars assis semiuncialis, s. decima sexta denarii), in N. T. nummus chalcum atticum dimidium s. δύο λεπτά (zwei Pfennige) aequans, Marc. 12, 42. (Matth. 5, 26.)

Κοιλία, ας, ἡ, (a κοῖλος, η, ον, cavus) **1.**, venter superior et inferior, Matth. 12, 40. (Gen. 41, 21. Jon. 2, 2.) — **2.**, ventriculus, Matth. 15, 17. — stomachus, Luc. 15, 16. 1 Cor. 6, 13. Apoc. 10, 9. 10. (Ez. 3, 3. — Jerem. 51, 34.) — δουλεύω τῇ κοιλίᾳ, ventri deditus sum, Rom. 16, 18. Phil. 3, 19. cf. Sirac. 23, 6. — **3.**, uterus matris, Luc. 1, 41. 42. 44. 2, 21. Joh. 3, 4. — ἐκ κοιλίας μητρός, Matth. 19, 12. Luc. 1, 15. Act. 3, 2. 14, 8. Gal. 1, 15. (cf. Ps. 22, 10. Job. 1, 21. Jes. 49, 1.) Luc. 11, 27. (ex simplicitate poëseos hebraicae, cf. Luc. 23, 29. 10, 23.) — ἐκ κοιλίας αὐτοῦ (cf. Gen. 15, 4. Jes. 16, 11.), Joh. 7, 38.

Κοιμάω (ῶ), f. ήσω, dormire facio, sopio (Hom. Il. 12, 281.); — pass., f. 1. κοιμηθήσομαι, dormio, obdormio; *a.*, propr., Matth. 28, 13. Luc. 22, 45. Joh. 11, 12. Act. 12, 6. (Xen. Mem. 4, 5, 9. Aelian. V. H. 9, 24.) — *b.*, metaph. et per euphemism., οἱ κοιμώμενοι, mortui, Matth. 27, 52. 1 Cor. 15, 20. 1 Thess. 4, 13. — ἐκοιμήθη, obiit, Act. 7, 60. 13, 36. 1 Cor. 7, 39. 11, 30. 15, 6. — pl., 2 Petr. 3, 4. — 1 Thess. 4, 15. 1 Cor. 15, 18. (qui spem in Christo repositam tenentes diem obierunt.) v. 51. — cf. Jes. 14, 8. 43, 17. 1 Reg. 2, 20. 11, 43. 2 Macc. 12, 45.

Κοίμησις, εως, ἡ, sopor, Joh. 11, 13.

Κοινός, ή, όν, (a ξύν, cum, hinc apud epicos ξυνός pro κοινός; cf. lat. coena) **1.**, communis (oppon. ἴδιος), Act. 4, 32. 2, 44. — κοινὴ πίστις, Tit. 1, 4. — σωτηρία, Jud. v. 3. — sic et ap. Graec. — **2.**, vulgaris, gemein, niedrig, ap. Judaeos oppon. τῷ ἁγίῳ, profanus, Rom. 14, 14. — κοινὸν ἡγεῖσθαι, Hebr. 10, 29. (Ez. 42, 20.) — i. q. ἀκάθαρτον, Act. 10, 14. 28. Marc. 7, 2. — Apoc. 21, 27. (fortasse h. l. legendum: οὐ — πᾶν κοινόν, ex hebr., nihil impuri.) Hinc verb. seq.

Κοινόω (ῶ), f. ώσω, commune reddo (sic ap. prof., v. c. Polyb., Thuc.); e Judaeor. Levitismo *a.*, profanum, impurum reddo, *aa.*, universe, Apoc. 21, 27. — *bb*, τινά, Matth. 15, 11. 18. 20. (Marc. 7, 15. 18. 20. 23.) — pass., Hebr. 9, 13. (Num. 19, 8.) — τί, Act. 21, 28. — *b.*, impurum declaro s. habeo, Act. 10, 15. 28. 11, 9. (cf. ἁγιάζω.)

Κοινωνέω (ῶ), f. ήσω, (a κοινωνός) — τινός, in communionem, in societatem venio alicuius rei, Hebr. 2, 14. (Aelian. V.

H. 3, 17. Xen. Mem. 2, 6, 22. et 23.) — idem: τινί (dat. rei), Rom. 15, 27. — ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις, 1 Tim. 5, 22. cf. 2 Joh. v. 11. — τοῖς παθήμασι, 1 Petr. 4, 13. — ταῖς χρείαις τινός, succurro, Rom. 12, 13. — τινί (dat. pers.), seq. εἴς τι, commercium habeo cum aliquo, Phil. 4, 15. — κοινωνεῖν τινι ἔν τινι dic., qui alicui partem concedit alicuius rei, Gal. 6, 6. (ἐν h. l. nostr. an, v. ἐν p. 379. n. 3. Fingunt nonnulli h. l. transitivam vim vocis, quasi scriptum esset: κοινωνεῖν τινά τινος, seu κοινωνεῖν τί τινι.)

Κοινωνία, ας, ἡ, (a κοινωνός) consortium, societas, communio, Act. 2, 42. (videtur h. l. intelligi communio bonorum.) Gal. 2, 9. (δεξιὰ κοινωνίας, dextera, pignus societatis.) — τινός, societas, communio cum aliquo, 1 Cor. 1, 9. 10, 6. — i. q. μετοχή, 2 Cor. 6, 14. 13, 13. Eph. 3, 9. Phil. 2, 1. — κοινωνίαν ἔχειν μετά τινος, 1 Joh. 1, 6. 1, 3. (h. l. μετά duplici sensu, et de eo, quocum mihi intercedit coniunctio, et de eo, cui cum illo coniunctio eadem intercedit, quae mihi.) 1, 7. (μετ' ἀλλήλων, i. e. ὑμεῖς ἄλλος μετ' ἄλλου.) — κοιν. ἔχειν τινός, v. c. laboris, dicitur, qui aliquam rei partem in se suscepit, παθημάτων, qui eadem παθήματα fert, Phil. 3, 10. cf. 1 Petr. 4, 13. — πίστεως, Philem. v. 6. is, qui eandem fidem profitetur. — εἴς τι, Phil. 1, 5. (vocabulo κοινωνίας addenda simul motus ad rem notio.) — 2., communicatio, collectio (beneficiorum), gemeinschaftliche Gabe, seq. εἴς τινα, für jemand, Rom. 15, 26. (κοιν. τινὰ ποιήσασθαι.) Ex hoc loco explicandus l. 2 Cor. 8, 4. (ἡ κοινωνία τῆς διακονίας dic. pecunia collecta, i. q. τὸ κοινῶς διακονηθέν, s. ἡ χάρις ἡ κοινῶς διακονηθεῖσα. Alii referunt ad officium, quod praestari ab ipso Paulo voluerint pecunia ad fratres pauperes perferenda.) 2 Cor. 9, 13. Hebr. 13, 16. (iunct. c. εὐποιΐα.)

Κοινωνικός, ή, όν, (ad κοινωνίαν aptus, propensus) pronus ad impertiendum, 1 Tim. 6, 8.

Κοινωνός, ή, όν, (a κοινός) socius, sodalis, 2 Cor. 8, 23. Philem. v. 17. — εἰμὶ κοινωνός τινι, socius sum alicui, Luc. 5, 10. — socius sum alicuius aliquid facientis, Hebr. 10, 33. — τινὸς ἔν τινι, participo cum aliquo aliquid: ἐν τῷ αἵματι, i. e. alicuius socius sum in caede perpetranda, Matth. 10, 30. — 2, τινός (gen. rei), particeps rei, 2 Cor. 1, 7. (τῶν παθημάτων.) 1 Petr. 5, 1. (τῆς δόξης.) 2 Petr. 1, 4. — 1 Cor. 10, 18. (τοῦ θυσιαστηρίου, i. e. victimarum, quae sacrificio offeruntur.) — Xen. Mem. 2, 5, 26.

Κοίτη, ης, ἡ, (cohaeret cum κοιμάω) lectus, Luc. 11, 7. (verbo εἰσίν ut cum εἰς construatur, inferas motus notionem.) Hebr. 13, 4. (torus, lectus coniugalis, ut ap. Hom. saepissime.) — pl., lectos frequentare ii dicuntur, qui rei venereae indulgent: μὴ κοίταις scil. περιπατήσωμεν, Rom. 13, 13. — 2., ex hebr. pro semine concubitus (in concubitu emisso); — κοίτην ἔχειν ἔκ τινος,

concepisse ex aliquo, Rom. 9, 10. (cf. Num. 5, 20. — κοίτη σπέρματος, Levit. 15, 16. 21. 22, 4. 18, 20. 23.)

Κοιτών, ῶνος, ὁ, [a κοίτη; cf. νυμφών, al.) cubiculum; — ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτ. τοῦ βασιλέως, cubiculo regio praefectus, cubicularius regius, Act. 12, 20. (οἱ ὁ, 2 Sam. 4, 7. Ex. 8, 3. — 3 Esdr. 3, 3.)

Κόκκινος, η, ον, (a κόκκος, granum, granum ilicis cocciferae, die Kermesbeere. Sunt autem grana, quae huic ilici adhaerent, ova a vermiculo quodum posita [die angesetzten Eiernester der weiblichen Schildlaus], quae collecta et ab infectoribus in pulverem trita massam edunt rubram, tincturis adhibendam, Plin. H. N. 9, 41. 16, 8. 22, 2.) coccineus, cocco tinctus, Matth. 27, 28. Hebr. 9, 19. Apoc. 17, 3. 4. 18, 12. 16. (οἱ ὁ, Gen. 38, 28. Ex. 25, 4. Levit. 14, 4. 6. Jos. 2, 18. 2 Sam. 1, 24. 2 Chron. 2, 7. 14.)

Κόκκος, ου, ὁ, granum, bacca, v. c. σινάπεως, Matth. 13, 31. (Marc. 4, 31. Luc. 13, 19.) 17, 20. Luc. 17, 6. Joh. 12, 24. 1 Cor. 15, 37.

Κολάζω, f. άσω, (a κόλος, mutilus) propr., *a.*, mutilo, amputo, v. c. arbores, alas; — hinc *b.*, coërceo, castigo. — *c.*, punio; — τηρεῖν τινα κολαζόμενον, reservare aliquem, qui puniatur, 2 Petr. 2, 9. — med., πῶς κολάσωνται αὐτούς, qua poena eos afficerent, Act. 4, 21. (al. codd. fut. κολάσονται. Sed cf. Luc. 19, 48. — medium significationem habere activi, res notissima est.)

Κολακεία, ας, ἡ, (a κόλαξ, κολακεύω) adulatio; — λόγος κολακείας, sermo adulatorius, 1 Thess. 2, 5. (Theophr. Char. 2.)

Κόλασις, εως, ἡ, (a κολάζω, q. v.) castigatio, cruciatus, 1 Joh. 4, 18. (κόλασιν ἔχει, i. e. secum fert —, cruciat animum; ita κολάζω i. q. βασανίζω, Sap. 3, 4. 16, 1.) — poena, Matth. 25, 46. (nonnulli codd. habent etiam Marc. 3, 29. v. supr. αἰώνιος.) — 2 Macc. 4, 38. Sap. 16, 24. Aelian. V. H. 7, 5.

Κολαφίζω, f. ίσω, (a κόλαφος, colaphus) — τινά (i. e. πλατείᾳ τῇ χειρὶ πλῆξαί τινα, manu lata pulso, quod Graeci dicunt: ἐπὶ κόῤῥης πατάξαι, expalmare, alapare), colaphos infligo alicui, Matth. 27, 67. (Marc 14, 65.) — species pro genere: violenter vexare, 2 Cor. 12, 7. — pass., 1 Cor. 4, 11. 1 Petr. 2, 20. (Eustath. et Thomas observant, κόλαφος, κολαφισμός et κολαφίζω attica non esse, sed pro his usurpari κόνδυλος, κονδυλίζω, i. e. pugnum ingerere. Neque vox ῥάπισμα ab attice loquentibus usurpata est. V. Lobeck. ad Phryn. p. 175.)

Κολλάω (ῶ), f. ήσω, aor. 1. p. ἐκολλήθην, signif. med., (a κόλλα, gluten) glutino, agglutino, conglutino, compingo; — pass., τινί, *a.*, propr., adhaereo alicui (ut gluten), Luc. 10, 11. (ὁ κονιορτός.) — οἱ ὁ, Ps. 102, 5. Thren. 4, 4. — *b.*, trop. de personis, signif. med.: κολλήθητι τῷ ἅρματι, applica te —, Act. 8, 29. — τινί (dat. pers.), sector aliquem, ut commercium cum eo habeam; — τῇ πόρνῃ, 1 Cor. 6, 16. (Sirac. 19, 2.) — τῷ κυρίῳ, 1 Cor.

6, 17. (2 Reg. 18, 6.) — familiariter utor aliquo, Act. 5, 13. 9, 26. 11, 28. — sequor aliquem, quocum faciam, Act. 17, 34. Luc. 15, 15. — τῷ ἀγαθῷ, Rom. 12, 9. (Ps. 119, 31.) Plut. de Polyphil. T. 2. p. 94. διὸ δεῖ μὴ ῥᾳδίως προςδέχεσθαι μηδὲ κολλᾶσθαι τοῖς ἐπιτυγχάνουσι. — Adde: Apoc. 18, 5. (text. vulg. ἠκολούθησαν, sed codd. al. ἠκολλήθησαν, se conglutinarunt; — ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, sie haben sich aufgethürmt bis —, ut recte Bahrdtius. Alii: attigerunt. Sed κολλᾶσθαι ἄχρι pro attingere nec dicitur, nec dici potest, aliud est μετά τινος, Ruth. 2, 8. et εἴς τινα, 1 Reg. 2, 2.)

Κολλούριον s. κολλύριον, ου, τό, (demin. nominis κολλύρα, panis rudior colore cinereo, forma orbiculari) massa similis ei, unde κολλύρα conficiebatur, unguenti genus sanandis lippis oculis adhiberi solitum, collyrium (Horat. Sat. 1, 5, 30. Hippocr. de victu acut. c. 68. Dioscor. 1, 2.), Apoc. 3, 18.

Κολλυβιστής, οῦ, ὁ, (a κόλλυβος, nummus minutus, cf. κολοβός, mutilus, et lat. incolumis = integer; — item nummus pro permutatione datus, Agio, Aufgeld, collybus, Cic. Verr. 3, 78. Schol. ad Arist. Pac. εἶδος εὐτελοῦς νομίσματος, ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀβολοῦ) nummularius (ἀργυραμοιβός), Matth. 21, 12. (Marc. 11, 15. Joh. 2, 15.) v. supr. ἱερόν. (Phryn. p. 440. ὁ μὲν γὰρ κόλλυβος δόκιμον, τὸ δὲ κολλυβιστὴς ἀδόκιμον. Caet. v. κερματιστής.)

Κολοβόω (ῶ), f. ώσω, (a κολοβός, mutilus, truncatus) propr., amputo (v. c. τὰς χεῖρας, 2 Sam. 4, 12.), mutilo (Polyb. 1, 86, 13. Arrian. Diss. in Epict. 2, 10.); — de tempore: abbrevio, contraho, Matth. 24, 22. (Marc. 13, 20.) — cf. hebr. קָצַר, Prov. 10, 27. Ps. 102, 24. 89, 45.

Κολοσσαί, ῶν, αἱ, (minus recte in nonnullis libris script. Κολασσαί, v. Wineri gramm. p. 46.) Colossae s. Colossis, urbs celeberrima Phrygiae maioris (Plin. H. N. 5, 41.) sita ad Lycum et in hunc exeuntem Maeandrum fluvium, haud procul a Laodicea et Hierapoli (Herodot. 7, 30.), quibus cum urbibus terrae motu anno Chr. 66. subversa est (Oros. 1, 7.), Col. 1, 2.

Κολοσσεύς (in nonnull. codd. minus recte Κολασσεύς), έως, ὁ, Colossensis. Legitur in subscriptione epistolae ad Colossenses.

Κόλπος (apud Homer. etiam plur., Il. 9, 567. ut Luc. 16, 23.), ου, ὁ, (vox quae cognata videtur voci κοῖλος) sinus, i. e. 1., anterior pars corporis, quae est inter duo brachia (Ruth. 4, 16. 1 Reg. 17, 19.), Joh. 13, 23. (Veteres in conviviis ita accumbebant, ut caput alterius sinum quasi et pectus alterius sibi proximi occuparet et expleret.) Luc. 16, 23. (ἐν τοῖς κ. scil. ὄντα s. ἀνακείμενον.) — ἀποφέρομαι εἰς —, Luc. 16, 22. (in sedem Abrahamo proximam.) — Deut. 13, 6. Sirac. 9, 1. — ὁ ὢν εἰς τὸν κ. τοῦ πατρός, qui in gremio patris sedet ad sinum eius conversus, h. e. qui patri est dilectissimus, Joh. 1, 18. (ὁ ὤν, qui erat.) cf. Cic. ad Div. 14, 4.: tu vero sis in sinu semper et complexu meo. — 2., sinus vestis (pars anterior vestis laxioris, quae sinum gre-

miumque tegebat. Ruth. 3, 15. Ex. 4, 6. 7. Prov. 16, 23. Horat. Serm. 2, 3, 172. Virg. Aen. 1, 234.), Luc. 6, 38. (cf. Jes. 65, 6. Polyb. 3, 33, 2.) — 3., sinus maris (littorum curvitate inclusus, cf. voc. ital. Golfo), Act. 27, 39. (Xen. H. G. 1, 4, 8. Dem. p. 1237. ed. Reisk.) Phavor.: κόλπος· κατὰ τοὺς παλαιοὺς κυρίως θάλασσα ὑπὸ ἀκρωτηρίων περιεχομένη.

Κολυμβάω (ῶ), f. ήσω, me immergo, tauchen (cf. lat. columba, nostr. Taube, et hebr. צָבַע), nato, Act. 27, 43. — Hinc voc. seq.

Κολυμβήθρα, ας, ἡ, (cf. ἡ ἕδρα) locus aquae plenus iis, qui se lauturi sunt, apparatus, balneum, Joh. 5, 2. — piscina, Joh. 9, 7. (11.) — οἱ ό, 1 Reg. 18, 17. Neh. 2, 11. Nah. 2, 8.

Κολώνια, ίας, ἡ, (vox latina) colonia, Act. 16, 12. (h. l. ita Philipporum urbs appellata, quia eo Julius Caesar aut Octavianus coloniam Romanam deduxerat; cf. Dio Cassius 51, 4.

Κομάω (ῶ), f. ήσω, (a κόμη) comam alo, comatus sum, 1 Cor. 11, 14. 15. (Hom. Il. 2, 542.)

Κόμη, ης, ἡ, coma (capilli. Saepissime ap. Homer. τίλλειν, κείρασθαι κόμην), 1 Cor. 11, 15.

Κομίζω, f. ιῶ (v. ἀφορίζω), aor. 1. ἐκόμισα, 1., activ., τί, curo; *a.*, besorgen, beschicken, pflegen (Hom. Od. 10, 73. unde κομιστής, κομίστρια). — *b.*, suscipio vel portandum vel curandum (Hom. Il. 13, 196.). — *c.*, porto, i. e. vel aufero (Hom. Il. 2, 875.), tollo (Il. 2, 183.), aliquid acceptum mecum deporto; — vel apporto, affero, Luc. 7, 37. (Hom. Il. 23, 699. 3 Esdr. 4, 5. Neh. 8, 1.) — 2., med., *a.*, mecum aufero, Matth. 25, 27. — *b.*, accipio mihi, consequor (cf. mercedem ferre, victoriam deportare), 2 Cor. 5, 10. Hebr. 10, 36. 11, 39. 1 Petr. 1, 9. — aliquid, quod retributionis loco datur, sive sit praemium, sive poena, Eph. 6, 8. Col. 3, 25. 1 Petr. 5, 4. 2 Petr. 2, 13. (1 Macc. 13, 37. 2 Macc. 8, 33. — Xen. Cyr. 1, 5, 10.) — *c.*, recipio, recupero; — τινά, Hebr. 11, 19. (Gen. 38, 20.) — His significatt. med. apud Polyb., Diod. Sic., Arrian., al.

Κομψότερον, comparat. adv. κομψῶς, belle, (κομψός a κομέω, ornatus, elegans, cf. lat. comptus) elegantius, melius; — κομψότ. ἔχω, me melius habeo, Joh. 4, 52. (Cic. Ep. ad Div. 16, 15.: belle habes.)

Κονιάω (ῶ), f. άσω, perf. pass. κεκονιαμένος, (a κονία, pulvis, Aelian. V. H. 9, 3. calx, Diod. Sic. 20, 8.) calce obduco, dealbo; — τάφοι κεκονιαμένοι, Matth. 23, 27. (Ne polluerentur sepulcris attingendis Judaei, eorum portas mense quovis Adar dealbare solebant. — Luc. 11, 44. habet μνημεῖα τὰ ἄδηλα. Ita οἱ ό vertunt טֻחוֹת ἄδηλα, Ps. 51, 8. Descendit vero haec vox a טוּחַ, quod οἱ ό vertunt ἀλείφειν, ἐξαλείφειν, Levit. 14, 42. Ez. 13, 10. 11. et hoc i. q. κονιάω, Deut. 27, 2.) — τοῖχος κεκον. vocatur hypocrita, qui vultu dignitatem prae se fert, animo malitiam occultat, Act. 23, 3.

Κονιορτός, οῦ, ὁ, (ex *κονία* et *ὄρω* = *ὄρνυμι*, excito) propr., pulvis excitatus; deinde omnino pulvis, Matth. 10, 14. (Luc. 9, 5. sed Marc. 6, 11. τὸν χοῦν.) Luc. 10, 11. Act. 13, 51. 22, 23. (οἱ ὁ, Ex. 9, 9. Nah. 1, 3. — Deut. 9, 21. Thren. 3, 29.)

Κοπάζω, f. άσω, (a κόπος) propr., defatigor, ab impetu cesso; — ὁ ἄνεμος, Matth. 14, 32. (Marc. 6, 51.) Marc. 4, 32. (οἱ ὁ, Gen. 8, 1. Jon. 1, 11. 12. Herodot. 7, 191.)

Κοπετός, οῦ, ὁ, (a κόπτομαι, v. κόπτω) planctus, Act. 8, 2. (ποιεῖσθαι.) — οἱ ὁ, Gen. 50, 10. Jerem. 6, 26. Zach. 12, 10.

Κοπή, ῆς, ἡ, (a κόπτω, caedo) caedes, strages, Hebr. 7, 1. — οἱ ὁ, Jos. 10, 10. 20. Gen. 14, 17. Deut. 28, 25. Judith. 15, 5.

Κοπιάω (ῶ), f. άσω, (a κοπιά, defatigatio) **1.**, defatigor labore vel moerore, Matth. 11, 28. — defatigatus cedo, Apoc. 2, 3. (καὶ οὐκ ἐκοπίασας, Griesbach. Sed text. vulg. κεκοπίακας καὶ οὐ κέκμηκας.) cf. Jes. 40, 31. Aristoph. Av. v. 755. — ἔκ τινος, Joh. 4, 6. (sed ὑπὸ τῆς ὁδοιπορίας Jos. Ant. 2, 15, 3.) — **2.**, laboro (viribus intentis), *a.*, absol., Matth. 6, 28. (Luc. 12, 27.) Luc. 5, 5. Joh. 4, 38. Act. 20, 35. 1 Cor. 4, 12. 15, 10. 16, 16. Eph. 4, 28. 2 Tim. 2, 6. — οἱ ὁ, 2 Sam. 17, 2. 23, 20. Jes. 65, 23. Ps. 127, 1. — *b.*, ἔν τινι (dat. instrum.), 1 Tim. 5, 17. — sed ἐν ὑμῖν videtur esse: inter vos, 1 Thess. 5, 12. et ἐν κυρίῳ, in opere domini tractando, Rom. 6, 12. 13. — εἴς τινα, pro aliquo, in alic. commodum, Rom. 16, 6. Gal. 4, 11. — εἰς τοῦτο, ὅτι, idcirco, quod, 1 Tim. 4, 10. — εἰς ὅ, quem in finem (quo etiam contendo), Col. 1, 29. — εἰς κενόν, frustra, Phil. 2, 16.

Κόπος, ου, ὁ, (a κόπτω, tundo) *a.*, ictus. — *b.*, planctus. — *c.*, labor, molestia, Mühe; — κόπον παρέχειν τινί, molestiam facessere alicui, Matth. 26, 10. (Marc. 14, 6.) Luc. 11, 7. 18, 5. Gal. 6, 17. — ἀναπαύεσθαι ἐκ τῶν κόπων, Apoc. 14, 11. (οἱ ὁ, Job. 5, 7. Ps. 25, 18.) — **2.**, labor, Joh. 4, 38. 1 Cor. 3, 8. 15, 58. 2 Cor. 11, 27. 1 Thess. 1, 3. 2, 9. 3, 5. Hebr. 6, 10. 2 Thess. 3, 8. Apoc. 2, 2. — pl., 2 Cor. 6, 5. 10, 15. 11, 23. (Sirac. 14, 15.)

Κόπριος, ια, ον, (ab ἡ κόπρος, cf. Ex. 29, 14.) fimosus, stercoreus, Luc. 13, 8. — Femin. mutat. in nomen substant., fimus, stercus, Luc. 13, 8. 14, 34. (οἱ ὁ, Job. 2, 8. 1 Sam. 2, 8. Neh. 2, 13.)

Κόπτω, fut. ψω, caedo; — τὶ ἀπό sive ἔκ τινος, abscindo, Matth. 21, 8. (Marc. 11, 8.) — οἱ ὁ, Num. 13, 24. — med., me ipsum caedo, plango, Matth. 11, 17. 24, 30. (Herodot. 6, 58.) — τινά, lugeo aliquem, Luc. 8, 52. 23, 27. (2 Sam. 11, 26. Gen. 50, 10.) — ἐπί τινα, Apoc. 1, 7. — ἐπί τινι, Apoc. 18, 9. (Zach. 12, 10.)

Κόραξ, ακος, ὁ, corvus (Gen. 8, 7.), Luc. 12, 24. (Aesop. fab. 98. et 100.)

Κοράσιον, ίου, τό, (demin. nom. κόρη) puella (puella tenera), Matth. 9, 24. 25. (Marc. 5, 41. syr. טַלִיתָא, in statu emphatico, hebr. יַלְדָּה, Joël. 4, 3. Zach. 8, 5. — Luc. 8, 54. ἡ παῖς.) — Pollux Onom. 2, 17. κόριον· κόρη, κορίσκιον· τὸ δὲ κοράσιον, εὐτελές, i. e. contemtim dictum. „Si Arrianus in summa argumenti gravitate, si scriptores sacri cum nulla εὐτελισμοῦ significatione huc delapsi sunt (i. e. ut diminutivis: κορίδιον, κοράσιον, vulgo cum εὐτελισμῷ dictis, uterentur sine εὐτελισμῷ) apparet, eos contra cultioris sermonis leges peccasse.“ Lobeck. ad Phryn. p. 74.

Κορβᾶν, κορβανᾶς, ᾶ, ὁ, (hebr. קָרְבָּן a radice קָרַב, accessit) corbanon, **1.**, munus deo oblatum s. offerendum, Marc. 7, 11. (deo devotum est id, quo posses a me iuvari.) cf. Jos. Ant. 4, 4, 4. contra Apion. 1, 22. — **2.**, ὁ κορβανᾶς, ᾶ, thesaurus sacer, aerarium (i. q. τὸ γαζοφυλάκιον), Matth. 27, 6. cf. Jos. de B. J. 2, 9, 4.

Κορέννυμι, f. έσω, (a κόρος, satietas, cf. Esth. 16, 3.) satio, saturo; — τινός (τροφῆς), Act. 27, 38. (Hom. Il. 2, 561. Deut. 31, 10. Xen. Mem. 3, 11, 14.) — trop., κεκορισμένοι ἐστέ, omnibus bonis iam abundatis scilicet, 1 Cor. 4, 8.

Κορίνθιος, ία, ιον, Corinthius, Corinthi incola, Act. 18, 8. 2 Cor. 6, 11.

Λαλέω (ῶ), f. ήσω, (a λάλος, loquax) loquor. **1.**, Universe dicitur et vario quidem modo; *a.*, lingua, i. e. loquela utor, voces distinctas profero (cf. ἀκούω, βλέπω), Matth. 9, 33. (Luc. 11, 14.) 12, 22. 15, 31. (Marc. 7, 35. 37.) Luc. 1, 20. Marc. 1, 34. (Luc. 4, 41.) Luc. 7, 15. 1, 64. 1 Cor. 14, 11. Jac. 1, 19. cf. λαλῶ φωνάς, voces edo, Apoc. 10, 4. — *b.*, verbis ad declarandam mentem aperiendosque animi sensus utor; *aa.*, certa verba facio: ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, Matth. 12, 46. 17, 5. 26, 47. (Marc. 14, 43. Luc. 22, 47.) Marc. 5, 35. Luc. 8, 49. 22, 47. 60. Act. 23, 7. Joh. 1, 37. — cum adverb. κακῶς, καλῶς, Joh. 8, 23. — οὕτως, Hebr. 6, 9. 1 Cor. 13, 11. — ἐλάλησεν οὕτως, usus est verbis his, Act. 7, 6. — ὡς τις, 1 Cor. 13, 11. Apoc. 13, 11. — στόμα πρὸς στόμα, coram, mündlich, 2 Joh. v. 12. (ex hebr., v. Num. 12, 8.) — εἰς ἀέρα λαλεῖν, 1 Cor. 14, 9. v. ἀήρ. — ἔκ τινος: ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ, effluit ex abundantia animi sermo, scil. ita, ut cogitata animi eloquatur, Matth. 12, 34. (Luc. 6, 45.) — ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖν, e proprio penu verba expromere, Joh. 8, 44. (Perperam dicunt, ἐκ in his l. idem esse quod: ad normam.) — *bb.*, Speciatim dicitur de precantibus, Act. 2, 7. — γλώσσαις λαλεῖν, 1 Cor. 12, 30. 14, 5. (h. l. disting. πρόφητεύειν.) v. 6. 18. 23. 39. — γλώσσῃ, 14, 2. (not. h. l. πνεύματι λαλεῖν μυστήρια.) v. 4. (not. h. l. ἑαυτὸν οἰκοδομεῖν.) v. 13. 27. — ἑτέραις γλ., Act. 2, 4. — καιναῖς, Marc. 16, 17. v. supr. καινός. — additur προφητεύειν, Act. 19, 6. — μεγαλύνειν τὸν θεόν, 10, 46. — τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, Act. 2, 6. — de docente, Matth. 10, 20. Luc. 5, 4. Act. 11, 15. 14, 9. 1 Cor. 14, 34. 35. 2 Cor. 4, 15. 12, 19. 1 Petr. 4, 11. Joh. 12, 50. 7, 46. — pass., Act. 16, 14. — additur παῤῥησίᾳ, Joh. 7, 26. 16, 29. — ἐπὶ ὀνόματί τινι, Act. 4, 17. — ἐπὶ ὀν. τινος, Act. 5, 40. v. ὄνομα. — de modo docendi: λαλεῖν σοφίᾳ, πνεύματι, Act. 6, 10. — πνεύματι θεοῦ, 1 Cor. 12, 5. — ἐν ἀποκαλύψει, 1 Cor. 14, 6. — ἐν παραβολαῖς, Matth. 13, 10. 13. 34. (Marc. 4, 14. ἐν oppon. χωρίς τινος.) Joh. 16, 25. — οὕτως, ὥστε, Act. 14, 1. — ἐξ ἐμαυτοῦ, verba ex me ipso depromo (i. e. quae ipse excogitavi, profero), Joh. 12, 49. — ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ, Joh. 7, 17. (oppon. τὰ τοῦ θεοῦ.) v. 18. 14, 10. 16, 13. 2 Cor. 2, 17. — ἐκ τῆς γῆς, sermone e terra, veluti e patria, allato, Joh. 3, 31. — ἐκ τοῦ κόσμου, 1 Joh. 4, 5. (et hic perperam dicunt, ἐκ idem esse quod: ad normam.) — de vaticinante, Luc. 24, 25. 2 Petr. 1, 21. Act. 3, 24. et oracula edente (deo), Hebr. 12, 25. — additur: τῷ ὀνόματι κυρίου, Jac. 5, 10. — Atque sic dicuntur deus, spiritus S., Christus λαλεῖν ἔν τινι, Hebr. 1, 1. Matth. 10, 20. 2 Cor. 13, 3. — διὰ στόματός τινος, Luc. 1, 70. Act. 3, 21. — διά τινος, Act. 28, 25. — de eo, qui pro se dicit (ad se defendendum), Eph. 6, 20.

et Col. 4, 4. — ἐν χριστῷ λαλῶ, tamquam legatus Christi, Christi personam sustinens, 2 Cor. 2, 17. — de scribente, 2 Cor. 11, 23. — c., cum oppositione et distinctione dicitur λαλῶ, i. e. οὐ σιωπῶ, Act. 18, 9. 2 Cor. 4, 13. — μὴ λαλεῖν, i. q. σιωπᾷν, Act. 4, 20. — Jac. 2, 12. (distinguitur a τῷ ποιεῖν, ut λόγοι distinguuntur ab ἔργοις.) — d., verba efformo: γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀγγέλων, 1 Cor. 13, 1.

2., Adiunctis vocibus, quae id, quo τὸ λαλεῖν refertur, designant, a., λαλῶ τι, i. e. aa, aliquid profero, quod ab aliis audiatur, α., universe: τί (quae verba?) et τί (aliqua, certa verba); — τί λαλήσητε, quid (quae verba) loquamini, Matth. 10, 19. (Marc. 13, 11.) Marc. 9, 6. Rom. 15, 18. 1 Thess. 1, 8. Joh. 12, 50. — ὅ, 2 Cor. 11, 17. — Joh. 12, 10. (de docente.) — οὐδέν, Joh. 18, 20. — ταῦτα, haec verba, Joh. 8, 30. 17, 1. 13. Luc. 24, 36. Act. 23, 7. 1 Cor. 9, 8. (de scribente.) — τὸ λαλούμενον, 2 Cor. 14, 4. — pl., Act. 16, 14. (de verbis docentis.) — β., coniunct. cum nominibus dictorum indolem denotantibus: λόγον, Marc. 5, 36. — λόγους, 1 Cor. 14, 19. — ταῦτα τὰ ῥήματα, Joh. 8, 20. Act. 10, 44. — παραβολήν, Matth. 13, 33. — βλασφημίας, Marc. 2, 7. (Luc. 5, 21.) — ῥήματα βλάσφημα εἴς τινα, Act. 6, 11. — κατά τινος, 6, 13. — σκληρὰ κατά τινος, Jud. v. 15. — ὑπέρογκα, Jud. v. 16. (Dan. 11, 36.) — τὰ μὴ δέοντα, 1 Tim. 5, 13. — διεστραμμένα, Act. 20, 30. — τὸ ψεῦδος, Joh. 8, 44. — δόλον, 1 Petr. 3, 10. — ἀγαθά, bona verba, Matth. 12, 34. — μυστήρια, 1 Cor. 14, 2. — bb., eloquor; — ἄῤῥητα ῥήματα, 2 Cor. 11, 4. — ὃ ἐὰν δωθῇ, Marc. 13, 11. 1 Cor. 2, 13. — τὸν (modo commemoratum) λόγον, Marc. 8, 32. — ταῦτα (praecedente καθώς) pro οὕτως, Joh. 8, 28. (sed auctor scripsit, quasi praecessisset ἅ.) — ὁ λαληθεὶς λόγος, Hebr. 2, 2. — de tonitrubus apocal.: τὰς ἑαυτῶν φωνάς (sonos, quibus distinctae inessent voces), Apoc. 10, 4. 5. — cc., verbis notum facio, trado, i. e. α., doceo (vortragen); — ταῦτα, Tit. 2, 15. — τί λαλήσω, Joh. 12, 49. — ὅ, Joh. 12, 50. — ὃ οἴδαμεν, Joh. 3, 11. 8, 38. — ὅσα ἀκούσῃ, Joh. 16, 13. — ἃ πρέπει τῇ — διδασκαλίᾳ, Tit. 2, 1. — ἅ σε δεῖ εἰπεῖν, Act. 10, 32. — διδαχήν τινα, Act. 17, 19. — λόγον τινά, Joh. 42, 48. — τὸν λόγον, doctrinam de regno coelesti, Marc. 2, 2. — de Jesu Messia, Act. 11, 19. 14, 25. 16, 6. Phil. 1, 14. — τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, Act. 4, 29. 31. 13, 46. — τοῦ κυρίου, Act. 8, 25. — τὸ μυστήριον τοῦ χριστοῦ, Col. 4, 3. — τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς, Act. 5, 20. — 2 Cor. 4, 6. 7. Act. 18, 25. (iunct. cnm διδάσκειν.) — pass., Hebr. 2, 3. — β., narro: ὃ ἐποίησε, Matth. 26, 13. (Marc. 14, 3.) — γ., edico; — τί, pass., τὰ λαληθησόμενα (scil. ὑπὸ τοῦ θεοῦ — τῷ λαῷ), Hebr. 3, 6. — δ., ex hebr., τὸ αἷμα λαλεῖ (clamasse dicitur sanguis Abelis, scil. vindictam, Gen. 1, 10. Christi sanguis κρείττονα λαλεῖ, meliora loquitur, quippe veniam deprecans), Hebr. 13, 34. (obiter: παρὰ τοῦ Ἀβέλ concisius di-

ctum pro: παρὰ τοῦ αἵματος Ἀβέλ, v. supr. ἰσότιμος. Cf. Matth. 5, 20. τῶν γραμματέων pro: τῆς δικαιοσύνης τῶν γραμματέων. Etiam Graeci hac utuntur βραχυλογίᾳ, v. c. Hom. Il. 1, 163. οὐ μὲν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, h. e. ἶσον τῷ σῷ. Epigr. Adesp. 468. ἶσα ποιεῖν καὶ ἐγὼ Παλλαδίῳ δύναμαι. Alia exempla ex Dionys. Halic. aliisque v. in Schaeferi Melet. Critt. ad Dion. Halic. p. 57. et 134. n. 95.) — *dd.*, cogitata verbis exprimo; — (οὐκ οἴδαμεν) τί λαλεῖ, quid dicat, quid eius sibi verba velint, Joh. 16, 18. — *b.*, λαλῶ τινι, dico alicui, i. e. *aa.*, verba facio ad aliquem (de docente), Matth. 12, 46. Joh. 15, 22. Act. 7, 38. 44. (cf. Joh. 9, 29.) 9, 27. 16, 13. 22, 9. 23, 9. Rom. 7, 1. 1 Cor. 3, 1. 14, 2. 21. 28. (Dem. 578, 16.) Matth. 23, 1. 1 Thess. 2, 16. Hebr. 1, 2. — de mandante, Matth. 28, 18. Marc. 16, 19. — *bb.*, colloquor cum aliquo, Matth. 12, 47. Luc. 1, 22. 24, 32. Joh. 4, 26. 12, 29. Eph. 5, 19. (ἑαυτοῖς, ψαλμοῖς κ. ὕμνοις.) — alloquor aliquem, Matth. 14, 27. — *cc.*, indico (nuntio) alicui, Luc. 24, 6. — Non loqui dicitur aliquis cum eo, cui non respondet, Joh. 19, 10. — *c.*, λαλῶ τί τινι, dico aliquid alicui (de docente), Joh. 18, 21. Matth. 9, 18. Joh. 8, 25. (de h. l. v. sub ἀρχή.) 10, 6. 14, 25. 15, 11. — (de praelegente) Hebr. 4, 19. — ῥήματα, Joh. 6, 63. 14, 10. Act. 13, 42. — ταῦτα, Matth. 13, 34. — λόγον, Joh. 15, 3. — τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, doctrinam de Jesu Messia, Act. 13, 46. Hebr. 13, 7. — τὸν λόγον τοῦ κυρίου, Act. 16, 32. — οἰκοδομὴν κ. παράκλησιν, quae ad emendandos tranquillandosque animos faciunt, 1 Cor. 14, 3. — indico, Joh. 16, 1. 4. 13. Act. 23, 18. — nuntio, 27, 25. — promulgo, pass., Hebr. 9, 19. — Lex dicitur λαλεῖν τινι ea, quae praecipit, Rom. 3, 19. — promitto, Luc. 1, 45. — de prophetis, Act. 26, 22. — *d.*, λαλῶ πρός τινα, loquor, verba facio ad aliquem, Luc. 1, 19. Act. 4. 1. 8, 26. 9, 29. 21, 39. 26, 14. 26. Hebr. 5, 5. (דִּבֶּר אֶל, Gen. 27, 11. Ex. 30, 11. 17. 22.) — λόγους πρός τινα, Luc. 24, 44. — ἐλάλησαν πρὸς αὐτοὺς εὐαγγελιζόμενοι — Ἰησοῦν, Act. 11, 20. — λαλῆσαι πρὸς αὐτοὺς τ. εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, 1 Thess. 2, 2. — ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς —, Act. 3, 22. — indico: καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς, Act. 3, 22. — de deo promissiones dante, Luc. 1, 55. (addit. per epexeg. dativus: τῷ Ἀβραάμ etc.) Hebr. 11, 18. — alloquor aliquem, Hebr. 5, 5. — πρὸς τὸ οὖς (intra privatos parietes), Luc. 12, 3. — *e.*, — μετά τινος, colloquor cum aliquo, Joh. 4, 27. 9, 37. 14, 39. (πολλά.) Apoc. 1, 12. 10, 8. 17, 1. 21, 9. 15. Marc. 6, 50. — λαλεῖν ἀλήθειαν μετά —, Eph. 4, 25. (quivis veri amantem se praebeat in colloquio cum aliis conserto.) — *f.*, — περί τινος, *aa.*, gen. rei, loquor, dico de aliqua re, Joh. 7, 13. — τινί, ad aliquem, Luc. 2, 38. Act. 22, 10. — de docente, Luc. 9, 11. — *bb.*, gen. pers., Joh. 8, 26. 12, 41. Luc. 2, 33. — περὶ αὐτοῦ, Joh. 4, 24. — τὶ περί τινος, Act. 28, 21. Luc. 2, 17. (τὸ ῥῆμα τὸ λαληθέν.) — *g.*, εἴς τινα περί τι-

νος (gen. rei), de aliqua re aliquid promittere, quod ad aliquem pertineat, Hebr. 7, 14.

Not.: Differt verbum λαλεῖν sua propria vi a verbis λέγειν, εἰπεῖν, ἐρεῖν. *Λέγειν* ad sententiam verborumque nexum, εἰπεῖν ad verba, quae quis deinceps protulit, ipsa referendum est (v. supra εἶπον), sed λαλεῖν etsi, ut vidimus, non minus de disertis et in certum sensum constructis verbis dicitur (v. c. Act. 7, 6. Hebr. 5, 5. 11, 18.), tamen aut significat universe: vocem humanam et verba ore emittere, aut intelligendum est de verborum ab aliis percipiendorum pronuntiatione, quae pronuntiatio a tacita cogitatione distinguatur (nos: etwas äussern). Hinc ἐλάλησε λέγων, Matth. 13, 3. 14, 27. 23, 1. 2. 28, 18. Joh. 8, 12. Act. 8, 26. 26, 31. 28, 25. 26. Hinc λαλεῖσθαι de omnibus orationis generibus dicitur, et quae quis εἶπε aut λέγει, ea λαλούμενα sunt vel λαληθέντα. Hinc denique vel inepte dicta aeque λαληθέντα sunt atque bene et accurate dicta, quamvis non omnia λαληθέντα simul sint bene dicta. Ex quo intelligitur, esse posse, quibus verba facientibus minus tribuendum sit τὸ λέγειν (species) quam τὸ λαλεῖν (genus); quemadmodum iudicasse traditur Eupolis de Alcibiade: λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνώτατος λέγειν. (Falleretur tamen, qui ex hoc dicto colligeret, verbum λαλεῖν proprie significare id, quod Latinis sit garrire.)

Λαλιά, ᾶς, ἡ, (a λάλος. Termino -ιά denotatur collectio eorum, quae ab aliquo, eo scil. quod nomine primitivo exprimitur, proveniunt et residua sunt, v. c. ἡ πατριά, suboles τοῦ πατρός, prosapia, ἡ ἁρμαλιά, ἀχυρμιά, σποδιά, ἀνθρακιά, ῥοθωνιά, ἀπομαγδαλιά, παιδιά, nostr. Kinderei; ita λαλιά quasi collectivum est, omne id comprehendens, quod ex vocum conformandarum consuetudine remansit. Ergo) **1.**, dialectus, pronuntiatio (mos verba pronuntiandi), Marc. 14, 70. (Matth. 26, 73.) — sermo, qui loquentis patriam prodit, Joh. 8, 43. (unde cognoscitur, Christum de coelo venisse s. a deo missum esse.) — **2.**, sermo, speciat. narratio, Joh. 4, 42. (οἱ ὁ, Ps. 19, 4. Job. 33, 1.) das Gerede.

Λαμᾶ s. λαμμᾶ, vox hebr. לָמָּה, cur? Matth. 27, 46. (Marc. 16, 34. e Ps. 22, 1.)

Λαμβάνω (forma producta verbi λήβω. Cf. λιμπάνω, λανθάνω, μανθάνω, λαγχάνω, τυγχάνω), f. λήψομαι, aor. 2. ἔλαβον, perf. εἴληφα, **1.**, capio, i. e. *a.*, cum accusat. solo constructum, *aa.*, manu capio, Matth. 27, 6. Marc. 5, 8. 10, 8. al. — Solent nostri, ubi aliquem memoraturi sunt, rei cuiusdam usum fecisse, cum hominibus in narrando nativam simplicitatem tenentibus prius commemorare, eum rem illam manu cepisse, usi vel participio λαβών, ut Matth. 14, 19. (Marc. 6, 41. Luc. 9, 16.) 13, 31. (Luc. 13, 19. 21.) 15, 36. 25, 1. 3. 17, 27. 26, 26. 27. (Marc. 14, 22. 23. Luc. 22, 17. 19.) 27, 24. 48. 59. Marc. 9, 36. Luc. 24, 30. 43. Act. 9, 25. 16, 3. 27, 35. Joh. 12, 3. 13, 4. — vel verbo finito, ut Matth. 15, 26. (Marc. 7, 27.) 26, 6. (Marc. 14, 22. cf. Luc. 22, 17.) 27, 6. 30. Joh. 6, 11. 19, 1. 40. 21, 13.

1 Cor. 11, 23. 24. Apoc. 5, 9. 8, 5. 10, 9. — Act. 2, 23. (τοῦτον — λαβόντες, ἀνείλετε.) v. supr. ἔρχομαι, ἀποκρίνομαι. (Alia huius verbositatis exempla e scriptis Graecor. congesta exhibet Matth. gramm. §. 557. not. 1.) — Huc referas licet locc. Joh. 19, 23. 18, 3. (λαβὼν τὴν σπεῖραν ἔρχεται, assumto manipulo venit.) — *bb.*, cum emphasi: capio rem, ut ea statim utar, τὰ ἱμάτια, i. e. induo, Joh. 13, 12. cf. Phil. 2, 7. (Herodot. 2, 37. 4, 78.) — τὸ ψώμιον, i. e. comedo, v. 30. Act. 9, 19. (cf. lat. cibum capio.) — τὸ ὕδωρ, i. e. haurio, bibo, Apoc. 22, 17. Joh. 13, 30. — μάχαιραν, i. e. usurpo, Matth. 26, 52. — Apoc. 11, 17. (Zach. 6, 13. Sap. 5, 20.) — οὐκ ἔλαβε, non sumsit, i. e. repudiavit, cum eo uti nollet, Marc. 15, 23. Joh. 19, 30. — de rebus, quae gestandae sunt, suscipio; — τὰς ἀσθενείας (scil. eas remoturus et absportaturus), Matth. 8, 17. — τὸν σταυρόν μου, eum portaturus, 10, 38. — mecum sumo in futuros usus, v. c. ἄρτους, Matth. 16, 5. 7. 8. 10. (Marc. 8, 14.) 25, 4. (ἔλαιον.) — *cc.*, inclusa violentiae notione (et subintellect. dat. τινί), aufero, eripio, Matth. 5, 40. Apoc. 3, 11. 2 Cor. 11, 20. (si quis vestra aufert.) — ἀπό τινος, Apoc. 6, 4. — *dd.*, relat. ad ea, quae arrepta non dimittuntur, ut lat. capio, *α.*, i. q. comprehendo, fassen, packen; — τινά, Matth. 21, 35. 39. (Marc. 12, 3. 8.) — Hom. Il. 5, 159. Xen. Cyr. 2, 4, 23. — trop., τί, i. e. potior aliqua re, Phil. 3, 12. — συμβούλιον, nos: einen Anschlag fassen, Matth. 12, 14. 22, 15. 27, 1. 7. 28, 12. — metaph., de affectibus hominem corripientibus, lat. capio, occupo; — ἔλαβεν αὐτὸν (αὐτοὺς) ἔκστασις, Luc. 5, 26. — φόβος, 7, 16. (Xen. Symp. 1, 15. ita saepissime ap. Hom. τρόμος ἔλλαβε γυῖα, Il. 3, 34. — μὲ ἵμερος αἱρεῖ, 3, 446. — χόλος, 4, 23. — Ex. 15, 15. cf. ἔχω p. 480. et Hom. Il. 3, 342. 4, 79.) — πνεῦμα, Luc. 9, 39. — πειρασμός, 1 Cor. 10, 13. (Sap. 11, 12.) — *β.*, fraudulenter capio, i. q. nostr. fangen (de venantibus, piscantibus), Luc. 5, 5. (Xen. Cyr. 1, 4, 9. Aelian. V. H. 4, 14.) — trop., — τινὰ δόλῳ, fraude circumvenio aliquem, 2 Cor. 12, 16. — *ee.*, capio aliquid, mihi ex pacto s. lege debitum, colligo, exigo (tributum), erheben, einnehmen, Matth. 17, 24. 25. (τὰ δίδραχμα.) — δεκάτας, Hebr. 7, 8. — καρπούς, Matth. 21, 34. (Marc. 12, 2.) — ὀψόνιον, 2 Cor. 11, 8. — οἵ ὁ, Ex. 30, 10. Xen. Mem. 1, 5, 6. — *ff.*, sensu latiori: meum facio, sich zueignen, Joh. 3, 27. (oppon. id, quod datum est.) — *gg.*, relat. ad id, quod offertur (opp. ἀθετῶ), non repudio, excipio; *α.*, τινά, doctorem cui obtemperem, Joh. 13, 20. 1, 12. 5, 43. — *β.*, τί, *αα.*, propr., recipio, Matth. 27, 6. — *ββ.*, trop., τὸν λόγον, animo excipio, probo, Matth. 13, 20. (Marc. 4, 16. sed Luc. 8, 13. δέχονται.) — τὴν μαρτυρίαν, fidem habeo (alicui), Joh. 3, 11. 32. 33. — τὰ ῥήματά τινος, Joh. 12, 48. 17, 8. — *hh.*, cum substantivis iunctum λαμβάνειν, i. e. suum facere aliquid, ita dicitur, ut actio, quae huius rei documento sit, et qua se quis re, nomine subst. expressa, af-

fectum ostendat, ipsa intelligatur; λαμβάνω ἀρχήν, initium capio, Hebr. 2, 3. (Aelian. V. H. 12, 60. — συντέλειαν, i. q. συντελοῦμαι, 3 Esdr. 6, 10.) — ἀφορμήν, materiam sumo, Rom. 7, 8. 11. — λήθην τινός, obliviscor, 2 Petr. 1, 9. (Aelian. V. H. 3, 18. Jos. Ant. 2, 9.) — ὑπόμνησίν τινος, recordor rei, 2 Tim. 1, 5. — πεῖράν τινος, experior aliquid, Hebr. 11, 29. (ἧς, sc. θαλάσσης, cuius permeandi periculum fecerunt. Aelian. V. H. 12, 22. Xen. Cyr. 6, 1, 54.) — subeo, sustineo aliquid, Hebr. 11, 36. (Xen. Cyr. 3, 3, 38.) — θάρσος, animum recipio, Act. 28, 15. — ὑπόδειγμά τινός τινα, sumo aliquem exemplum rei, Jac. 5, 10. — τὸ χάραγμά τινος, insculpendum mihi aliquid curo, Apoc. 14, 11. 19, 20. — addit. ἐπὶ τὸ μέτωπον (αὐτῶν), 20, 4. — ἐπὶ τοῦ μετώπου (construct. praegn. v. ἐπί p. 413. *cc.*), 14, 9.

b., Additis vocibus capiendi notionem paullo accuratius definientibus: *aa.*, ἐμαυτῷ, mihi sumo, i. e. *α.*, arrogo mihi, τὴν τιμήν, Hebr. 5, 4. — *β.*, mihi vindico, paro; — βασιλείαν, Luc. 19, 12. — subint. ἑαυτῷ, occupo, Apoc. 17, 12. — subint. ἑαυτῷ in formula: λαβεῖν γυναῖκα, uxorem ducere, Marc. 12, 19 — 22. (Luc. 20, 28 — 31. — Xen. Cyr. 8, 4, 16. — hebr. לָקַח, Gen. 4, 19. Hos. 1, 3. vel 4. cf. supr. *ff.*) — *bb.*, μεθ' ἑαυτοῦ, mecum sumo, Matth. 25, 3. v. supr. n. 1. *bb.* — *cc.*, *α.*, τὶ ἔκ τινος, capio, peto aliquid ex, Joh. 1, 16. — repeto, 16, 14. 15. — sumo ex: ἐκ τῆς δεξιᾶς τινος, Apoc. 5, 7. 10, 10. Hebr. 11, 35. (ἐξ ἀναστάσεως, receperunt ex resurrectione ad se.) — ἔκ τινων λαμβ. τινά, e pluribus eligo aliquem, Act. 15, 14. — pass., Hebr. 5, 1. — *β.*, ἀπὸ τῆς γῆς, aufero, Apoc. 6, 4. — ἀπό τινος, Matth. 17, 25. (v. supr. *ee.*, non est i. q. παρά. Hoc enim est e manibus dantis sumo, ἀπό vero universe fontem indicat, unde sumitur, von — her. V. supr. ἀπό n. 3. et *a.*) Matth. 27, 9. (verba: καὶ ἔλαβον iunge cum verbis ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ.) — παρά τινος, peto; — μαρτυρίαν, Joh. 5, 34. 41. 44. — τὸ ἱκανόν, Act. 17, 9. — *dd.*, λαβεῖν τινα εἰς (τὸ πλοῖον), recipio, Joh. 6, 21. — εἰς τὰ ἴδια, 19, 27. — εἰς οἰκίαν, 2 Joh. v. 10. i. q. δέχομαι, ὑποδέχομαι.

2., accipio, empfangen (id, quod datur), *a.*, absol., Matth. 7, 8. et Luc. 11, 10. (refertur ad αἰτεῖν.) Joh. 16, 24. — oppon. διδόναι, Act. 20, 35. Apoc. 2, 17. Matth. 10, 8. — 1 Cor. 4, 7.

b., τί, Matth. 20, 9. 10. 19, 29. (Marc. 10, 30.) Act. 10, 43. 26, 18. 1 Cor. 9, 24. 25. Jac. 1, 12. Act. 16, 24. — δύναμιν, πνεῦμα, Act. 1, 8. Apoc. 17, 12. Hebr. 12, 11. — Act. 2, 38. Joh. 7, 39. Rom. 1, 5. 5, 11. 17. 8, 15. 1 Cor. 2, 12. 2 Cor. 11, 4. Gal. 3, 14. Hebr. 9, 15. 10, 26. 11, 13. Jac. 5, 7. 1 Petr. 4, 10. — Apoc. 4, 11. 5, 12. — τὸν κλῆρον, Act. 1, 25. — μισθόν, Matth. 10, 41. Joh. 4, 36. 1 Cor. 3, 8. 14. Hebr. 2, 2. — οὐδέν, πλείονα, πάντα etc., Joh. 3, 27. Matth. 20, 10. 21, 22. Marc. 11, 24. — Matth. 19, 29. (Marc. 10, 30.) —

ἐλεημοσύνην, Act. 3, 3. — ἔλεος, Hebr. 4, 16. — ἐντολάς, Col. 4, 10. Act. 17, 15. — τόπον τῆς ἀπολογίας, Act. 25, 16. — τὴν ἐπισκοπήν, Act. 1, 20. cf. Hebr. 6, 5. — διάδοχον, Act. 24, 27. (successorem accipio, Plin. Epist. 9, 13.) — de poenis: κρίμα, Matth. 23, 14. (Marc. 12, 40. Luc. 20, 47.) Jac. 3, 1. — ἑαυτῷ, Rom. 13, 2. (δίκην, Herodot. 1, 115. — τιμάς, Aelian. V. H. 4, 5.) — subintell. αὐτό, Matth. 20, 11.

c., τὶ παρά τινος, Act. 2, 33. 3, 5. 20, 24. 26, 10. Marc. 12, 2. Joh. 10, 18. 2 Joh. v. 4. Jac. 1, 7. 1 Joh. 3, 22. Apoc. 2, 27.

d., ἀπό τινος (gen. pers.), 1 Joh. 2, 27. (i. e. divinitus datum, v. ἀπό n. 3. *a.*) — gen. rei, i. q. ἐκ (partem), Marc. 12, 2.

e., ἔκ τινος, Apoc. 18, 4.

f., ὑπό τινος, scil. πληγάς, 2 Cor. 11, 24. (Xen. Cyr. 1, 3, 16.)

g., πῶς εἴληφας, Apoc. 3, 3. — Praeterea notes formulam: πρόςωπον λαμβάνειν ("פ נָשָׂא פְּנֵי, οἱ ό· προςδέχεσθαι τὸ πρόςωπόν τινος, Gen. 32, 21. et Mal. 1, 8. 9. λαμβ. τὸ πρός. τινος. Phrasis ergo proprie signif.: admitto alicuius faciem ad me, i. e. aditum ei ad me do; in aliis formulis, ut Gen. 19, 21. respicere aliquem in aliqua re. Hinc) sensu malo: partium studio duci, Gal. 2, 6. Luc. 20, 21.

Λαμμᾶ, v. λαμᾶ.

Λαμπάς, άδος, ἡ, (a λάμπω, q. v.; cf. nostr. Lampe) **1**, fax, taeda, Apoc. 8, 10. — pl., 4, 5. — **2.**, lucerna, cuius flamma oleo alitur; — pl., Matth. 25, 3. 4. 7. 8. Joh. 18, 3. Act. 20, 8. — οἱ ό, Gen. 15, 17. Ex. 20, 18. Judic. 7, 16. 20. Dan. 5, 5.

Λαμπρός, ά, όν, (pro λαμπερός, a λάμπω, q. v.) *a.*, micans, lucidus; — ἀστήρ, Apoc. 22, 16. (Hom. Il. 4, 77.) — splendidus; — ἐσθής, Luc. 23, 11. Act. 10, 30. Jac. 2, 2. 3. — λίνον, Apoc. 15, 6. — βύσσινος, Apoc. 19, 8. (Xen. Symp. 1, 4.) — *b.*, pellucidus, Apoc. 22, 1. — neutr., res splendidae, Apoc. 18, 14.

Λαμπρότης, τητος, ἡ, splendor, Act. 26, 13. — οἱ ό, Jes. 60, 3. Dan. 12, 3.

Λαμπρῶς, adv., splendide, magnifice, Luc. 16, 19.

Λάμπω, f. ψω, splendeo, luceo; — λάμπει τὸ φῶς, Matth. 17, 2. 5. 16. — τινί, Matth. 5, 15. — εἰς τόπον τινά, Luc. 17, 24. — ἐν τόπῳ, Act. 12, 7. — ἔκ τινος, 2 Cor. 4, 6.

Λανθάνω (forma producta verbi λήθω; v. λαμβάνω), aor. 2. ἔλαθον (unde lat. latere), lateo, Marc. 7, 24. Luc. 8, 47. — τινά, lateo aliquem, Act. 26, 26. 2 Petr. 3, 5. 8. (Xen. Cyr. 1, 6, 25.) — iunct. c. participio: ἔλαθον τοῦτο ποιήσας, me latet, quod hoc fecerim, inscius hoc feci, Hebr. 13, 2. (Xen. Anab. 1, 1, 9. cf. Matth. gramm. §. 552. 3. Viger. p. 258. seq.)

Λαξευτός, ή, όν, (a λαξεύω, et hoc ex λᾶς, lapis, et ξέω, polio, sculpo) excisus e lapide; — μνῆμα, Luc. 23, 53. (οἱ ό, semel Deut. 4, 49. et Aquila: Num. 21, 20. 23, 14. Deut. 34, 1. — λαξεύω, οἱ ό, Ex. 34, 1.)

Λαοδικεία, ας, ἡ, Laodicea, urbs Asiae minoris, Phrygiae pacatianae metropolis, ad Lycum flumen sita, haud procul a Colossis; Dicaeopolis olim nominata Laodiceae nomine ornata est in honorem Laodices, uxoris Antiochi II. Diruit eam una cum Colossis et Hierapoli urbibus (v. *Κολοσσαί*) terrae motus anno 66. p. Chr. n. obortus, postea eandem e ruinis restituit Marcus Aurelius. Hodie dicitur Eskihissar s. Jokikissar, Col. 2, 1. 4. 13. 15. 16. Apoc. 1, 11.

Λαοδικεύς, έως, ὁ, Laodicenus, incola Laodiceae, Col. 4, 16. Apoc. 3, 14.

Λαός, οῦ, ὁ, populus (de hominibus una gregem mixtum efficientibus, complexus hominum unius gentis, a magistratibus ducibusque distinctus. Apud Hom. catervae militum gregariorum, ut et Xen. Mem. 1, 2, 58.), classis gentis ea, quae a magistratibus, sacerdotibus antistitibusque distinguitur; — *οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ*, Matth. 21, 23. 26, 3. 27, 64. Marc. 11, 32. (Luc. 20, 6. cf. Act. 5, 26.) Act. 6, 12. — *οἱ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ*, Matth. 2, 4. — *οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ*, Luc. 19, 47. — *τὸ πρεσβυτήριον τοῦ λαοῦ*, Luc. 22, 66. 3, 21. Hebr. 2, 17. 7, 5. 13, 12. — loci, in quibus populi congregati mentio fit, Matth. 27, 25. Luc. 1, 21. 3, 15. 21. 7, 1. 29. 8, 47. 9, 13. 18, 43. — *τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ*, Luc. 1, 10. — **2.**, omnino numerus hominum, quibus gens alicui domino subiecta constat: *ὁ λαὸς Ἰσραήλ*, Luc. 2, 32. — *τοῦ θεοῦ*, Hebr. 4, 9. cf. Tit. 2, 14. Luc. 1, 17. Act. 7, 34. 15, 14. — intellig. populus Israëliticus, Matth. 1, 21. Luc. 2, 10. Joh. 11, 50. cf. 18, 14. (Joannes videtur *ἔθνος* et *λαός* promiscue dicere.) Act. 7, 17. 26, 17. Hebr. 7, 11. — de aliis populis: *πᾶς λαὸς κ. ἔθνος*, Act. 5, 9. 14, 6. — plur., Luc. 2, 31. Act. 4, 25. 27. Apoc. 7, 9. 10, 11. — **3.**, quod nos dicimus: Mannschaft (Leute, a graeco *λαΐτης*): *πολύς*, Act. 18, 10. — *ἱκανός*, Act. 5, 37. (de militantibus, cf. 1 Macc. 5, 18. 19. 2 Sam. 17, 2. 3, 22. 18, 2.)

Λάρυγξ, γγος, ὁ, guttur, gula (Etym. M.: *λάρυγξ μὲν δι' οὗ λαλοῦμεν, φάρυγξ δὲ δι' οὗ ἐσθίομεν κ. πίνομεν*), Rom. 3, 13. (Ps. 5, 10. 22, 15.)

Λασαία, ας, ἡ, Lasaea, urbs s. potius urbecula (*πολίχνιον*) Cretae insulae, Act. 27, 8. (nuspiam eius apud geographos et scriptores antiquos facta mentio est, fortasse propterea, quod parva et ignobilis esset.)

Λάσκω, v. *λάκω*.

Λατομέω (ῶ), f. ήσω, (ex *λᾶς*, lapis, et *τέμνω*) seco, lapides exscindo, Matth. 27, 60. (Marc. 15, 46.) — *οἱ ὁ*, Deut. 6, 11. Ex. 21, 33.

Λατρεία, ας, ἡ, (cohaeret c. *λατρεύω*, q. v.; cf. *ἱερεία*, *βουλεία*, al.) **1.**, servitium, ministerium pro mercede praestitum (*τὸ λάτρον*, merces, *ὁ λάτρις*, mercenarius). — **2.**, ministerium, cultus dei (prouti eius ordo lege levitica praescriptus est, hebr. עֲבֹדָה, Ex.

12, 25. 26.), Rom. 9, 4. Hebr. 9, 1. Rom. 12, 1. (ἡ λογική; oppon. cultui, ad quem victimae necatae adhibentur.) — λατρείαν προςφέρειν τῷ θεῷ (pro: θυσίαν προςφέρειν εἰς λατρείαν), Joh. 16, 2. — pl., (ἐπιτελεῖν) τὰς λατρείας (de sacerdotibus dictum), Hebr. 9, 6.

Λατρεύω, f. εύσω, (a λάτρις, mercenarius, lat. latro, Plaut. Mil. 1, 1, 75. et λάτρον, merces, Söldner) pro mercede servio (Xen. Cyr. 3, 1, 20. 36.), cultum religiosum exhibeo (hebr. עָבַד, Deut. 6, 13. 10, 12. Jos. 24, 15.), **1.**, sensu latiori, *a.*, λατρεύειν θεῷ, Matth. 4, 10. et Luc. 4, 8. (cf. Ex. 20, 5. et Deut. 6, 13.) Luc. 1, 74. Act. 7, 7. 24, 14. 27, 23. Apoc. 22, 3. — de cultu idolorum (cf. εἰδωλολάτρης), Act. 7, 42. Rom. 1, 25. Apoc. 7, 15. (Ex. 20, 5. 23, 24.) — *b.*, phrases de modo deum colendi: θεῷ λατρεύειν πνεύματι, Phil. 3, 3. (oppon. ritibus externis.) — ἐν τῷ πν., Rom. 1, 9. (iam hic in praefatione Paulus, ut solet, vocibus utitur, quae argumento in sequentibus tractando accommodata sunt. Disputaturus enim est contra Judaeos circumcisionem iactantes et legi rituali confidentes.) — ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, 2 Tim. 1, 3. cf. Hebr. 9, 14. — νηστείαις κ. δεήσεσι, Luc. 2, 37. — μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας, Hebr. 12, 28. — ἐν ὁσιότητι κ. δικαιοσύνῃ, Luc. 1, 75. — *c.*, λατρεύειν, absque dat., Luc. 2, 37. Act. 26. 7. (Eurip. Electr. 131. Iphig. Taur. 1115.) — **2.**, sensu strictiori: sacra facio, dona offero, s. fungor ministerio, ad deum colendum instituto (den Dienst verwalten), Hebr. 8, 5. 9, 9. 10, 2. 13, 10.

Λάχανον, ου, τό, (a λαχαίνω, fodio) herbae natae in terra, quae fodiendo colitur, Gartenkraut, olus, olera, Luc. 11, 42. — plur., Matth. 13, 32. (Marc. 4, 32.) Rom. 14, 2. — οἱ ό, 1 Reg. 21, 2. Gen. 9, 3. Ps. 37, 2.

Λεββαῖος, v. in appendice.

Λεγεών, ῶνος, ἡ, (vox lat.) legio (turma militum, quae primis temporibus 3260, tum aetate Servii Tullii 4000, Polybii aevo 5000 et postero tempore 6200 militibus constabat), Marc. 5, 9. 12. (Luc. 8, 30.) — plur., Matth. 26, 53. (δώδεκα, forsitan respectu ad τοὺς δώδεκα ἀποστόλους facto.)

Λέγω, f. ξω, (in N. T. huius verbi occurrit praesens tantum et imperfectum. Mutuarunt Germani verbum legen eo ipso sensu dicentes, qui fuit verbi graeci primus et originarius, v. Hom. Il. 24, 634. 4, 131. Od. 17, 102. cf. lat. lectus. Eandem vim retinuit verbum λήγω, quod est ipsum verbum λέγω in aliam formam effictum. E prima significatione enascitur altera collectionis, electionis, servata illa in compositis συλλέγειν, ἐκλέγειν. Ut Latini verbum legendi de litteris in vocem colligendis usurpant, ita nostrates collectionem litterarum eodem verbo dicunt, quod et de aliis rebus in unum colligendis adhibent: lesen. Si Graecis deinde verbum λέγειν significat dicere, hoc inde explices, quod quando dicitur, verba in sententiam colliguntur. Constat vero etiam alia esse in graeco

sermone verba, quae dicendi significatum ex seriei notione duxerint, verba puta εἴρω et ῥέω, quibuscum conferas latinas voces: series, sermo, verbum [τὸ εἰρημένον], nostr. Reihe, reihen, et verbum εἶπον coniunctum illud verbo ἕπομαι, sequor) dico (verba in sententiam colligo); *a.*, λέγω simpliciter, verba facio, sprechen, Act. 13, 15. 24, 10. *aa.*, Solent scriptores N. T. historici eos, de quorum consiliis et actionibus referunt, loquentes facere, ideoque narrationem sic construere, ut locus sit participio λέγων, quod participium deinde sequatur oratio loquentis directa, e. g. Matth. 1, 20. 22. 2, 13. 15. 20. 8, 2. 3. 9, 29. 34. 11, 18. 19. 12, 44. 14, 15. 16, 2. al. Marc. 3, 30. 6, 38. Luc. 5, 39. 1 Cor. 11, 25. al. Pertinet vero λέγειν magis ad sententiam, quam ad verba pronuntiata (v. sub εἶπον p. 314. n. 6. dicta). Hanc ob rem *bb.*, verbum λέγειν alii additur verbo, cui iam loquendi notio inest, aut cui ipsi iam aliqua sententia subest, v. c. τὸ ῥηθὲν — λέγοντος, Matth. 2, 17. 3, 14. 18. 8, 17. 12, 17. 13, 35. al. — κηρύσσων κ. λέγων, Matth. 3, 2. cf. 8, 6. 9, 27. 17, 15. 21, 15. 22, 35. Marc. 10, 47. Luc. 2, 3. 10, 25. Act. 11, 14. 15. 15, 9. — ἐθαύμασαν λέγοντες, Matth. 8, 27. 9, 33. 15, 7. 12. 19, 25. 20, 12. 21, 10. 20. 24, 5. 26, 8. 27, 24. 29. 40. 54. Marc. 6, 2. 7, 37. 15, 29. — προςφωνοῦσι κ. λέγουσιν, Matth. 11, 17. (Luc. 7, 32.) cf. 12, 23. 13, 54. Luc. 19, 38. Joh. 6, 42. — et praemittitur participio plerumque verbum aliquod sermonis referendi adumbrans argumentum vel indolem, quocum τὸ λέγων coniunctum verti potest: his verbis (utens, usus). Exempla frequentissime occurrunt in scriptis historicis, v. c. ἀνεβόησε λέγων, Matth. 27, 36. Luc. 9, 38. — ἀνέκραξε, Marc. 1, 24. (Luc. 4, 34.) 23, 18. — Alia eiusmodi verba sunt: ᾄδω (Apoc. 5, 9. 15, 3.), αἴρειν φωνήν (Luc. 17, 13. Act. 14, 11.), ἀπαγγέλλω (Luc. 8, 19. [cf. Ex. 18, 6.] Joh. 4, 51. Act. 5, 23. 22, 26.), αἰτοῦμαι, ἀπεκρίθην (apud Matth., Marc. et Luc. saepissime, apud Joh. tantum 1, 26. Nam c. 10, 33. τὸ λέγειν boni libri non agnoscunt), ἀρνοῦμαι (Act. 20, 23.), βλασφημῶ, βοῶ (Marc. 14, 34. Luc. 18, 38.), γογγύζω, διαγογγύζω, διαμαρτύρομαι (Act. 20, 23.), διαστέλλομαι (Marc. 8, 15.), διϊσχυρίζομαι, διδάσκω (Marc. 11, 17.), δοξάζω, εἶπεν ἐν παραβολαῖς (Matth. 22, 1.), ἔλεγε παραβολήν (Luc. 14, 7. 18, 2. 15, 3.), παρέθηκε παραβολήν (Matth. 13, 24.), εἶπεν ἐν ἑαυτῷ (Luc. 7, 39.), ἐκμυκτηρίζω, ἐμπαίζω, ἐκτίθεμαι et ἀνατίθεμαι, ἐμβριμῶμαι, ἐντέλλομαι, ἐπερωτῶ, ἐπικαλοῦμαι, ἐπιτιμῶ, ἐπιφωνῶ, ἐρωτῶ, κατηγορῶ, κηρύσσω, κραυγάζω, λαλῶ, μαρτυρῶ, μάχομαι, ὄμνυμι, παραγγέλλω, παραινῶ, παραβιάζω, παρακαλῶ, προςεύχομαι, προςφωνῶ, προφητεύω, συζητῶ, συλλαλῶ, συμβουλεύω, φωνῶ, ψευδομαρτυρῶ, quae verba vid. suis locis. — *cc.*, Adiungitur etiam aliis verbis dictum de actu, quem verba quaedam comitata sunt, v. c. verbo προςκυνῶ, ἔρχομαι (Luc. 18, 3. 19, 18.), προςῆλθον, προςπορεύομαι, παρεγενόμην. Vid. simul Act. 8, 10. 18. 10, 26. 12, 7. 27, 23. Luc.

1, 66. 5, 8. 6, 20. 8, 38. 10, 17. 15, 9. 17, 4. 18, 13. 22, 19. Marc. 14, 63. Alia si ratio locorum est, nec orationem participio constructam exhibent, non magis quam Joh. 1, 29. Dissimilitudinem etiam animadverte, ubi verbo λέγειν finito alius verbi praecedit participium, v. c. Matth. 27, 41. (so sagten auch die — mit Hohn.) 26, 49. (Marc. 14, 45.) Marc. 4, 34. 8, 12. 14, 67. 15, 35. 9, 24. Joh. 1, 36. 9, 8. Hebr. 8, 8. — Not.: ἔγραψε λέγων, scripsit his verbis, Luc. 1, 63. — ἀπέστειλε λέγων, i. e. vel ἀπέστειλέ τινα λέγων, misit aliquem, quia hoc credebat s. dicebat, Matth. 11, 37. (Marc. 12, 6.) vel: per nuntium dici iussit, Luc. 7, 19. 20. Act. 13, 15. 16, 35. Matth. 22, 16. 27, 19. Joh. 11, 3. — λέγει, dici, i. e. quaeri iubet, Matth. 26, 18. (Marc. 14, 14. Luc. 22, 11.) — not. Hebr. 7, 11. (λέγεσθαι h. l. non est: eligi, sed verte: quid opus est — nec dici secundum ordinem Aaronis scil. in illo loco Ps. 110, 4.) — *dd.*, ἡ φωνὴ λέγουσα, Matth. 3, 17. (Luc. 3, 22.) 17, 5. Apoc. 6, 6. 11. 10, 4. 8. 12, 10. 14, 13. al. — additur verbo λέγειν formula: φωνῇ μεγάλῃ, Apoc. 5, 12. 13. 8, 13. — ἐν φωνῇ μ., 14, 7. 9. — *ee.*, post λέγων ante verba orationis directae positum reperitur ὅτι recitativum, Matth. 9, 18. (Marc. 5, 23.) 14, 26. 20, 12. 21, 16. Marc. 2, 12. (Luc. 5, 26.) 3, 21. 22. 5, 28. 6, 14. 15. 35. 7, 20. 13, 6. (Luc. 21, 8.) 14, 58. Luc. 1, 25. 4, 41. 14, 30. 15, 2. 17, 10. 19, 42. 23, 5. 24, 34. Joh. 1, 32. 6, 14. 7, 12. 8, 33. 9, 9. 41. 10, 41. 11, 31. 12, 34. Act. 2, 13. 5, 23. 6, 11. 14. 11, 3. 15, 5. 18, 13. 19, 26. 26, 31. Rom. 3, 8. 14, 11. Hebr. 10, 8. Apoc. 3, 17. (Subest his l. confusio utriusque orationis et directae, quam auctor posuit, et indirectae, quam erat coniunctione illa praeparaturus, ideoque haec coniunctio collocata ante directae orationis verba in his tantum locis reperitur, ubi levi mutatione verbum directi sermonis in verbum coniunctioni aptum verti potest. Hac de caussa non reperies ante imperativum et ante vocativum.) — *ff.*, λέγειν ἐν ἑαυτῷ, secum cogitare. Addi solent verba orationis directae, efficta tota phrasi ad ingenium Hebraeorum, quibus nihil mente concipitur, nisi quod verbis conceptum est, Matth. 3, 9. (Luc. 3, 8.) 9, 21. (Marc. 5, 28. ἔλεγε simpliciter Luc. 7, 49.) — ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, Apoc. 18, 7. — particip. λέγων post verba λογίζεσθαι (λέγειν πρὸς ἑαυτόν s. παρ' ἑαυτῷ), Matth. 21, 25. (Marc. 11, 31. sed Luc. 20, 5. συνελογίσαντο λέγοντες.) — διαλογίζεσθαι, Matth. 16, 7. Luc. 12, 17. 5, 21. (v. εἶπον.) — Denique *gg.*, quod vim vocis attinet, λέγειν dicitur, et qui verba ore, et qui litteris scriptis exprimit, 2 Cor. 7, 3. 8, 8. 9, 3. 4. 11, 16. 21. Phil. 4, 11. — De scriptoribus sacris V. T., Rom. 10, 16. 20. 11, 9. 15, 12. (cf. locc. supra sub *aa.* excitatos.) — τίς, Hebr. 2, 6. — λέγει ἡ γραφή, Rom. 4, 3. 10, 11. cf. 11, 2. Jac. 2, 23. 4, 5. 6. — abest ἡ γραφή, Rom. 15, 10. 11. Gal. 3, 16. Eph. 4, 8. 5, 14. — λέγει, scil. ὁ θεός, 2 Cor. 6, 2. — cf. v. 17. 18. Hebr. 1, 6. — λέγει Δαβὶδ ἐν

ψαλμῷ, Act. 13, 35. — θεός, Hebr. 5, 6. — ἐν τῷ Ὡσηέ, Rom. 9, 25. — ἐν Ἐλίᾳ, Rom. 11, 2. — ἐν Δαβίδ, Hebr. 4, 1. — Messias, Hebr. 2, 12. — τὸ πνεῦμα ἅγιον, Hebr. 3, 7. — et adhibetur de omni dicendi genere, v. c. de quaestione, Matth. 9, 14. (Marc. 2, 18. sed Luc. 5, 33. 34. εἰπεῖν.) 15, 1. 17, 25. 18, 1. 21, 33. (Marc. 11, 28.) 9, 14. Marc. 5, 30. 31. cf. Matth. 26, 22. (Marc. 14, 14. Luc. 22, 11.) Luc. 7, 20. 4, 22. Joh. 7, 11. 19, 10. Rom. 10, 18. 19. 11, 1. 11. — de responsione, Matth. 17, 25. (Marc. 8, 24.) Joh. 1, 21. 18, 17. — de acclamatione, Apoc. 4, 8. 10. 18, 10. — de exclamatione, Apoc. 18, 16. — de precatione, Matth. 25, 11. (Luc. 13, 25.) — et de prolata sententia: λέγω, seq. orat. dir., 1 Thess. 5, 3. — urgetur, quod aliquis quidquam dicat, et dicere soleat, quod, ne diceret, optandum esset, 1 Cor. 5, 4. Jac. 4, 13. 2 Petr. 3, 4. — Nonnunquam idem est quod contendo, Gal. 4, 1. 1 Joh. 2, 4. — mihi volo, ich meine, Gal. 5, 16. cf. 1 Cor. 1, 12. — obiicio, Rom. 10, 18. — quaero, Rom. 11, 1. 11. — ὁ νόμος λέγει, lex praecipit, 1 Cor. 14, 34. (Aelian. V. H. 14, 7.) — οἱ λέγοντες, pro vocativo, Matth. 23, 16. Jac. 4, 13. — ἵνα μὴ λέγω s. λέγωμεν, ne dicam, 2 Cor. 9, 4.

b., λέγω cum accus., *aa.*, τί, dico aliquid, *α.*, universe: ὅ, Luc. 9, 33. (i. e. nesciens, utrum apta essent, quae diceret, an minus.) 22, 60. — verbis exprimo, Philem. v. 21. — ἅ, Marc. 11, 23. 1 Tim. 1, 7. — ὅσα, quantum (sive sit severius sive mitius dictum), Rom. 3, 19. — τοῦτο (addito partic.), Joh. 8, 6. 12, 33. — τοιαῦτα, Hebr. 11, 14. — ταῦτα, Luc. 8, 8. 9. 34. 11, 27. 45. 13, 17. Joh. 5, 34. Act. 14, 18. 1 Cor. 9, 8. — τάδε, (ref. ad sequentia), Act. 21, 11. Apoc. 2, 1. 8. 12. 18. 3, 1. 7. 14. — οὐδέν, Act. 26, 21. — τί, quaestio dir., Rom. 10, 8. (ἡ δικαιοσύνη.) Gal. 4, 30. (ἡ γραφή.) Rom. 11, 4. (ὁ χρηματισμός.) — quaest. indir., 1 Cor. 14, 16. Matth. 21, 16. Luc. 18, 6. — τί, aliquid, Act. 17, 21. — τὰ λεγόμενα, partic. imperf., Luc. 18, 34. Act. 28, 24. Hebr. 8, 1. — Act. 8, 6. — ὑπό τινος, Act. 13, 45. 27, 11. — λέγω ἀλήθειαν, Rom. 9, 1. 1 Tim. 2, 7. — ἀληθῆ, Joh. 19, 35. — ἀνθρώπινον, Rom. 6, 19. — suppl. αὐτό, Joh. 12, 19. — αὐτά, Matth. 23, 6. (λέγουσι h. l. praecipiunt.) — not.: σὺ λέγεις, est ut dicis, Matth. 27, 11. Marc. 15, 2. Luc. 23, 3. Joh. 18, 37. Luc. 22, 70. — *β.*, speciatim: *αα.*, praecipio (ποιεῖν ἃ λέγει τις), Luc. 6, 46. (cf. Matth. 23, 6. Joh. 2, 5.) 2 Tim. 2, 7. — *ββ.*, doceo, Act. 1, 3. — *γγ.*, λέγω, ut lat. dico, mihi volo, ich meine, 1 Cor. 10, 29. — τοῦτο, Gal. 3, 17. (Xen. Oecon. 17, 8.) — *δδ.*, eloquor, proloquor, Eph. 5, 12. Hebr. 5, 11. — *εε.*, propono: παραβολήν, Luc. 14, 7. — *ζζ.*, τὸ αὐτό, idem nomen profiteri, 1 Cor. 1, 10. (12.) — *bb.*, τινά, ut lat. dico, intelligi volo aliquem, nostr. meinen (mit dem ausgesprochenen Worte bezeichnen), Marc. 14, 71. Joh. 6, 71. (Aelian. V. H. 3, 36. i. q. αἰνίττω. — Lucian. Diall. D. 3, 4. 7, 2. 10, 4.)

Hebr. 8, 13. (ἐν τῷ λέγειν καινὴν [cf. v. 8.], mentionem faciens de novo foedere.) — pass., Hebr. 3, 15. — addito acc. praedicati: dico, i. e. appello, i. q. καλῶ, Apoc. 2, 20. Matth. 19, 17. (Marc. 10, 18. Luc 18, 19.) Marc. 12, 37. (Matth. et Luc. in locis parall καλεῖ.) Joh. 5, 18. 15, 15. Act. 10, 28. — pass., Matth. 13, 55. 1 Cor. 8, 5. 12, 3. Eph. 2, 11. 2 Thess. 2, 4. Hebr. 11, 24. — ὁ λεγόμενος, seq. nominat. praedic., cui cognomen est, Matth. 1, 16. (27, 17.) 9, 9. 10, 2. Col. 4, 11. Joh. 20, 24. — cui nomen est, Matth. 26, 3. 14. 27, 16. (Marc. 15, 7.) Luc. 22, 47. Joh. 9, 11. — τί τι, locus, urbs etc., Hebr. 9, 2. — τὸ ὄνομα λέγεται, Apoc. 8, 11. — particip., cui nomen est, Matth. 2, 23. 26, 36. 27, 33. Joh. 4, 5. 11, 54. 19, 13. Act. 3, 2. 6, 9. Hebr. 9, 3. — additur ἑβραϊστί, Joh. 19, 13. 17. cf. ἐπιλέγω. — particip., qui vernaculo sermone dicitur, Matth. 27, 33. Joh. 4, 25. 11, 16. 20, 16. — ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον, Joh. 1, 39. Act. 9, 36.

c., λέγω τινί, dico alicui, *aa.*, dat. pers., *α.*, universe, seq. oratione directa narrantis, Matth. 9, 37. 14, 4. 18, 32. 19, 10. 21, 13. 22, 8. 26, 31. 76. Marc. 1, 41. 2, 5. 17. 27. 4, 9. 11. 7, 9. 8, 2. 9, 5. al. Joh. 1, 40. 2, 10. al. — vel docentis, 1 Cor. 7, 8. 12. — et huic praemissa vocula ὅτι, Marc. 1, 37. 40. 6, 4. 18. 9, 11. 14, 27. 69. Luc. 6, 5. al. Rom. 9, 17. — ante verba quaestionis, Matth. 8, 26. 15, 34. 19, 3. 18. 20, 6. 22, 12. 20. 43. 26, 17. 22. 40. 27, 13. 22. Marc. 4, 13. 21. 38. 3, 4. 5, 39. 6, 37. 38. 7, 18. 8, 17. 27. 29. al. Luc. 16, 5. Joh. 5, 6. 7, 11. 8, 19. 25. 9, 10. 17. 19, 9. 10. 20, 13. 15. 21, 21. al. — ante verba responsionis, Matth. 17, 26. 18, 22. 9, 28. 13, 51. 20, 7. 21. (in colloquiis, ut Matth. 4, 9. 10. ita sexcentis in locis.) Joh. 5, 6. 8, 19. 25. 9, 17. — et praemittitur ἀποκριθείς, Marc. 8, 29. 11, 33. Luc. 3, 11. cf. Marc. 7, 28. 9, 5. 19. 10, 24. 51. 11, 22. Luc. 11, 45. 14, 8. 14. 27, 31. — et praecedit orationem dir. ὅτι recitat., Matth. 19, 8. Joh. 20, 13. — item ante imperativum: Matth. 4, 6. 19. 8, 4. 9. (Luc. 7, 6. 8.) 9, 6. 9. (Marc. 2, 14.) v. 36. 41. 12, 13. 15, 22. 20, 8. 21, 2. 22, 4. 26, 52. 28, 10. Marc. 1, 44. 2, 16. 18. 24. 3, 3. 5. 4, 20. 5, 8. 19. 36. 41. 7, 14. 34. al. Luc. 5, 24. 12, 4. 22. Joh. 1, 44. 2, 7. 8. 4, 7. 10. 6, 10. 11, 44. Act. 22, 18. al. — ante exclamationem, Marc. 10, 23. — et acclamationem, Apoc. 4, 8. 10. 18, 10. — ante compellationem, Joh. 20, 16. 26. 21, 5. 15. 16. Act. 27, 10. — λέγειν τινί· κύριε, κύριε, salutare aliquem dominum, Matth. 7, 21. (cf. εἰπεῖν, Matth. 5, 22.) — λέγει, scil. αὐτό, Joh. 12, 22. — imperat. λέγε μοι, Act. 22, 27. (Plerumque εἰπέ μοι, ἡμῖν.) — plur., Luc. 10, 9. — *β.*, speciat. de eo, qui verbis suis obtemperari vult; *αα.*, de docente, Matth. 5, 22. 28. 32. 34. 39. 44. (Luc. 6, 27.) Apoc. 2, 24. (addito: ἐν τῇ διδαχῇ, Marc. 4, 2. 12, 38.) — κἀγὼ ὑμῖν λέγω, Luc. 11, 9. 16, 9. (ante imperat., ut Luc. 7, 14. 12, 4.) 5, 13. 24. 15,

10. — de eo, qui per litteras docet, 1 Cor. 10, 15. 2 Cor. 6, 13. — ββ., de affirmante: ἀμὴν λέγω ὑμῖν, affirmo vobis, Marc. 9, 41. 10, 15. Matth. 5, 18. 20. 26. 10, 23. 42. 16, 28. (Marc. 9, 1. sed Luc. 9, 27. λέγω ὑμῖν ἀληθῶς.) 18, 2. 25, 12. 26, 13. (Marc. 14, 9.) Joh. 1, 52. 3, 3. 5, 11. 19. (seq. ὅτι, 5, 24. 25. Matth. 13, 17. 25, 36.) 6, 26. 32. 47. 53. 8, 51. 58. 12, 24. al. — absque ἀμήν, Matth. 11, 22. 12, 36. 23, 19. Luc. 7, 9. 28. 8, 8. 12, 18. 10, 12. 12, 8. 59. 17, 34. 18, 8. 14. — ναὶ λέγω ὑμῖν, Luc. 7, 26. (Matth. 11, 9. sed v. 11. ἀμὴν λέγω ὑμῖν.) 11, 51. 12, 5. — λέγω σοι, Luc. 7, 15. — λέγω aliis verbis interpositum (ut lat. inquit), Matth. 18, 22. Luc. 1, 47. 13, 1. — *bb.*, dat. rei, Matth. 21, 19. Luc. 17, 6. 23, 30. Apoc. 6, 16. cf. Luc. 4, 3.

d., λέγω τινί τι, trado (narro, expono) alicui aliquid, Matth. 10, 27. 2 Thess. 2, 5. — τὴν ἀλήθειαν, Joh. 16, 7. — μυστήριον, 1 Cor. 15, 51. — παραβολήν, Luc. 18, 1. — de promittente, Apoc. 2, 7. 11. 17. 29. 3, 6. 13, 12. — praecipio, Joh. 2, 5. (cf. Gen. 41, 55.) Marc. 13, 37. — expono, Marc. 10, 32. — seq. orat. indir., Matth. 21, 27. (Marc. 11, 33.) Luc. 20, 8. — τινί τινα, significo alicui aliquem, Joh. 8, 27. Phil. 3, 18.

e., λέγω seq. praepositt., *aa.*, πρός, α., τινά, quod est vel αα., ad aliquem, א., seq. orat. dir., Marc. 4, 41. 10, 26. 16, 3. Luc. 8, 25. 9, 23. 10, 2. 16, 1. Joh. 2, 3. 3, 4. 4, 15. 33. 49. 6, 5. 8, 31. Act. 2, 7. 12. 28, 4. 17. 8, 16. 10, 21. 11, 31. — ב., seq. ὅτι recitat., Luc. 4, 21. — ג., πρός τινά τι, Luc. 11, 53. 24, 10. — παραβολήν, Luc. 14, 7. (v. supr. *b.*, εε.) — vel ββ., respectu ad, Hebr. 1, 7. 8. 7, 21. Luc. 12, 41. — β., πρός τι, 1 Cor. 7, 35. 2 Cor. 7, 3. 1 Cor. 6, 5. 15, 34. — *bb.*, μετά τινος, loquor cum aliquo, Joh. 11, 56. — *cc.*, περί τινος, loquor, dico de aliquo, Joh. 2, 21. 11, 13. 13, 18. 22. Matth. 21, 46. (i. q. πρὸς αὐτούς, in Bezug auf sie.) — seq. orat. dir., Joh. 1, 48. — τί, Act. 8, 34. Joh. 1, 22. 9, 17. Tit. 2, 8. — et addito κατὰ μέρος, verba facio de aliquo, Hebr. 9, 5. — τινὶ περί τινος, Matth. 11, 7. (Luc. 7, 24. pro τινί habet πρός τινα.) Marc. 1, 30. (Luc. 4, 38. ἐρωτᾶν.) 8, 30. — *dd.*, ὑπέρ τινος, pro aliquo, defendo aliquem, Act. 26, 1. — *ee.*, ἐπί τινα, Hebr. 7, 13. — *ff.*, εἴς τινα (τὶ βλασφημῶν), in aliquem, Luc. 22, 65. — ut in aliquo eventum habeat, Act. 2, 25. Eph. 5, 32. — εἰς τὸν κόσμον, in — hinein, Joh. 8, 26.

f., λέγω cum aliquo verbo constr., *aa.*, c. inf.: τινὶ χαίρειν, salvere aliquem iubeo, saluto, 2 Joh. 10, 11. — τὶ ποιῆσαι, iubeo, Apoc. 13, 14. — μή, Matth. 5, 34. 39. Rom. 2, 22. 12, 3. — *bb.*, c. accus. et inf., Luc. 11, 18. Joh. 12, 29. Act. 4, 32. — de contendente aliquid, 2 Tim. 2, 18. Luc. 23, 2. Matth. 16, 13. 15. (Marc. 8, 27. 29. Luc. 9, 18. 20.) Luc. 20, 41. Act. 17, 7. 5, 36. 8, 9. 28, 6. Rom. 15, 8. Apoc. 2, 9. 3, 9. — περιτέμνεσθαι, dass man — solle, Act. 15, 24. (cf. κρίνω.) — λέγω

ἑωρακέναι (omittitur ἐμαυτόν, ubi obiectum cum subiecto coalescit, cf. Luc. 20, 7.), Luc. 24, 23. — cf. Jac. 2, 14. 1 Joh. 2, 6. 9. — λέγω μή, h. e. vel non esse dico = nego, Matth. 22, 23. (Marc. 12, 18. Luc. 20, 27.) — vel veto, ich sage, dass nicht — soll, Act. 21, 4. 21. — *cc.*, λέγω, seq. ὅτι (pro acc. c. inf.), contendo, Marc. 9, 11. (Matth. 17, 10.) 12, 35. Luc. 9, 7. 24, 7. Joh. 4, 20. 35. 12, 34. — ῥητῶς λέγει, ὅτι, diserte dicit, 1 Tim. 4, 1. Joh. 18, 37. Luc. 22, 70. (σὺ λέγεις, ὅτι, tu modo dixisti, quod rem tangit.) — λέγω τινί, ὅτι, affirmo alicui hoc illudve esse, Gal. 5, 3. Matth. 16, 18. 17, 12. (Marc. 9, 13.) 26, 21. (Marc. 14, 18.) Luc. 22, 16. Matth. 3, 9. (Luc. 3, 8.) 5, 20. 22. 28. 32. 6, 5. 29. (Luc. 12, 27.) 11, 24. (Luc. 10, 12.) 12, 6. 36. 13, 17. (Luc. 10, 24.) 18, 10. 19. 19, 9. 21, 43. 26, 29. (Marc. 14, 25.) v. 34. (Marc. 14, 30.) Luc. 12, 44. 13, 35. 14, 24. 15, 7. 18, 8. 19, 26. 40. 21, 3. 22, 18. 37. al. Joh. 3, 11. 5, 24. 25. 8, 34. 10, 7. 13, 21. 16, 20. — Marc. 8, 12. v. supr. εἰ p. 287. n. 2. *b.* — de respondentibus, Matth. 20, 7. — λέγω περί τινος, ὅτι, Luc. 21, 5. — Nota attractionem in phrasi λέγω τινά, ὅτι (pro: λέγω, ὅτι τις), Joh. 8, 54. 9, 19. 10, 36. (pro: ὑμεῖς λέγετε, ὅτι οὗτος, ὃν — ἀπέστειλε, βλασφημεῖ. V. verba βλέπω, καταμανθάνω, εἶδον et similia; sed cum h. l. simul oratio indirecta mutata sit in directam; pro βλασφημεῖ positum est βλασφημεῖς.) — ταῦτο ὑμῖν λέγομεν, ὅτι, 1 Thess. 4, 15. — λέγω τοῦτο, ὅτι, hoc mihi volo, quod, 1 Cor. 1, 12. — *dd.*, seq. ἵνα, inculco, ut (iubeo), Act. 19, 4. 1 Joh. 5, 16. (aliter v. c. Col. 2, 4.) — μή c. coni., 2 Cor. 11, 16. — *ee.*, seq. interrog. indir., Matth. 21, 27. (Marc. 11, 33. Luc. 20, 8.) not. Luc. 9, 31. (pro τίνα ἔξοδον, ex attractione: τὸν ἔξοδον, ὄν.) — ἔλεγε — εἰ ἔξεστι, Act. 21, 37. (quaesivit, an.)

g., λέγω iunct. c. adverbiis vel adverbiorum circumscriptionibus: καλῶς, Joh. 13, 13. — ὡςαύτως, Marc. 14, 31. — λέγω τι κατά (συγγνώμην, ἐπιταγήν, rath-, befehlsweise, more consilium dantis, mandantis), 1 Cor. 7, 6. 2 Cor. 8, 8. 11, 21. Phil. 4, 11. — κατ' ἄνθρωπον, Rom. 3, 5. Gal. 3, 15. (cf. 1 Cor. 9, 8.) — Xen. Mem. 2, 7, 11. 3, 3, 4. — λυκαονιστί, Act. 14, 11. — Caet. cf. εἶπον. — Nota constructt. anomalas: αἱ φωναὶ λέγοντες, Apoc. 11, 15. (constructio ad sensum, λέγοντες dixit auctor, quia in mente habuit angelos et beatos, cf. Gen. 14, 1. 45, 16.) 5, 11. 12. (λέγοντες pro λεγόντων, ut ὁρῶντες, Thuc. 7, 42. et χωροῦντες, 5, 70. pro genitivis.)

Λεῖμμα, τος, τό, (a λείπω, relinquo, perf. p.) residuum, reliquiae (2 Reg. 19, 4.), Rom. 11, 5. (Sens.: Judaeorum, dei benigno decreto Judaeorum aliqua pars, in quam beneficia Christi conferantur, reservata est; cf. v. 31. 32.)

Λεῖος, εία, εῖον, laevis, planus, Luc. 3, 5. (oppon. τραχύς, asper, Jes. 40, 4. Prov. 2, 20. 1 Sam. 17, 10. Xen. Mem. 2, 1, 20.)

Λείπω, f. *ψω*, **1.**, transit., relinquo, desero; — pass., *a.*, relinquor, deseror. — *b.*, cedo, inferior sum: *ἐν μηδενί*, Jac. 1, 4. (Graeci: *μηδενί*, v. Xen. Mem. 3, 5, 2.; sed Polyb. habet *ἐν τῇ εὐνοίᾳ — λειπόμενον.*) — *c.*, — *τινός*, careo aliqua re, Jac. 1, 5. (Xen. Mem. 2, 4, 7.) — **2.**, intransit., *ἕν σοι λείπει*, unum tibi restat, adhuc deest, Luc. 18, 22. (i. q. *ὑστερεῖ*, Marc. 10, 21.) Tit. 3, 13. — *τὰ λείποντα*, Tit. 1, 5. (Polyb. 2, 14, 6.)

Λειτουργέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a *λειτουργός*, q. v. *λεῖτον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι ἐκάλουν.* Schol. Demosth. ad orat. contra Lept. p. 143.) publicum munus administro, publicam praesto operam (sumtibus meis), Dem. or. c. Aph. 833, 25. — omnino opus facio, ministerio fungor; *a.*, de Levitis, qui sacris in templo operantur (ex usu hebr. שֵׁרֵת, Num. 18, 2. Ez. 40, 46. Ex. 28, 35. 43. 29, 30. et עָבַד, Num. 4, 39. 16, 9. 18, 6. 7. cf. *λατρεύω*), Hebr. 10, 11. — de cultu dei in synagoga, qui precibus fit, *τῷ κυρίῳ*, Act. 13, 2. — **2.**, de iis, qui opibus suis alios adiuvant (ex officio), *τινί*, *ἔν τινι*, Rom. 15, 27. (*τῇ πόλει*, Xen. Mem. 2, 7, 6. Sirac. 10, 25.)

Λειτουργία, *ας*, *ἡ*, (a *λειτουργός*, q. v.) propr., munus publicum, quod civis proprio sumtu administrandum suscipit (Theophr. Char. 20, 5. 23, 4.). — deinde omnino ministerium (de ministerio militari, Polyb. 6, 33, 6. Diod. Sic. 1, 21. et 63.); *a.*, ministerium sacerdotum ad preces et offerenda sacrificia spectans, Luc. 1, 23. Hebr. 8, 6. 9, 21. (hebr. עֲבוֹדָה, Num. 8, 22. 16, 9. 18, 4. 2 Chron. 31, 2. v. supr. *λειτουργέω*.) Hinc petita phrasis, Phil. 2, 17. (libor ad sacrificium et ministerium illud, quod est fides vestra, i. e. propterea quod beneficia Christi etiam paganis communia esse volo, iam ego periclitor. Similem metaph. v. sub v. *ἱερουργέω*.) — *b.*, de beneficiis publicis s. eleemosynis, quibus necessitatibus egenorum succurritur (v. supr. *λειτουργέω*), 2 Cor. 9, 12. — *c.*, quodvis pietatis officium, Phil. 2, 30.

Λειτουργικός, *ή*, *όν*, (a *λειτουργέω*) ad praestandum ministerium pertinens, ministerialis (v. c. *σκεύη*, Num. 4, 26. — *στολαί*, Ex. 31, 10.), Hebr. 1, 14. (*πνεύματα λειτουργ.*, phrasis composita e verbis v. 7. Ps. 104, 4.)

Λειτουργός, *οῦ*, *ὁ*, (ex *λεῖτος* s. *λήϊτος* et *ἔργω* = *ἐργάζομαι*) qui munus publicum obit (apud Graec. qui rei publicae caussa munus suscipit suis sumtibus administrandum, Dem. 833, 25. Theophr. Char. 20, 5. v. supr. *λειτουργία*), minister; — *θεοῦ*, Rom. 13, 6. (de magistratu.) minister h. l. qui alicuius nomine aliorum commodis inservit, et ita etiam Hebr. 1, 7. (de angelis; *αὐτοῦ* pro *σοῦ*, Ps. 104, 4.) — *τὸν ἀπόστολον καὶ λειτουργὸν ὑμῶν ταῖς χρείαις μου*, per quem ea ad me mittitis, quibus inserviatur necessitatibus meis, Phil. 2, 25. — *Ἰησοῦ χριστοῦ*, Rom. 15, 16. (h. l. Paulus simul de ministro sacerdote cogitasse videtur.) — *τῶν ἁγίων* (qui *τὰ ἅγια λειτουργεῖ*), qui sacris operatur, sacrorum administrator, Hebr. 8, 2.

Λέντιον, *ίου*, *τό*, (vox lat.) linteum (habent etiam Talmud. לנטיה), Joh. 13, 4. 5. (intellig. h. l. linteum durius, quali se servi, opus manuarium facturi, praecingere solebant. Sueton. Calig. c. 26.)

Λεπίς, *ίδος*, *ἡ*, (a λέπω, decortico, squamas detraho) squama (Levit. 11, 9. 10. 12. Deut. 14, 9. 10.), Act. 9, 18. (ὡσεί. Eiusmodi comparationes Lucas amat, cf. Luc. 22, 44. Act. 2, 3.)

Λέπρα, *ας*, *ἡ*, (adi. λεπρός, q. v. Femin. in substant. mutatur retracto accentu) lepra (Levit. c. 13. et 14.), mala scabies, cutis morbus, quo maxime laborabant Aegyptii et populi orientales (accuratius de hoc morbo exposuit Winerus in bibl. Realwörterb. s. v. Aussatz), Matth. 8, 3. (Marc. 1, 42. Luc. 5, 12. 13.)

Λεπρός, *οῦ*, *ὁ*, (a λέπω, decortico, cuius cutis facile deteritur, contr. ex λεπερός, schälicht, schabicht) leprosus (Lev. 11, 2. 13, 44. 2 Reg. 7, 3.), Matth. 8, 2. (Marc. 1, 40. sed Luc. 5, 12. ἀνὴρ πλήρης λέπρας.) 10, 8. 11, 5. (Luc. 7, 22.) Luc. 4, 27. 17, 12. — Σίμων ὁ λεπρός, videtur scil. huic remansisse nomen e pristina lepra, Matth. 26, 6. (Marc. 14, 3.)

Λεπτός, *ἡ*, *όν*, (adiect. verbale a λέπω, decortico, delibro) tenuis; — τὸ λεπτόν, nummus minutus, aequans dimidiam partem quadrantis, Marc. 12, 42. (Luc. 21, 1.) Luc. 12, 59. (cf. alia nummorum nomina, quae neutrius generis sunt, τὸ δίδραχμον, διόβολον, ἐπικόμβιον. Addit κέρμα Alciphr. Ep. 1, 9. Supplet νόμισμα Pollux Onomast. 9. Sect. 92.)

Λευΐτης, *ου*, *ὁ*, *a.*, unus ex posteris Levi. — *b.*, sensu strictiori: qui e familia Gerson, Kahal et Merari (Num. 13, 17 — 20.) oriundus ideoque quoad facultatem munera sacra obeundi ab Aaronis posteris distinguendus est (e gente Aaronitica erant sacerdotes, e Levitarum numero sumebantur sacerdotum ministri et socii, quorum erat vasa sacra et templum purgare, panes sacros curare, portas templi claudere et aperire etc.), Luc. 10, 32. Joh. 1, 19. Act. 4, 36.

Λευϊτικός, *ή*, *όν*, Leviticus, ad Levitas pertinens, Hebr. 7, 11. (ἱερωσύνη.)

Λευκαίνω, f. *ανῶ*, (a λευκός) dealbo, candidum reddo (Hom. Od. 12, 172.); — τί (ἱμάτιον), Marc. 9, 3. (οἷα, s. τοῖα, οἷα, i. e. huius coloris s. albedinis, οὕτω λευκά, ὡς αὐτά cett.) Apoc. 7, 14. (οἱ ὁ, Ps. 51, 9.)

Λευκός, *ή*, *όν*, (a λεύσσω, cf. lat. luceo, nostr. leuchten) albus, candidus, Matth. 5, 36. (oppon. μέλας.) 17, 2. (Marc. 9, 3. Luc. 9, 29. — λευκότεροι χιόνος, Aelian. V. H. 12, 1.) 28, 3. (Marc. 16, 5.) Act. 1, 10. Apoc. 1, 14. 2, 17. 3, 5. 18. 4, 4. 6, 2. 11. 7, 9. 13. 14, 14. 19, 11. 14. 20, 11. Joh. 4, 35. (λευκός h. l. de colore flavescente. Sens.: vos laetabundi dicere soletis: heu, messis appropinquat! Ego vero dico, tempus messis iam adesse.) Joh. 4, 34. — τὰ λευκά, vestes albae, candidae; — ἐν λευκοῖς, Apoc. 3, 4. 18. cf. Matth. 11, 8. (τὰ μαλακά.)

Λέων, *οντος*, *ὁ*, (a λέω = λείω, polio, tero, contero, zermalmen) leo, *a.*, propr., 1 Petr. 5, 8. (ὠρυόμενος.) Apoc. 10, 3.

(μυκᾶται.) 4, 7. 13, 2. — pl., 9, 8. 17. Hebr. 11, 33. — ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος, locutio metaph., liberatus ab eo sum, a quo mihi mors imminebat, 2 Tim. 4, 17. (not.: tropus non inest in sola leonis voce, sed in tota phrasi.) — *b.*, metaph., fortis, Apoc. 5, 5. (2 Sam. 17, 10. Gen. 49, 9. Nah. 2, 13. Jerem. 49, 19.)

Λήθη, ης, ἡ, (a λήθω, lateo, λήθομαι, obliviscor) oblivio; — τινός, 2 Petr. 1, 9. (λαβεῖν, ut Aelian. V. H. 3, 18.)

Ληνός, οῦ, ἡ, (etiam ὁ, Gen. 30, 38. 41.) lacus, alveus (ein kufen-, wannen-, trogförmiges Gefäss), torcular, in quo uvae calcantur, Apoc. 14, 20. 19, 15. (sed 14, 19. Griesbach. et Matthaeius ediderunt: τὴν ληνὸν — τὸν μέγαν. Quae generis variatio etsi Hebraeis non inusitata est, v. Gesen. Lehrgeb. p. 717., in Graecis tamen, quod huic exemplo simile sit, vix reperies. V. Wineri Exeget. Stud. Bd. I. p. 153, 5.) — **2.**, lacus vinarius (terrae infossus, in quem mustum expressum de torculari defluit), Matth. 21, 33. (i. q. ὑπολήνιον, Marc. 12, 1. cf. Jes. 5, 2. προλήνιον ὤρυξε, Deut. 16, 13. Prov. 3, 10. Hos. 9, 2.)

Λῆρος, ου, ὁ, nugae, ineptiae, Luc. 24, 11. (Xen. Anab. 7, 7, 24.)

Ληστής, οῦ, ὁ, (pro: ληϊστής, quod servarunt Iones, a ληΐς, praeda, ductum, unde ληΐζομαι, praedor; ληΐς, i. q. ληΐη, pro quo Attici: λεία) latro, Matth. 26, 55. (Marc. 14, 48. Luc. 22, 52.) Joh. 10, 1. 18, 40. — pl., Matth. 21, 13. (Marc. 11, 17.) 27, 38. 44. (Marc. 15, 27. Luc. 19, 46.) Luc. 10, 30. 36. Joh. 10, 8. 2 Cor. 11, 26. (κινδύνοις ληστῶν, in periculis a latronibus.)

Λῆψις, εως, ἡ, (a λήβω = λαμβάνω) acceptio, Phil. 4, 13. (λόγος δόσεως κ. λήψεως, rationes expensorum et acceptorum. Sirac. 42, 7.)

Λίαν, adv., (ap. Hom. et Ion. λίην) valde, plerumque verbo et adiectivo, ad quod pertinet, postponitur (excipe Marc. 16, 2. 2 Tim. 2, 15. λίαν ἀνθέστηκε), Matth. 2, 16. 4, 8. 8, 28. 27, 14. Marc. 1, 35. 9, 3. Luc. 23, 8. 2 Joh. v. 4. 3 Joh. v. 3. — οἱ ὁ, Gen. 1, 31. 4, 5. 1 Sam. 11, 15. — locutt. hyperbol.: λίαν ἐκ περισσοῦ, valde, supra quam credas, Marc. 6, 51. (cf. Eph. 3, 20. 1 Thess. 5, 13.) — οἱ ὑπὲρ λίαν ἀπόστολοι, summi apostoli, 2 Cor. 11, 5. 12, 11. (λίαν βέλτιστα, Aeschin. Dial. 2, 5.)

Λίβανος, ου, ὁ, (rarius ἡ) **1.**, arbor thurifera, der Weihrauchbaum, de qua v. Plin. H. N. 12, 31. — τὸ λίβανον ξύλον, Herodot. 4, 75. — **2.**, thus (hebr. לְבֹנָה, Levit. 2, 1. 2. 16. Jes. 60, 6. al.), Matth. 2, 11. Apoc. 18, 13. (speciat. thus album, cuius patria est Arabiae provincia Saba.)

Λιβανωτός, οῦ, ὁ, (a λίβανος, ὁ καρπὸς τοῦ λιβάνου) **1.**, thus, ex arboribus destillans (2 Chron. 9, 29. Hac signif. vox passim occurrit ap. Aelian., Diod. Sic., Herodian., Polyb.) — **2.**, thuribulum, Apoc. 8, 3. 5.

Λιβερτῖνος, ου, ὁ, (vox lat.) libertinus, i. e. vel qui ex servo liber factus est, vel ex liberto alicuius domini natus (a quo

disting. ingenuus, i. e. ex libero natus); — ἡ συναγωγὴ ἡ — λιβερτίνων, Act. 6, 9. (De his libertinis ambigunt interpretes: *a.*, alii fuisse eos putant servos Romanos-manumissos, qui Judaeorum sacris addicti fuerint suamque Hierosolymis synagogam habuerint, idque colligunt e verbis Taciti, qui in Annal. 2, 83. quatuor millia libertinorum, superstitione iudaica infectorum in Sardiniam missa esse, memoriae prodidit. — *b.*, Alii dici existimant Judaeos, cives et incolas Liberti, urbis in Libya sitae, cum historia constet, a Ptolemaeo I. Judaeos patria pulsos et in Libyae urbibus collocatos fuisse (Joseph. Ant. 12, 1. et c. Ap. 2, 4.). — *c.*, Alii denique intelligunt Judaeos a Romanis (a Pompeio) bello captos, postea autem libertate donatos, qui cum Romae suas sibi sedes fixissent, Hierosolymis suo sumtu synagogam struxerint eique magistros praefecerint, quos Romae nati studiorum caussa adire possent. Provocant hi interpretes ad Philon. legat. ad Cai. [tom. 2. Opp. p. 568. ed. Mangey] et ad locum Taciti supra laud.)

Λιβύα, ας, (vel *Λιβύη*, ης) ἡ, Libya, Libye, regio Africae septentrionalis Aegypto contermina (Mela 1, 4, 8.). Tempore apostolorum Romanis subiecta erat et divisa in partes tres, in Libyam stricte dictam, Libyam Marmaricam et Libyam Cyrenaicam, a Cyrene urbe eius metropoli sic appellatam. Cyrenaica etiam nominatur Pentapolis a quinque urbibus, quas habuit, Apollonia, Arsinoe, Berenice, Cyrene, Ptolemaide (Mela 1, 8, 1.). In Libya Cyrenaica multi habitabant Judaei (Jos. de B. J. 7, 11. c. Ap. 2, 4.), Act. 2, 10.

Λιθάζω, f. άσω, (a λίθος) lapido, lapidibus obruo; — τινά, *a.*, de lapidatione, quae erat apud Judaeos poenae genus (Deut. 20, 21. cf. Joh. 8, 5.), Joh. 10, 31. 32. 33. (de actu decreto.) 11, 8. — *b*, lapidibus petere aliquem, ut sive vulneribus afficiatur, sive interficiatur, Act. 14, 19. — pass., Act. 5, 26. 2 Cor. 11, 25. Hebr. 11, 37. — οἱ ό, 2 Sam. 16, 6. — Cf. καταλιθάζω, λιθοβολέω.

Λίθινος, η, ον, (a λίθος) lapideus, saxeus, Joh. 2, 6. (ὑδρίαι.) 2 Cor. 3, 3. (πλάκες.) Apoc. 9, 20. (τὰ λίθινα.) — ap. Hom. etiam λάϊνος (τεῖχος), Il. 12, 137.

Λιθοβολέω (ῶ), f. ήσω, (a λιθοβόλος, ex λίθος et βάλλω) lapidibus obruo; — τινά, Matth. 23, 37. (Luc. 13, 34.) Act. 7, 58. 59. — pass., Joh. 8, 5. Hebr. 12, 20. — lapidibus peto, insector aliquem, Matth. 21, 35. (Marc 12, 4.) Act. 14, 5. — οἱ ό, Ex. 21, 18. Num. 15, 35. 36.

Λίθος, ου, ὁ, lapis; *a.*, de lapidibus minoribus, Matth. 4, 6. (Luc. 4, 11.) 7, 9. (Luc. 11, 11.) Joh. 8, 7. Luc. 22, 41. — pl., Matth. 3, 9. (Luc. 3, 8.) 4, 3. (Luc. 4, 3.) Marc. 5, 5. Luc. 19, 40. Joh. 8, 59. (αἴρειν.) 10, 31. (βαστάζειν.) — *b.*, lapides ad aedificandum apti, *aa.*, propr., Matth. 21, 42. (Marc. 12, 10. Luc. 20, 17. 18.) v. 44. 24, 2. (Marc. 13, 2. Luc. 21, 5. 6. ad v. 5. cf. Jos. Ant. 15, 11, 3. 1 Reg. 5, 17.) Luc. 19, 44. Act. 4, 11. 1 Petr. 2, 6 — 8. — cf. Deut. 27, 5. 6. 7. — *bb.*, me-

taph., *α.*, de Christo: λίθος ἀκρογωνιαῖος, v. h. v., ἐκλεκτός (cf. Esdr. 5, 8.), ἔντιμος, 1 Petr. 2, 6. (Jes. 28, 16) — ζῶν, 1 Petr. 2, 4. (sens.: cui vos, ut exstrueremini, iniecistis veluti lapidi vivo.) — *β.*, de Christianis: λίθοι ζῶντες, lapides vivi, e quibus templum dei exstructum est, 1 Petr. 2, 5. — *γ.*, de placitis, quibus doctor aliquis scientiam Christianorum auget, cum materia (Bauwerk) collatis: λίθοι τίμιοι, lapides exquisiti, 1 Cor. 3, 12. — *c.*, lapides μυλικοί, Marc. 9, 42. Apoc. 18, 21. — *d.*, lapides pretiosi, gemmae; — τίμιος, Apoc. 17, 4. 18, 12. 16. 21, 11. 19. (2 Sam. 12, 30. 1 Reg. 10, 2. 11.) — ἴασπις, Apoc. 4, 3. (Ez. 10, 1.) — *e.*, lapis maior, saxum, Matth. 27, 60. 66. 28, 2. Marc. 15, 46. 16, 3. 4. Luc. 24, 2. Joh. 11, 38. 39. 41. 20, 1. — metaph. de Christo λίθῳ προςκόμματος, Rom. 9, 33. 1 Petr. 2, 8. (Gen. 28, 18. 22. 29, 2—10. Deut. 27, 2.) — *f.*, speciat., lapides in certam formam exsculpti; *aa.*, λίθοι, tabulae lapideae (litteris inscriptae), 2 Cor. 3, 7. (i. q. πλάκες λίθιναι.) — *bb*, statuae, Act. 17, 29. (Deut. 4, 28. Ez. 20, 32.)

Λιθόστρωτον, ου, τό, (ex λίθος et adi. verbal. στρωτός a στρώννυμι) lapidibus stratus (νυμφεῖον Soph. Antig. v. 1205.), pavimentum (i. e. solum lapidibus apte connexis stratum), 2 Cor. 7, 3. Esth. 1, 6. — speciat., pavimentum, quod marmoris frustis diversicoloribus et artificiose politis constratum est, Musivboden von Marmor, Joh. 19, 13. (ad h. l. cf. Jos. de B. J. 6, 1, 8. 6, 3, 2. 2, 2, 3. et quae supra sub voc. γαββαθά notata sunt.)

Λικμάω (ῶ), f. ήσω, (a λικμός, vannus) **1.**, ventilo frumentum (Hom. Il. 5, 500. οἱ ὁ, Ruth. 3, 2. Jes. 30, 24.), dissipo (oppon. συνάγω, Jerem. 31, 10. cf. Jes. 17, 13. Amos. 9, 9. Job. 27, 21.), contero, comminuo; — τινά, Matth. 21, 44. (Luc. 29, 18. cf. Dan. 2, 44.)

Λιμήν, ένος, ὁ, portus, Act. 27, 8. — οἱ ὁ, Ps. 107, 30.

Λίμνη, ης, ἡ, (a λείβω, libo, effundo) stagnum, lacus, οἱ ὁ, Ps. 107, 35. Cant. 7, 4. — γεννησαρέτ, Luc. 5, 1. — τοῦ πυρός, cf. νεφέλη φωτός, Apoc. 19, 20. 20, 10. 14. 15. 21, 8. — speciat. de lacu Gennesareth, Luc. 5, 2. 8, 22. 23. 33.

Λιμός, οῦ, ὁ, (ἡ Dorice; ita in varia lect., Luc. 4, 25. 15, 14. Act. 11, 28. et Jes. 8, 21. 1 Reg. 18, 2. Jer. 17, 18. 1 Macc. 9, 24. Quare Valquenar. Lucae femininum voluit restitui) fames, *a.*, propr., 2 Cor. 11, 27. (ἐν λιμῷ κ. δίψει, utrumque et Xen. Mem. 1, 4, 13.) Luc. 15, 17. Rom. 8, 35. — *b.*, annonae caritas, die Hungersnoth (Gen. 12, 10. 41, 27. 47, 13. Ps. 37, 19. al.), Luc. 4, 25. 15, 14. Act. 7, 11. 11, 28. Apoc. 6, 8. 18, 8. — λιμοί, fames in diversis terris, Matth. 24, 7. (Marc. 13, 8. Luc. 21, 11.)

Λίνον, ου, τό, linum, Lein (οἱ ὁ, Ex. 9, 31. Prov. 31, 13.), linteum, v. c. vestimentum, Apoc. 15, 6. — ellychnium, Matth. 12, 20. (ex Jes. 42, 3.)

Λιπαρός, ά, όν, (a λίπας, τὸ λίπα, oleum, pinguedo) pinguis,

nitidus ob pinguedinem (oppon. αὐχμηρός, Xen. Mem. 2, 1, 31. ut apud Phaedrum: unde quaeso tam nites, i. e. pinguis es?); — τὰ λιπαρά (adiunct. λαμπρά), aut unguenta, aut ornatus, ornamenta, Apoc. 18, 14. (intelliguntur enim res venales v. 15.) cf. Hom. Il. 22, 406.

Λίτρα, ας, ἡ, libra (pondus duodecim unciarum. Etiam Rabbinis receptum ליטרא), Joh. 12, 3. — plur., 19, 39.

Λίψ, λιβός, ὁ, **1.**, africus, der Südwestwind, (a λείβω; qui humorem affert, ἡ λίψ, gutta, libatio, humoris effusio) Herodot. 2, 95. Polyb. 10, 10, 3. — **2.**, plaga coeli australis, unde africus flat, Act. 27, 12. — οἱ ὁ, Gen. 13, 14. 20, 1. Num. 2, 10. Deut. 33, 23.

Λογία, ας, ἡ, (a λέγω, colligo) collectio (i. q. συλλογή, Suid.), i. e. pecunia collecta, 1 Cor. 16, 1. — plur., v. 2. (γίνονται.)

Λογίζομαι, f. ίσομαι, (verb. depon. a λόγος) **1.**, signif. pass. legitur praes. (ut Herodot. 3, 95.) λογίζομαι, numeror; *a.*, τινί, ich werde zugerechnet, numeror, appendor, Rom. 4, 3. 24. — *b.*, εἴς τι, habeor, aestimor pro, Rom. 2, 26. 4, 5. 11. 9, 8. (Gen. 15, 6.) — aor. 1., Jac. 2, 23. Rom. 4, 22. 23. Gal. 3, 6. — inf. λογισθῆναι εἰς οὐδέν, Act. 19, 27. (Sap. 2, 16. 9, 6.) — *c.*, ὥς τι, habeor, tractor tamquam, Rom. 8, 36. (ex Ps. 44, 23.) — *d.*, μετά τινος, referor inter, in — numeror, Marc. 13, 28. Luc. 22, 37. (ex Jes. 53, 12. cf. 1 Sam. 4, 2. Sap. 15, 2.)

2., med. λογίζεσθαι, λογίσασθαι, rationes confero, numero; — τί (Tob. 10, 1.), delibero animo, *a.*, absol., reputo, Marc. 11, 31. (ἐλογίζοντο.) — cogito, 1 Cor. 13, 11. — puto, 1 Petr. 5, 12. — *b.*, constructe; *aa.*, cum verbis, *α.*, seq. inf., molior, in animo habeo, 2 Cor. 10, 2. (λογίζομαι τολμῆσαι, nisi hoc rectius cum aliis pro passivo sumitur, v. supr. δέομαι. Cf. autem ad rem ipsam 1 Cor. 1, 11. 12.) — *β.*, seq. ὅτι, censeo, existimo, Rom. 8, 18. Hebr. 11, 19. — τοῦτο, ὅτι, Rom. 2, 3. 2 Cor. 10, 11. — colligo (ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, von seiner Person schliessen), v. 7. — idem *γ.*, seq. acc. c. inf., Rom. 3, 28. 14, 14. Phil. 3, 13. (Xen. Mem. 3, 9, 6. H. G. 6, 4, 6.) — *bb.*, c. casibus nominum, *α.*, λογίζ. τι, meditor aliquid, Phil. 4, 8. — decerno, 2 Cor. 3, 5. (cf. 1 Cor. 5, 4. 5. 2 Cor. 2, 3.) — *β.*, τινὰ ὥς τινα, habere aliquem pro, 2 Cor. 10, 2. (v. supr. n. 1. c.) — *γ.*, τὶ εἴς τινα (constr. praegn.), existimo de aliquo (aliquid, idque ei attribuo), seq. ὑπέρ (τοῦτο) ὅ, ultra id, quod cett., 2 Cor. 12, 6. — *δ.*, τί τινι, imputo alicui aliquid; — δικαιοσύνην, Rom. 4, 6. — τὴν ἁμαρτίαν, Rom. 4, 8. (ex Ps. 32, 2.) 2 Cor. 5, 19. — subintell. τοῦτο, 2 Tim. 4, 3. — abest dat. pers., 1 Cor. 13, 5. (scil. τοῖς ποιήσασι. Possis tamen h. l. etiam vertere: non meditatur; v. supr. n. 2. *bb.*, *α.* — cf. Ps. 52, 2.)

Λογικός, ή, όν, (a λόγος, ratio) rationi aptus, rationem sequens, ratione praeditus (opp. ἄλογος); — λατρεία λογική, cultus,

qui mente s. animo praestatur, Rom. 12, 1. — τὸ λογικὸν γάλα, lac, quod animo nutrimento est, 1 Petr. 2, 2.

Λόγιος, ίου, ὁ, ἡ, ον, τό, (a λόγος, prout hoc est **1**., ratio, eruditus, doctus, v. c. ἰατρός, Heliod. 4, 7, 146. — τὸ λόγιον γένος, homines litteris et artibus culti, Heliod. 3, 19, 134. Philo in Vita Mos. 603. A. — λόγιοι, Dion. Hal. 6, 1. 1037. Herodot. 2, 77. — prout est **2**, sermo: λόγιος i. q. λεκτικός, ita in N. T.) *a.*, ἀνὴρ λόγιος, disertus, facundus, Act. 18, 24. (oppon. ἄφωνος, apud Philon. de Cherub. p. 127. D. cf. Plut. Vit. Pomp. 51, 207. Vit. Cic. 48, 379. Lucian. Gall. 2, 29. T. 6. — unde ἡ λογιότης, facundia, apud Plut. et Philon. — V. Lobeck. ad Phryn. p. 198.) — *b.*, Neutr. τὸ λόγιον, effatum, oraculum. — plur., Act. 7, 38. Rom. 3, 2. Hebr. 5, 12. 1 Petr. 4, 11. (οἱ ὁ, Ps. 11, 7. Num. 24, 4. 16. Ex. 28, 15. 22. al. Aelian. V. H. 2, 41. Diod. Sic. 2, 14. Polyb. 8, 30, 6. Philo de Vit. Mos. 3, p. 455.)

Λογισμός, οῦ, ὁ, (a λογίζομαι, ratiocinor, cogito) cogitatio; — plur., Rom. 2, 15. — consilia, molimina, 2 Cor. 10, 4. (οἱ ὁ, Prov. 6, 18. Jerem. 11, 19. Ps. 33, 10.)

Λογομαχέω (ῶ), f. ήσω, (a λογομάχος, de verbis altercans, compos. ex λόγος et adi. verbali a μάχομαι deducto) de verbis altercor, 2 Tim. 2, 14.

Λογομαχία, ας, ἡ, (a λογομάχος) altercatio s. concertatio de verbis, s. de rebus levibus inanibusque; — pl., 1 Tim. 6, 4.

Λόγος, ου, ὁ, (a λέγω, perf. 2. λέλογα, quod collectionem proprie de rebus dispersis in unam seriem congestis dictam transfert ad ea, quae mente comparantur et vocibus ut mente cogitata, i. e. in unum collecta pronuntiantur. Distinguimus itaque duplex phrasium genus, alterum, quod ad dictionem, alterum, quod ad cogitationem pertinet) **I.**, in phrasibus ad dictionem vocem referentibus: **1.**, verbum. (Semper tamen eiusmodi verbum intelligitur, cui subest sententia, et differt λόγος a ῥήματι.) — εἰπεῖν, ἐρωτᾷν, ἀποκριθῆναι λόγον, Matth. 22, 46. 8, 8. (Luc. 7, 7. λόγῳ.) 21, 24. (Marc. 11, 29. Luc. 20, 3.) — διδόναι λόγον εὔσημον, edere vocem distinctam, 1 Cor. 14, 9. — εἰπεῖν λόγον κατά τινος, verbo laedere aliquem, Matth. 12, 32. (Luc. 12, 10. εἴς τινα.) — daemones pellere λόγῳ, Matth. 8, 16. — maximam partem huc pertinent phrases pluralem afferentes, Matth. 12, 37. Act. 15, 24. — οἱ λόγοι οὗτοι, ref. ad verba in antecedentibus commemorata, Matth. 7, 24. 26. (Luc. 6, 47.) 19, 1. 26, 1. Luc. 9, 28. Act. 5, 5. 24. — ἐν λόγοις ἐπερωτᾷν τινα, Luc. 23, 9. — παρακαλεῖν τινα, 1 Thess. 4, 18. — δυνατὸς ἐν λόγοις (καὶ ἔργοις), Act. 7, 22. — οἱ λόγοι τινός, verba, quibus (doctoris) dicta (iubentis) mandata constant, Matth. 10, 14. 24, 35. Marc. 8, 38. (Luc. 9, 26.) Joh. 14, 24. Luc. 1, 20. 9, 44. Act. 20, 35. Rom. 3, 4. — λόγοι ἀληθινοί, Apoc. 19, 9. 21, 5. — πιστοί, 22, 6. — ὑγιαίνοντες, 2 Tim. 1, 13. 1 Tim. 6, 3. (add. τοῦ κυρίου.) — κενοί, Eph. 5, 6. — πλαστοί, 2 Petr. 2, 3. — φλυαροί, 2 Joh. v. 10. — λόγοι

σοφίας, 1 Cor. 2, 4. — διδακτοί, v. 13. — λ. τῆς προφητείας, Apoc. 1, 3. 22, 7. 10. 18. 19. — τῆς χάριτος, verba auditu iucunda, Luc. 4, 22. — τῆς πίστεως, 1 Tim. 4, 6. — de verbis colloquii: ἀντιβάλλειν λόγους, Luc. 24, 17. — *b.*, sens. obi., *aa.*, res, Luc. 4, 36.? — res (de qua sermo est), Act. 15, 6. Matth. 19, 11. (2 Sam. 20, 21. 24, 3. 1 Sam. 28, 10.) — *bb.*, res gesta, Marc. 1, 45. (τὸν λόγον, τοῦτ᾽ ἔστι τὴν παράδοξον θεραπείαν, Victor. Antioch.) Act. 10, 36. — pl., Luc. 1, 4. (2 Reg. 8, 23. 1 Chron. 29, 29. 2 Sam. 2, 18. 2 Macc. 15, 3.) — i. q. res (quaestionis): λόγον ἔχειν πρός τινα, Act. 19, 38.

2., oratio, sermo, das Sprechen, *a.*, sermo (qui editur viva voce), *aa.*, universe: Hebr. 12, 19. (cf. Ex. 20, 18. 19. Deut. 5, 22. 25. 18, 6.) — ἐν λόγῳ (παγιδεύειν τινά), Matth. 22, 15. (Marc. 12, 13. ἀγρεύειν λόγῳ. Luc. 20, 20. ἐπιλαβέσθαι τινὸς λόγου.) Act. 14, 12. 2 Cor. 10, 10. Jac. 3, 2. — δυνατὸς ἐν λόγῳ, eximia dicendi facultate praeditus, Luc. 24, 19. (δυν. λόγῳ, Diod. Sic. 13, 101.) — ἰδιώτης τῷ λόγῳ, dicendi imperitus, 2 Cor. 11, 6. — λόγος (ut στόμα) de facultate dicendi, Eph. 6, 19. — ὁ λόγος ὑμῶν, Matth. 5, 37. Col. 4, 6. — λόγος κολακείας, 1 Thess. 2, 5. — διὰ λόγου, voce, loquendo, Act. 15, 27. 2 Thess. 2, 2. 15. — λόγος πολύς, multus sermo (διὰ λόγου πολλοῦ), Act. 15, 32. Act. 20, 2. Hebr. 5, 11. — λόγος περί τινος, Hebr. 5, 11. — ὁ λόγος θεοῦ (genit. subiect.), quae deus elocutus est sive promissionem sive comminationem contineant, Hebr. 4, 12. — quae deus elocutus est aut interpretibus suis tradidit eloquenda, Joh. 10, 35. (Sens.: Vos ut non audivistis dei vocem nec dei speciem vidistis, ita nec dei promissis fidem habetis, quandoquidem fidem denegatis ei, quem deus ad vos ablegavit. Recte τὸν λόγον τοῦ θεοῦ h. l. intelligunt de oraculis ad Messiam spectantibus; respicitnr enim ad locum Deut. 18, 15 — 19.) — gen. obi., oratio deum memorans, preces ad deum factae, 1 Tim. 4, 5. — *bb.*, ὁ λόγος cum oppositione et distinctione dictus. Distingui videntur ὁ λόγος et σοφία (argumenti) oratio, quae vim in verbis quaerit (ad persuadendum aptis), 1 Cor. 2, 1. — λόγος et ἀναστροφή, 1 Tim. 4, 12. — oppon. τῷ λόγῳ δύναμις, 1 Cor. 4, 19. 20. — τὸ ἔργον, Rom. 15, 18. 2 Cor. 10, 11. Col. 3, 17. 1 Thess. 1, 5. 1 Joh. 3, 18. (sic saepius ap. Hom. et Xen. Mem. 1, 2, 59.) aliter Luc. 24, 19. v. post. — *cc.*, de sermone didactico, *α.*, sensu subiect. de actu docendi, et *αα.*, quoad eius forma s. modus spectatur, Vortrag, Luc. 4, 32. 36. Joh. 4, 41. Act. 20, 7. 1 Cor. 1, 17. 2, 4. Luc. 24, 19. cf. Act. 7, 22. — ὁ λόγος σοφίας vel γνώσεως, facultas dicendi de σοφίᾳ vel γνώσει, 1 Cor. 12, 8. — *ββ.*, de praevalente cogitatione argumenti: institutio, Unterweisung, ὁ λ. τινός, Joh. 15, 20. 17, 20. Act. 6, 4. 2 Cor. 1, 18. coll. v. 19. Col. 4, 3. 1 Tim. 5, 17. Tit. 2, 8. 1 Petr. 3, 1. (ἄνευ λόγου.) i. q. τὸ κήρυγμα, Marc. 16, 20. 1 Cor. 2, 4. — addit. genit. obi. (i. q. κήρυγμα), ἀληθείας, 2 Cor. 6, 7. Col. 1, 5. Eph. 1, 13. Jac. 1, 18. — τῆς καταλλαγῆς, 2 Cor.

5, 19. — *β*., sensu obiect., doctrina, quae traditur, Act. 18, 15. — adiunguntur verba: ἀκούειν, Joh. 14, 24. Act. 4, 4. 1 Joh. 2, 7. — λαλεῖν, Joh. 15, 3. — ἀποδέχομαι, Act. 2, 41. Jac. 1, 21. 22. 23. cf. 1 Tim. 4, 9. — πιστὸς ὁ λ., 1 Tim. 4, 9. Tit. 3, 8. — διδαχὴ λόγου, Tit. 1, 9. — ἀπειθεῖν τῷ λ., 1 Petr. 3, 1. — c. genit. docentis, ὁ λ. αὐτῶν, 2 Tim. 2, 17. Act. 2, 41. — genit. auctoris: τοῦ θεοῦ, in commentariis de vita Jesu scriptis: doctrina de regno div. a legato dei tradita, Luc. 5, 1. 8, 11. 21. 11, 28. — apud Joann., quod iussu ac voluntate dei hominibus traditur, Joh. 14, 24. 17, 6. 14. 17. — in epistolis apostolor., doctrina iis, quae deus per mortem et resurrectionem Christi docuit, illustrata, 1 Cor. 14, 36. 2 Cor. 4, 2. 1 Thess. 2, 13. Col. 1, 25. 2 Tim. 2, 9. Tit. 1, 3. 2, 5. Hebr. 13, 7. 1 Petr. 1, 23. (λόγος ζῶν τοῦ θεοῦ.) 1 Joh. 1, 10. Apoc. 1, 2. 19. (i. q. ἡ μαρτυρία Ἰησοῦ χριστοῦ.) 6, 9. 20, 4. ita et Act. 4, 29. 31. 6, 2, 7. 8, 14. 11, 1. 12, 24. 13, 5. 7. 44. 46. 17, 13. 18, 11. 20, 32. (τῆς χάριτος αὐτοῦ, ut 14, 3.) — praecepta dei, 1 Joh. 2, 5. 14. Marc. 7, 13. — ὁ λόγος simpliciter pro ὁ λ. τοῦ θεοῦ, Act. 8, 4. 10, 36. 44. 11, 19. 14, 25. 17, 11. Gal. 6, 6. Phil. 1, 14. 1 Thess. 1, 6. 2 Tim. 4, 2. 1 Petr. 2, 8. ita et Luc. 1, 2. — ὁ λ. τοῦ κυρίου, Act. 8, 25. 13, 48. 49. 15, 35. 36. 19, 10. 20. — ὁ λ. τοῦ χριστοῦ, apud Joh. doctrina ad virtutem homines instituens, quam Christus tradit, 5, 24. 8, 31. 37. 43. 51. 12, 48. 14, 23. — doctrina, qua celebratur Messias, Col. 3, 16. — s. τοῦ κυρίου, 1 Thess. 1, 8. 2 Thess. 3, 1. cf. Apoc. 3, 8. — ὁ τῆς ἀρχῆς τοῦ χριστοῦ λόγος, doctrinae de Christo initia, Hebr. 6, 1. — cum genit. appositionis: τοῦ εὐαγγελίου, Act. 15, 7. cf. Apoc. 12, 11. — c. genit. qualitatis: ὁ λ. τῆς ἀκοῆς (ex hebr. i. q. τῆς ἀγγελίας, i. e. ὁ ἠγγελμένος s. ὁ ἀκουσθείς), Hebr. 4, 2. 1 Thess. 2, 13. — δικαιοσύνης (i. q. δίκαιος), Hebr. 5, 13. — ὁ λ. τῆς ἀληθείας (i. q. ἀληθής), Eph. 1, 13. 2 Tim. 2, 15. — τῆς ζωῆς, quae vitam spondet, Phil. 2, 16. — τῆς σωτηρίας, Act. 13, 26. — c. genit. obi., τῆς βασ. τοῦ θεοῦ, Matth. 13, 19. — idem ὁ λόγος simpliciter, Matth. 13, 20 — 23. (Marc. 4, 15. 16 — 20. Luc. 8, 12. 13. 15.) Marc. 2, 2. 4, 14. 20. 33. — ὁ λόγος τοῦ σταυροῦ, doctrina de morte a filio dei pro hominibus suscepta, amoris dei in homines signo (cf. Rom. 5, 8.), 1 Cor. 1, 18. — *b*., expositio argumenti, quae per litteras fit, λόγον ποιεῖσθαι περί τινος, narrationem conficere de —, Act. 1, 1.

3., de dictis, effatis, sententiis singulis: *a*., dictum, i. q. nos: eine Aeusserung, id, quod quis dixit, Marc. 5, 36. 7, 29. Luc. 1, 29. 22, 61. 20, 20. Joh. 2, 22. 4, 50. 6, 60. 7, 36. 40. 15, 20. 18, 9. Matth. 19, 22. (coll. v. 21. Marc. 10, 22.) 22, 46. — Act. 7, 29. (ἐν h. l. bei.) — *b*., sententia, 1 Tim. 3, 1. — dogma, 1 Tim. 1, 15. 2 Tim. 2, 11. Act. 18, 15. — *c*., c. genit. qualit. (argumentum dicti adumbrante): λόγος ἐπαγγελίας, Rom. 9, 9. — ὁρκωμοσίας, Hebr. 7, 28. — λ. παρακλήσεως (ἔχειν

πρός τινα, in promtu habere ad aliquem dicendum), Act. 13, 15. — *d.*, mandatum, iussum (*ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο πρός τινα*, cf. Luc. 3, 2. locutio in scriptis V. T. frequentissima), Joh. 10, 35. 2 Petr. 3, 5. 7. 2 Thess. 3, 14. — *e.*, effatum, oraculum, 1 Cor. 15, 54. Joh. 12, 38. 15, 25. 1 Thess. 4, 15. 2 Petr. 1, 19. (*βεβαιότερον*, firmius, quam prophetae ipsi habuerunt, cf. v. 20. et 1 Petr. 1, 10. 11.) — *f.*, vox, formula, Ausdruck, Rom. 13, 9. Gal. 5, 14. — *g.*, quod in proverbio est, Joh. 4, 37. — *h.*, fabula, 21, 23.

II., in phrasibus, quae vocem (*λόγον*) ad solam mentem referunt, i. q. lat. ratio, i. e. **1.**, mentis facultas, quae omnia ad unitatem, leges et ordinem revocat, et quae in se continet principia veritatis, ordinis et virtutis, die Vernunft, wie sie im denkenden Geiste als lebendig sich äussert. Merito hic primum afferimus loc. Joh. 1, 1., de quo multas variasque protulerunt interpretes sententias, nos vero quae vera videntur, strictim proponamus. *a.*, Omnis doctrina evangelica docet, ut Christus primus e mortuis in vitam revocatus sit, ita per Christum omnes, qui ei fidem habuerint, vitam nacturos esse aeternam. Huius dogmatis rationes accuratius explicare studuit quarti evangelii, quod dicitur, auctor, Joannes. Perspici vero ille voluit ea, quae per resurrectionem speratam in unum quasi coniungenda sint, esse immortalitatem et virtutem. Utramque vero in se coniunxisse Christum, ad cuius reliqui homines exemplum sint conformandi. — *b.*, Ut Plato et qui eius vestigia presserunt alii, docuerunt, rationem, numeri atque ordinis principium in homine vi appetendi praedito, progignere debere sapientiam, quae sine virtute nulla sit; ita in Joannis libro quae Christus verba proloquitur, e sapientiae fonte sunt hausta et succi vitalis plena. — *c.*, Quod Christo inerat sapientiae vitaeque principium, id, auctore Joanne, e divina natura emanavit deoque ab aeterno infuit. Nimirum *aa.*, in deo distinguenda est vis s. potentia, atque mens, quae utraque ab aeterno intime coniuncta erat, quippe divinam naturam constituens. Nam quae potentia dei creata sunt, ea omnia, quemadmodum ordine, numero et pondere sunt disposita et unitate continentur, ita exempla mentis imitantur atque ad eam tendunt unitatem, quae in naturis spiritualibus vitam sapientiae ac virtutis exserit, et in ipso deo fons vitae est, Joh. 1, 3. — *bb.*, Haec divina mens, hic *λόγος τοῦ θεοῦ*, cum Jesu se coniunxit, eo fine, ut quibus per dei omnipotentiam post corporis mortem tribui posset vita aeterna, hi ad sapientiam et virtutem instituerentur, sine qua nulla vita est. Quare *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο*, hominibus adspectabilis; et deus pater, qui auctor vitae est, et vitam aeternam non sine *κρίσει* (i. e. solis sapientiae cultoribus) tribuit, *τὴν κρίσιν* administrandam filio tradidit (Joh. 5, 27. coll. v. 22.). — *cc.*, Inter homines cum versaretur Christus, rationes sapientiae in deo latentis (cuius vestigia et simulacra in cuiusvis hominis mente insunt) exposuit atque praecepta *τοῦ λόγου* eloquutus est (Joh. 18, 36. 6, 44. 45. 1, 10.), sed olim redibit

etiam ad mortuos resuscitandos dei omnipotentia adiutus, quandoquidem eam δόξαν recuperavit, quam habuit ante mundi initia. — Haec est Joannis de λόγῳ sententia, cum qua multa conferri possunt, quae leguntur in libro Sapientiae, et ea, quae de creatione mundi praeeuntibus Platonicis docuit Philo. Eandem doctrinam de sapientia, omnium rerum principio et vitae spiritualis culmine, e mente Platonicorum persequutus est Augustinus in suis libris de Genesi ad litteram, de libero arbitr., de vera rel., de ordine, de Musica, al. — Enarrant nonnulli voc. λόγου: verbum, quod ex deo prodiit, substantiale, v. Bretschneid. sub h. v. Sed quid hoc est? Joannes nec eo tempore, quo ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, verbum e deo prodiisse dicit substantiale nec ante hoc tempus ab aeterno τὸν λόγον dicit e natura div. prodiisse, immo docet τὸν λόγον ab aeterno divino numini infuisse. Et quamquam addit, quae creata sint, omnia creata esse διὰ τοῦ λόγου, Joh. 1, 2., tamen docere non potuit, tum demum, cum mundus initia caperet, initium cepisse τὸν λόγον (nemo vero Judaeorum mundum ab aeterno esse statuit). Loquitur ergo Joannes ita, ut loqui tantum potuit, de λόγῳ ἐνδιαθέτῳ, non de λόγῳ προφορικῷ. An τὸν λ. τὸν ἐνδιάθετον sibi substantiam finxerit, non videtur quaerendum esse. Nam in deo quae sunt et ad naturam dei ipsam pertinent, ea cum deo vivant necesse est. Joannes etiam dicit: ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, 1 Joh. 1, 2. et ἐν αὐτῷ (scil. τῷ λόγῳ) ἦν ζωή, Joh. 1, 4.; num inde sequitur, eum τὴν ζωήν a τῷ λόγῳ distingui voluisse ut substantiam? — Quae Onkelosus et Targumistae de מֵימְרָא habent, ea suis auctoribus relinquimus. Locc. 1 Joh. 1, 1. Apoc. 19, 13. huc non pertinent.

2., ratio, Rücksicht: λόγον ποιεῖσθαί τινος, Act. 20, 24. (Job. 22, 4. Xen. Mem. 4, 2, 21.)

3., ratio, Rechenschaft: λόγον ἀποδιδόναι, rationem reddere, Hebr. 13, 17. 1 Petr. 4, 5. — τινός, Act. 19, 40. — περί τινος, Matth. 12, 36. — τινὶ περὶ ἑαυτοῦ, Rom. 14, 12. — cf. αἰτεῖν τινα λόγον περί τινος, 1 Petr. 3, 15. (sic et Graeci: διδόναι λόγον τινός, Dem. p. 227, 26. Diod. Sic. 1, 37. — ἀπαιτεῖν, 11, 66. 16, 56.)

4, sens. obiect., *a.*, ratio, das Verhältniss, Hebr. 4, 13. (πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος, quocum nobis scil. ut iudici ratio intercedit.) cf. Jud. 18, 7. 28. — κατὰ λόγον, ut par est, Act. 18, 14. (cf. παρὰ λόγον, immerito, 2 Macc. 4, 36.) — Art und Weise, 1 Cor. 15, 2. — *b.*, nomen, titulus (caussa, ratio, Grund), Matth. 5, 32. (παρεκτὸς λόγου πορνείας.) Act. 10, 29. (2 Macc. 1, 14. עַל דְּבַר, propter, Gen. 12, 17. 20, 11. 2 Sam. 13, 22. cf. αἰτία.) — *c.*, ratio, Rechnung: συνᾶραι λόγον, rationes conferre, Matth. 18, 23. — λόγος τινός (gen. obi.), Phil. 4, 15. (δόσεως κ. λήψεως.) — gen. pers., v. 17. — *d.*, species: λόγον ἔχειν τινός, Col. 2, 23. (Dem. p. 93, 5. Dion. Halic. 9, 20.)

Λόγχη, ης, ἡ, 1., cuspis ferrea hastae, spiculum, Herodot.

1, 52. Xen. Anab. 4, 7, 16. cf. αἰχμή. — 2., lancea (hasta ferro munita), Joh. 19, 34. (οἱ ὁ, Judic. 5, 8. Neh. 4, 13. 16. Ez. 39, 9. — 1 Sam. 17, 7. Job. 41, 26.)

Λοιδορέω (ῶ), f. ήσω, (a λοίδορος, q. v.) convicior, probris insector; — τινά, Joh. 9, 28. Act. 23, 4. (Xen. Cyr. 1, 4, 8. Anab. 7, 5, 11. Aelian. V. H. 14, 26.) — pass., 1 Cor. 4, 12. 1 Petr. 3, 23.

Λοιδορία, ας, ἡ, (a λοίδορος, q. v.) convicium (ἀποδιδόναι), 1 Petr. 3, 9. — 1 Tim. 5, 14. (plur., Aelian. V. H. 5, 8. Sirac. 22, 26.)

Λοίδορος, ου, ὁ, conviciator, maledicus, 1 Cor. 5, 11. — plur., 6, 10. (Prov. 23, 24. Sirac. 23, 8.)

Λοιμός, οῦ, ὁ, pestis, *a.*, propr. (Aelian. V. H. 6, 10.) — plur., pestis in pluribus regionibus (v. supr. λιμός), Matth. 24, 7. (Luc. 21, 11.) — *b.*, metaph., ut lat. pestis (Cic. in Catilin. 2, c. 1. Terent. Adelph. 2, 1, 35.), homo pestifer, perniciosus, Act. 24, 5. (Dem. p. 794, 5. Aelian. V. H. 14, 11. — οἱ ὁ, 1 Sam. 12, 12. 5, 25. Ps. 1, 1. Prov. 12, 25. Ez. 18, 10. — plur., 1 Macc. 10, 61.)

Λοιπός, ή, όν, (a λείπω, perf. 2. λέλοιπα) reliquus; — plur., reliqui, caeteri; *a.*, adiectum nominibus subst., Matth. 25, 11. Act. 2, 37. 1 Cor. 9, 5. 2 Cor. 12, 13. Gal. 2, 13. Phil. 4, 3. 2 Petr. 3, 16. Apoc. 8, 13. — *b.*, absol., reliqui ex aliqua classe, quae qualis sit, in contextu significatum est; *aa.*, simpliciter, Matth. 22, 6. 27, 49. Marc. 16, 13. Luc. 24, 10. (αἱ λοιπαί, scil. γυναῖκες.) Act. 17, 9. 27, 44. — *bb.*, addita aliqua descriptione: οἱ λοιποὶ οἱ cett., Act. 28, 9. 1 Thess. 4, 13. — desideratur articulus, Apoc. 2, 24. — *cc.*, οἱ λοιποὶ πάντες, Phil. 1, 13. — πᾶσι τοῖς λ., Luc. 24, 9. — πάντες τῶν λ., 2 Cor. 13, 2. — *dd.*, c. gen., οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, Apoc. 9, 20. 12, 17. 20, 5. — *ee.*, cum aliqua distinctione et opposit.: reliqui, qui non huius ordinis, classis, numeri sunt, Act. 5, 13. Rom. 11, 7. 1 Cor. 7, 12. 1 Thess. 5, 6. 1 Tim. 5, 20. Apoc. 11, 13. 19, 21. Luc. 18, 9. 8, 10. — *c.*, Neutr., *aa.*, sing. adv., α., τὸ λοιπόν, αα., posthac, 1 Cor. 7, 29. — ββ., posthac, quando hoc repetitur: καθεύδετε τὸ λοιπόν, dormite, cum dormiendi tempus recurrit (bringt es das künftige Mal ein), Matth. 26, 41. (Marc. 14, 41. ita Apollod. ἀπεῖπεν αὐτῷ τό λ. εἰς τὴν πόλιν εἰσιέναι.) — γγ., in posterum, 2 Tim. 4, 8. — δδ., caeterum, quod reliquum est, Eph. 6, 10. Phil. 3, 1. 4, 8. 1 Thess. 4, 1. 2 Thess. 3, 1. — εε., abhinc, Hebr. 10, 13. (Xen. Cyr. 1, 4, 15.) — idem signif. ὃ δὲ λοιπόν, 1 Cor. 4, 2. — λοιπόν, 1 Cor. 1, 16. 2 Cor. 13, 11. — λοιπόν, i. e. vollends, in posterum, Act. 27, 20. — β., τοῦ λοιποῦ, posthac, in posterum tempus, Gal. 6, 17. (Xen. Cyr. 4, 4, 10. Oecon. 10, 9.) — *bb.*, plur., res caeterae, Marc. 4, 19. Luc. 12, 26. 1 Cor. 11, 34. 15, 37. Apoc. 3, 7.

Λουτρόν, οῦ, τό, (a λούω, q. v.) lavacrum (Xen. Oecon.

5, 9. οἱ ὁ, Cant. 4, 2. 6, 5.); — in N. T. de baptismo, Eph. 5, 26. (τοῦ ὕδατος.) Tit. 3, 5. (τῆς παλιγγενεσίας.)

Λούω, f. σω, lavo, abluo; *a.*, propr., τινά, Act. 9, 37. (mortuum.) — τινὰ ἀπό τινος, Act. 16, 33. (purgavit eos a cruore vulnerum.) — pass. absol., ὁ λελουμένος, qui lotus est, Joh. 13, 10. (perperam enarrant: qui aqua baptismi iam lotus est, ut Bretschneid. sub h. v. De loci sensu v. sub καθαρός.) — λελ. τὸ σῶμα, c. dat. instrum., ὕδατι, Hebr. 13, 23. — med., me lavo, 2 Petr. 2, 22.

Λύδδα, ης, ἡ, Lydda, vicus Palaestinensis (in tribu Ephraim) haud procul a mari mediterraneo, Act. 9, 32. 35. 38. (Jos. Ant. 20, 6, 2.)

Λυδία, ας, ἡ, Lydia, provincia Asiae minoris Cariam inter et Phrygiam ad mare Aegaeum sita. Ex eius urbibus in N. T. commemorantur Thyatira, Sardes, Philadelphia. — Hinc mulier illa πορφυρόπωλις πόλεως Θυατείρων Lydia vocata esse videtur (nomine patronymico), Act. 16, 14.

Λυκαονία, ας, ἡ, Lycaonia, regio Asiae minoris, inter Pamphyliam, Cappadociam et Pisidiam, magna ex parte campestris et soli salsedine ovium gregibus alendis apta, cuius praecipuae urbes fuerunt Lystra, Derbe et Iconium, incolae perinde atque incolae Cappadociae peculiari utebantur dialecto barbarica (teste Strabone lib. 6.) sive ea fuerit graeca, sive assyriaca (quod statuit Paul. Ern. Jablonskius in diss. de lingua Lycaonica, Berol. 1714. 4.), Act. 14, 6.

Λυκαονιστί, adv., (a λυκαονίζω, Lycaonicorum lingua utor, v. supr. ἑλληνιστί) Lycaonice, dialecto Lycaonica, Act. 14, 11.

Λυκία, ας, ἡ, Lycia, regio Asiae minoris montana, quae a rege quodam Lyco nomen nacta est et quod situm attinet ab ortu Pamphyliam, ab occasu Cariam habet, a meridie inter mare suum s. Lycium, quod dicitur, et a septentrione inter Phrygiam Lydiamque conclusa est, Act. 27, 5. (1 Macc. 15, 23.)

Λύκος, ου, ὁ, (unde lat.) lupus (animal saevum, rapax infestumque ovibus, cf. Xen. Mem. 2, 7, 14.), *a.*, propr., Joh. 10, 12. — plur., Matth. 10, 16. (Luc. 10, 3.) — hebr., Gen. 49, 27. Jerem. 5, 6. — *b.*, trop., homo rapax; — pl., Matth. 7, 15. (cf. Marc. 12, 40. Luc. 20, 47.) Act. 20, 29. (qui gregi, cf. Joh. 21, 6., perniciosi sunt.) — (tropice ap. Dion. Cass. 55. p. 389. Hom. Il. 4, 471. Ez. 22, 27. Zeph. 3, 3. Jerem. 5, 6.)

Λυμαίνομαι, (a λῦμα, lues, quod abluitur; — metaph., opprobrium) **1.**, opprobrio afficio, maculas adspergo, deturpo, Ez. 16, 25. Prov. 23, 8. 4 Macc. 18, 8. v. Pass. lex. sub h. v. — **2.**, devasto, perdo (a λύμη, quod voc. pariter ac λῦμα denotat opprobrium, tum vero etiam perniciem, desolationem, ad similitudinem vocabuli λοιμός), Act. 8, 3. (de feris: Callim. Hymn. in Dian. v. 155. σύες φυτὰ λυμαίνονται, cf. Ps. 80, 14. — Aelian. V. H. 4, 5.)

Λυπέω (ῶ), f. ήσω, (a λύπη) contristo, tristitia, moerore afficio; — τινά, *a.*, sensu stricto: 2 Cor. 2, 2. 7, 8. — pass. oppon. χαίρειν, 2 Cor. 6, 10. — Matth. 14, 9. (Marc. 6, 26. περίλυπος γενόμενος.) 19, 22. (Marc. 10, 22. sed Luc. 18, 23. περίλυπος ἐγέν.) 27, 36. Joh. 21, 17. 2 Cor. 2, 4. 7, 9. 1 Thess. 4, 13. 1 Petr. 1, 6. — addito σφόδρα, Matth. 17, 23. 18, 31. 26, 22. (Marc. 14, 19. abest σφόδρα.) — fut. λυπηθήσομαι, Joh. 16, 20. — κατὰ θεόν, modo eo, qui deo probatur, 2 Cor. 7, 9. 11. — **2.**, sensu latiori: offendo, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Eph. 4, 30. — sollicitum reddo aliquem, scrupulum iniicio alicui, Rom. 14, 15.

Λύπη, ης, ἡ, tristitia, dolor, moeror, *a.*, dolentium, *aa.*, subiect., Joh. 16, 6. 20. (oppon. χαρά.) 2 Cor. 2, 7. Hebr. 12, 11. — λύπην ἔχω, Joh. 16, 21. 22. Phil. 2, 27. — addit. ἀπό τινος, 2 Cor. 2, 3. — λ. μοί ἐστι, Rom. 9, 2. — ἐν λύπῃ (tristitiam afferens), 2 Cor. 2, 1. — ἀπὸ τῆς λύπης, prae moerore, Luc. 22, 45. — ἡ κατὰ θεὸν λύπη, tristitia deo probata, 2 Cor. 7, 10. (v. λυπέω.) — oppon. ibid. ἡ λύπη τοῦ κόσμου, i. e. dolor vulgarium hominum ex iactura rerum humanarum captus. — *bb.*, obiect., molestia, afflictio; — plur., 1 Petr. 2, 19. (ὑποφέρω.) — οἱ ὁ, Prov. 10, 10. 22. — *b.*, renitentium: ἐκ λύπης, invito animo, 2 Cor. 9, 7. (oppon. ἱλαρός, promtus, qui lubentis animi signa edit.) cf. Matth. 14, 9.

Λύσις, εως, ἡ, (a λύω) solutio (vinculi alic., v. c. coniugii = divortium), 1 Cor. 7, 27. (oppon. h. l. δέσις.)

Λυσιτελέω (ῶ), f. έσω, (a λυσιτελής, et hoc ex λύω, solvo, et τὰ τέλη; reddo sumtus, die aufgewandten Kosten ersetzen, hinc: utilis) utilis sum, prosum; — imperson., λυσιτελεῖ, prodest, seq. ἤ, praestat; — τινί, Luc. 17, 2. (constr. c. εἰ. — τινί, Xen. Mem. 2, 1, 15. — τινί, seq. inf., Aelian. V. H. 3, 12. — add. μᾶλλον, Sirac. 29, 13.)

Λύστρα, ας, ἡ, Lystra, urbs Asiae minoris aut Lycaoniae (Plin. 5, 32.) aut Isauriae (Ptolem. 5, 4.) accensenda, hodie nomen Latik gerens, Act. 14, 6. 21. 16, 1. — etiam Λύστρα, ων, τά; — ἐν Λύστροις, Act. 14, 8. 16, 2. 2 Tim. 3, 11.

Λύτρον, ου, τό, (a λύω; τρον in nominibus pecuniae, quae pretii loco datur; cf. δίδακτρον, ἐπίβαθρον, θαύμακτρον, μαίωτρον, εὕρετρον) pretium redemtionis (pro servis, Levit. 19, 20. — pro captivis, Jes. 45, 13. — pro redimenda vita, Ex. 21, 30. Num. 35, 31. 32. v. ἀντίλυτρον); — ἀντί τινος, pro aliquo redimendo (servando), Matth. 20, 28. (Marc. 10, 45. cf. 4 Macc. 6, 29. 17, 22.) — Hinc verb. seq.

Λυτρόω (ῶ), f. ώσω, vel pretio dato dimitto, vel pretio dato libero, quod plerumque exprimitur medio; omnino: libero; — τινὰ ἔκ τινος (ἀργυρίῳ); — pass., 1 Petr. 1, 18. 19. (ἐκ τῆς ματαιᾶς ἀναστροφῆς, a vita vanitati serviente.) — med., pretio soluto mihi dimitti facio, i. e. redimo; omnino: libero; — τινά, Luc. 24, 21. (ab imperio Romanorum.) — ἀπό τινος, Tit. 2, 14. (h. l. tres

coniunguntur eiusdem rei notiones, *a.*, λυτρώσεως, quae simul est καθαρισμός, scil. a reatu poenae, qui καθαρισμός sacrificiis fiebat. — *b.*, καθαρισμοῦ ἀπὸ τῆς ἀνομίας, purgationis, quae fit emendatione. — *c.*, λυτρώσεως, factae ab eo, qui servum emit, ut sit sibi περιούσιος; *a.* et *c.* in re Christi facile coniunguntur. Christus reatum poenae sua morte sustulit, ut sibi peculiares habeat purgatos. Sed quod per *b.* exprimitur, id re ipsa per Christi mortem nonnisi mediate effectum esse dici potest, et ἀπολύτρωσις, si voci vindicatur redemtionis significatio, tropice tantum dicitur. — λυτροῦσθαί τινα ἐκ, de deo ipso dictum, Deut. 13, 5. 2 Sam. 7, 23. Hos. 13, 14.) — Hinc voc. seq.

Λύτρωσις, εως, ἡ, propr., redemtio (οἱ ό, Levit. 25, 48.); omnino: liberatio, Luc. 1, 68. (ποιεῖν λύτρωσίν τινι.) — ἡ λ. τινος, Luc. 2, 38. — speciat., liberatio a poenis peccatorum, Hebr. 9, 12. (εὑράμενος. Nam qui intrabat in sanctuarium pontifex, eam quaerebat, i. e. consequi cupiebat; v. εὑρίσκω.)

Λυτρωτής, ου, ὁ, (a λυτρόω, perf. p.) redemtor, liberator, Act. 7, 35. (οἱ ό, Ps. 19, 15.)

Λυχνία, ας, ἡ, lychnuchus, candelabrum (Sirac. 26, 17. — antiquiores Graeci λυχνίον, v. Phryn. p. 313. ed. Lob.), Matth. 5, 15. Marc. 4, 21. (Luc. 8, 16.) Hebr. 11, 2. (οἱ ό, Exod. 25, 31. 40.)

Λύχνος, ου, ὁ, lychnus, candela. Commemoratur in N. T. in parabolis; *a.*, collationi supponitur τὸ ἅπτειν τὸν λύχνον, Matth. 5, 5. (Luc. 11, 33.) Marc. 4, 21. (Luc. 8, 16.) Matth. 18, 16. et lumen τοῦ λύχνου, Apoc. 18, 23. — *b.*, nutritio luminis, Luc. 12, 35. cf. v. 36. et parabolam Matth. 25, 1 — 13. — *c.*, Comparantur cum λύχνῳ *aa.*, oculus, Luc. 11, 34. 35. (Matth. 6, 22.) — *bb.*, revelatio per res Christi facta, quasi lumen ante solis ortum accensum, 2 Petr. 1, 19. — *cc.*, cum λύχνου splendore intuentes exhilarante doctor, quem sibi vel ii gratulabantur, qui obsequi ei nolebant, Joh. 5, 35. — *dd.*, ecclesiae, Apoc. 1, 12. 13. 20. 2, 1. 5. 11, 4. — *ee.*, Christus, olim splendore suo subditos sibi regni divini cives collustraturus, Apoc. 21, 23. et deus ipse, Apoc. 22, 5.

Λύω, f. σω, solvo, h. e. **1.**, solvo aliquem (aliquid) alligatum; *a.*, propr., ligamenta pedum (calceos), Marc. 1, 7. (Luc. 3, 16. Act. 13, 25. Joh. 1, 27.) Act. 7, 33. (Ex. 3, 5. Jos. 5, 15.) — πῶλον (δεδεμένον), Matth. 21, 2. (Marc. 11, 2. 4. 5. Luc. 19, 30. 31. 33.) — in visionibus apocalypt. ventos, Apoc. 9, 14. 15. — add. ἀπό τινος (τὸν βοῦν ἀπὸ τῆς φάτνης), Luc. 13, 15. — *b*, tropice: de coniugibus matrimonii vinculo sibi invicem iunctis, 1 Cor. 7, 27. (λέλυσαι ἀπὸ γυναικός, oppon. δέδεσαι γυναικί.) — **2.**, vinctum solvo (i. e. a vinculo libero), *a.*, ligatum (ligamentis circumvolutum), Joh. 11, 44. — *b.*, vinculis constrictum (captivum), *aa.*, propr., λύειν τινὰ ἀπὸ τῶν δεσμῶν, Act. 22, 30. — λύειν τινά, e carcere dimittere, Act. 24, 26. — in visionibus apocalypt., diabolum (ἐκλεισμένον), Apoc. 20, 3. (ἐκ τῆς φυλακῆς.) v. 7. —

bb., metaph., morbi vinculo (a Satana) constrictum sanitate restituenda libero (ἀπὸ δεσμοῦ), Luc. 13, 16. — **3.**, dissolvo aliquid, *a.*, id, quod colligatum, constrictum est, *aa.*, propr., (v. c. δεσμόν) σφραγῖδα libri, Apoc. 5, 2. 5. — *bb.*, trop., *α.*, τὸν δεσμὸν τῆς γλώσσης τινός, muto loquelam reddo, Marc. 7, 35. — *β.*, coetum congregatum, concilium, synagogam, i. e. dimitto (aus einander gehen lassen), Act. 13, 43. — *γ.*, de vinculis mortis, λύειν ὠδῖνας θανάτου, Act. 2, 24. (v. θάνατος.) — *δ.*, Cum vinculis conferuntur leges, utpote quae vim obligandi habent. Igitur λύειν i. q. irritum facere, subvertere, tollere; — ἐντολήν, Matth. 5, 19. (cf. καταλύω, v. 17. — Bretschneid. et Schleussner.: explico, interpretor. Quam enarrationem repudiant verba seq. ἐλάχιστος κληθ. etc.) — νόμον, Joh. 7, 23. — τὸ σάββατον, Joh. 5, 18. — τὴν γραφήν, Joh. 10, 35. — de praeceptis magistrorum: λύειν, licitum declarare (ex usu hebr. הַתִּיר, v. supr. δέω), Matth. 16, 19. 18, 18. — *b.*, id, quod compactum s. constructum est, destruo, diruo (hebr. חִלֵּל, cf. καταλύω) *aa.*, propr., pass., ἐλύθη ἡ πρύμνα, Act. 27, 41. — *bb.*, in orat. metaphor., τὸν ναόν, Joh. 2, 19. (3 Esdr. 1, 57. cf. Matth. 26, 61. et loc. parall.) Auctor Jesu verba ipse interpretatur v. 21. allegorice. (Sed sententia domini videtur fuisse haec: Vobis non solum templum profanantibus obsisto, sed si vel destruxeritis templum, ego exstruam.) — τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, Eph. 2, 14. — consilia (quae quasi constructa sunt): τὰ ἔργα τινός, everto, 1 Joh. 3, 8. — *c.*, id, quod partibus cohaerentibus constat, dissolvo (v. c. nivem, metalla), i. e. liquefacio; — pass., τὰ στοιχεῖα (καυσούμενα), 2 Petr. 3, 10. — οὐρανοί (πυρούμενοι), v. 12.

Dresdae, typis B. G. Teubneri.


UNIVERSITY OF CHICAGO
56 505 196